


ILLUSTRATA

CUM APPENDICE


In qua vetusta AQUILEJENSIUM PATRIARCHARUM, rerumque Forojulienſium Chronica,

Emendatiora quædam, alia nunc primum, in lucem prodeunt.

AUCTORE

F. JO. FRAN. BERNARDO MARIA DE RUBEIS

ORDINIS PRÆDICATORUM.



ARGENTINÆ,

CIϽ IϽCC XL.



prudensque nemo, partem illam Historiæ Sacræ, quæ originem declarat Ecclesiarum, seriemque digerit Episcoporum ac successionem, uti maxime jucundam esse, ac plurimum emolumenti ad Christianam fovendam Religionem afferre; ita commendatione digno conatu a peritis doctisque Viris illustrandam adsumi, ac utili prorsus opera semel iterumque revocari ad incudem posse, ut eadem ad perfectionem, quam argumenti ratio patitur, felicius perduci queat. Quid enim jucundius, quid utilius, quam vetustas patefacere origines, quæ nos JESU CHRISTO pepererunt; parentesque nosse, aut Apostolos, aut Viros Apostolicos, aliosque legitima communitos missione, qui Ecclesias fundarunt, doctrinis instituerunt & exemplis, rexeruntque successione, sive continua, sive meliore postea sorte, si quandoque sæviente persecutionum procella, aut rerum humanarum afflante turbine interrupta fuerit, sarcita ac instaurata? Quid utilius, quam perditorum hominum hæreses detegere, quæ Divinæ acceptæ fidei adversantur, ut procul eas arceamus, intellectum captivantes in obsequium Christi; quam invecta in perniciem unitatis cognoscere Schismata, ut firmiore caritate centro adhæreamus Christianæ Ecclesiæ; eademque mala aut nefario quandoque dolere inlata spiritu ac æstu Pastorum, aut frequentius invicta ipsorum fide vel in ipso ortu extincta lætanti addiscere animo, vel egregio Successorum studio eliminata? Quid etiam jucundius demum, quam Ecclesiasticæ per seculorum vices labentis disciplinæ in electione Pastorum, in Synodis cogendis celebrandisque, in muneribus solicitudinis pastoralis, Cleri Monachorumque institutis, administratione Sacramentorum, precibusque, cultuque sacro exteriore, assequi mente varietatem, quæ licet pristinis seculis vigeret, posteriore intepuerit ævo, rursum instaurata fuerit, tum varie demum mutata, Unam Sanctam non diviserit, secus ac malevoli arbitrantur homines, Christianam Ecclesiam, sed ornarit? Hæc plurima fulgent sane jucunditatis utilitatisque emolumenta, quæ uberrime confert Ecclesiarum notitia: eademque cum attentiore cogitarent animo Viri summi, qui prima ætate floruere, pretium operæ existimarunt, ut nulla non adhibita diligentia Spartam istam adornarent, seræ posteritatis commodo consulentes; eodemque permoti exemplo perrexerunt sequiore tempore, hodieque pergunt Scriptores clarissimi, aut singularium Ecclesiarum, aut certe insignium pandere origi-

rojulienses, mutata lingua, titulo retento, ad sua tempora litteris traditas Utinensibus typis vulgavit. Accedunt *Vitæ Patriarcharum*, quas ab Antonio Bellono, Notarii munere Utini fungente, Clarissimo Viro, pluribus inspectis *Schedis*, ut ait, *Tabellionicis*, seculo sextodecimo conscriptas, luce hucusque carentes, luce porro dignissimas, publici juris fecit Tomo XVI. Scriptorum Italiæ Muratorius, in Marco Grimano Patriarcha desinentes. Accedunt eadem circiter ætate elaborati Aquilejensium Antistitum Catalogi, quos Galliæ Christianæ inseruerunt Sammarthani Fratres, Reipublicæque Romanæ Commentariis Volfangus Lazius: neque silentio demum præterire Scriptores licet, qui cum de Rebus Carinthiæ Carniolæque (sunt enim Provinciæ Ecclesiastico subjectæ Sedis Aquilejensis juri) libros ederent, Præsulum successionem exposuere, pluraque ac præclara collegerunt eorum gesta.

An vero suscepti muneris partes omnes expleverint laudati Scriptores, quos ævo suo floruisse titulis honorum ignorat nemo, ac fama eruditionis? An etiam posterorum præverterint ipsi operam omnem, qua idem possit & uberius pertractari argumentum, & enucleatius; acsi menda inciderint nulla quæ corrigantur, ac omnia diligentissime exposita fuerint, ut plurium collecta segete rerum augeri nequeant? Id omni procul dubio genus operis vetat, ac ratio: docentque Viri præstantissimi, hujusmodi lucubrationes uberiore semper proventu ad examen revocari; neque fieri quantalibet accuratissimi Scriptoris diligentia posse, ut prorsus detersa remotioris ætatis fuligine, integer defæcatusque historicæ veritatis splendor effulgeat. Suo comprobant ipsi, quos laudavimus, Rerum Aquilejensium Scriptores, diligentiore retexi cura potuisse Opus; cum nimium jejuni, aridique, ac vetustis quæ circumferuntur Chronicis paullo meliores, habiti fuerint quos Candidus adornaverat Commentarios: mirabilemque postea, decerptis defloratisque totius antiquitatis monumentis, advexerint copiam Palladii. Attigit aliquas Historiæ nostræ partes Cæsar Baronius, Ecclesiasticorum Annalium parens, quas firmiore veterum

char-

riæ, quæ poſt medietatem ſexti ad initia ſeculi noni excurrit, meliore ſorte digeri ac dilucidari poſſe oſtenderemus: quodve inſederat conſilium, abſit gloriola, nos perfeciſſe confidimus.

Hisce permoti momentis, rerumque experimento edocti, nervos omnes hac ætate noſtra intendunt Doctiſſimi cujuscumque gentis ac profeſſionis Viri, ut Eccleſiarum, quibus innutriti ſunt, accuratiore ſtudio Tabulas excutiant, vetuſtas pandant origines, Præſulum ſucceſſionem explicent, geſtaque illuſtrent: ac ſi qua ſunt eodem de argumento Scripta priora, corrigant, exornent, amplificent. Hinc etiam ſtimulus nobis additus, ut novis curis integram percurramus Antiſtitum Aquilejenſium ſeriem, ampliſſimæque Eccleſiæ primordia, incrementa, vices, diligentiore expendamus examine; quo ſinminus perfectum abſolutumque evadere opus queat, plurima certe rerum acceſſione, multoque veritatis emolumento in lucem prodeat. Accipe vero totius Operis conſpectum, adhibitamque in eo concinnando rationem. Originem nos Eccleſiæ noſtræ, modicamque ſub Ethnicis Principibus ſortem ejus aperimus: tum ſuſcepta Metropolitanæ prærogativæ, quæ moderantibus orbem Chriſtianis Imperatoribus acceſſit, patefacimus incrementa: additumque Schismatis occaſione Patriarchatus honorem, Romanorum Pontificum indulgentia firmatum, ampliore ſermone illuſtramus. Seriem teximus Epiſcoporum, quos Eccleſiam primis interrupta ſerie adminiſtraſſe ſeculis traditio fert; ipſius traditionis diligentiſſimo, quo valuimus examine, librata fide; minimeque objectorum, quæ plura ac difficilia adverſari videntur, diſſimulato prætermiſſoque momento. Certiora ſuccedunt monumenta, quæ Metropolitas noſtros ſtrenuam pro fide ſancta navantes operam exhibent, creditamque Eccleſiam doctrinæ vigore, Scripturarum peritia, puritate diſciplinæ, Monaſtico inſtituto amplificantes: neque defuit tamen, qui nimia in Hæreticos conniventia labem intulerit, valido ſucceſſorum brachio detergendam. Erumpunt vero ex Aquilone Gothi Reges in perniciem Italiæ, Hunni, Heruli, Langobardi, qui primam offendentes Aquilejenſem regionem, igne ferroque vaſtatis agris, Metropolim Civitatem ultima clade afficiunt; ipſamque Eccleſiam, quæ longe lateque fulgebat, barbaris invectis infuſcant moribus, Præſulesque fugant tutiorem in Inſula Grado æſtuariis Adriacis cincta Sedem quærentes. Romanorum extincto Imperio, Regnoque Italiæ ſub

Benevoli Principis dono accesserunt latifundia, ab Imperatoribus Regibusque, qui Regnum Italiæ tenuere, Provinciæque nostræ dominati sunt, majorem in modum adaucta. Verumetiam terreni demum Principatus fulgor accessit. Hinc vero Patriarchæ succedunt immensa negotiorum mole pressi, nimiaque non raro temporalis dominationis acti prurigine. Hinc frequentissima orta dissidia, bella gesta ac prælia, sancita pacis & conventionum fœdera. Hinc internis, externisque quassata motibus turbisque Provincia Forijulii: mutuisque simultatibus certantes Pastor & grex, Princeps ac subditi; eoque effusa gregis subditorumque audacia, ut Pastorem Principemque suum quandoque Sede Solioque dejicerent, captivum tenerent, neci darent. Neque tot inter seculi curas, quibus terrena Aquilejenses Patriarchas tenuit implicitos dominatio, præclara desiderantur spiritalia emolumenta, quæ pastoralis solicitudo poscebat. Gravissima occurrunt negotia, quæ propriam, vel alienam, universamque Christi spectant Ecclesiam, ad exitum faustissimum diligenti Patriarcharum studio perducta. Synodos habes, ex Diœceseos Clero plures, aliasque ex Provinciæ pastoribus collectas ad Christianam fovendam Religionem, ejusque incrementa provehenda. Invectæ propulsantur hæreses, Divinæ fidei puritas vindicatur, Ministrorum Ecclesiæ mores componuntur, Virginibus Deo sacris debitus adseritur honos, Templa restituuntur, eriguntur Xenodochia, rituum disciplina purgatur, totiusque commissi gregis spiritalia commoda curantur: quæ sane gesta maxime decent Episcopi, Metropolitæ, Patriarchæ dignitatem, auctoritatemque.

Hæc vero, quæ omnium singularumque, plus minus, notitia suppeditat Ecclesiarum, cumulatissime complectitur jucunditatis utilitatisque argumenta Ecclesiæ Aquilejensis historia. Neque nos tamen Historiam scribimus edimusque, quæ integra Rerum Aquilejensium haberi debeat expositio, ad leges artis redacta, elegans, concinna, ornata. Tanto imbecillitati nostræ vires non suppetunt operi perficiundo: neque pati id posse ipsius operis argumentum videtur, tenebris undique obsitum, si prima spectetur nascentis, crescentisque Ecclesiæ ætas; hiulcum etiam, nullaque rerum serie continua cohærens, cum monumenta perierint, quæ posteriora tempora illustrent;

mul-

Chriſtianæ ſeculis rexerunt Eccleſiam, Eccleſiaſticorum documentorum, quæ ad ea pertinent tempora, allegata fide, rejectiſque narrationibus quæ poſteriore videntur ætate Scriptorum licentia procuſæ, geſta percenſemus: quæ cum pauca ſuperſint, non integram abſolutamque hiſtoriæ materiem ſeriemque exhibemus, ſed ampliſſimæ quæ floruit Eccleſiæ veſtigia monſtramus. Uberiorem ingerunt meſſem ſequiorum temporum Chronica, quæ olim in Scriniis recondita vulgarunt diligentiſſimi Collectores Itali, Franci, Germani: hiſque accedunt Pontificum, Imperatorum, Principum, ipſorumque Patriarcharum, Civitatumque & Oppidorum quæ Patriarchis parebant, Diplomata, Epiſtolæ, Tabulæ; augentque poſtremo numerum peculiaria Rerum Forojulienſium Opuſcula, quæ in Appendice Operi ſubjecta nunc primum in lucem prodeunt, aut emendatiora. Hinc Patriarcharum geſta, quæ nullo advocato teſte in aliis legebantur Scriptoribus, antiquo utque plurimum ſynchrono roborata conſpici teſtimonio poſſunt; alia innoteſcunt plura, quæ tenebris conſepulta jacebant; ſerieſque Antiſtitum in ſuos annos, quibus illi aut regimen inierunt, aut vitam cum morte commutarunt, ſive certo, ſive probabili chronologiæ calculo diſtributa frequentius repræſentatur. Vetuſtas eaſdem proferimus chartas, autographas plures, pleraſque apographas, publicis privatiſque in Archivis adſervatas; jam publici juris non paucas a Clariſſimis Viris factas; plureſque nondum editas, quas propria deſcripſimus manu, aut amicorum ſtudio collectas accepimus, quorum nomina, ne ingrati animi vitio teneamur, ubi ſe dabit occaſio, cum laude gratiarumque actione commemorabimus. Ipſarum authentia chartarum ſeſe prodit ipſam: fictas ſpuriaſque nonnullas nihil hæſitantes rejicimus: aliaſque ad examen vocamus, Peritiorum judicio ſententiam quandoque relinquentes. Verumenimvero ſive dubia quædam, ſive ſpuria exciderint, magna certe imminet clades nulla: peculiaria concidere facta poſſunt, aut privilegia; integro nullum operi aut præcipuæ parti diſpendium obveniet. Hæc itaque fuerunt conſilia noſtra, Humaniſſime ac benevole Lector: hic Operis totius conſpectus, hæc in eo concinnando adhibita ratio. Si quid emolumenti Rebus Aquilejenſibus ac ornamenti contulerim, pro tua judices æquitate: conatuſque certe meos qualeſcumque æqui bonique facias, exoro. Vale.

Caput III.

Hermagoram primum Aquilejæ primo æræ Christianæ seculo Episcopum exhibet traditio. Nomen ejus & natio, Proto-Episcopatus, protensa ad alias Provincias cura, aliæque Actorum circumstantiæ expenduntur. Initium Sedis incertum. Incertus martyrii & obitus annus: quem ultra Neronis imperium differri Acta permittunt. Fortunatus Diaconus ejus, & in martyrio socius, ab alio distinguitur Fortunato, qui passus est sub Diocletiano.

Caput IV.

Successorum post Hermagoram seriem non eodem referunt ordine Chronica vetusta. Nonnulli perperam invecti rejiciuntur. Successio retinetur Hilarii, Chrysogoni primi, & secundi. Duorum seculorum hiatus inter Hermagoram, & Hilarium peremptorio nullo argumento rejici potest. Sed obitus & martyrii ejusdem Hilarii epocha non est certa, neque certum vacantis per duo secula Ecclesiæ Aquilejensis tempus. Seculo secundo, ac tertio sedisse videntur Aquilejæ Hilarius, Chrysogonus I. Chrysogonus II. itemque Agapitus, sede pluries vacante inter eos. Marcellus, & Alexander de serie Episcoporum Aquilejensium depelluntur.

Caput V.

Theodorus primæ Synodi Arelatensis Actis subscribit. Episcoporum subscriptiones expenduntur: quorum nemo jure Metropolitico potiebatur. Cur Aquileja collocetur in provincia Dalmatiæ? Succedit Benedictus.

Caput VI.

Post Benedictum Valens Arianus Aquilejensi inhiat Ecclesiæ. Eligitur Fortunatianus, cujus in Evangelia commentarios laudat Hieronymus. Electionis tempora indicantur. Subscribit Fortunatianus Synodo Sardicensi: ejusque subscriptio expenditur. Præclara ejus gesta pro fide Nicæna, & Athanasio Alexandrino. Labitur tandem, compellitque ad lapsum Liberium Romanum Pontificem. Primi Sabionæ Episcopi institutio Fortunatiano tribuitur.

[...] lejensis.

Caput IX.

Synodus Aquilejæ contra Palladium, & Secundianum Arianos. Conditio Synodi ad examen vocatur: deque Præsidibus agitur. Metropolitica jura Valeriano asseruntur. Italica Synodus, & Constantinopolitana, quæ dicta est Oecumenica secunda, recensentur. Romam petit Valerianus ad Synodum, ad quam Synodicam scribunt Constantinopolitani Patres. De ordinatione Vigilii Episcopi Tridentini ab eodem Valeriano, ut fertur, peracta.

Caput X.

Mortem obit Valerianus, eligitur Chromatius: an ordinatus a D. Ambrosio? Ejus patria inquiritur. Interpretationem prophetiæ Balaam obtinet ab Ambrosio: eique, & Heliodoro Altinensi nuncupat Hieronymus plurium S. Scripturæ librorum latinam versionem, & commentarios. Rufinus ex Orientali peregrinatione Romam venit, ubi libros Origenis de Principiis latine vertit. Dissidium incipit cum Hieronymo; petitque Rufinus Aquilejam. Ipsum Chromatius ad latinam Eusebianæ Historiæ versionem inducit. Prima Alarici Gothorum Regis in Italiam irruptio.

Caput XI.

De Origenis damnatione: ipseque Rufinus in crimen vocatus, apologiam scribit. Origeniana dogmata damnat Theophilus Alexandriæ, Anastasius Romæ, Venerius Mediolani, Chromatius Aquilejæ. Origenis causam distinguit Pontifex a causa Rufini, quam divino reservat judicio. Hieronymi dicta exponuntur. Ab eodem Rufino abjudicatur libellus palinodiæ sub ejus nomine vulgatus. De Auctore ejusdem conjecturæ.

Caput XII.

Ruptam dolet inter Hieronymum, & Rufinum amicitiam Augustinus. Hieronymum ad silentium hortatur Chromatius. Rufino in Aquilejensium Presbyterorum album adscripto favet. Cum eodem Rufino colit amicitiam Paulinus Nolanus. Chromatio, Gaudentio Brixiano, aliisque nuncupat Rufinus opera sua. Joannis Chrysostomi, Sede Constantinopolitana deturbati, causam in Occidente strenue tutatur Chromatius.

Ca-

errorum capita. An Rufinus præluserit Pelagianis?

CAPUT XV.

Regendam suscipiunt Ecclesiam Aquilejensem Adelphus, Maximus, Januarius. Hic epistola Leonis Magni permotus, Pelagianos Presbyteros aliosque Clericos comprimit. Annus indagatur, quo eadem epistola data est. Januario rescribit Leo, ejusque solicitudinem incitat contra delapsos in hæreticorum & schismaticorum sectam. Alia expenditur Leonis epistola ad Septimium Altinensem.

CAPUT XVI.

Succedit Secundus. Attilana irruptio in Italiam. Excidium urbis Aquilejæ. Sufficitur in Sedem Aquilejensem Nicetas. Chronicorum menda corriguntur. De Forojulio exciso, Utinoque ut fertur ædificato differitur.

CAPUT XVII.

Leonis Magni epistola ad Nicetam. Primum expenditur caput de Feminis, quæ occasione captivitatis Virorum suorum, aliis nupseriot. Nicetas alius est a Nicea Hypodiacono Aquilejæ. Itemque distinguitur a Niceta Episcopo Romacianæ. Diversi quoque sunt Nicetas Aquilejæ, & Nicetas Daciæ. Episcopi Forojulienses, qui floruere per hæc tempora, non sederuot apud Forumjulium Carnorum in Italia. Neque ejus loci fuit Sancta Maxima Virgo.

CAPUT XVIII.

Marcellianus eligitur. Eidem tribuitur Belinieniis prope Aquilejam origo Monasterii. Fugit in Insulam Gradum, Theodorici Gothorum Regis irruptionem declinans. Romæ non adest Conciliis sub Symmacho Papa celebratis. Succedit Marcellinus, qui ad Synodum Palmarem vocatur, eidemque intereft. Hunc Stephanus excipit: eique suffectus Laurentius rejicitur.

CAPUT XIX.

Aquilejensis Metropoleos origo. Primis æræ Christianæ tribus seculis constitui non potest. Eodem spatio temporis nulla in Italia exortum habuit Ecclesiastica Metropolis. Itemque nec ineunte, adultoque seculo quarto. Eadem est Doctissimorum Virorum sententia pro Galliis, & Hispaniis, aliisque Occidentis regionibus. Sensus declaratur Nicæni Canonis sexti. Opinatio Paschasii Quesnellii refutatur.

ordinat. Trium Capitulorum damnationi, latæ in Concilio quinto Oecumenico contradicit, & schisma inchoat.

CAPUT XXII.

Schismatis notio, & ratio. Usus cautionum invectus, quæ a novis Episcopis præstabantur. Prudens dissimulationis œconomia.

CAPUT XXIII.

Macedonium excipit Paulinus. Pelagii I. epistolarum contra Schismaticos fragmenta in pristinam seriem, & compagem rediguntur: earumque summa cum animadversionibus exhibetur. Annus definitur, quo illæ datæ sunt.

CAPUT XXIV.

Paulinum Aquilejæ Episcopum ordinat Vitalis Mediolanensis. Vitium ordinationis aperitur. Synodum cogit adversus Generale quintum Concilium. Differt a Synodo, quam memorat Beda.

CAPUT XXV.

In Gradum Insulam, relicta Aquileja, migrat metu Langobardorum Paulinus. Alboinus Rex, Duce dato Gisulfo, Ducatum Forojuliensem instituit, a Civitate Forojulio nuncupatum. Fines ejusdem indicantur, extra quos Provincia Istria. Hæc regio, ac tota Venetia dicta est Austria: cujus appellationis origo & ratio aperitur.

CAPUT XXVI.

Succedit Probinus, ac deinde Elias. Hujus gesta expenduntur. Smaragdus Exarchus ad unitatem Ecclesiæ venire Eliam compellit, qui supplices ad Mauricium Imperatorem libellos mittit. Tres ad ipsum, ejusque Collegas scribit epistolas Pelagius II. Communionem cum Romana Sede habuit nunquam idem Elias.

CAPUT XXVII.

Exhibentur Synodi, quam celebrasse dicitur Elias, Acta ex Chronico Danduli. Eadem promuntur ex Chronico Gradensi cum variantibus lectionibus, & Codicum discrepantia. Nota chronica incerta.

CAPUT XXVIII.

Fictam Synodi Gradensis partem primam cum epistola Pelagii, plura videntur suadere. Tempus, & causa fictionis. Pars altera videtur ad Synodum Paulini schismaticam spectare. Expenduntur subscriptiones Episcoporum.

quibus idem favet Imperator. Schiſmaticorum libellus, & Imperatoris ad Gregorium Magnum reſcriptum.

C A P U T XXXII.

Schiſmaticos inſequitur Gregorius. Eorum epiſtolis grave reddit ipſe reſponſum, quod perperam inſcribitur ad Hiberniæ aut Iberiæ Epiſcopos. Theodelinda Langobardorum Regina, ejuſdem Gregorii opera, non recedit ab unitate. Iſtrorum converſioni ſedulo invigilat idem Pontifex. Epiſcopatus Caprulenſis origo.

C A P U T XXXIII.

Obit Severus in Schiſmate; cujus annus emortualis indagatur. Metropolitanorum Aquilejenſium ſucceſſio expenditur. Schiſmaticus Joannes eligitur in vetere Aquileja, & Catholicus Candidianus in inſula Grado, diſſecta Metropoli Aquilejenſi in duos Metropolitanos. Scribit Joannes contra Candidianum ad Agilulfum Regem. Pro ſchiſmaticis epiſtolas mittit Columbanus ad Boniſacium IV.

C A P U T XXXIV.

Giſulfo Duci Forojulienſi perempto ſuccedunt Taſo, & Caco ejus filii, ac deinde Graſulfus. In Inſula Grado eliguntur Catholici Aquilejæ Antiſtites, Epiphanius, & Cyprianus. Gradenſem Eccleſiam occupat Schiſmaticus Fortunatus: quo pulſo, Honorii Pontificis opera, ſuccedit Primogenius. Septuaginta Schiſmatis anni explicantur. Aquilejæ Joanni ſufficitur Marcianus, & huic prædictus Fortunatus. Agreſtinus Schiſmaticus rejicitur.

C A P U T XXXV.

Succedit in Inſula Grado Maximus. Inſulam diripit, & Eccleſiæ theſauros deportat Lupus Dux Forojulienſis. Eligitur Stephanus, deinde Agatho. Quo ſenſu Maximus, & Agatho, titulo Aquilejenſium Epiſcoporum, Conciliis Lateranenſi & Romano ſubſcripſerint? Aquilejæ ſedent Felix, & Joannes: an etiam Joannes alter, ſive tertius?

C A P U T XXXVI.

Chriſtophorus in Inſula Grado eligitur, & Petrus Aquilejæ. Schiſma tollitur Aquilejenſe, Sergii Romani Pontificis opera. Serenus Aquilejæ ſuccedit, quem Gregorius II. pallio exornat, in duas diſſecta Metropoli Aquilejenſi. Contra Donatum Gradenſem agit Serenus idem, ut ſibi totam ſubjiciat Provinciam Aquilejenſem. Ejuſdem obitus.

... Migrat e vita Sigualdus. Joannes Patriarcha rejicitur.

C A P U T XXXIX.

Abbatia Sextenſis, ac Virginum Monaſterium in pago Salto, Sigualdi Patriarchæ tempore, in Provincia Forijulii eriguntur. Notæ in Tabulas fundationis. Bartholomæus Germonius perſtringitur.

C A P U T XL.

Varia fertur Patriarchatus Aquilejenſis origo. Patriarchæ titulo, a Gothis invecto, Epiſcopi Metropolitani in Italia, & Occidente aliquando uſi ſunt. Hæc perennat in Metropolitis Aquilejenſibus extraordinaria appellatio: nec alia adduci cauſa poteſt præter ſchiſma. Solvuntur objecta. Hanc denique ratam habent Romani Pontifices appellationem.

C A P U T XLI.

Succedit Paulinus. An ipſi, an Paulo Diacono bona Valdandi rebellis contulerit Carolus Magnus? Synodis adeſt ab eodem Carolo convocatis Paulinus. Libera Succeſſorum electio Aquilejenſi Clero adſeritur. Hunnici belli initium. Forojulienſis Marchæ inſtitutio: ejuſdemque Dux & Marchio Henricus.

C A P U T XLII.

Felicianam hæreſim profligat in Synodo Francofordienſi Paulinus. Epiſcopi Iſtriæ ad Aquilejæ Metropolim rediiſſe videntur. Superat Hunnos Henricus. Concilium Paulinus celebrat in Civitate Forijulii. Num idem Patriarcha Carinthiorum, & Avarum converſioni operam dederit? Hoſtium inſidiis occumbit Henricus, cui ſufficitur Cadolaus Marchio. An prædicto Henrico librum de Salutaribus documentis nuncupaverit Paulinus?

C A P U T XLIII.

Synodum celebrat Altini Paulinus. Ejus epocha inquiritur. Sponſionis formula, quam Paulino Metropolitano præſtabant Comprovinciales Epiſcopi. Ad examen vocatur Diploma Reginoburgenſe. An Synodis, quas Aquiſgrani Carolus Imperator convocavit, interfuerit Paulinus?

C A P U T XLIV.

Mortalem Paulinus vitam explec. Rejicitur Romanum diploma, quod a Carolo Imperatore ad ipſum datum dicitur. Ejus opera. Cultus ejuſdem.

CA-

grinus. Abbatiæ Rosacensis origo.

Caput LX.

Monasterium Syticense fundat Peregrinus. Advocatiam Præposituræ S. Stefani, eodem Peregrino operam dante, abdicat Mainardus Goritianus. Ex Oriente redux Conradus Rex, Aquilejæ, & Glemonæ diversatur; ubi Diploma datur pro Abbatia Beliniensi. Peregrinum capit Engelbertus Mainardi filius: qua ipsum liberant captivitate Viri principes. Fragmentum genealogicum veterum Marchionum Stiriæ. Romanæ Friderici I. Imperatoris coronationi adest Peregrinus. Duces Carinthiæ, & Marchiones Istriæ. Cremensibus deditionem urbis Patriarcha suadet. Adhæret Victori IV. pseudo-Pontifici.

Caput LXI.

Goritianorum Comitum stemmatis pars delineatur. Stemma quoque Comitum Andacensium, & Ducum Meraniæ profertur ex Vito Arenpekio. Proceres, seu Dynastæ Forojulienses.

Caput LXII.

Emortualis Peregrini Patriarchæ annus constituitur. Litaniæ, seu sacræ adclamationes Aquilejenses. Vodalricus II. succedit. Gradum Insulam invadit, repelliturque. Alia gesta ejus: itemque Castellorum, Trevensis, ac Tivensis, donatio. Alexandri Pontificis tuetur partes Vodalricus, Ecclesiamque sibi commissam schismate detergit. Apostolica fungitur legatione.

Caput LXIII.

Marcham Istriæ Pertoldus Andacensis administrat. Concessa Parthenoni Civitatensi bona confirmat Vodalricus Patriarcha. Civibus etiam loci ratum habet jus nundinarum, aliisque eos exornat privilegiis. Ecclesiæ Aquilejensis privilegia adprobat Alexander III. Henriciana Advocatiæ abdicatio ad examen vocatur. De Ulrico Marchione Tusciæ, deque Castello Attempsii.

Caput LXIV.

Paci constituendæ inter Sacerdotium, & Imperium operam confert Vodalricus: eaque Venetiis sancitur. Data ab Alexandro Pontifice, & Friderico Imperatore privilegiorum Diplomata. Solemnis transactio inter Patriarcham, & Henricum Gradensem. Diem festum in Ecclesia Aquilejensi celebrandum in honorem B. Mariæ Magdalenæ constituit. Ratam habet donationem Cœnobio Mosacensi factam. Ad vitam communem redigit Canonicos Aquilejenses. Alia Vodalrici gesta. An ipse Vicarius Imperialis in Italia institutus?

bulæ super Advocatia Aquilejensi. Carinthiæ Duces, aliique. De juribus Advocatiæ diligentius perquiritur. Goritianorum Comitum stemmatis pars altera. Alia Peregrini gesta.

Caput LXVII.

Emortualis Peregrini secundi annus indagatur. Sedis initæ a Volchero Patriarcha successore constituitur epocha. In Pallii susceptione sacramento pollicetur ille Romano Pontifici obedientiam in negotio Imperii. Præclara ejusdem Volcheri gesta. Istriæ & Carniolæ Marcha, Henrico Andacensi adempta, traditur Ludovico Bavaro.

Caput LXVIII.

Diplomata Ottonis IV. Itemque Friderici II. Eligitur Abbas Beliniensis, quem Volcherus proponit, salvo Monachorum jure. Xenodochium erigit ad excipiendos peregrinos. Beneficia confert Canonicis Aquilejensibus, & Civitatensibus. Romam ad Concilium Lateranense proficiscitur. Goritiani Comites cohibentur. Initæ Ministerialium permutationis Tabulæ.

Caput LXIX.

Post Volcherum, Electorum pars postulat Pertoldum Andacensem, pars alia Volricum Canonicum eligit. Sedis Apostolicæ auctoritate Patriarcha instituitur Pertoldus. Crimen depellitur eidem intentatum. Precum libellum servant Civitatenses Canonici, a Sancta Elisabeth, Pertoldi nepte, dono datum. Dedunt se Tarvisinis Forojuliensium plures. Compescit eos Honorius III. Fœdera sancit cum Patavinis Pertoldus. Pax firma constituitur cum Venetis. Bononiam proficiscitur Patriarcha, parentalia Divo Dominico celebraturus.

Caput LXX.

Gregorio IX. adversatur Pertoldus. Ad frugem redit: pacemque inter ipsum, & Fridericum II. conciliat. Advocatiam Faganeæ, eodem curante, abdicant Comites Goritiani. Istriæ & Carniolæ Marchæ Aquilejensi Ecclesiæ, Ottone fratre cedente, traduntur. Forojulienses ac Istros cohibet Patriarcha, jure Feudi abutentes, quo potiebantur. Utinum ornat, & amplificat: indicaturque Capituli Canonicorum origo in eadem Civitate. Comitia celebrat ibidem Fridericus Imperator. Pergit etiam in Civitatem Austriam: quæ varias hoc ævo subit appellationes.

Caput LXXI.

Virginis Deiparæ cultum promovet Pertoldus in Ecclesia Aquilejensi. Ornat privilegiis Aquilejæ Cives. Ecclesiam S. Laurentii in Stein ad Dravi fluminis

Imperii negotia perstringuntur. Finitimi Aquilejensibus Principes. De Portu-Naone in Provincia Forijulii. Duces Carinthiæ, quorum pia gesta recensentur. Stemma Comitum Goritianorum. Explanantur difficultates. Iidem Comites Tiroli, & Carinthia potiuntur.

CAPUT LXXIV.

Gregorius de Montelongo renunciatur Aquilejensis Patriarcha. De Juliano, & Joanne Forojuliensis Chronici Scriptoribus. Præposituram Civitatensem extinguit Gregorius. Præpositi munus, aliaque ministeria exponuntur ad varia officia. Statuta Ecclesiæ Aquilejensis meliorem in formam redigit: numerumque minuit Canonicorum.

CAPUT LXXV.

Volricus Dux Carinthiæ Labacum, aliaque loca largitur Gregorio: eademque vicissim ipsi feudali conceduntur jure. Dissidia Gregorii cum Alberto Comite Goritiæ: a quo captivus efficitur. Captivitate liberatur, operam suam præstantibus Rege Boemiæ, & Archiepiscopo Salisburgensi. In gratiam Patriarchæ redeunt Pratenses in Provincia Forijulii: novaque oriuntur dissidia cum Alberto Goritiano. Mortem obit Gregorius.

CAPUT LXXVI.

Philippus Dux Carinthiæ, olim electus Salisburgensis, in Aquilejæ Patriarcham eligitur. Confirmationem electionis a Cardinalium Collegio, Romana Ecclesia vacante, postulant Suffraganei Aquilejenses Episcopi. Electionem Philippi rejicit Gregorius X. Volrici fratris defuncti ditiones frustra sibi vendicare nititur Philippus: easdemque assequitur Otocherus Boemiæ Rex. Forojuliensium pars Philippo favet, qui Portu-Naone potitur: ab eoque desciscunt Civitatenses, aliique Boemo Regi fœderati. Raimundus Patriarcha Aquilejensibus præficitur. Provincias Otocheri, & Philippi obtinet Rodulphus Rex: quas tradit Alberto filio, & Mainardo Tirolensi.

CAPUT LXXVII.

Dissidia Raimundi, initæque conventiones cum Alberto Goritiano. Utinensium Canonicorum emolumentis consulitur: celebraturque Aquilejæ Synodus Provincialis. Ventionum, aliaque loca Mainardo Carinthiæ Duci tradita. Bella gerit Raimundus, ac fœdera sancit.

CAPUT LXXVIII.

Turriani sedem collocant in Provincia Forijulii. Joannes electus Patavinus Antistes, misso Procuratore, Ecclesiam visitat Aquilejensem, ac jurara, hujus nominis secundus. Bellum geritur cum Girardo Caminate. Mortem obit Patriarcha.

CAPUT LXXXI.

Imperatorum series: itemque Comitum Tirolensium & Ducum Carinthiæ negotia. Aquilejensium pars in Patriarcham eligit Paganum Turrianum, alia postulat Ottonem Ortemburgensem: militiæque præficitur Henricus Goritianus. Dissidia cum Vidone Vicedomino. Comitum Goritianorum stemma. Rejecta electione Pagani, & postulatione Ottonis, præficitur Aquilejensibus Ottobonus.

CAPUT LXXXII.

Pacis fœdera sancita cum Venetorum Republica. Subsidium Ottobono pollicetur Rex Boemiæ. Rixæ, & prælia cum Comite Hohenburgi, & Caminate: traditumque ad custodiam Civitatensibus, ac Utini Civibus Oppidum Sacilum. Discedit e Provincia Patriarcha: deque pace tractant Civitatenses. Friderici Ducis Austriæ litteræ ad Ottobonum. Invicem, & cum eodem Patriarcha diffident Proceres Forojulienses, Dissidia cum Henrico Goritiano.

CAPUT LXXXIII.

Synodum Provincialem Aquilejæ celebrat Ottobonus. De loco tenendo diffidet Episcopus Patavinus. Ad Viennense Generale Concilium idem Patriarcha vocatur. Iterum Synodum Provincialem Utini, & Aquilejæ celebrandam indicit. Henricum Imperatorem adit in Langobardia versantem. De Procurationibus solvendis Apostolicæ Sedis Legatis. In suspectos de hæresi inquirit Patriarcha. Obitus ejus.

CAPUT LXXXIV.

De serie Patriarcharum Aquilejensium rejicitur Isnardus. Henricus Goritianus militiæ præficitur: eligiturque Gilo Archidiaconus in Patriarcham. Motæ in Provincia turbæ. Gilonem rejicit Joannes XXII. qui Patriarcham renunciat Castonum Turrianum. Reservationes Papales. Castoni epistolæ ad Forojulienses, itemque ad Comites Goritianos. Florentiæ mortem obit: sibique electionem Successoris reservat Joannes Pontifex.

CAPUT LXXXV.

Paganus Turrianus renunciatur Patriarcha. Imperatorem series. Mortem obit Henricus Goritianus, relicto anniculo Joanne-Henrico ex Beatrice Bavara filio. Joannis Henrici tutorem agit Henricus Carinthius. Hujus conventiones cum Rege Boemiæ: itemque factiones Guelfæ, & Gibellinæ. Comitum Goritianorum Stemma.

d CA-

Bertrandi vitæ Synopsis ab eodem scripta. Eadem notis illustratur. Synodus Diæcesana: in eaque constitutiones Præcessorum iterum promulgatæ.

CAPUT LXXXIX.

Bella gerit Bertrandus. Alberto & Fratribus Goritianis beneficia Aquilejensia confirmat. Eorumdem Comitum Stemma. In Episcopi Veronensis interfectores legibus animadvertit. De Civitate & Provincia Vindo-græcii.

CAPUT XC.

Ecclesiam Utinensem amplificat Bertrandus, translata Præpositura S. Odolrici. Distribuit in regiones Provinciam Forijulii. Præpositi dignitatem peremptorio decreto abolet in Ecclesia Civitatensi. Synodum Aquilejæ Provincialem celebrat. Profusam sumptuosamque damnat vestium vanitatem.

CAPUT XCI.

Pro Ventiono pugnant Bertrandus, & Carolus Marchio Moraviæ. Civitatenses præficiunt sibi, suæque militiæ Henricum & Mainardum Goritianos. Diffidia, & prælia cum eisdem Goritiæ Comitibus, aliisque Provinciæ Dynastis. Mortem obit ille crudeliter enecatus.

CAPUT XCII.

Henricus Goritianus Ziliolam Carrariensem ducit uxorem. De Successore Ecclesiæ præficiendo agitur. Caroli IV. Imperatoris litteræ ad Utinenses. De serie Patriarcharum expungitur Humbertus Delfinus Ordinis Prædicatorum. Ad eam Sedem evehitur Nicolaus. Conlatæ Ecclesiæ possessionem adit. Bertrandi necem ulciscitur: eidemque sacri honores exhibentur.

CAPUT XCIII.

Diffidia, pacisque conventiones. In Civitate Austria, precibus annuens Nicolai, Studium Generale erigit Carolus Rex Romanorum. Hunc hospitio excipit Patriarcha: ipsumque comitatur, Mediolanum & Romam proficiscentem. Diplomata ac privilegia ab eodem Carolo conlata. Diffidentes, Patriarcham, & Comitem Goritiæ, conciliat Franciscus Carrariensis. Jurgia cum Canonicis Aquilejensibus.

sanciunt. Vita excedit Ludovicus: renunciaturque Vicedominus, Franciscus Savorgnanus. De Chronico Joannis Aylini Maniacensis.

CAPUT XCVII.

Marquardus Patriarcha sufficitur. Pugnat fortunato Marte Savornianus Vicedominus. Possessionem, ut vocant, spiritualem adit Marquardus in Templo Aquilejensi. Odorici, & Joannis de Susannis Notariorum Opera. Temporalis possessio eidem Patriarchæ pro more traditur in Civitate Austria.

CAPUT XCVIII.

Diploma Caroli IV. ad Marquardum. Datæ ad ipsum Urbani V. epistolæ de recto judiciorum ordine in Provincia servando. Alia ejusdem gesta. Fœdus init cum Ludovico Rege Hungariæ. Tulminense Castrum locat Civitatensibus. Mortem obit Marquardus.

CAPUT XCIX.

Schisma Romanæ Ecclesiæ. Romanorum Imperatorum successio, aliorumque Principum. Comitum Goritianorum stemma. Ecclesiæ Aquilejensi Philippum Alenconium præficit Urbanus VI. titulo Commendæ. Sacili Philippus possessionem adit per Procuratorem: pacemque Provinciæ reddere studet.

CAPUT C.

Philippo Administratori obsequuntur Civitatenses, aliique: negant illi obedientiam Utini Cives. Dissidii causæ. Utinensibus plerique Forojuliensium adhærent. Ipsos ad obsequium revocare nititur Branchinus Episcopus Bergomensis, Apostolicæ Sedis Legatus. In arduo negotio sententiam profert Franciscus Carrariensis: pacemque constituit brevi duraturam.

CAPUT CI.

Dominio Provinciæ Forijulii inhiat Franciscus Carrariensis: ab eoque & a Philippo iterum deficiunt plerique Forojuliensium. De pace conciliandа agitur. Ad Urbanum Pontificem provocant Cives Utini. Bellum geritur ad plures annos. Ferdinandus Patriarcha Jerosolymitanus in Provinciam mittitur: an a Clemente VII. an ab Urbano? Idem Urbanus ad pacem conciliandam Ferdinandi

Aquilejæ poſſeſſionem adit. Confœderatio Civitatis Auſtriæ, & Utini. Cajetanus ad ſacram purpuram evehitur. Succedit Antonius de Portugruario, hujus nominis ſecundus. Sedem adit ille Aquilejenſem, jurgio compoſito, quod inter Metropolitanæ Eccleſiæ Canonicos, Proceresque Forojulienſes eruperat.

Caput CIV.

Antonio ſignificat ſui ipſius in Pontificem electionem Gregorius XII. Scriptorum lapſus emendantur. Civitatenſes ab Antonio deficiunt, quem Sede pellit idem Gregorius. Libellos ſupplices Pontifici, ac Purpuratis Patribus offerunt Utinenſes. Gregorii conſilium de Ludovico Duce Techio ad Sedem Aquilejenſem evehendo.

Caput CV.

Synodus Oecumenica Piſana indicitur. Cardinalium epiſtolæ ad Antonium de Portugruario. Aquilejenſi Eccleſiæ præficit Gregorius Antonium de Ponte. Antonio de Portugruario adhærent Cives Utini: quem Civitatenſes cœtu coacto rejiciunt, ſeque dedunt Comiti Ortemburgenſi. Contra Piſanum Concilium convocandam Gregorius Papa in Aquilejenſi Provincia Synodum indicit. Datis iterum litteris, locum Synodi ſtatuit Utinum, & Civitatem Auſtriam. A Gregorio deficiunt Utinenſes.

Caput CVI.

Concordiam init Antonius de Portugrario cum Antonio de Ponte. Civitatem Auſtriam adit Gregorius. Primam celebrat Seſſionem Synodi. Ruperti Imperatoris litteras recipiunt Civitatenſes. Utini Civibus contra Gregorium, & pro Antonio de Portugruario ſcribunt Cuſtodes Conclavis. Electionem Alexandri V. in Synodo Piſana peractam, irritam declarat Gregorius in aliis Seſſionibus. Scriptorum errores emendantur. De Civitate Auſtria abſcedit idem Pontifex: agitque Civitatenſibus gratias.

Caput CVII.

Alexander V. favet Antonio de Portugruario: hortaturque Venceslaum Regem Boemiæ, ut a regimine Provinciæ revocet Comitem Ortemburgenſem. Ejuſdem Pontificis ad Forojulienſes litteræ. De novo inſtituendo Patriarcha agitur: ſuamque tuetur cauſam Antonius de Portugruario. Bellum geritur inter eoſdem Forojulienſes. Bellum inſtaurant Hungari, qui Civitatenſibus favebant. Sancitis induciis invicem conciliantur partes.

Mortem obit Patriarcha Techius. Ludovicus Scarampus Mediarota, hujus nominis III. ab Eugenio IV. Sedi Aquilejenſi præficitur: eodemque titulo a Felice Antipapa exornatur Alexander e Ducibus Mazoviæ, Epiſcopus Tridentinus. An Paulus Burgenſis renunciatus fuerit Aquilejæ Patriarcha? Joannes Vitelleſcus, Joannes de Rupeſciſſa, & Laurentius Leichtemberger de ſerie Patriarcharum delentur.

Caput CXI.

Initæ conventiones Venetos Patres inter, & Scarampum. De ſancita concordia Nicolaus V. gratulatorias ſcribit Epiſtolas. Aquilejenſium Canonicorum privilegia confirmantur. Ludovici Scarampi obitus. Marcus Barbus eligitur Patriarcha. Eccleſiæ poſſeſſionem adit ille, quam prudentiſſime regit.

Caput CXII.

Poſt Barbum præficitur Aquilejenſi Eccleſiæ Hermolaus Barbarus, qui legationem Romæ gerebat. Electionem ejus datis litteris ſignificat Innocentius VIII. Poſſeſſionem non adit Barbarus. Succedit Nicolaus Donatus, Patrum ſuffragiis delectus. Jacobi Gordini Oratio Aquilejæ habita, cum Metropolitanam Eccleſiam primum adiret Patriarcha. Notæ in eamdem. Mortem obit Donatus in Civitate Auſtria.

Caput CXIII.

Dominicus Grimanus S. R. E. Cardinalis, Venetorum ſuffragiis expoſtulatus, Aquilejenſis Patriarcha ab Alexandro VI. inſtituitur. Dimittit Infulas cum regreſſu in gratiam Marini nepotis, qui de loco tenendo diſſidet in Synodo quinta Lateranenſi: mortemque obit ille. Utinenſem adit Eccleſiam ſolemni pompa Marinus, Mula phaleris inſtructa Utinenſibus dono data. Morem inducit, quo Civitatenſibus primo ad illos ingreſſu Pontificalis traditur Capa. Marcus Grimanus per ceſſionem Marini S. R. E. Cardinalis cum regreſſu ſubſtituitur: quo præmortuo, regimen aſſumit Eccleſiæ idem Marinus. Daniel, & Sebaſtianus de Rubeis, Epiſcopi Caprulani, operam ſuam in Aquilejenſi Diœceſi impendunt. Joannes Grimanus Aquilejenſibus præficitur, cedente pariter cum regreſſu Marino: qui fato mortalitatis concedit.

Caput CXIV.

Joanni Patriarchæ, hujus nominis ſexto, cedenti cum regreſſu, Daniel Barbarus ſubrogatur. Calumnia depellitur Joanni impacta ob doctrinam Præ-

Civitas Austria vetustam recuperat Forijulii appellationem. Diœcesanam in Oppido S. Danielis celebrat Synodum, ubi de loci primatu lis emergit inter Forojulienses Canonicos, ac Utinenses. Administrum postulat Franciscus, & obtinet Hermolaum fratrem.

Caput CXVII.

Provincialem Synodum Aquilejensem Utini celebrat Franciscus Patriarcha. Episcoporum subscriptiones illustrantur. Comensi Episcopo injungitur, ut Romanum in actione liturgica, precibusque Canonicis ritum amplectatur. Diœcesanæ in Civitate Forijulii, & Goritiæ Synodi celebratæ. Alia Francisci gesta, ejusque obitus.

Grimanus, ejusdem nominis quartus. Ecclesiæ Aquilejensis regimen traditur Augustino II. Gradonico. Succedunt Marcus, & Hieronymus ex eadem Gradonicorum gente.

Caput CXX.

Sedem Aquilejensem conscendit Joannes VII. Delfinus. Daniele fratre, primo Coadjutore, vita functo, ad idem munus deligitur Dionysius nepos. Joannem S. R. E. Cardinalem excipit idem Dionysius. Marco Gradonico Coadjutori, ad Sedem Veronensem evecto, sufficitur Daniel Delfinus hujus nominis II. qui Dionysio succedens, Patriarchalem moderatur Ecclesiam, Administro adscito Bartholomæo Gradonico.

Menda exciderunt nonnulla: præcipua, quæ corrigenda sunt, sub oculos pono: cætera facile quisque corrigat.

Col. 4.	C.	l. 9.	Henricus	Andreas
12.	B.	l. 15.	Pauli	Paulo
28.	A.	l. 9.	Tergestem	Tergeste
54.	D.	l. 5.	Provincias	Provinciis
91.	A.	l. 3.	Victorianus	Victorius
105.	C.	l. 3.	1404.	404.
211.	B.	l. 6.	potestatem	potestatum
212.	D.	l. 2.	eorumdem	earumdem
220.	A.	l. 11.	Abbatis	*dele eam vocem*
	B.	l. 16.	Abbate	Presbytero
270.	B.	l. 13.	alieno	alienum
319.	B.	l. 9.	patris	patre
393.	D.	l. 3.	percelluitque	perculitque
Col. 436.	A.	l. 11.	447.	847.
461.	D.	l. 12.	Magla	Mugla
462.	C.	l. 15.	Civitatem	Castrum
567.	A.	l. 9.	Patriarcha IV.	Patriarcha
586.	B.	l. 2.	Principium	Principum
760.	C.	l. 9.	Litteris, qui	Litteris
		l. 10.	*Jordanus*	*Joannes*
860.	A.	l. 10.	M. CC. XXX.	M. CCC. XXX.
971.	B.	l. 3.	Historia	Historiam
995.	D.	l. 1.	eadem scatet typis edita	eædem scatent typis editæ
1016.	B.	l. 9.	Romam	*dele eam vocem*
1087.	C.	l. 12.	Marcum	Marcum Antonium

MONU-

Origo Ecclesiarum in Occidente plerumque obscura, & incerta. Aquilejensis Divi Marci Evangelistæ Apostolatus proponitur. Documentorum Aquilejensium fides, & objecta contraria expenduntur. Alia plura ejusdem traditionis vetustiora testimonia. Silent tamen veteres Patres Scriptoresve, quorum silentium ad examen vocatur. Varia gestorum Divi Marci chronographia non repugnat.

I. ECCLESIARUM originem, factæque fidei Christianæ in Italia, ac reliquis Orbis occidui partibus INNOCENTIUS I., qui ineunte seculo quinto tenere cœpit Romanam Sedem, generatim prima tempora notat in Epistola ad Decentium Episcopum Eugubinum num. 2. his verbis apud Petrum Constantium: *Præsertim, inquiens, cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, & Insulas (Terrasque) interjacentes, nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos Venerabilis Apostolus Petrus, aut ejus successores constituerint Sacerdotes.* Quænam vero Civitates, Municipia, & Oppida fuerint, in quibus Ecclesias instituerint Episcopi a Petro Apostolo initiati, ab eodemque Apostolorum Principe ad id munus obeundum delecti; & quænam distinguere loca oporteat, ubi temporum decursu Petri successores, opera, & industria Sacerdotum, quos ipsi destinaverint, lumen attulerint Evangelicæ fidei, obscuram, perplexam, difficillimamque negaverit nemo perquisitionem, aleæque plenam.

TRADITIONES Ecclesiarum, quæ *satis exploratæ*, quod earum ad originem attinet, Baronio Annalium Ecclesiasticorum parenti visæ sunt, plerasque recenset ipse ad Annum XLVI. num. 2. „Habuit a Petro (verba ejus refero) „ institutos Episcopos Sicilia Pancratium, Marcianum, Berillum, & Philippum; Capua Priscum, Neapolis Asprem, aliter Asprenatem; Tarracina Epaphroditum, Æquicolæ Marcum, alium tamen ab Evangelista; Ptolomæum Nepe, Romulum Fesulæ, Paulinum Luca; Ravenna Apollinarem, Verona A Euprepium, Patavium Prosdocimum, Ticinum Syrum, Aquileja post Marcum Hermagoram: in Galliis Lemovicenses, Tolosani, & Burdegalenses Martialem; Tungrenses, Colonienses, & Treverenses Maternum, necnon Valerium; Rhemenses Sixtum, Arelatenses Trophimum, Senonenses Sabinianum, Cenomanenses Julianum; Vienna, & Maguntia Crescentem, Catalaunum Memmium, Bituricenses Ursinum, Arvernenses Austremonium, Sanctonenses Eutropium; Germania Eucherium, Egi- B stum, & Marcianum; Hispania Torquatum, Ctesiphontem, Secundum, Indaletium, Cæcilium, Hesychium, Euphratium, & alios... Multa his scimus addenda fuisse de compluribus aliis, qui a Petro missi dicuntur discipuli, sed temperantius agimus, consultius existimantes ex multis pauca referre, quam multa incerta, ac nobis non satis explorata coacervare." Immo liberalius egisse Baronium, nimiumque popularibus indulsisse traditionibus, qui tot Ecclesiarum primordia ad incunabula fidei Christianæ refert, primumque ab ævo Apostolico arcessit Pastorem, censuerunt, C putantque viri doctissimi. Duobus præcipuis in argumentis, (ut amplissimam quæstionem paucis contraham) difficultatem omnem positam esse contendunt: quod vetusta authentica plerumque desiderantur vulgatæ traditionis monumenta; si qua vero proferantur, aut recentis ævi fœturæ sunt, aut fabulis ineptisque narrationibus certe scatent. An ergo prudens fuerit, qui ævi Apostolici gesta post diuturnum plurium seculorum silentium feræ posteritatis testimonio facile credat? Quis etiam sibi ipsi, suæque industriæ adeo fidat, ut corrupta priscæ tradi-

ſtam, a Petro Principe Apoſtolorum miſſum, legatumque, ut ejus prædicatione Evangelium Chriſti ea in urbe ampliſſima eluceſceret. Hujuſce Aquilejenſis Apoſtolatus Acta referunt Bollandi Continuatores ad Diem XXV. Menſis Aprilis, ubi legimus: *Beatum Marcum Evangeliſtam, Apoſtolatus officio fungentem, miſſum eſſe Aquilejam, ad urbem ſcilicet famoſiſſimam: Divina comitante gratia, magna fidelium multitudine ad Chriſti Domini cultum converſa, ibi Eccleſiam religioſiſſima ſagacitate, & inviolabili ſoliditate fidei* Sanctiſſimum virum *fundaviſſe*: ab eoque *Evangelium quoque ibidem Domini proprio, ut fertur, editum eſſe ſtylo*. Ex politiore Actorum dictione, quam ſatis redolent vel pauca allata verba, Tillemontius colligit nimium recentem Auctoris ætatem, qui jam inſtauratis in Italia litteris proculdubio floruerit. Morem ipſi gerimus: alioſque cenſemus, antiquiores, gravioreſque, ſiquidem adſint, advocari teſtes debere, qui Aquilejenſem Marci Apoſtolatum proferant.

HABENT ſane ſuæ traditionis momenta Aquilejenſes. Proſtant Acta S. Hermagoræ apud eoſdem Continuatores Bollandi ad diem XII. Menſis Julii, in quibus hæc habentur: *Apud Urbem Romam profectus eſt B. Petrus Apoſtolus.... una cum B. Paulo Apoſtolo, adducentes ſecum Beatum Marcum..... & morabatur cum eis in Urbe Roma. Tunc dicit ad eum B. Petrus, quid hic moraris? Ecce tu pleniſſime eruditus es de omnibus, quæ fecit Dominus noſter Jeſus Nazarenus. Surge, & perge ad Urbem, quæ dicitur Aquileja, Auſtriæ Provinciæ, ad prædicandum Verbum Domini. Tunc accipiens B. Marcus primam ſortem, & baculum Pontificatus, arripuit iter, & veniens pervenit ad dictam Urbem, quæ dicitur Aquileja. Veniens autem apud prædictam Civitatem, invenit ibi juvenem, nomine Athulphum* (al. *Athaulphum*) *filium Ulfii, illuſtris, & primi Civitatis*, quem lepra laborantem curavit:

clesia Aquilejenſi viguiſſe morem ex Ritualibus mſſ. Codicibus ejuſdem Eccleſiæ diſcimus. Incipit vero Catalogus a Marco his verbis: *Primus Patriarcha prædicator extitit Aquilejæ B. Marcus Evangeliſta*. Idem vulgatus eſt num. I. in Appendice.

CHRONICON Patriarcharum typis edidit Ludovicus Antonius Muratorius Tomo IV. Anecdotorum, & Tomo XVI. collectionis Rerum Italicarum: noſque in Appendice num. II. emendatius dabimus. Hæc in illo habentur: *B. Marcus Evangeliſta, qui ab ore Petri Evangelium ſcripſit ex præcepto dicti Petri ad Urbem Aquilejam, famoſiſſimum caput Italiæ, Pontificatus ab eodem Petro accipiens baculum venit: & per plures annos verbum ſalutis ibidem prædicans... Evangelium manu propria ſcripſit, quod hodie in Aquilejenſi Eccleſia omnibus videre volentibus.... demonſtratur. Et ſic primus Prædicator in Aquileja fuit B. Marcus Evangeliſta*. Paria ſcribit Henricus Dandulus Dux Venetiarum in Chronico apud Muratorium Tomo XII. laudatæ collectionis, quæ ſine dubio ex vetuſtis documentis Gradenſibus decerpebat: additque locum Aquilejæ, *in quem primum egreſſus eſt* Marcus, *Murſianam vocari, ubi Eccleſia ſui nominis poſtea conſtructa eſt*.

III. HÆC proferunt Aquilejenſes Apoſtolatus Divi Marci domeſtica teſtimonia. Fidem eorum expendamus. Ad ætatem, quod attinet; Chronicon Patriarcharum recentius eſſe Hermagoræ actis dubium nullum eſſe debet, cum in illo iſta commemorentur his verbis: *omiſſis ejus* (Hermagoræ) *ſanctis operibus, quæ in Legenda declarantur*. Recentiſſima ejuſdem Chronici tempora definit Muratorius, qui adnotat in Præfatione: perduci Chronicon uſque *ad Nicolai Patriarchæ* obitum, qui anno 1358. contigit: nihilque referri de *Ludovico Turriano* ſucceſſore: adeoque ſub eodem Ludovico, aut non longe poſt conſcriptum fuiſſe Opuſculum.

njectura affirmare possumus, Successorum deinceps, qui Aquilejensem regerent Ecclesiam, numero augendum. Hinc vero & Hermagoræ actorum ætas incipit sublucere, quæ seculo octavo litteris exarata fuisse videntur, cum eadem in Chronico, quod seculo nouo nondum adulto scriptum existimamus, disertissime commemorentur. Sed in Actorum ætatem diligentius infra inquirendum est.

QUÆNAM ulterius allatis documentis, quæ Marci Evangelistæ ferunt Aquilejensem Apostolatum, fides adhibenda sit, clarius ut innotescat; rationem aliam de Catalogis, qui priscorum Ecclesiarum Antistitum sola nomina, seriemque recensent, ineundam censeo, aliamque de Chronicis, & Actis; in quibus etiam Præsulum nomina, & successionem distinguere oportet ab reliquis eorum gestis, quæ narrantur, ac sedis annis quandoque adjunctis. Utriusque generis Opuscula habemus jam superius memorata, & in Appendice num. I. & II. edita; quorum alterum sola nomina Episcoporum Aquilejensium, seriemque, & successionem exhibet: alterum fusiore calamo scriptum Sedis annos numerat, ac gesta refert. Simplices illi Catalogi, quos a vetustis temporibus servant Ecclesiæ, prodierunt ex Diptychis Episcoporum, sive Tabellis Episcopalibus, quarum usus ubique olim constantissime obtinebat. Hinc priscorum nomina Præsulum, series, & successio absque fidei prudentis dispendio retinenda videntur, nisi recens interpolatorum audacia certo constet. Utebatur olim Ecclesia Aquilejensis, hodieque adhuc utitur Ecclesia Civitatis Forijulii simplici Antistitum Aquilejensium Catalogo, quem die secunda Februarii coram, palamque recitant singulis annis ex Odeo Canonici. Morem istum prodire ex vetusto Diptychorum usu, verisimillimum est: adeoque vetusto, probatissimoque testimonio niti videtur Aquilejensis Marci Evangelistæ Apostolatus, cujus nomen primo loco recensetur. Una in eodem Catalogo recens apparet interpolatio in adjuncto *Patriarchæ* titulo, quo prisci insigniuntur Aquilejæ Præsules; quamquam ejusdem tituli appellationem seculo Ecclesiæ sexto exortam, & insequente vulgatam fuisse, certissima docet Historia.

dentiæ leges credi minime debeat, postremo loco expendendum est. Verba illa Chronici opponi possunt, quibus Aquileja insolentius, ac falso, ut prima videtur specie, *famosissimum* appellatur *caput Italiæ*. Augusti ævo, ac primorum Imperatorum ætate, non ita urbem illam appellatam esse, lubens concesserim. Deinceps vero non minus amplo eandem insignivit encomio Herodianus, cum ipsam *Emporium Italiæ* nuncupavit: eamdemque Justinianus Augustus dixit *τῶν ἐπὶ τῆς ἑσπέρας μεγίστην, earum, quæ in Occidente*, vel *in Italia sunt*, *maximam civitatem*. Sed etiam Italiam contracte aliquando sumptam juxta Constantinianam maxime politiam ignorat nemo, pro regionibus trans, cisque Padum positis: ac demum contractissime pro Venetia duntaxat, cui adjuncta erat Istria; quo sensu in Notitia dignitatum Imperii apud Pancirolum *Præpositus thesaurorum per Italiam Aquilejæ* distinguitur, Doctissimo Scipione Maffejo adnotante in Verona illustrata, a *Præposito thesaurorum Mediolanensium Liguriæ*. Habes vero sensum multiplicem, quo Aquileja dici potuerit *famosissima*, & *Italiæ caput*: eademque fortasse ratione eam Justinianus maximam Civitatum Hesperiæ nuncupavit. Sequioris ævi hanc nihilominus interpolationem puto, adhuc certe vetustam, neque Marci Aquilejensi Apostolatui derogantem.

ADVERSUM Hermagoræ Acta Criticorum hominum impetus vehementiore conatu exeruntur. Exiguam eorum, ac pene nullam fidem censent Tillemontius, & Papebrochius: eorumque recentissimam, ut putant, ætatem opponunt. Is enim ad Diem XIX. Mensis Junii in Commentario prævio ad Acta Sanctorum Gervasii, & Protasii §. V. num. 47. existimat: *tunc eadem Acta scripta fuisse, cum Aquileja civitas Austriæ Provinciæ censebatur*, (hæc scilicet verba leguntur in Actis;) *idest post seculum octavum, vel nonum: nec enim cuiquam prius nominata Austria fuit*. Eadem ex voce idem argumentum depromit in Monumentis Historiæ Ecclesiasticæ Tillemontius. Falluntur omnino: ipseque Tillemontius, & Bollandi Continuatores in Notis ad Acta incidunt in errorem, vocem *Istriæ* reponentes pro *Austria*. Jam vero notum est compertumque, quod loco oppor-

accessisse, quæ seculo octavo, immo superiore septimo, ac etiam sexto fieri potuit.

NONNE vero (alterum argumentum intorquent) Gothica aut Langobardica sunt nomina *Athaulfi*, *&* *Ulfi*; adeoque commentitia, ac fabulosa Athaulfi lepra detenti curatio ad S. Marci ingressum? Nolim acta Hermagoræ adeo pura venditare, ut nihil habeant sordis, qua detergi debeant. Argumentorum, quæ opponuntur, momenta expendo, quin singulas actorum partes, apicesque, cum origines errorum latius patere monuerim, vindicare velim. Itaque Romanis, ac Italis hominibus pro Marci ætate aptari non posse *Athaulfi*, *&* *Ulfi* nomina, lubens consentio. At enim Aquileja, Strabone teste Geographiæ lib. V. *patebat emporium Illyricis gentibus Istrum accolentibus*. Ait etiam Herodianus lib. VIII. in Maximino: *Super civium ingentem numerum*, *etiam magnam vim hospitum*, *ac mercatorum eam Urbem* (Aquilejam) *frequentasse: eamque ad mare sitam*, *quasi terminum Illyriæ*. Atque demum Ammianus Marcellinus lib. XXI. *Italicos incolas* distinguit ab exteris. Quidni vero inter alienigenas, Illyricos, & Istros, qui Aquilejæ hospitabantur, aut sedem fixerant, plerique fuerint exoticis nominibus nuncupati? Id negaverit jure nemo. An etiam *Athaulfus* filius *Ulphi*, quem lepra laborantem curaverit Marcus? nec ajo, nec inficior.

NEGOTIUM quoque facessit *prima sors*, quam dicitur in Actis accepisse Marcus, cum Roma a Petro Aquilejam missus est. Longe enim ante, quam Romam idem Marcus proficisceretur, Ægyptiis, & Alexandrinis Verbum Christi ipsum evangelizasse, pro certo habendum est; unde *prima sors* Marci non Aquilejam spectat, sed Ægyptum, & Alexandriam. Nihil anceps hæreo, quin Ecclesias Marcus in Ægypto instituerit, antequam Romam pergeret, ibique jubente Petro acceptum Evangelium litteris consignaret. Habet vero Aquilejensis traditio, Ecclesiam Aquilejæ post Evangelium Romæ scriptum fundatam esse a Marco qui traditionem eamdem seculo octavo, & nono longe, lateque vulgarunt. Primum seculi noni testem voco Carolum Magnum Imperatorem, qui in Diplomate, quod apud Ughellum datum legitur *anno tertio*, *Christo propitio Imperii*, ejusdem Christi 803. ad Fortunatum Patriarcham Gradensem, ipsum vocat *Sedis Sancti Marci Evangelistæ*, *&* *S. Hermagoræ Episcopum*. Ecclesia Gradensis dicitur Sedes S. Marci Evangelistæ, quod illa ætate Ecclesia Aquilejæ, a qua divulsa Gradensis fuerat, ab eodem Marco absque dubio instituta credebatur. Testimonium accedit Ludovici Pii, ac Lotharii Imperatorum in Diplomate ad Maxen-

C tium Aquilejæ Patriarcham dato *tertio Idus Novembris anno Christo propitio XVII. Domini Imperatoris Hludovici Serenissimi*, *&* *Hlotharii Augusti VIIII. Niumaga Palatio Regio*, idest anno æræ Christianæ 830. Autographum in Parthenone Virginum Deo sub regula Divi Benedicti militantium in Civitate Forijulii adservatur; cujus exemplum a Philippo a Turre, Adriensi postea Episcopo, acceptum vulgavit Mabillonius Tomo II. Annalium Benedict. in Appendice. Hæc verba legimus ad rem nostram: *Maxentius Ecclesiæ Aquilejensis Patriarcha*, *precibus quibus valuit*, *nostram imploravit Clementiam*, *uti Monasterium Puellarum*, *quod dicitur Sanctæ Mariæ*, *quod est*

D *situm juxta Basilicam Sancti Joannis*, *constructum infra muros Civitatis Forojuliensis in loco*, *qui dicitur Vallis*, *prædictæ* (Aquilejensi) *matri Ecclesiæ Sancti Marci Evangelistæ*, *&* *S. Hermacoræ Martyris*, *atque Pontificis*, *ubi authore Deo ipse Patriarcha præest*, *traderemus*. Marcum Evangelistam institutorem satis evincit Aquilejense Templum in ejus honorem Deo dicatum.

HOC eodem seculo florebant Ado Viennensis in Gallia Antistes, Notkerus Monachus S. Galli, & Usuardus S. Germani Monachus Parisiensis ejusdem traditionis optimi testes. Ado in Chronico, quod ab origine Mundi usque ad annum æræ Christianæ 877. perducitur, habetur-

quis codicibus invenitur, *Hermechoræ*, *primi ejusdem civitatis Episcopi*, *discipuli S. Marci Evangelistæ*. Ubi codicum *antiquitas* animadvertenda est, quibus eadem traditio continebatur. Ait demum Usuardus apud Bollandi Continuatores Tomo VII. Mensis Junii: *In Aquileja natalis S. Hermagoræ Episcopi*, *discipuli B. Marci Evangelistæ*.

AD superius octavum seculum ascendo. Diploma refert Jo. Franciscus Palladius Libro II. Historiæ Forojuliensis, quod a laudato Carolo Magno ad Paulinum Patriarcham datum est *anno* XXIV. *&* XIX. *Regni*, idest anno Christi 792. ut alibi ostendimus. Verba in eo sunt: *Notum sit omnibus fidelibus nostris*, *præsentibus scilicet & futuris*; *qualiter Vir venerabilis Paulinus*, *S. Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha*, *quæ est in honore Sanctæ Dei Genitricis semper Virginis Mariæ*, *vel S. Petri Principis Apostolorum*, *sive S. Marci constructa*. Quo in loco particulas disjunctivas *vel* & *sive* conjunctivum reddere sensum, non ignorant qui Scriptores ævi medii, & Diplomata legunt. Aquilejensem Marci Apostolatum mole sua cunctis conspicua facunde loquebatur hocce Templum, quod *in honore S. Marci constructum* memorat Rex Carolus. Ipse Paulinus Patriarcha, cui Jo. Franciscus Madrisius in Operum ejus editione nuperrime adornata hymnum adjudicat *de S. Marco Evangelista*, ex duobus vetustissimis codicibus a Philippo a Turre descriptum, ita canit ad rem nostram:

Sic a Beato Petro missus adiit
Aquilejensem dudum famosissimam
Urbem: sacrati verbi pullulantia
Disseminavit, *fatoque centuplices*
Fructus ad alta vexit felix horrea.

Perhibet quoque demum Paulus ejusdem Ecclesiæ diaconus testimonium in Opere de Episcopis Metensibus Tomo XIII. Lugdunensis Bibliothecæ Patrum, his verbis: *Cum Romam pervenisset* Petrus, *illico qui summas quasque urbes in Occiduo positas Christo Domino per verbum fidei subjugarent*, *optimos eruditosque Viros ex suo consortio direxit*. *Tunc de-*

B Martyrologio ab ipso Adone præfixum, octavi seculi certe foetum, ac fortasse septimi. Opus illud Tomo XVI. referunt Lugdunensis Bibliothecæ Patrum editores. Hæc in eo leguntur paucissima verba, quæ rem totam conficiunt: *Aquilejæ*, *Hermargoræ Episcopi*, *discipuli Sancti Marci*. De veneranda Operis vetustate, ejusque usu in Ecclesiis Romana & Aquilejensi, disserit laudatus Ado in Præfatione. Verba sunt: *Huic operi* (fusiori nempe Martyrologio, quod ipse concinnavit) *ut dies Martyrum verissime notarentur*, *qui confusi in Kalendis satis inveniri solent*, *adjuvit venerabile & perantiquum Martyrologium*, *ab urbe Roma Aquilejam cuidam Sancto Episcopo a Pontifice Romano directum*, *& mihi postmodum a quodam Religioso fratre aliquot diebus*

C *præstitum*. *Quod ego diligenti cura transcriptum positus apud Ravennam*, *in capite hujus operis* (idest Martyrologii fusioris) *ponendum putavi*. Itaque Aquilejensis Apostolatus Marci traditio scripta legebatur in codice, quem Ado nono seculo, quo florebat, testatur *venerabilem & perantiquum* fuisse. Cum insuper Aquilejam a Romano Pontifice missus fuerit codex idem, jam constat usus ejus in Ecclesia Romana, tum Aquilejæ, aliisque in locis, ut infra dicemus.

NIMIUM severam Francisci Mariæ Florentinii sententiam non ignoramus, qui contendit, Martyrologium a Rosweido editum, idemque fusiori Adonis Martyrologio præmis-

D sum, non illud esse quod operi suo Ado revera præfixit, cum jam perierit: sed potius compendium dici debere ipsius Adoniani Martyrologii, seculo undecimo non vetustius. Injectas a Florentinio difficultates expedit omnes Jo. Baptista Solerius Tomo VI. Mensis Junii in Præfatione ad novam Martyrologii Usuardini editionem: eidemque Martyrologio breviori, quo de agimus, plurimis momentis vetustatem asserit, quam illi Florentinius eripere conatus est. Potius vero *Romanum parvum*, quam *vetus Romanum* appellandum esse arbitratur: ipsumque ab eo diversum credit, quod Gregorius Magnus Libro VIII. Epistola XXIX. ad Eulogium Alexandrinum jux-

Quorsum vero hæc omnia? Nempe vetustissimum ex prædicto Martyrologio traditioni Aquilejensi accedit testimonium. Utebantur eodem, seculo octavo, Ecclesiæ, Romana, Aquilejensis, Dorobernensis, aliæque: adeoque Romæ, Aquilejæ, aliisque remotis in Provinciis ævo illo legebatur Aquilejensis Marci Evangelistæ Apostolatus. Ad primam seculi octavi medietatem Cloveshoviense pertinet decretum, quo idem Martyrologium commemoratur: ipsumque creditur vetustiori Gregoriano substitutum; unde non inepte colligitur, idem Martyrologium seculo septimo in usu poni cœpisse, eademque ætate Aquilejensem obtinuisse traditionem.

V. His vetustiora desiderantur monumenta. Veterum silentium Tillemontius opponit, ut Aquilejensem Apostolatum Marci profliget: maximeque silentium Hieronymi, & Rufini exaggerat; quorum iste sacrum Aquilejæ lavacrum sumpsit, ejusdemque Ecclesiæ Presbyter ac Monachus fuit; ac ille pariter ea in urbe moram duxit, suisque laudibus Ecclesiam illam Præsulesque synchronos celebravit. Reponi plura possunt. Marci Apostolatum silet Rufinus: verum etiam duobus in libris Ecclesiasticæ Historiæ, quos ab Arianæ hæreseos primordiis usque ad Theodosii Magni obitum perduxit, adeo rerum Aquilejensium immemorem se exhibet, ut cum plura ad alias Ecclesias pertinentia narret, nihil omnino de illis in tanta materiei segete proferat. Silet Hieronymus Aquilejensem traditionem in elogio Marci, quod habet in Libro de Viris illustribus: jamvero doctissimi Viri adnotarunt, ea solum Sanctum Patrem sibi ut plurimum congerenda proposuisse, quæ ante ab Eusebio scripta præ manibus habebat.

Cur præterea tam illustris originis Aquilejensis Ecclesiæ nos perturbet silentium, cum veterum Scriptorum nemo proferri queat, qui de origine Ecclesiarum præsertim in Italia ac vice servare potuit Majorum traditio; Ecclesiam scilicet ab eo in urbe amplissima Aquilejæ fundatam esse. Scripserunt quoque Veteres, Marcum in Italia Christi Evangelium annunciasse. Disertissima verba sunt Nazianzeni in Oratione xxv. *Quid?* inquientis. *Nonne Apostoli peregrini fuerunt? Nonne multarum nationum atque urbium hospites, in quas divisi sunt, ut Evangelium quaquaversum curreret? .... Sit sane Petri Judæa. Quid Pauli cum gentibus commune, Lucæ cum Achaja,*
C *Andreæ cum Epiro, Joanni cum Ephejo, Thomæ cum India, Μάρκῳ πρὸς Ἰταλίαν, Marco cum Italia? Quid cæteris omnibus, ne sigillatim loquar, cum iis ad quos profecti sunt?* Promulgatorem Evangelii dici potuisse Marcum in Italia, quia Romæ illud scripsit nunciavitque, non abnuerim: nihil obstat vero, quominus in aliis Italiæ locis, maximeque in urbe Aquileja Evangelium disseminaverit, ut jam proposita traditio fert.

VI. Nec enim repugnat chronographia gestorum ejusdem Marci Evangelistæ, imo favet: eamque licet diversimode diversi proponant, ac digerant; tempora tamen designari commode possunt, quibus Marcus Aquilejam missus, fidei christianæ semina sparserit. Ro-
D mæ ipsum fuisse, ibidemque litteris consignasse Evangelium, Romanorum apud quos Petrus illud prædicaverat rogatu, tradunt Veteres, consentit Eruditorum natio, neque ulla quæstio hoc loco movenda est. Accedit Epistolæ primæ Petri auctoritas, in qua *Babylone*, idest Romana in urbe data, mentio Marci habetur his verbis: *Salutat vos ..... Marcus filius meus*; quo dilectionis nomine Marcum Evangelistam a Principe Apostolorum indicatum, ultro fatentur Ecclesiæ Scriptores; ipsumque spiritaliter a Petro genitum, sacro scilicet fonte regeneratum, scribit Hieronymus in Commentario Isaiæ Capite lxv. v. 23.

Varia Petri Romam adventus epocha di-
ver-

fuisse Marcum, cujus in Epistola citata mentio habetur: Anno demum 49. jam scripto Evangelio, quod Romani postulaverant, in Ægyptum perrexisse. Huic satis chronographiæ convenire potest Aquilejensis Marci Apostolatus. Quidni enim post annum 44. & ante 49. scribere Evangelium, & mitti Aquilejam potuerit, ut verbum Christi ea in urbe Italis civibus, & exteris gentibus frequentissima annunciaret? Id factum esse *anno Christi Jesu Domini nostri* XLVIII. scribit Dandulus in Chronico.

NUM ergo Ecclesia Alexandrina posterior fuerit Aquilejensi? Emergentem difficultatem, quam num. III. proposuimus & expendimus, facili negotio solvit Jo. Baptista Solerius Tomo V. Mensis Junii in Historia Chronologica Patriarcharum Alexandrinorum, annorum serie paullulum immutata. " Rem ita concipio: (inquit ille §. II. num. 16.) Marcus „ Evangelii semina in Thebaide, Libya, „ Marmarica, Ammoniaca, Pentapolitana, „ aut Cyrenaica, Ægypto per aliquot annos „ sparserit. Inde redierit ad Petrum anno forte tasse 44. quem Romam secutus, ibi Romanis ita postulantibus, quæ a Sancto Petro „ concionante audiverant, scripto Evangelio tradiderit, rursus ad gregem sibi concreditum postliminio reversus. „ Et num. 20. „ Non est inverisimile, Marcum Evangelio „ Romæ elucubrato missum fuisse a Petro Aquilejam anno circiter 46. Commoratum „ illic cogitemus ad annum usque 48. Petrum „ denuo inviserit, tandem ad Alexandrinos „ regressus anno Christi prædicto 49." Duos etiam Aquilejensis commorationis annos numerat Dandulus; quanquam adnotare libet, opus non esse, ut hisce chronicis notis hæreamus, ad Aquilejensem Marci Apostolatum constituendum, qui juxta positam chronologiam intra spatium quinque annorum, post annum Christi 44. usque ad 49. impedimento nullo adversante, contingere potuit.

HANC vero, sive aliam Chronotaxim adoptaveris, atque Petri Romam adventum in annos posteriores distuleris; æque facile designare ejusdem Apostolatus Marci tempora pos-

que Alexandriam reversum, anno octavo Neronis, æræ Christianæ 62. Martyrio coronatum scribit Hieronymus.

NEGOTIUM ingerit non leve epocha Evangelii, quam exhibet Irenæus Libro III. adversus Hæreses Capite 1. num. 1. inquiens: *Matthæus in Hebræis ipsorum lingua scripturam edidit Evangelii, cum Petrus & Paulus Romæ Evangelizarent, & fundarent Ecclesiam. Post vero horum* ἔξοδον *(excessum) Marcus discipulus & interpres Petri, & ipse quæ a Petro annunciata erant, per scripta nobis tradidit.* Vocem ἔξοδον intelligunt alii interitum obitumque: aliique urbe Roma excessum. Christophorsonus pro μετὰ τὴν τούτων ἔξοδον, legit μετὰ τὴν τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου ἔκδοσιν, Μάρκος; sicque vertit, *Post editionem Evangelii secundum Matthæum, Marcus &c.* Christophorsonum castigat Valesius, quasi ex mera conjectura textum illum interpolarit; cum tamen, testibus Grotio & Petro Posino, illo in Præfatione in Marcum, isto in Catena Patrum in eumdem Evangelistam, ejusdem Christophorsoni lectio in veteribus nonnullis MSS. codicibus inveniatur. Nihilominus vetus Irenæi Interpres ἔξοδον legerat, vertitque latine *excessum:* eamdemque lectionem loco movere noluit Renatus Massuetus in novissima Operum Irenæi editione. Neque præterea difficultatem, quam versamus, lectio Christophorsoni solvit, quæ traditum per scripta Marci Evangelium statuit post editionem Evangelii secundum Matthæum, quod ab ipso Matthæo exaratum, *Petro & Paulo Romæ evangelizantibus & fundantibus Ecclesiam*, auctor est Irenæus; idest post annum Christi 61. quo Romam prima vice, interjecta ad Cæsarem appellatione, causam suam peroraturus pervenerat Paulus.

ITAQUE si Apostolorum excessum intelligas eorumdem martyrium *interitumque*, atque Marci Evangelium eo tempore scriptum dicas: repugnantem habes veterem traditionem, qua fertur apud Clementem Alexandrinum, & Papiam Hierapolitanum, quos laudat Eusebius Libro II. Historiæ, Capite XV. idem Marci Evangelium *auctoritate sua* a Petro

ptum fuisse a Marco Evangelium. Adversatur Hieronymus, qui Marci necem anno octavo Neronis, Christi sexagesimo secundo consignat. In errorem incidisse Hieronymum, arbitrantur Viri docti: notantque, Eusebium, quem sequitur ipse, non Marci necem anno prædicto Neronis octavo illigare, sed Ecclesiæ Alexandrinæ administrationem Aniano traditam. Verba sunt ejus Libro II. Capite XXIV. *Octavo Neronis anno Anianus post Marcum Alexandrinæ Ecclesiæ administrationem suscepit*. Favent non pauci Scriptorum, maxime Orientalium, ut notat Jo. Albertus Fabricius in Bibliotheca Ecclesiastica, qui Anianum datum Alexandrinis a Marco adhuc vitam agente Episcopum tradunt; pluresque annos dein- B ne epocham redigi posse videntur, quæ legimus in actis Hermagoræ verba: *Apud urbem vero Romam profectus est B. Petrus Apostolus una cum B. Paulo, adducentes secum Beatum Marcum*, qui postea Aquilejam missus fertur. Qua ex narratione, quam minus accuratam novimus, id saltem colligitur: tempore, quo Petrus & Paulus communi laborum consortio Romanam instituebant Ecclesiam, scriptum fuisse a Marco Evangelium; eidemque provinciam instituendæ Aquilejensis Ecclesiæ a Petro commissam. Apostolatum ergo Marci in tuto habemus, quæcumque demum ipsius in urbem Romanam adventus, scriptique Evangelii epocha placuerit.

CAPUT II.

Autographum Evangelii a Marco scripti codicem olim Aquilejæ servari credebatur. Postrema ejus folia Carolo IV. Imperatori donantur a Nicolao fratre Patriarcha. Ex Civitate Forijulii Venetias translatus est. De materia ejusdem. Latine scriptum fuisse certissimo evincitur testimonio. Scriptorum errores castigantur.

I. NON solum de Marci Evangelistæ Apostolatu gloriantur Aquilejenses, verumetiam invaluit opinio, autographum scripti ab eodem Marco Evangelii Aquilejæ servari codicem. Chronicon Aquilejense num. 2. in Appendice vulgatum sic habet: *Evangelium manu propria scripsit, quod hodie in Aquilejensi Ecclesia omnibus videre volentibus..... demonstratur*. Rem hanc ita refert Dandulus ex Chronico Gradensi: *Supplicantibus Neophytis Evangelium suum Marcus transcripsit, & observandum dedit: quod usque in hodiernum diem in eadem Ecclesia devotissime veneratur*. Ad annum usque 1354. vitam duxit, tenuitque Ducatum Venetiis Dandulus.

PRIMIGENIUM codicem Evangelii a Marco scriptum indicare videntur Chronici Aquilejensis verba: exemplum ab eodem Evange- C lista transcriptum designat Dandulus. Sed in actis Hermagoræ nulla scripti, sive transcripti a Marco Evangelii, ejusdemque in Ecclesia Metropolitana Aquilejensi adservati codicis mentio: siletque omnino Paulus Diaconus, ac silent reliqui plures Apostolatus Marci testes, quos laudavimus.

IRRITO sane voto in testimonium adducerentur Paulini Patriarchæ verba Libro III. contra Felicem Urgellitanum Capite XII. ubi *Antiquaria* memorat *Evangeliorum authentica: quæ penes nos*, inquit, *& in scrinio Sanctæ nostræ retinentur Ecclesiæ*. Liquido namque pa- D tet, ad *Evangeliorum* codicem Paulini verba referri, minime ad Evangelium Marci. Dicuntur vero *antiquaria Evangeliorum authentica*, eorum facta comparatione cum *quibusdam recentioribus voluminibus*, quorum lectionem, quam obtrudebat Felix Urgellitanus, impro-

ris minime Evangelio Marci ultimi potuisset, in quo Capite XIII. v. 32. constantissime legitur: *De die autem illo, vel hora nemo scit, neque Angeli in cælo, neque Filius, nisi Pater*. Tum auctoritate Hieronymi, & Ambrosii utitur Paulinus; quorum ille in Caput XXIV. Matthæi, iste Libro V. de Fide Capite XVI. de commate Matthæi solummodo agunt. Joannis Millii variantes lectiones, quas congerit in suo Novo Testamento Græco, legi possunt, ejusdemque animadversiones in Prolegomenis num. 826.

II. CODICEM nihilominus Marciani Evangelii antiquitate venerandum olim servatum fuisse in Ecclesia Aquilejensi, certo colligimus ex Epistolis Caroli IV. Imperatoris, quibus Ernesto Archiepiscopo, & Capitulo Metropolitanæ Pragensis Ecclesiæ, sibi a Patriarcha Nicolao fratre postrema folia dono data significat, Codicemque dicit *propria Sancti Evangelistæ manu conscriptum*. Epistolas referunt Bollandi Continuatores ad Diem XXV. Aprilis Divo Marco Sacram in Commentario prævio §. II. num. 8. Verba sunt Imperatoris: *Noverit vestra devotio, quod nuper ad fines Italiæ procedentes, in Ecclesia Aquilejensi invenerimus librum Evangelii S. Marci Evangelistæ, latinis litteris in septem quaternis propria ejusdem S. Evangelistæ manu conscriptum: cujus duos quaternos ultimos instantia magnarum precum obtinuimus, vobisque pro decore S. Pragensis Ecclesiæ Matris nostræ per Nobilem Ludovicum de Hoenlog dirigimus*. Litteræ datæ sunt *Feltri die ultimo Mensis Octobris, Regnorum nostrorum nono*. Donum accepit Carolus a Nicolao Patriarcha ejus fratre. Aliud accepti datique doni monumentum reliquit Imperator, quod a Justo Fontanino, postea Archiepiscopo Ancyrano, acceptum Bernardus Montfauconius vulgavit in Diario Italico Capite IV. ubi de Codice prædicto pluribus agit, quem Venetiis inspicere potuit, ac diligentius expendere. *Ego Carolus quartus... vidi librum Evangeliorum Sancti Marci de sua propria manu scriptum, integrum ab initio usque ad finem in septem quaternos in potestate Patriarchæ Aquilegiensis.... de quo libro, petitione mea, apud Patriarcham & Capitulum*

B

anni 1354. currebatque insequente Octobre. Nisi fortasse *Incarnationis* annos numeraverit Carolus juxta Pisanorum aliorumque in Italia morem, qui a die 25. Mensis Martii anni Juliani 1354. auspicati jam fuerant annum *ab Incarnato Verbo* millesimum trecentesimum quinquagesimum quintum. De varia incipiendi annos ratione apud Italos, Romanos, Florentinos, Pisanos, aliosque, consule Scriptores in Chronologia peritos.

LOCUM vero, Mensem, ac Diem, quibus monumenta prædicta consignata sunt, & annum æræ vulgaris 1354. confirmant Cortusii in Historia, quam Tomo XII. Collectionis Rerum Italicarum vulgavit Ludovicus Antonius Muratorius. Inquiunt illi Libro XI. Capite I. *De Bohemia* (Carolus) *equitavit in Utinum. Fuit hoc in* M. CCC. LIV. *Indictione* VII. *die* XIV. *Octobris. Qui transiens per Sacile, Civie* (Civitatem Beluni,) *Feltrum, die primo Novembris intravit Bassanum. In ejus comitiva erant Aquilejensis Patriarcha ejus frater, Jacobinus de Carraria, Feltrinus de Gonzaga*. Itaque *die ultimo Mensis Octobris*, seu *in Vigilia Omnium Sanctorum* diversabatur *Feltriæ* in Marcha Tarvisina Imperator. Narrat vero Matthæus Villanius Libro IV. Capite XXVII. in eadem Muratorii Collectione Tomo XIV. *ex Alemannia Carolum advenisse Aquilejam*, (Italica verba latine reddo:) *indeque Utinum die* XIV. *Octobris profectum*. Unde tandem colligitur, Marciani Codicis folia obtinuisse Aquilejæ Carolum a fratre Nicolao. Ejusdem Nicolai hac de re posteritati relictum monumentum infra proferendum est.

C

D

III. CODEX idem sequiore tempore, (bellorum quidem, quæ in Provincia fuerunt, occasione ac tempore, quo vero anno ignotum) in Civitatem Forijulii, quæ passim *Civitas Austriæ* appellabatur, delatus est. Illum a Civibus postularunt Veneti Patres sibi tradi, quorum litteræ Ducales, ut inquiunt, inscriptæ hoc modo sunt: *Thomas Mocenico Dux Venetiarum &c. Spp. & Egregiis Viris, Provisoribus, Consilio, & Communitati Civitatis Austriæ, amicis, dilectis, salutem & dilectionis affectum*. Datæ leguntur Venetiis *in nostro*

idem liber apud Aquilegiam diu negligenter habitus & male conservatus, pervenit ad terminos, ad quos indignum, & contra religionem est, pervenire res talis & tantæ devotionis.

QUOD summopere optabant Veneti Patres, ab eadem Forijulii Civitate, quæ superiore anno eorum subierat imperium, promptissime obtinuerunt. Litteræ in Archivo Civitatis apographæ servantur, in Libro Privilegiorum ejusdem descriptæ, quibus gratam ac benevolam mentem exhibet Thomas idem Mocenicus. Discimus etiam, quemdam Petrum eo missum, ut Codicem dono datum reciperet: ipsique mandatum fuisse, ut cum Murianum prope Venetias appulerit, loci Præsidi Codicem traderet, novaque jussa expectaret. Litteras easdem profero: "Thomas Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum &c. Petre,
„ receptis litteris tuis mentionem facientibus
„ de modis observatis in habendo librum Beati Marci juxta requisitionem nostram, pro
„ quibus diligentiam & solicitudinem tuam
„ merito commendantes, tenemus quod ad
„ receptionem præsentium super inde impositus erit finis. Volentes, & mandantes tibi;
„ quod si receptis præsentibus non habuisses
„ librum prædictum, esse debeas cum prædicta Communitate, rengratiando illi ex parte nostri Dominii de modis tentis per ipsam
„ in habendo dictum librum secundum intentionem nostram: & teneas modum habendi
„ in manibus, & potestate nostra librum prædictum B. Marci, quia intentio nostra est
„ habendi dictum librum. Quem debeas subito, bene, secure, & cum bona & diligenti advertentia portare ad præsentiam nostram; ponendo diligentem curam, ne modo aliquo devastetur, nec sinistrum recipiat.
„ Scriptis præsentibus deliberavimus, quod
„ dictum librum portare debeas usque Muranum prope Venetias per unum milliare: &
„ cum ibi eris, debeas librum prædictum nostro Potestati Murani consignare: & nobis
„ significare adventum tuum, ut possimus pro-

diligentissimam, qui per hæc tempora Sancti Barnabæ Ecclesiam rexerunt, ab amico nostro Jo. Baptista Leonarduccio concinnatam videre licuit: neque ullus occurrit nomine *Petrus*. Laicum deinde hominem satis ostendunt honoris tituli, quibus ille a Duce Veneto insignitur, non Ecclesiasticum, Parœciæque Rectorem.

IV. CODICEM istum, cum Venetiis diversaretur Bernardus Montfauconius, Monachus Benedictinus Congregationis Santi Mauri, plurium Operum editorum præstantia vir celeberC rimus, inspexit, ac ut in votis habebat, diligenter consideravit; pronunciavitque in Diario Italico supra laudato, *nullum sane codicem se vidisse, qui majorem isto antiquitatis speciem præferat*. Confectum vero putat *ex philyra, seu papyro Ægyptiaca, tenuissima*. Vidit etiam ac reperit *folia agglutinata ac putrida, ut non facile possint diduci sine fractione*. Qua de re certior factus propria experientia Marchio Scipio Maffejus, censet Libro II. Historiæ Diplomaticæ num. 10. bombycina charta constare codicem; adeoque situs humiditate facile putrefactum, redactumque in glutinis massam. Cæteroqui membranaceum esse codicem, communis omnium vox est.

D DUDUM etiam de Codicis materia Pragæ, ubi duo postremi servantur quaterniones, dubitabatur seculo sexto decimo. Litteras Ferdinandi Archiducis Austriæ ex Fontanino profert Montfauconius, datas anno 1564. ad Franciscum a Turre ex Comitibus Vallis Saxiæ, Oratorem Cæsareum & Archiducalem apud Venetam Rempublicam; in quibus investigandum committitur: *an* (quinque quaterniones Venetiis adservati) *scripti sint in pergameno, vel in alia materia*. Reposuit Orator: se vidisse codicem, *qui membranaceus est, adeo vetustate detritum, ut parum vel nihil in eo legi queat: atque ita destructum ut discerni non possit, utrum sint quatuor, vel quinque quaterniones*. Habeo, de

mem-

[illegible] tione in Marcum. Pro græca pariter scriptura pronunciat Maximilianus Missonius in Itinere Italico, quod anno 1688. suscepit. Contra hunc *nuperum*, ut vocat, hominem Montfauconius latius agit loco citato: ac evidenter latinos, etsi vix legi possint, characteres codicis esse, pluribus ostendit.

QUÆSTIONEM dirimunt probatissimi testes, Nicolaus Patriarcha qui Codicis ejusdem postrema folia donavit, & Carolus IV. Imperator qui eadem dono accepit. In Epistolis jam allegatis, relatisque a Bollandi Continuatoribus, disertissime narrat Imperator: se *in Ecclesia Aquilegiensi invenisse librum Evangelii S. Marci Evangelistæ*, *latinis litteris....* *conscriptum*. Latina insuper verba, quibus incipiunt ac desinunt quaterniones Carolo donati, exhibet Nicolaus in hujusce rei Monumento, quod ipse reliquit ad posterorum memoriam. Vulgavit illud Jo. Petrus de Ludewig inter Reliquias Manuscriptorum omnis ævi Tomo V. Libro III. Diplomatario Bohemico-Silesiaco num. LXV. quod etiam hoc loco describere placet: "Nicolaus Dei gratia Sanctæ Sedis Aquilegiensis Patriarcha. Notum facimus tenore præsentium universis; quod cum „ Serenissimus & invictissimus Princeps & Dominus Dominus Carolus, Romanorum semper Augustus, & Bohemiæ Rex illustris, „ Dominus noster generosus, ante susceptam „ Imperialem dignitatem sub titulo Romani „ Regis, terras & dominium Patriarchatus accederet, ad urbem Romanam pro adipiscendis Imperialibus insulis profecturus, ac ad „ Oppidum nostrum venit, cum Principibus, „ Baronum & Procerum copia declinaret, nosque sibi cum Episcoporum, Abbatum, Prælatorum, Cleri, ac populi copiosa multitudine obviam processionaliter venissemus: intra alias Reliquias, quæ pro honore Dei & „ ad reverentiam tanti Principis videbantur „ ibidem, ipse Evangelium scriptum manu „ B. Marci Evangelistæ oculis suæ devotionis „ aspexit, & sibi oblatum osculis & amplexibus sub omni honore suscipiens, desideravit „ rum nostrorum, duos quaternos ejusdem Evangelii ultimos ipsius Majestati liberaliter „ duximus erogandos: quos ipse cum Dei timore reverenter accipiens, in Tabulis certis auro, gemmis, margaritis pretiosis mirabiliter & magnifice ornatis reposuit, & „ sub magno celebritatis honore intra officii „ solemnia hujusmodi gratas sibi & desideranter quæsitas Reliquias quotidianæ devotionis „ solertia veretur. Principium autem quaternorum est in hæc verba „: *Et sicutus incepit eam*, *& mortuus est*. „ Finis autem talis „ est: "*Illi autem profecti prædicaverunt ubique*, *cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis*. *Amen*. „ In cujus rei testimonium præsentes fieri, & nostri sigilli robore jussimus communiri. Datum in nostro „ Castro Utini die XV. Mensis Novembris, „ anno Domini M. CCC. LVII. Indictione X. Triennio post donum Imperatori seu Regi Carolo erogatum, hocce scripsit monumentum Nicolaus ad posteritatis memoriam. Priora, quæ citantur Marci verba, habentur Capite XII. v. 21. *Et secundus accepit eam*, *& mortuus est*. In postremis cum editione vulgata comparatis post *Ubique* deest *Domino*.

VI. MARCIANI historiam Codicis, quam originalium documentorum fide narravimus, mirum est, quantum fœdaverit Scriptorum licentia. Scribit Basilius Zancarolus in Antiquitatibus Civitatis Forijulii, Lupum Langobardum Forojuliensium Ducem Marci codicem ex insula Grado seculo Ecclesiæ septimo transtulisse in Civitatem Forijulii. Asserit Candidus, posteriora folia a Sigismundo Rege Hungariæ, Caroli IV. filio, ablata fuisse: idemque scriptum reliquit, Oratores Venetos accepisse codicem Aquilejæ a Virginibus divi Benedicti.

PLERIQUE addunt alii Civitate Utini a Venetis in deditionem recepta, inventum fuisse autographum Marci: idemque, dum Aquilejam ferebatur, latoris manu ereptum, repositumque in quodam Utinensi sacrario: ac inde translatum Venetias. Quam denique translationem refert Cornelius a Lapide ad annum Christi 1472. Fabellæ sunt omnes.



CA-

lico constitutum, ferunt quotquot superiore Capite monumenta expendimus Aquilejensis Evangelistæ Marci Apostolatus: videlicet Martyrologia Notkeri, Usuardi, Adonis, ac vetus sive parvum Romanum; laudatus Ado Viennensis in Chronico, Diplomata Caroli Magni, & Paulus Diaconus in Libro de Episcopis Metensibus; Catalogi demum Aquilejenses, tum fusiores, cum brevissimi solis nominibus Episcoporum constantes, quos e Diptychis vetustissimis depromptos, credibile est.

HERMAGORÆ memoriam celebrat per eadem tempora Wandelbertus Diaconus & Monachus Prumiensis, noni seculi scriptor, in suo Martyrologio metrico, quod Lucas Dacherius vulgavit; canit enim ad Diem XII. Julii:

Hermagoram quarto (id. Julii) *supplex Aquileja frequentat:*
Antistes precibus populum qui fulcit, & urbem.

Interpolatum Divionense Martyrologium Bedæ apud Continuatores Bollandi Tomo II. Mensis Martii, sic habet: *Apud Aquilejam, natale S. Hermagoræ, ipsius Civitatis primi Episcopi, discipuli Sancti Marci.* Paria legimus in Martyrologio Ecclesiæ Antisiodorensis, quod ex MS. codice Colbertino vulgarunt Durandus & Martene Tomo VI. amplissimæ collectionis: IV. *idus Julii, Apud Aquilejam Natale S. Hermagoræ Episcopi & Martyris, discipuli S. Marci Evangelistæ.* Solum *Hermacoræ Mart. nomen* exhibet antiquum Calendarium Lirinensis Monasterii, quod iidem Auctores in lucem proferunt Tom. III. Thesauri Anecdotorum.

ACCEDUNT Martyrologia Hieronymo adscripta. Quod editum est a Francisco Maria Florentinio, sic habet: *In Aquileja Sanctorum Fortunati, & Armigeri.* Vetustissimum S. Villibrordi apud eumdem in Notis: *Fortunati, & Armigiri.* Item eodem loco Corbejense: *Fortunati, & Armageri.* Illud etiam Reginæ Diem III. Idus Julii: *Fortunati, & Armigeri.* Hermagoram nostrum cum Fortunato Diacono intelligi, dubitandum non est. Neque facessat negotium nominis corruptio, aut ordinis inversio in nominibus; cum nihil facilius, quam nominum orthographiam a librariis corrumpi, nominumque aut vocum ordinem mutari: unde nimium severe Tillemontius egit, qui tricas hujusmodi ad infirmandam præcipuam Actorum Hermagoræ partem ostentat. Atqui vero prædictam nominis corB ruptionem Notkerus adnotaverat: *Apud Aquilejam*, inquiens, *natalis S. Hermagoræ, vel sicut in antiquis Codicibus invenitur, Hermechoræ.* Corruptam retinet lectionem nono Seculo Rabanus Archiepiscopus Moguntinus in Martyrologio, quod Canisius edidit Vol. II. Parte II. Editionis Basnagii, ubi legitur: *In Aquileja natale Sanctorum, Fortunati, & Armigeri.* Attrebatense demum interpolatum Bedæ Martyrologium corruptam aliam effert lectionem, nominum ordine servato, his verbis: *Ermagonæ Episcopi, & Fortunati Diaconi.*

C FRUSTRA silentium vetustiorum Patrum opponas, quorum negotium non erat, primum Aquilejæ Antistitem recensere, ac celebrare. Miratur Tillemontius, Venantium Fortunatum, qui libellum suum alloquens in fine libri quarti de Vita S. Martini, Fortunati & Cantianorum Martyrum diserte meminit, tacitum prætermittere Hermagoram Episcopum, his carminibus:

Aut Aquilejensem si fortasse accesseris urbem,
D *Cantianos Domini nimium venereris amicos,*
Ac Fortunati benedictam Martyris urnam:
Pontificemque pium Paulum cupienter adora,
Qui me primævis converti cupiebat ab annis.

Paulum, sive Paulinum Aquilejæ Præsulem intellige, rebellium Venetorum in Schismate trium Capitulorum, ut inquiunt, post Macedonium

enumeratis; quod ea in urbe *nutritus* (Paulo Diacono teste Libro II. Historiæ Langobardorum) *& doctus in arte grammatica, sive Rhetorica, sive etiam metrica* clarissimus extiterit, ibique in Basilica Sanctorum Joannis & Pauli ad altare S. Martini sanitatem oculorum adeptus fuerit.

DEINDE *Fortunati* diserte meminit, Hermagora prætermisso; quod illius nomen gerebat, ipsumque magno in pretio habuisse cernitur ex duobus aliis carminibus, quæ libro octavo, ubi plures celebrium locorum illustres Patronos memorat, ita inseruit:

Felicem meritis Vicetia læta refundit;
Et Fortunatum fert Aquileja suum.

Quanquam demum suspicioni locus est, minime celebrari a Venantio Fortunatum Hermagoræ Diaconum, sed alium Fortunatum Felicis Fratrem, qui Martyrii palmam in persecutione Diocletiani pertulere. De his Ado Viennensis, eorum Acta decerpens, hæc habet in Martyrologio ad Diem III. Id. Junii: *Apud Aquilejam, Natale SS. Martyrum, Felicis & Fortunati sub persecutione Diocletiani & Maximiani Imperatorum, præside Euphemio. Qui cum essent germani Fratres, Fide Christi ferventes, deferente Apamio, qui erat unus ex officio Præsidis, vincti ferro, Aquilejam Judici Euphemio perducuntur. Ubi cum Christum constantissime faterentur, ab irato Judice primum in equuleo sunt suspensi, ardentibus lampadibus circa latera appositis, sed mox psallentibus Martyribus extinctis: inde per ventrem ferventi oleo superfusi, ad ultimum cum in confessione Christi durarent, foras Civitatem ducti, ad fluvium, qui Civitati adjacet, capite truncantur. Inde nocte a Religiosis viris ejusdem urbis Aquilejæ sub aromatibus & linteaminibus involuti, ablati sunt atque sepulti. At cives Vicetiæ supervenientes, eorum corpora perducere ad suam Civitatem meditabantur. Non permittentibus autem Aquilejensibus, & multum renitentibus, tandem pia contentio ita finita est nutu Divino, ut Felicem Vicetini, Fortunatum haberent Aquilejenses: ita tamen ut caput Beati Felicis*

Joannes Pinius loco citato in Commentario prævio num. 9.) *hoc de iis pronuntio, plures*
B *genuinæ sinceritatis notas habitura, si abessent nomina quædam propria antiquitatem non redolentia, totque sermocinationes precesque; ut nihil dicam de miraculis.* Nomina sunt *Athaulsi*, ac *Ulsi*, & *Austriæ*, quæ Pinio non redolent antiquitatem. De his egimus primo capite. Priora duo non esse Italica nec Romana nomina, lubentissime damus: an vero miratio foret, in amplissima Civitate præter *Italicos incolas* referta *Illyricis gentibus* homines aliquos extitisse, qui exoticis prædictis nominibus vocarentur? Ad ætatem Langobardorum vox *Austriæ* pertinet, quæ Actorum Hermagoræ levem probat interpolationem, minime sequiorem originem. Neque tamen eorumdem
C auctorem dixero Gregorium illum, cujus Filia vel Filius obsidente Dæmone ab Hermagora liberatus perhibetur: quod jure nullo apud Baronium, & Galesinium in Notis ad Martyrologium dictum legimus.

QUÆDAM alia præcipua, & suprema capita, quæ primi Aquilejensis Antistitis gesta referunt, ad examen voco. Marco Evangelista Aquileja discessuro, ut Romam iterum pergeret ad Petrum, Pastorem postularunt Christiani Aquilejenses: quibus indixit ille, *ut eligerent sibi, quem voluissent, virum christianissimum;* sibique *turba populi elegit elegantem personam & condignam, nomine Hermagoram.* More vetustissimo, qui ævo Apostolico obtinuit, plebis testimonium sive suf-
D fragia ad electionem Pastorum admittebantur. Hermagoræ nomen non ignotum, nec infrequens inter Græcos maxime homines occurrit. *Hermagoram* Rhetorem laudant Cicero Libro I. de Inventione & in Bruto, Quintilianus Libro III. & Seneca controversia XV. Strabo de Temno, urbe Æolica, loquens Libro XIII. Geographiæ, ex illa prodiisse *Hermagoram* ait, qui de Arte dicendi conscripsit. Alius est *Hermagoras* Amphipolitanus Stoicus, & alius *Hermagoras* Carion Rhetor apud Joannem Albertum Fabricium in Bibliotheca Græca. Verburgius in Notis ad primum Ciceronis Librum de Inventione, plures cognomines *Hermagoras* distinguendos animadvertit, ac

cia Italiæ. Baculi Pastoralis, qui fertur Hermagoræ datus a Petro, præsto sunt alia exempla. Agit Spondanus ad Annum Christi LXXIV. num. 7. de baculo Martialis Lemovicensis, & Eucherii Treverorum Episcopi: deque baculo S. Dionysii mentio habetur Libro I. Miraculorum ejus Capite III. apud Dufresnium in Glossario. Verba refero, quibus eorum forma describitur: *Videt introire senem Clericum, Pontificalibus vestibus exornatum, ferentemque in manu baculum, a capite arcuatum, in imo reflexum: qualibus antiquiores Pontifices usos fuisse, ad memorias eorum suspensi declarant*. In Romana Hermagoræ cum Marco profectione ad Petrum visum est Tillemontio, recentes C mores indicari. Annon vero absque vetustæ sinceritatis Actorum dispendio pronum est concipere, Marco Romam revertenti comitem se adjungere voluisse Hermagoram, & hunc a Petro initiatum, a quo ejusque Successoribus, Innocentio I. teste, omnes Ecclesiæ Italiæ & Occidentis originem sumpserunt? Interim *factus est Protos-Episcopus Provinciæ Italiæ*. Cave, Italiam intelligas, quæ a freto Siculo ad alpium radices protenditur. Minus latam Italiæ acceptionem pro regionibus trans cisque Padum positis, aliamque contractissimam pro Venetia & Istria, primis Ecclesiæ Seculis, maximeque juxta Constantinianam politiam invaluisse admonuimus. Primum ergo constitu- D tum renunciatumque Hermagoram in tota Venetia ac Istria Episcopum, inficiabitur fortasse nemo. At etiam præ reliquis omnibus, qui sedem tenuerunt in locis ac Civitatibus Italiæ trans Padum, primatum illum gessisse, incredibile non est.

AQUILEJAM Episcopus initiatus cum rediisset Hermagoras, *Ecclesiæ suæ moderationem composuit, & Seniores ac Levitas ordinavit. Post hæc ad civitatem Tergestinam Presbyterum & Diaconum direxit: & per alias Civitates similiter faciebat .... Concurrebant autem ad S. Hermagoram Episcopum omnes Italiæ Provinciæ populi, videntes ejus mirabilia;* gis, minoribusque Civitatibus exempla Parœciarum, quibus Presbyteri secundi ordinis ac Diaconi præficiebantur, Episcopo vicinæ majoris urbis, aut non multum remotæ subjecti.

DICITUR idem Hermagoras, *per alias Civitates similiter fecisse*. Hunc Tridentina agnoscit auctorem suum Ecclesia apud Ughellum. Ab eodem ejusque discipulis fidem se Christianam accepisse, credunt Japides, & Pannonii apud Marcum Hanzisium Tomo I. Germaniæ Sacræ, & Jo. Ludovicum Schönleben in Annalibus Carniolæ. Ticinum ab Hermagora missos Sirum & Iventium, produnt eorum Acta, ac Martyrologia, parvum Romanum, Adonis, & Usuardi. Quas ego particulares traditiones refero: non inficior, non adprobo.

III. QUO æræ Christianæ anno figi debeat Hermagoræ collati, assumptique Episcopatus initium, nota Chronica affulget nulla, qua certo definiri valeat. Hæc pendet epocha ab anno, quo Romam profectus est Marcus, ibique postulantibus Romanis Evangelium scripsit. Varias Chronologorum sententias primo Capite in medium produximus, quæ conciliari nulla ratione possunt. Juxta calculos Tillemontii & Bollandistarum, quos laudavimus, ad Claudii Imperatoris ætatem refertur Sedis Hermagoræ initium: quod aliorum Chronologia detrudit ad Neroniana tempora. Id unum iterum animadvertere placet, quamlibet adoptaveris Chronotaxim, designari nihilominus facile posse tum Apostolatus Marci tempora, tum assumpti ab Hermagora Episcopatus.

SEDIS annos *viginti* numerant Chronicon Aquilejense, ac Dandulus. Verum in hisce monumentis frequentissime annorum numerum vitio laborare, proque genio ignari otiosique librarii appositum esse, sæpius infra dicemus. Neque lucem affert martyrii ac obitus tempus, quod æque incertum ignotumque est.

IV. ID accidisse in persecutione sævissimi Neronis, exhibent Acta: sed eadem Acta martyrium, obitumque Hermagoræ differri posse, permittunt. Hinc partem Actorum expen-

facinus patratis infirme permotos, idem Christi amplexos esse: Clero & populo successorem postulantibus, Fortunatum *Archidiaconum* ab eodem Hermagora designatum, *quem ipse ab infantia cum Dei timore enutrierat*: sed ipsum quoque Sevasti Præsidis mandatis comprehensum, simulque Episcopum Hermagoram, missis in carcerem lictoribus, capite plexos die duodecima Julii.

HANC epocham martyrii ab Hermagora ejusque Diacono Fortunato consummati sub Nerone, post annum vulgaris æræ 65. quo Apostoli Petrus & Paulus passi sunt, & ante annum 68. quo vitam & Imperium amisit Nero, vitiat inprimis Præfectura Agrippæ, quæ obtruditur. Felix Contelorius in Libro de Præfecto urbis apud Albertum Henricum Sallengre Tomo I. Novi Thesauri Antiquitatum Romanarum, seriem Præfectorum Capite VI. exhibet: nec ullus apparet Agrippa. Imo Plutarcho teste, eam Urbis præfecturam ab ipso Nerone acceperat Flavius Sabinus, quam ipsi postea Galba ademit, iterumque restituit Otho. Plutarchi verba hæc sunt in Othone: *Urbi præfecit* (prædictus Otho) *Flavium Sabinum*, *Vespasiani fratrem: sive Neroni id honori tribuens*, *qui Sabinum ea dignatione affecerat*, *post a Galba ei adempta; sive ornando Sabino studium suum*, *fidemque Vespasiano demonstrans*. Cum idem in Actis Agrippa dicitur *filius fratris ipsius Herodis*, homo Judæus videtur sub oculos poni; Agrippa scilicet junior, filius Agrippæ I. qui frater fuit Herodis, Regis Chalcidis. At *munus hoc* Præfecturæ (prudentissima Pinii animadversio est) *a Judæo apud Romanos administratum*, *quis credat?* In suo Codice legebat Papebrochius, *Filium fratris ipsius Neronis*: alio nimirum invecto errore, cum Neroni nullus frater fuerit. Hæc vitia produnt inscitissimi Interpolatoris manum.

SED martyrium & obitum Hermagoræ & Fortunati ultra Neroniana tempora differri posse, eadem permittunt Acta. Interrogatus de successore Hermagoras, designasse fertur *Fortunatum Archidiaconum*, *quem ipse ab infantia cum Dei timore enutrierat*. Fuerit Fortunatus annorum ut minimum triginta, cum successor designari meruit ab Hermagora; jam fantiæ tempore ante septennium: jam ejus in Episcopum successorem designatio excedat oportet annum Christi septuagesimum. Quid si Fortunatus idem annos 35. aut 40. natus fuerit, cum ipsum sibi successorem Clero & populo postulanti eligendum indixit Hermagoras? Plane conficeretur, S. Antistitem plures annos post obitum Neronis vitam traduxisse ad tempora Domitiani, quem *portionem Neronis* in Apologetico appellat Tertullianus. Quid si demum teneamus, Petrum Romam non advenisse, nisi post annum Christi 54. Nerone imperante; & Hermagoram Aquilejæ præfectum non fuisse Episcopum, nisi post annum 60. aut 63. juxta variam chronotaxim, quam proposuimus? Iterum eadem habes Domitiani, vel etiam Trajani tempora, quibus adhuc vitam agebat primus Aquilejæ Antistes. Hanc animadversionem ex parte debemus Danieli Papebrochio ad Diem XIX. Mensis Junii in Commentario prævio ad Acta SS. Gervasii & Protasii §. V. num. 46.

SANE persecutionis Neronianæ, in qua obierit Hermagoras cum Fortunato Diacono, mentio nulla occurrit in vetustis Martyrologiis, quotquot allegavimus, nono, & octavo, ac etiam septimo fortasse seculo confectis. Fusioribus verbis memoria celebratur sanctissimi Martyris & Antistitis in Martyrologio Usuardino, ubi hæc solummodo habentur: *In Aquileja*, *natalis S. Hermagoræ Episcopi*, *discipuli B. Marci Evangelistæ*: *Qui inter miracula sanitatum*, *& prædicationis instantiam*, *ac populorum conversionem*, *plurima pœnarum genera expertus*, *ad ultimum cum Fortunato Archidiacono suo*, *capitali supplicio perpetuum meruit triumphum*. Cum veteres siluissent martyrii tempus, illud pro genio sive ex vulgaribus traditionibus ad Neronianam persecutionem retulerunt recentiores Actorum Hermagoræ interpolatores. Hujuscemodi nævis vix Acta proferri possunt, quæ careant.

DICUNTUR vero Euphemia, Dorothea, Thecla, & Erasma, illustres adolescentulæ Aquilejenses, *tempore Neronis*, ut in plerisque Martyrologiis habetur, martyrium consummasse, & *ab Hermagora sepultæ*; quin inde confici queat, eadem sublatum fuisse persecutionis procella Sanctissimum Antistitem. Quinimo

quo nomine, licet sequiore ætate invecto, res tamen eadem significatur; primatus nempe inter alios Diaconos, ac præcipuum præstitum Episcopo ministerium, quod in primordiis Ecclesiæ christianæ negari non potest. Fortunatum moribus probatissimum, fideique sanctissimis dogmatis apprime imbutum, postulantibus Aquilejensibus, designavit successorem Hermagoras: habuit vero martyrii socium.

MEMORIAM ejus celebrant cum Hermagora ad Diem XII. Mensis Julii Martyrologia, Hieronymo adscripta, quæ numero I. allegata sunt. Notkerus, Hermagoræ mentione facta, sic ait: *Item Fortunati, de quo* C (Venantius) *Fortunatus Episcopus*. Apud Usuardum verba sunt: *Hermagoras cum Fortunato Archidiacono suo*. Alia demum sunt vetusta Martyrologia, quæ typis ediderunt Bollandistæ Tomo VII. Mensis Junii, Rhinoviense, Richenoviense, Augustanum, & Labbeanum, in quibus, Hermagora prætermisso, unius *Fortunati* nomen legitur.

IN Fastis Aquilejensibus alii duo Fortunati celebrantur, alter cum Felice ad Diem XI. Junii, alter cum Hermogene ad Diem XXIII. Augusti: ac uterque in Diocletiani persecutione passus perhibetur. Hinc Tillemontio incidit suspicio, num fortasse Hermagoras, quem primum ævo Apostolico fuisse dubitat Aquilejæ D Episcopum, ad tempora Diocletiani cum altero Fortunato detrudi debeat. Hanc ille animadversionem habet Tomo I. Monumentorum Historiæ Ecclesiasticæ, Nota VI. in persecutionem Neronis. Injectam suspicionem convellunt vetusta prædicta Martyrologia, in quibus certissimæ sunt distinctionis notæ: menses videlicet ac dies diversi, Imperatores ac Præsides alii, aliique Martyrii socii, neque eadem agonis palestra. Tametsi una, vel altera designatur. Vetusta memoro, Rhinoviense, Richenoviense, Corbejense brevius, & Reginæ Sveciæ apud Bollandi Continuatores, itemque editum a Florentinio, Corbejense, & pervetustum Viennense apud eumdem, in quibus constantissime legitur: *In Aquileja, Natalis SS. Fortunati, & Ermogenis:* aut, *in Aquileja, Fortunati, Ermogenis:* aut demum, *in Aquileja Natalis SS. Fortunati, & Ermogenis cum aliis duobus*. Aquilejenses vero tabulæ produnt: Singidoni in Misia superiore, Diocletiano Imperante, & præside Victoriano, illos Martyrii palmam retulisse; unde conjicimus, eorum translationi in civitatem Aquilejam diem 23. Mensis Augusti adsignatam esse in fastis. Quæ sane omnia evincere videntur, nonnisi pro nimia conjectandi libertate, Hermagoram confundi cum Ermogene potuisse, atque Fortunatum Hermagoræ Diaconum cum Fortunato socio Ermogenis.

JAMVERO colligimus, nihil hactenus a Criticis viris proferri potuisse, quod Actorum Hermagoræ præcipua capita elidat, eorumque fidem convellat. Ad historiæ summam pertinent Marci Apostolatus Aquilejensis, Hermagoras primus Aquilejæ Episcopus, idemque ævo Apostolico aut primo æræ Christianæ Seculo constitutus, Martyrium denique cum Fortunato Diacono: quæ omnia præter Acta luculentissime testantur solida Monumenta ac satis vetusta, ad nonum, ad octavum, ad septimum seculum attinentia: eademque non intra claustra Aquilejensis Ecclesiæ cohibita, sed ubique in Occidente vulgata, & accepta. Quæ supersunt reliqua in eisdem Actis, nimia facilitate pleraque repudiantur: alia, cum vindicari difficillime possint, adjectas probant sequiore ævo interpolationes, quæ sinceritatem Actorum non evertunt.

CAPUT

cellus & Alexander de serie Episcoporum Aquilejensium depelluntur.

I. SUCCESSORES numeramus Episcopos A Aquilejæ, quos exhibent vetusta Chronica, Aquilejense editum a Muratorio vulgatumque in Appendice, & Gradense apud Dandulum. In illo ita series Antistitum proponitur: *Successit Beatus Helarus Patriarcha, qui sibi commissum populum in fide Christi verbo confortans & opere, expletis ordinationis suæ annis* X. *sub Numeriano Principe, una cum Taciano Archidiacono suo, & aliis tribus Dionysio, Hilario, & Felice, bonum certamen certantes, cursum glorioso martyrio consummarunt. Helaro successit Grysogonus Patriarcha, qui completis annis* X. *suæ ordinationis, mirifice rexit Ecclesiam. Grysogono successit Theodorus Patriarcha, qui undecimo anno ab ipsius ordinatione vitam martyrio consummavit. Post hunc successit Grysogonus Patriarcha, qui plenus bonis operibus migravit ad Christum post* VIII. *annos ordinationis suæ. Agapitus Patriarcha sedit annos* XIII. *Fortunatus Patriarcha sedit annos* XV. *Valerianus Patriarcha sedit annos* XVIII. *Benedictus Patriarcha sedit annos* XXV. *Hi omnes, licet sub magnis infidelium persecutionibus, fideliter tamen rexerunt Ecclesiam eorum Sacris prædicationibus & exemplis.* Postremam hanc periodum loco motam esse, nemo non videt: nec enim Benedictus, Valerianus, Fortunatus sub magnis *infidelium* persecutionibus Aquilejensem rexerunt Ecclesiam; quos vitam egisse Constantini Magni ac successorum ætate, certum est. Luxata quoque sunt verba illa, quibus Theodorus, qui claruit in Concilio Arelatensi anno 314. celebrato, martyrio vitam consummasse dicitur.

PAULO diversam successionem profert Dandulus ex Chronico Gradensi, quo utebatur. Hæc decerpere hoc loco libet. *Hilarius Episcopus Aquilegiensis* (post diuturnam Sedis vacationem) *decernitur anno Domini* CC. LXXVI. *Hic natione Pannonius, in juvenili ætate divinis eruditus scripturis, Diaconatus Ordinem adeptus est. Posteaque Sacros Ordines gradatim assumens, nunc a Clero & populo suis meritis Episcopus est electus. Qui mox Tatianum discipulum suum & coadjutorem Archidiaconum fecit: & Felicem, Largum, & Dionysium viros in fide probatissimos auditores habuit: & suo sermone & opere in Venetia & Istria Christianitas dilatata est* .... XVII. *calendas Aprilis decollati sunt, completis in Sede annis* X. ... . *Grisogonus Episcopus laudatur anno Domini* CC. LXXXVI. ... *origine Thracius de civitate Byzantio* ... *Annis* IX. *Aquilejensem tenuit Ecclesiam* ....
B *Chrysogonus Episcopus secundus statuitur anno Domini* CC. XCV. ... *in Dalmatia natus* ... *Completis in Sede annis* XII. *vita cessit* .... *Theodorus Episcopus in Episcopatu Aquilegiensi succedit anno Domini* CCC. VIII. *genere Thracius* .... *Cum annis* XI. *Pontificium tenuisset, dies suos feliciter terminavit* .... *Agapitus Episcopus Aquilegiensis annunciatur anno Domini* CCC. XIX. ... *civis Aquilegiensis* .... *Rexit annis* XIII. *Aquilegiensem Ecclesiam* .... *Benedictus Episcopus declaratur anno Domini* CCC. XXXII. ... *origi-*
C *ne Romanus* ... *Præfuit in prædicta Sede annis* XX. *completis* ... *Fortunatianus Episcopus imbronizatur anno Domini* CCC. LIII. Qua in serie Aquilejensium Episcoporum juxta fidem Chronici Gradensis a Dandulo exposita, Chrysogonum II. præmissum habes Theodoro, & Benedictum Fortunato sive Fortunatiano. Sedis anni non eodem modo in utroque Chronico numerantur: quos etiam connectit Venetus Chronista cum annis æræ Christianæ, vitiose tamen & falso, ut infra notum compertumque fiet.

D II. NUMERUM augent Episcoporum summa confidentia Joannes Candidus, & Henricus Palladius: eorumque Sedis tempora designant, quæ placent; ac obiti muneris initium ac finem illigant annis æræ vulgaris, qui genio & arbitrio favebant. Seriem texit Candidus *Hilarii, Grisogoni, Theodori, Grisogoni secundi, Agapiti, Fortunati primi, Valeriani, Benedicti, Quirini, & Fortunati secundi.* Liberius agit Palladius: quo auctore, mortem

mus, nullo adducto probatæ fidei teste, nullo vetusto Chronico aut catalogo aut monumento allegato: adeoque licet pro summo jure, quatuor illos invectos Episcopos omnino rejicere. Accedit, in actis Synodi Mantuanæ anno 827. celebratis, quæ sub Maxentio Patriarcha vulganda sunt, hæc verba legi: *Interim scimus, quod a Beato Marco usque ad Paulum Patriarcham, qui ad Gradum plebem suam confugit, sunt viginti Patriarchæ*. Quo numero, quem veluti certum compertumque vigens nono seculo traditio ferebat, prædicti Antistites, sive duo a Candido, sive quatuor a Palladio invecti, depelluntur.

PALLADIUS ipse candide exponit, non aliud sibi insedisse consilium, nisi ut sedis vacantis hiatum expleret. Ait enim Libro VII. Rerum Forojuliensium: *Error irrepsit in recensendis Patriarcharum temporibus saltem usque ad Aquilejæ excidium: quorum omnium annos si summatim colligas, vix tertiam partem ævi attingent, quo res Aquilejensium integræ perdurarent*. Vitiatos annos, qui singulis tribuuntur Episcopis, ultro fateor: at nimia licentia fuerit, nedum sedis annos augere, verum etiam Antistitum seriem. *Quare operæ precium facturum existimavi, si probabilioribus veritatem assecutus conjecturis, rem aliter quam Chronicon refert, in posterum composuero*. Si vero Chronica desint, ac vetusta quæque monumenta, nonne *probabiliores* omnes evanescant conjecturæ? *Sic præclare futurum mibi persuadens, ut factorum illa narratio, quæ inani verborum strepitu legentium animos hucusque defatigavit, suis mox distincta spaciis, & propriis illustrata temporibus, simul cum splendore certiorem apud posteros fidem accipiat, & auctoritatem*. Certior fides & auctoritas probatis testibus, authenticisque nititur documentis, quæ nulla suppetunt Palladio, seriem Episcoporum Aquilejensium augenti, eamque distinguenti spatiis, ac propriis illustranti temporibus, prout ipsi videbatur.

AC sane duplicata *Fortunati*, & *Valeriani* nomina nimium liberi suppletoris arbitrium per sese produnt. Memorant quidem ad Diem

B denique Episcopi Quirini Lauriaco aut alio ex Pannoniæ loco Aquilejam translatio, Aquilejensis demum Patriarchatus jam tum fundamenta posita, unanimi consensu a doctis peritisque Viris exploduntur.

III. NUMERUM ergo Episcoporum, quos vetusta Chronica exhibent, reliquis repudiatis, retinemus. Hilarius post Hermagoram recensetur, cujus Acta vulgata sunt apud Continuatores Bollandi ad Diem XVI. Mensis Martii. Legimus vero: ipsum, *cum adhuc in juvenilibus annis esset ætatis, raptum a populo Diaconum esse ordinatum:* deinde *insistente plebe, post aliquantum tempus ordinatum Episcopum*, ab eoque *Titianum ad Diaconatus honorem promotum:* tum *eodem tempore, cum a*
C *Numeriano Cæsare jussio venisset, ut Christiani idolis sacrificarent, apud civitatem Aquilejam ordinatum esse Beronium Præsidem:* denique *Monophanto Sacerdote idolorum* instigante, cum Titiano Diacono comprehensum, martyrii palmam tulisse; quam simul etiam obtinuere Felix, Largus, & Dionysius.

HILARII memoria in publicis Ecclesiæ fastis celebratur. In Martyrologio Notkeri hæc habentur ad eamdem Diem XVI. Martii: *In Aquilegia, Hilarii:* & ad insequentem XVII. *In Aquilegia, Largi, Tatiani*. Usuardinum, quod Continuatores Bollandi ediderunt, sic habet: *Apud Aquilejam, natalis B. Hilarii Episcopi, & Tatiani Diaconi: qui sub Bero-*
D *nio Præside, post equuleum & alia tormenta, una cum Felice, Largo, & Dionysio martyrium terminarunt*. In edito a Florentinio duo adsignantur Dies per errorem triumpho Martyrum, his verbis: XVII. *Kal. April. in Aquileja Helari, Taciani:* & XVI. *Kal. Aprilis, in Aquileja Largi, Helari, Ticiani*. Eadem habent Richenoviense, & Reginæ Sveciæ apud Bollandi Continuatores, Corbejense apud Dacherium, & aliud vetustissimum Antverpiense apud Florentinium, in quo legimus: *In Aquileja ad Ponto, Largi, Hilarii, Titiani*. Verba illa, *ad Ponto*, locum martyrii significant; fortasse *Pontem Sontii*, duodecim aut quatuordecim ab Aquileja milliaribus constru-

cupatum.

SUCCEDUNT Chrysogoni duo, Theodorus, Agapitus, Benedictus. Præter chronica citata, in aliis vetustis monumentis Theodorum, & Benedictum legimus, de quibus infra agendum est. Reliquorum mentio nulla, nisi in eisdem chronicis. Hilarium refert Dandulus *natione Pannonicum*, Chrysogonum primum *Thracium de Civitate Byzantio*, Chrysogonum alterum *in Dalmatia natum*, Theodorum *genere Thracium*, Agapitum *civem Aquilegiensem*, Benedictum *origine Romanum*: qua de re fides esto penes Auctorem. Primum Chrysogonum recte distinguit Ughellus a Chrysogono Martyre, cujus Festa solemnia die 24. Novembris celebrantur; nec enim Episcopales infulas gestavit, ipsumque jussit Aquilejam duci Diocletianus, ut ibi Martyrium consummaret pro Christo. Chrysogonum alterum perperam confundit ille cum Monacho, ad quem litteras dedit Hieronymus.

IV. DE magno patente hiatu, sive Sedis vacantis diuturno tempore, quod ab Hermagora excurrit ad Hilarium, sub Numeriano, si fides Actis adhibenda sit, martyrio coronatum, diligentius hoc loco agendum est. Certum ac peremptorium afferri argumentum nullum potest, quo tam magni in primorum Episcoporum serie hiatus rejiciantur. Dionysius Sammarthanus, qui plurium Gallicanarum Ecclesiarum Pastores primos, doctissimorum Virorum sententiam secutus, ab ævo Apostolico arcessit, objectionem profert, quæ ex hisce magnis hiatibus desumitur: *Forte nobis*, D inquiens Tomo I. Galliæ Christianæ in calce Præfationis, *objicientur longa intervalla inter primos Ecclesiarum antiquiorum Episcopos, quos priori Christi seculo vixisse traditio popularis jactitat, & eorum successores.* Difficultatis momentum exemplo declarat, quod ab Ecclesia Turonica repetit. *Si Gatianus*, inquit, *primus hujus Urbis Episcopus, cum multis aliis sociis ad prædicandum Evangelium in Gallias missus, priori rerum christianarum seculo advenerit, accepta a Sancto Clemente Papa I. potestate; quid actum de Ecclesia Turonis tum fundata? Quos habuit Episcopos, cum inter Gatianum, qui sedisse supponitur ante annum Christi centesi-*

quædam ambitio.

TAM longa tamque patentia intervalla, B licet quandoque studio vindicandæ antiquitatis conficta sint, haud semper rejici perspicuo ac peremptorio argumento posse, reponit Sammarthanus. *Hæc tela*, inquit, *eos feriunt, qui solo studio abrepti vindicandæ suis Ecclesiis antiquitatis, rationibus omnibus contrarium probantibus aures occluserunt. Certe is non sum, qui velim omnes in vulgus sparsas traditiones de priorum Evangelii præconum in Galliis antiquitate Apostolica tueri. At viceversa cavendum est, ne severiores nos præbeamus in pensitandis de hac antiquitate argumentis. Cæterum non multum urget aut stringit hæc objectio. Quidni enim respondeatur, in exordio prædicationis Evangelicæ potuisse institui quasdam christianorum Ecclesias in Galliis,* C *cum nulla tum essent contra nos Edicta; postea vero sævientibus Imperatoribus, in persecutionis procella Episcopos & Pastores occisos, ovesque gregis fuisse dispersas, itaut fugatis christianis nulli ordinati fuerint in locum occisorum Episcopi?* Quidni idem contigerit in Ecclesia Aquilejensi? Satis enim illustris viget traditio de Apostolica Marci, & Hermagoræ antiquitate: neque validæ suppetunt rationes, quæ convellant eamdem.

V. ADDIT laudatus Auctor, in atrocioribus bellis, quæ Imperatores etiam nostris libris indixerunt, fortasse periisse commentarios Ecclesiarum, in quibus, si superessent, longe plures Episcopos haberemus, quam in vulgaris catalogis. Addo ego, in Ecclesia Aquilejensi certum non esse tam patentem hiatum; nec enim pro certa epocham Martyrii, quod Hilarius consummaverit sub Numeriano, neque indubiam habeo Actorum fidem. Paucis in antecessum colligo, quæ de Caro, Numeriano, & Carino referunt Vopiscus, & Eutropius. Duo posteriores nuncupati sunt Cæsares a patre Caro anno 282. quo ipse Carus successit Probo, a militibus mense circiter Augusto Sirmii acclamatus. Num etiam anno sequente 283. dicti fuerint Augusti, in consortium Imperii a patre admissi, inficiatur Baronius, asserunt Pagius & Tillemontius. Interim Carus, assumpto imperio, Sarmatas

ejus mortem anno 284. Septembri mense contigisse, ostendunt Pagius & Tillemontius.

JAMVERO colligimus, vitiatos esse Danduli calculos, qui martyrium Hilarii illigat anno Christi 285. aut insequente. Plus audeo, atque pronuntio, mortem Hilarium sub ipso Numeriano oppetiisse, rem esse dubiam ac fere deploratam. Solum Beronium præsidem, Numeriano prætermisso, memorat Usuardinum Martyrologium: ejusdemque Principis nomen frustra in aliis id genus monumentis perquiras. Plurium quidem Martyrum triumphi sub ipso recensentur in Actis, quæ circumferuntur: id vero vix pati posse videtur breve tempus ejus, primum adolescentis ac Cæsaris ad bellum contra Persas a patre ducti, tum Augusti post patrem in rebus Orientis impliciti, ac demum Apri soceri insidiis in Oriente occisi; quæ omnia brevi duorum annorum intervallo peracta sunt. Difficultatem sensit Baronius ad Annum CC. LXXXIV. num. 5. ubi ait: *Unde quæso, quod nonnulli Martyres sub Numeriano passi legantur in cunctis Martyrologiis, haud res est facilis demonstratu.*

ACTA rejicit omnia Tillemontius, quæ Numeriani persecutionem ferunt, utpote dubiæ fidei & auctoritatis. Putat vero, vel in illis errorem cubare, Cæsare Numeriano posito pro aliquo Præside, qui Numerius, aut Numerianus, aut simili nomine vocaretur: vel etiam Numeriani persecutione pro arbitrio excogitata. Rem hanc late expendit in Monumentis Historiæ Ecclesiasticæ Tomo IV. in Vita S. Caii Pontificis Romani, & in Notis. Martyres memoro, qui in Orbe occiduo sub Numeriano palmam tulisse feruntur, Chrysanthum cum sociis, Maurum Romæ, Pelagium Constantiæ, Justum & Abundantium. Atenim laudati Tillemontii animadversio est: fidem martyrii, quod postremi duo sub Numeriano pertulisse dicuntur, totam pendere ex hymno Breviarii Toletani, quo duntaxat innititur Martyrologium Romanum ad Diem XIV. Decembris: Mauri, & Pelagii Acta vetustiorem non habere Petro de Natalibus auctorem: ac Chrysanthi demum passionem com-

B martyrium a temporibus Numeriani retrahamus. Persecutionem indicant generalem lata contra christianos ab Imperatoribus edicta: simul plures Augusti regnantes indicantur, simulque Cæsar cum ipsis. Legimus enim: *A Numeriano Cæsare jussionem venisse, ut Christiani idolis sacrificarent:* jussum Hilarium *sacrificare Diis secundum præcepta Imperatorum:* eosdem mandasse Imperatores, *ut omnes Christiani sacrificent Diis:* obtemperandum esse *Imperatorum præceptis:* eorumdem *Dominorum nostrorum præceptum continere, ut si quis ex Christianis fuerit inventus, percunctatus puniatur:* indulgendum non esse Christianis, quoniam *si hæc ad Cæsarem pervenerint,*
C *ad majus* Beronius Præses *veniet periculum.* An hæc temporibus Numeriani conveniant? Unus primum Carus regnat Augustus, duoque filii Carinus & Numerianus Cæsares nuncupantur. Uterque postmodum Augusti nomen ac dignitatem obtinet: simulque tres Pater, ac duo Filii, in Romano solio sedent Imperatores. Perit Carus, duoque filii succedunt: nec adest Cæsar. Ac *illo* denique temporis *intervallo, quod persecutionem Decii* (verba sunt Eusebii Libro VIII. Capite I. & IV.) *& Valeriani* (anno 275. interfecti) *subsequutum est* usque ad Diocletianum, ac tempora complectitur Gallieni, Claudii, Aureliani, Taciti, Floriani, Probi, & Cari cum filiis, nulla fuit persecutio Christianorum, qua-
D lem acta Hilarii exhibent generalem, longe lateque in omnes Christianos grassantem.

HINC vero duo colligimus, Hilarii Aquilejensis martyrio enecati tempus certo definiri non posse, magnumque per duo secula hiatum vacantis Ecclesiæ Aquilejensis dubium esse. Si fides actis ejusdem Hilarii adhibenda esset, conjectandum foret: contigisse passionem Aquilejensis Antistitis post annum Christi 203. quo Severus cum filiis Caracalla & Geta ex Oriente Romam venerunt; quorum ille Augusteum cum patre gerebat imperium, iste Cæsar erat. Sed insuper anno circiter 205. persecutio mota est *per omnes*, ut inquit Eusebius Libro VI. Historiæ Ecclesiasticæ Capite I,

ubique

commorans, Augusto Marco Aurelio patre bellum contra Germanos agente. Obierat quidem anno 169. alter Augustus & Imperator Lucius Verus: nihilominus memorata in Actis *præcepta Imperatorum* intelligi commode possunt, quæ ab eodem Lucio Vero adhuc vitam agente atque Marco Aurelio Augustis nuper lata fuerant, aut saltem veluti ab eisdem lata producebantur. Hujusmodi imperialium edictorum diserte meminerunt Scriptores veteres. Melito Sardensis, qui suam pro Christianis eo tempore Apologiam vulgavit, scripto reliquit apud Eusebium Libro IV. Capite XXVI. *Impudentissimos delatores .... ex Imperialibus edictis occasionem nactos, palam diu noctuque grassari.* Legesque circumferri ab iisdem Imperatoribus latas contra Christianos, testatur Capite V. Apologetici Tertullianus: *Quales ergo*, inquiens, *leges istæ, quas adversus nos exequuntur impii?* Roma vero cum abesset Marcus Aurelius; non mirum, leges hujuscemodi in Italia Cæsaris nomine ad executionem vulgatas dici, ut in Actis legimus: *A Cæsare jussio venit, ut Christiani idolis sacrificarent.*

ITA scilicet varia designamus tempora, quibus Hilarius pro Christo mortem oppetierit, Actorum circumstantias expendentes, quæ Numeriani ætati minime conveniunt. Cum illæ vero pro certis ac indubiis haberi non possint, certa quoque aut multum verisimilia peracti martyrii tempora definire non licet. Ex eisdem circumstantiis argumento sumpto, fortasse quispiam conjecerit, Hilarii martyrium differendum esse post annum 292. quo duobus Augustis, Diocletiano & Maximiano Herculio, additi sunt Cæsares duo, Constantius Chlorus & Galerius Maximianus. Hinc etiam vacantis Sedis post Hermagoram patentissimus hiatus confirmari posset. Conjecturam elidit partitio Imperii, quæ prædicto anno inter Augustos, & Cæsares facta est. Victore namque teste, *cuncta quæ trans Alpes Galliæ sunt, Constantio* (Chloro) *commissa* fuerunt: *Africa, Italiaque* (Maximiano) *Herculio: Illyricique ora ad usque Ponti fretum Galerio* (Maximiano:) *cætera Valerius* (Diocletianus) *retentavit.* Jam patet, Aquilejam utpote in Italia sitam,

tum, hominem non audio clementem. Hinc etiam conficitur, *jussionem* ut Christiani Diis sacrificarent, potius ab Augusto & Imperatore pervenire Aquilejam debuisse, quam a Cæsare. Ad annum usque 312. eadem perduravit Christianorum persecutio, initio atrocissima, deinceps remissa, iterum instaurata, maxime in Oriente: neque sane toti prædicto intervallo circumstantiæ conveniunt, quæ in actis Hilarii adnotantur.

VI. SATIS ergo ejusdem Hilarii acta non sunt, ut ejus martyrium sub Numeriano contigisse credamus; cum potius in eisdem alia tempora, alia contra Christianos mota persecutio, aliique persecutores Augusti indicentur. Cadit ergo & ipsum tam diuturnum Sedis Aquilejensis per duo secula vacantis tempus, quod ab Hermagora seculi primi ut creditur Antistite ad Numerianum Cæsarem effluxit.

VERO simillimum est, secundo ac tertio æræ Christianæ seculo, interruptis persecutionum succedentium vice spatiis, Ecclesiam Aquilejensem administrasse Episcopos, qui post Hermagoram recensentur, Sede pluries vacante inter illos. Ad seculum secundum regimen Hilarii referri potest. Sequuntur Chrysogoni duo: quos pariter, vacante inter eosdem sede, Ecclesiæ præfuisse puto. Ecclesiam illos administrasse, non interrupta successione, Diocletiani temporibus, usque ad annum 308. quo subrogatur Theodorus, exhibent calculi a Dandulo positi. Id minus verisimile arbitramur. Nullius enim Episcopi Aquilejensis hac ætate mentio habetur tot in Actis, quæ vulgata sunt, *Chrysogoni, Zoili, Agapis & Chioniæ, Irenis, Cancii & Sociorum, Felicis & Fortunati, alterius Fortunati & Hermogenis, Probi, Cyriacæ & Muscæ, aliorumque.* Fidem eorumdem Actorum non expendo, neque pro certissimis habeo: mirum vero semper fuerit, Episcopos Aquilejenses, si qui ea tempestate inter persecutionis procellas clavum Ecclesiæ tenuerint, verbo nullo usquam memorari. Simili permotus ratione Daniel Papebrochius ad Diem XIX. Junii in Commentario prævio de SS. Gervasio & Protasio §. V. num. 52. inter Antistites Mediolanenses pluries vacantem se-

Aquilejæ federint vetusti illi Antistites: neque tamen Martyres ipsi dicuntur. Cum vero numero pauci sint, neque latum plurium annorum intervallum continua eorum successione expleri queat; sponte fluit, seriem Episcoporum nostrorum, qui per hæc difficillima tempora Ecclesiam Aquilejensem administrarunt, interruptam intelligi debere: pluriesque sedem inter illos vacavisse. Verum & illud etiam conficitur, verisimili ratione nulla detrudi omnes posse, Hilarium, & Chrysogonos duos, ad unius Diocletiani ævum, quo fortasse nullus Aquilejæ sederit Antistes, ut ex Actorum silentio superius colligebamus: quove tres illos Episcopos concludere, quorum primus Martyr extiterit, posteriores duo sine clade persecutionis Ecclesiam rexerint, perinde est ac Sedis eorum annos ad extremas reducere temporis angustias. Id accidere quidem potuit: rem ita fuisse, absque gravi fundamento quis credat?

SED Hilario ac duobus Chrysogonis lubentius adderem ego immediatum Successorem Agapitum, quem post Theodorum numerant Chronica Aquilejensia. Partim certo solidoque momento, ac probabili partim ratione nititur conjectura. Certo definita Theodori, & Fortunatiani tempora habemus: cum ille anno 314. Synodo Arelatensi, ac iste anno 347. Sardicensi Concilio subscripserit. Inter utrumque sedisse Benedictum, dicemus Capite sequente, testaturque Gradense Chronicon apud Dandulum. Hinc vitiatum colligimus in Aquilejensi Chronico successionis ordinem, quo numerati leguntur *Hilarius*, *Chrysogonus I.* *Theodorus*, *Chrysogonus II.* *Agapitus*, *Fortunatus*, *Valerianus*, *Benedictus*. Præferendum censeo, quem proponit ordinem Dandulus, *Hilarii*, *Chrysogoni I. Chrysogoni II. Theodori*, *Agapiti*, *Benedicti*, *Fortunatiani*; cum maxime definitis exploratisque temporibus Theodori, Benedicti, & Fortunatiani conveniat. At meliorem denique confici posse credimus chronotaxim, si retrahatur ad superiorum distributio. Sedis namque Agapiti initium anno Christi 319. illigat Chronista Venetus: ad annum 332. regimen Benedicti refert: ac Fortunatiani primordia cum anno 353. connectit. Quem certe annorum calculum rejicit epoca Synodi Sardicensis anno 347. celebratæ: cui laudatus Fortunatianus interfuit, ac subscripsit.

EN ergo restitutam verisimili conjectura Episcoporum Aquilejæ seriem. Primum numeramus Hermagoram, secundum Hilarium, tertium Chrysogonum I. quartum Chrysogonum II. quintum Agapitum; sextum Theo-

C dorum, quem anno 314. tenuisse regimen Ecclesiæ Aquilejensis, certo scimus. Alium Successionis ordinem, si placeat, quisque teneat; aut meliori sorte constitutum proferat: nec enim conjecturas nostras, veluti exploratæ Chronotaxeos argumenta venditamus; neque multum splendoris Ecclesiæ nostræ primordiis allatum iri credimus, unum alterumve si amplectamur successionis ordinem.

VII. SERIEM vero, quam digessimus, Episcopis duobus augendam non esse, Marcello, & Alexandro, qui medio seculo æræ christianæ tertio in quibusdam Commentariis de Novatiana secta sedisse Aquilejæ feruntur, pro certo compertoque habemus. Allegati jam perierunt Commentarii: exciderunt que Libri sex,

D quos Eulogius Patriarcha Alexandrinus adversum illos cadente seculo sexto conscripsit. Plura posteritati Excerpta servavit Photius in Codicibus 182. & 280. suæ Bibliothecæ: notatque, Eulogium libro sexto in *certamen* seu *Martyrium* Novatiani stylum acuisse. Martyrium hoc loco intellige fidei christianæ confessionem, quam animo invicto in persecutione Decii & Valeriani a Novatiano editam jactabant Sectarii. Utroque in codice legimus, tres Episcopos in Novatiani partes pertractos esse, *Marcellum*, *& Alexandrum ἐπισκόπους Ἀκυληΐας*, *Episcopos Aquilejæ*, & *Agamemnonem ἐπίσκοπον Τιβύρτως*, *Episcopum Tibyris*, aut Tiburis, (vulgo *Tivoli*:) ipsumque Nova-

ſecutione cedens, fidem ſanctam violaverit: eamdemque fidem *una cum Novato Marcellum & Alexandrum Aquilejæ Epiſcopos, & Agamemnonem Epiſcopum Tibyris* erecto animo confeſſos eſſe: atque demum hæc omnia ex ipſis Actis facile oſtendi poſſe *mendacia, falſoque conficta, atque incredibilia*.

JUDICIUM ab Eulogio latum mirifice confirmant Cornelius Papa, & Theodoretus. Ait iſte Libro III. Hæreticarum Fabularum Capite V. tres illos Novatiani ordinatores fuiſſe πολιχνίων, *oppidulorum* Antiſtites. Atqui non oppidulum, non civitatulam, ſed ampliſſimam Civitatem exhibent, ac laudibus ornant Aquilejam uno conſenſu Scriptores ejus ætatis. Narrat etiam Cornelius Papa in Epiſtola ad Fabium Antiochenum apud Euſebium Libro VI. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Capite XLIII. duos a Novatiano deploratæ ſalutis homines miſſos εἰς βραχύ τι μέρος καὶ ἐλάχιστον τῆς Ἰταλίας, *in anguſtam & minimam Italiæ partem*, ex qua Romam tres perducerentur Epiſcopi, qui manus ipſi imponerent. Anvero Aquilejæ, & Tiburis loca, quæ tam longe lateque diſtant, intra partem Italiæ anguſtam & minimam con-

B extitit, ut ſi quando acciderit, pene ſimile portenti numeretur.

HÆC vero, mea ſententia, tum Acta prædicta ab impoſtore mendaciſſimo conſarcinata fuiſſe evincunt; tum etiam ſuadent, vocem Ἀκυληίας in textum irrepſiſſe, non Civitatis alicujus, ſed regionis ac Provinciæ loco, ex qua tres illi acciti fuerint perditiſſimi trium *oppidulorum* Epiſcopi, qui ſacrilegas manus Novatiano impoſuere. Quænam ea regio, aut Provincia fuerit, quæ dicitur a Cornelio βραχὺ καὶ ἐλάχιστον μέρος τῆς Ἰταλίας, divinare

C non licet. Cæterum Henricus Valleſius in Notis ad Libri ſexti Hiſtoriæ Euſebianæ Caput XLIII. arbitratur, Pontificiam Novatiano contuliſſe ordinationem *Evariſtum* perditis moribus Epiſcopum, ac *Trophimum* qui ad Eccleſiæ Catholicæ unitatem rediit. Ita conjicit ille ex Epiſtolis, quas Cornelius & Cyprianus mutuo ſibi dederunt. Quænam fuerint ſedes eorum, ſilet Valleſius. Id facinus Evariſto tribui poſſe, ultro fatetur Conſtantius in Notis ad citatam Cornelii epiſtolam: conjecturam vero, quæ Trophimum ſpectat, convellit, ac rejicit.

CAPUT V.

Theodorus primæ Synodi Arelatenſis actis ſubſcribit. Epiſcoporum ſubſcriptiones expenduntur: quorum nemo jure Metropolitico potiebatur. Cur Aquileja collocetur in provincia Dalmatiæ? Succedit Benedictus.

I. QUARTO incepto æræ chriſtianæ ſeculo, pace jam reſtituta per Conſtantinum Magnum Eccleſiæ, ſedem Aquilejæ tenuiſſe Theodorum, certum compertumque facit ejuſdem ſubſcriptio, quæ legitur in Synodo Arelatenſi anno 314. contra Donatiſtas celebrata. De ſchiſmatis cauſa, & Cæciliani Epiſcopi Carthaginenſis ordinatione agebatur. In Synodo Romana, quam anno ſuperiore 313. Melchiades Romanus Pontifex celebraverat, innocens pronunciatus fuerat Cæcilianus, damnatuſque Donatus qui ſchiſma conflaverat. Judicium detrectantes Dona-

D tiſtæ, Synodum aliam a Conſtantino, qui eorum ceſſit perverſitati, Arelatenſem obtinuerunt. Ad Calendas Auguſti inſequentis anni 314. convocata eſt. In Epiſtola ad Silveſtrum urbis Romæ Epiſcopum data, referunt Patres: *Judice Deo, & Matre Eccleſia, quæ ſuos novit & comprobat*, Donatiſtas *damnatos eſſe, aut repulſos*.

INTER plurimos nobiliores Epiſcopos ex Italia, Sicilia, Sardinia, Gallia, Hiſpania, Britannia, & Africa convocatos, noſter quoque Theodorus locum habuit. Encyclicam & ipſe ab Imperatore accepit, cujus ſpecimen exhibet

hibet

pa & Pinus Diecones, *de Civitate Capuensium*, *Provincia Campania: Pardus Episcopus*, *Crescens Diaconus*, *de Civitate Arpiensium*, *Provincia Apulia: Merocles Episcopus*, *Severus Diaconus*, *de Civitate Mediolanensi*, *Provincia Italiæ*. Reliquos subscribentes prætereo Patres.

II. CIVITATES, & Provincias memoratas cum legis, intelligas nolim Metropoles & Provincias Ecclesiasticas, in quibus unus præsit pluribus Episcopis Metropolita. Veritas hæc ut splendidissime eluceat, Episcoporum subscriptiones diligentius expendo.

NULLUM extitisse hoc eodem ævo Metropolitam in *Provincia Sicilia*, pluribus evincit Henricus Norisius Capite IX. Parte prima Donatistarum Historiæ, quam Ballerinii Fratres Veronenses ex Norisianis schedis decerpserunt, in ordinem digessere, ac luculentissimis supplementis illustrarunt. Sequentia profero, quæ nondum Gregorii Magni ætate, sexto cadente, & septimo incepto Ecclesiæ seculo, excitatam Syracusiorum Metropolim, nec ullum in Sicilia reliquis Episcopis præfuisse Metropolitam, satis evincunt. Sanctissimus enim Pontifex Libro I. Epistola I. (utor Editione Monachorum S. Mauri) data *Universis Episcopis per Siciliam constitutis*, Petro Subdiacono Sedis Romanæ *vices* suas committit *intra Provinciam Siciliam*: ipsumque præsidem facit Conciliorum, quæ *semel per annum* fieri mandat *ad Syracusanam*, *sive Catanensium Civitatem*. Eodem Libro habetur Epistola XVIII. ad ipsum Petrum Subdiaconum scripta, qua illum admonet Gregorius: *ut si quæ Civitates in Provincia Siciliæ .... a pastorali regimine vacare noscuntur*; de Clero earumdem Ecclesiarum, vel ex Monasteriis si qui digni ad Sacerdotalem locum possint inveniri, ipse *perspiciat*; eosque Romam ad Pontificem *transmittat* ordinandos. An Gregorius Episcoporum Siciliæ ordinationem ad se revocaret, ac Synodis semel per annum Syracusis vel alibi cogendis præficeret sedis Romanæ nis cogi oportere Synodos in Provinciis. Hæc sane probant, Episcopo Romano paruisse tanquam Metropolitæ Siciliæ Episcopos. Leonis verba sunt: *Quare illud pro custodia concordissima unitatis exigimus*, *ut quia saluberrime a Sanctis Patribus constitutum est*, *binos in annis singulis Episcoporum debere esse conventus*, *terni semper ex vobis ad diem* III. *Kalend. Octobrium Romam fraterno Concilio sociandi indissimulanter occurrant*. Alia quoque sibi vendicasse Gregorium in Provincia Siciliæ Metropolitica jura, aliæ suadent ejusdem Epistolæ. Scribit Libro II. Epistola VII. ad Maximianum Episcopum Syracusanum, qua suas ejus *personæ*, *non loco* vices tribuit *in minimis* quibusdam *causis* super *cunctas Siciliæ Ecclesias*: & Libro VIII. Epistola XXXIX. litem inter Abbatem Syracusanum, & Bajanum ad se relatam Joanni Syracusarum Episcopo dirimendam remittit: aliæque hujusce generis & argumenti plures ab eodem Pontifice datæ leguntur Epistolæ. Jam vero consentiunt denique doctissimi Viri, Syracusanum Episcopum ante seculum nonum Metropoliticam indeptum non esse prærogativam; eamque Græcorum Imperatorum, qui Siciliæ dominabantur, auctoritate accepisse. In Synodo Œcumenica Nicæna II. anno Christi 787. celebrata, inter subscriptiones Episcoporum legimus *Galatonem exiguum Presbyterum ex persona* (Stephani Syracusani) *Archiepiscopi Siciliæ*. Ad calcem Codini de Officiis Magnæ Ecclesiæ, & Aulæ Constantinopolitanæ exhibet Goarius *Notitias Græcorum Episcopatuum a Leone Sapiente usque ad Andronicum Palæologum*: in ea vero, quæ inscribitur *Ordo præsidentiæ Metropolitarum*, *Apostolico Constantinopoleos Throno subjectorum*, hæc habentur, quæ Syracusanæ Metropolis originem declarant: *A Romana vero Diœcesi avulsi sunt*, *nunc vero Constantinopolitano Throno subsunt*, *Metropolitæ & eis subjecti Episcopi*, *Thessalonicæ*, *Syracusarum*, *Corinthi*, *Rhegii*, *Nicopolis*, *Athenarum*, *Patrarum*.

POST

te Archiepiſcopatum conſtituit, conſecrato ibi Joanne, fratre ejuſdem Principis, Archiepiſcopo. Id factum anno 968. vel ante biennium juxta varios Chronologorum calculos. Vetuſtiora Capuanæ Metropoleos exiſtimat primordia Sirmondus in Adventoria contra Salmaſium: eaque refert ad Conſtantii Imperatoris tempora. Interim Doctiſſimi Viri auctoritate conficitur, Capuam urbem ætate Synodi Arelatenſis primæ, quam illuſtramus, Metropolitico jure exornatam non fuiſſe: ac præterea Cantelius in Hiſtoria Metropolitanarum Urbium animadvertit, Sirmondi rationibus Metropolitanam Capuæ prærogativam ut ſummum evinci in ordine civili, minime Eccleſiaſtico.

TERTIUS recenſetur *Pardus Epiſcopus de civitate Arpienſium*, *Provincia Apulia:* ſed Arpios aliquando fuiſſe Metropolim Eccleſiaſticam, nemo hactenus ſomniavit. Sequuntur *Theodorus Epiſcopus de civitate Aquilejenſi*, *Provincia Dalmatia; & Merocles Epiſcopus de civitate Mediolanenſi*, *Provincia Italia:* quos jure Metropolitico præſtantes, eorum minime probat ſubſcriptio; quemadmodum neque pares ſubſcriptionum formulæ Metropolitanam evincunt dignitatem Chreſti Syracuſani, Proterii Capuenſis, & Pardi Arpiorum. Subſcribit etiam *Quintaſius Epiſcopus de civitate Caralis*, *Provincia Sardinia:* quem hoc ævo Metropolitam fuiſſe non crediderim; tametſi, Calaritanæ Eccleſiæ jus Metropoleos acceſſiſſe ante Gregorii Magni ætatem, nos ejuſdem doceat Epiſtola VIII. Libri IX. ad Epiſcopos Sardiniæ data, ubi teſtatur Sanctiſſimus Pontifex: *morem* eſſe illius *Inſulæ*, ut poſt Paſchalem feſtivitatem Epiſcopi aut *irent*, aut *Reſponſales* dirigerent ad ſuum *Metropolitam*. Imo tandem neque in Galliis, nec in Hiſpaniis jura Metropolitica his temporibus obtinuiſſe, Doctiſſimorum Virorum ſententia eſt, nobis alio loco diligentiore opera exponenda. Hinc minime dubium, civiles recenſeri Provincias in Synodo Arelatenſi; ex eiſque ad Synodum evocatos, non Metropolitas, ſed nobiliorum Civitatum Epiſcopos.

METROPOLITANOS tamen Antiſtites ad Synodum vocatos, putavit Baronius ad Annum CCC. XIV. num. 42. & 43. quibus a cis documentis dicti fuerunt ſecundæ ſedis & ſecundi ſive throni ſive ordinis, non Epiſcopos, ſed frequentiſſime intelligendos eſſe Pres-
B byteros, exempla plura ſuadent. Pauca profero, quæ collecta præbent Noriſius loco citato, & Sirmondus in Notis ad Epiſtolam XI. Libri IV. Apollinaris Sidonii. Ait enim Optatus Milevitanus Libro I. *Quid commemorem laicos, qui tunc in Eccleſia nulla fuerant dignitate ſuffulti? Quid Miniſtros plurimos? Quid Diacones in tertio? Quid Presbyteros in ſecundo Sacerdotio conſtitutos? Ipſi apices & principes omnium Epiſcopi*. Ipſius Sidonii verba ſunt: *Antiſtes in ordine ſecundo;* hoc eſt, quamvis Presbyter tantum eſſet, Epiſcopus quodammodo videbatur. Itemque in Lege Nova Imperatorum Theodoſii & Valentiniani: *Audemus quidem ſermonem facere... de Sanctis & Venerabilibus Sacerdotibus, & ſecundis Sacer-*
C *dotibus*. Epiſcopos nuncupatos habes tum Sacerdotes, tum apices & principes Sacerdotum: Presbyteros vero ſecundos Sacerdotes, & in ſecundo Sacerdotio, & ordine conſtitutos. Auguſtinus Epiſtola XXI. alias C. XLVIII. num. I. ſcribit: *ſecundum locum gubernaculorum* ſibi datum, cum Presbyter factus eſt. Narrat Gregorius Nazianzenus, quomodo Presbyter initiatus fuerit, ita canens in Carmine de Vita ſua: *κάμπτει βιαίως εἰς θρόνων τοὺς δευτέρους; Per vim ſecundis collocat me in ſedibus*. Quæ verba occurrunt eadem in Epiſtola Conſtantini ad Chreſtum. Ubi ſecundi throni, aut ordinis, aut ſedis Eccleſiaſticos Viros, nedum Presbyteros intellexerim, verum etiam
D Diacones, aliosque inferiores Clericos; cum ſubſcribentibus Epiſcopis adjuncti, comiteſque habeantur *Presbyteri*, vel *Diaconi*, itemque *Exorciſtæ*, & *Lectores*. Num vero judices egerint in Synodo, ſuffragiumque tulerint prædicti ſecundi ordinis Clerici, an potius veluti comites duntaxat Epiſcoporum recenſeantur, alia eſt quæſtio. Altera mihi pars arridet.

III. NON adeo levis difficultas emergit, neque levi manu expedienda, quam ingerit *Provincia Dalmatia*, Theodori Aquilejenſis Epiſcopi ſolicitudini in eadem ſubſcriptione attributa. Momenta difficultatis hæc ſunt. Italiæ namque ſine dubio Aquilejam adſcribunt veteres Geographi: Italiæque fines, Auguſti ac

Eamdem Italiæ circa tempora Synodi primæ Arelatensis accensitam fuisse urbem, quæ rursus profero satis evincunt. Ævo namque Diocletianæo factam inter Augustos & Cæsares partitionem Imperii ita describit Victor de Cæsaribus; ut *cuncta, quæ trans alpes Galliæ sunt*, *Constantio* (Chloro) *commissa* fuerint: *Africa*, *Italiaque* (Maximiano) *Herculio: Illyricique ora ad usque Ponti fretum Galerio* (Maximiano :) *cætera Valerius* (Diocletianus) *retentaverit*. Maximiani Herculii patris Provincias Italiamque obtinuit Maxentius filius: eique cum eripuerit Constantinus, filius Constantii Chlori, *Mediolanum*, *Brixiam*, *Veronam*, *Aquilejam*, *Mutinam*, tunc ab ipso Nazarius admonet in Panegyrico *recuperatam esse Italiam: & hunc primum fuisse liberandæ urbis* (*Romæ*) *gradum*, *& ad victoriam facilem adscensum*. Hæc anno 312. æræ vulgaris acciderunt: adeoque Synodi Arelatensis tempore ad Italiam spectabat Aquileja. Cur ergo se Theodorus biennio post *Episcopum* subscripserit *de Civitate Aquilejensi*, *Provincia Dalmatia?*

NEQUE favent subscriptioni posteriores invectæ partitiones. Romanum orbem distribuit Constantinus in quatuor Præfecturas Prætorianas, tum istas in Diœceses, ac Diœceses in Provincias. Alter dicebatur Præfectus Prætorio Italiæ, cui parebant Italia & Africa: duæque Italiæ distinguebantur Diœceses, quas duo Vicarii sub uno Præfecto-Prætorio administrabant. Diœcesis altera sub *Vicario urbis* decem complectebatur Provincias: *Picenum suburbicarium*, *Tusciam & Umbriam*, *Campaniam*, *Siciliam*, *Apuliam & Calabriam*, *Lucaniam & Brutios*, *Samnium*, *Valeriam*, *Sardiniam*, *Corsicam*. Alteram Diœcesim Vicarius regebat, qui *Vicarius Italiæ* appellabatur: eaque septem Provincias continebat, *Venetias cum Istria*, *Æmiliam*, *Liguriam*, *Flaminiam & Picenum Annonarium*, *Alpes Cottias*, *Rhetiam primam*, *& Rhetiam secundam*. Quas vinciis subdebatur, ut docet Pancirolus in Notitia dignitatum Imperii.

CUM ergo in Dalmatiam rejici Aquilejam, maxime obstet geographica Provinciarum divisio; neque civilis earumdem, & Præfecturarum partitio id permittat, dicendum fortasse fuerit, Aquilejensem Antistitem juri sacro dicundo Dalmatis Populis jam tum præfectum fuisse; adeoque Ecclesiasticam ejus Provinciam constitui Dalmatiam posse, ac Dalmatiæ caput & Metropolim Aquilejam. Nihil profecto minus. Synodo Arelatensi nullus interfuit Metropolita: Civitatesque ac Provincias in C Episcoporum subscriptionibus adnotatas intelligendas non esse Metropoles Ecclesiasticas, numero II. ostendimus: neque ullum adduci exemplum documentumve poterit, quod protensam ab Aquilejensi Episcopo jurisdictionem in Dalmatiam evincat, ac indicet.

DUPLICEM alii Dalmatiam distinguunt, alteram proprie dictam & ad Illyricum pertinentem: alteram, quæ *Dalmatia supra mare*, aut *super mare* nuncupata est, & ad Italiam spectat, Istriamque & Venetiam complectitur. Emmanuel Schelstratius Tomo II. Antiquitatis Illustratæ in Appendice, Notitiam Ecclesiarum profert num. XXIII. tempore Cælestini III. anno 1225. conscriptam; ubi D Patriarchatus Aquilejensis collocatur *in Dalmatia supra mare*: & *in Istria supra mare* legimus tum Gradensem Patriarchatum, tum Archiepiscopatus duo, Jadrensem, & Spalatensem: atque demum *in Sclavonia*, quæ distinguitur, adnotatur Archiepiscopatus Ragusinus. Alia Notitia occurrit num. XXIV. quæ scripta dicitur ante annos 350. a Præsule Catharensi: eademque *in Dalmatia super mare* exhibet *Patriarcham Aquilejensem .... Patriarcham Gradensem ... Archiepiscopum Jadriensem*: numeratque *in Sclavonia Archiepiscopum Spalatensem ... Ragusinum ... Antivariensem*. Similes Notitias vidit, allegatque Laurentius Pignoria de Originibus Patavinis

Dalmatiam supra mare appellatam fuisse. Monet etiam Blondus Flavius apud laudatum Pignoriam in Notis ad Origines Patavinas: Venetiam juxta *Romanæ Ecclesiæ monumenta* inter *partes Dalmatiæ supra mare* connumerari: idque factum a Romanis Pontificibus putat Leander Albertus, ut præteriti Langobardorum Regni ac nominis, mutata voce, excideret memoria; quanquam *nihil absurdius potuit excogitari*, (Blondi verba sunt) *cum nulla ex parte Dalmatia ad hujus regionis* (Venetiæ) *fines unquam pertinuerit*.

JAMVERO difficultas redit. Hanc solvi posse putat Eustachius a S. Ubaldo in Dissertatione de Metropoli Mediolanensi num. 150. si dixerimus, vitiatum esse Provinciæ *Dalmatiæ* nomen: cum enim Arelatensis Concilii exemplaria mendis in Episcoporum subscriptionibus non careant, ut Baronius, & Binius notant, in eadem quoque potuerunt sphalmata irrepsisse quoad Provinciarum nomina. Annon potius *Provincia Italia* reponenda fuerit? Emendationis argumentum sumi potest ex synodo Sardicensi anno 347. idest tribus ac triginta post Arelatensem annis, celebrata; ubi subscriptos legimus *Fortunatianum ab Italia de Aquileja*, *Lucillum ab Italia de Verona*, *Severum ab Italia de Ravennensi*, *Ursacium ab Italia de Brixia*, *Protasium ab Italia de Mediolano*. Favent etiam Notitiæ plures Ecclesiasticæ apud laudatum Schelstratium, in quibus Aquileja Venetiæ ac Istriæ, Italiæque semper accensetur. In Notitia num. IV. prolata hæc habentur: *Italiæ vero Civitates*...... *claræ sunt*.... *Aquileja*, & *Mediolanum*: num. VIII. *in Italia*, *Roma*, *Ravenna*, *Gradus*, *Aquileja*, *Mediolanum*: num. IX. & X. *in Italia*.... *Venetia cum Histris*, *in qua est Aquileja*.

AN retineri aliqua demum ratione possit vox *Dalmatia*, quin Aquileja de Italia trudatur, rejiciaturque in Dalmatiam proprie dictam, perquirendum est. Id fieri minime posse, si geographica & civilis consideretur Provinciarum distributio, pro certo habeo: sed usus fortasse apud vulgus invaluit, ut Dalmatiæ nomine per abusionem ea quoque intelligeretur Italiæ extrema regio, in qua urbs il- *matarum littus* habetur. Quidni vero potuerit Illyrici nomen, sicut olim Istriæ tribuebaB tur, ita perennare apud vulgus; & Aquileja Istriæ finitima, spectari veluti in Illyrico posita? Sane Herodianus Libro VIII. in Maximino Aquilejam appellat *velut Italiæ quoddam Emporium*, simulque *quasi terminum Illyriæ*. Imo Basilius Magnus Epistolam, quam seculo quarto provecto Valeriano Aquilejensi dedit, inscripsit Οὐαλεριανῷ ἐπισκόπῳ Ἰλλυρίων, vel ut in aliis Codicibus legitur Ἰλλυρικῷ; *Valeriano Episcopo Illyricorum*, seu *Illyrici*. Vulgo scilicet Episcopus Aquilejensis dicebatur Illyricus, quod Aquileja spectabatur *quasi terminus Illyriæ*, ac finitima erat Istriæ, quæ Illyrici pars olim fuerat. Perinde vero fortasse fuerit, Aquilejam dicere de Provincia Illyrici, ac *de Provincia Dalmatia*. Illyricum amC plissime sumptum regiones plurimas complectebatur: magisque contractum continebat *Japidiam*, *Liburniam*, *Illyriam*, *Dalmatiam*. Hæc postrema inter cæteras eminebat Provincias: ejusque nomine appellatas novimus Illyriam, Liburniam, Japidiam, Istriæ & Aquilejæ conterminas. Eadem igitur ratione, qua vulgo in Illyrico posita censebatur Aquileja, ejusque Episcopus appellabatur Illyricus; urbs etiam ipsa, ejusque Præsul dici potuerunt *de Provincia Dalmatia*. Ita nempe conjectare fas est in re obscura, quam probatis testibus, frequentibusque exemplis clariorem facere non licet.

LUCEM affert subscriptio Meroclis EpiscoD pi Mediolanensis, qui *de Provincia Italia*, dicitur. Postquam Præfecturas quatuor Prætorianas instituit Constantinus, ac Italiam in partes duas distribuit, ac alteram decem Provincias constantem subjecit Vicario Urbis, alteramque in septem Provincias tributam addixit Vicario Italiæ; hæc speciale nomen *Italiæ* obtinuit, quod a Scriptoribus ejus ævi frequentissime usurpatum regionem illam significat, quæ Provincias plures trans cisque Padum complectebatur. Quanquam vero tunc firmius hæc obtinere cœpit appellatio; vetustiora tamen non desunt exempla, quibus evincitur, regionem transpadanam, jam olim Galliam Cisalpinam dictam, *Italiæ* nomine significa-

tam

de Provincia Italia dicitur, hoc est, Episcopus Mediolani, Civitatis in Italia Transpadana celeberrimæ. Aquileja porro, tametsi Venetiæ ac Italiæ urbs, maxime tamen eminebat *quasi terminus Illyriæ*, & *Emporium Illyricis gentibus*: unde Theodorus *de Provincia Dalmatia* dicitur, hoc est, Episcopus Aquilejæ, Civitatis in finitimo Illyrico seu Dalmatia præstantissimæ. Nimium insolens & impropria videri potest appellatio; quæ tamen exemplo non caret in ipsa Dalmatia, quam Stephani Epitomator, & Constantinus Porphyrogenitus appellant *Italiæ regionem*: quia videlicet Dalmatia cum Illyrico Occidentali Præfecto-Prætorio Italiæ adjuncta fuit, atque pars erat Præfecturæ Prætorianæ Italicæ.

IV. SATIS expendimus Theodori nostri subscriptionem, quæ in Synodo Arelatensi prima legitur. Post ipsum numerant successorem Chronica, Aquilejense, & Gradense, Agapitum. Ad superiora tempora sedem ejus retrahendam, superiore Capite conjecimus. Apud Dandulum sequitur Benedictus: quem scribit ille Ecclesiam administrasse ab anno æræ Christianæ CCC. XXXII. usque ad annum CCC. LIII. *annis viginti in prædicta Sede completis*. Cubat certissime error in Sedis annorum connexione cum æra christiana; Sardicensi namque Synodo anno 347. celebratæ subscriptus legitur Fortunatianus. Sedis Agapiti initium anno 319. illigat Dandulus. Ex eo si numerentur anni 20. juxta eumdem Dandulum, aut 25. juxta Chronicon Aquilejense, qui Benedicto tribuuntur, habemus annum Christi 339. aut 343. quo circiter tempore Fortunatianum Aquilejæ regimen capessivisse, infra dicendum est.

ALIUD occurrit Ecclesiasticum monumentum cum nomine *Benedicti Aquilejensis Episcopi*; cujus tamen fidem in dubium vocant Viri critici. Sunt nempe *Acta Synodi Romanæ*, quam putat Baronius a Julio Papa convocatam ipso sui Pontificatus exordio, anno *diolanensi Episcopo*, *Luciano Marianensi Episcopo*, & *reliquis cum eis* C. XVI. *Episcopis .... Data Kalendis Novembris*, *Feliciano & Maximiano Viris clarissimis Consulibus*. Eadem acta allegat Henricus Palladius Forojuliensis, ubi gesta Benedicti recenset: sed aliter exprimit Chronicas notas; *annum* scilicet *primum Constantii & Constantis Augg.* & *Indictionem decimam*.

HOCCE documentum, quod præclarum foret pro Benedicto, inter spurias merces ablegari jubent quique Viri docti. Omnium diligentissime rem vocat ad examen Benedictus Bacchinius dissertatione I. in Librum Pontificalem Agnelli. Horrida sensuum stylique barbaries, chronicæ notæ vitiatæ corruptæque, collegium consulum quod nuspiam in tota Fastorum serie invenitur, ac ipsa nomina Episcoporum, totidem sunt fictionis argumenta, ineptumque produnt consarcinatorem. Ad Episcopos recensitos quod attinet; plures ad Agapitum Ravennatem spectantes difficultates versat Bacchinius. Nullum per hæc tempora Episcopum nomine *Julium* exhibent Catalogi Mediolanenses: neque eumdem esse cum *Materno*, nec utrumque cum *Julio Firmico Materno*, insignis Operis *de Mysteriis prophanarum Religionum* auctore, differunt contra Baronium Viri docti. Incognitus est, qui sequitur *Lucianus* cum sua Sede *Marianensi*: aut certe obscurus, nec ullo modo cum cæteris nobiliorum Civitatum, quæ numerantur, Aquilejæ, Carthaginis, Ravennæ, Mediolani Episcopis comparandus.

QUONIAM vero in supposititiis ac spuriis quoque documentis lux aliquando sublucet veritatis; id saltem confici posse videtur, Aquilejæ sedisse Antistitem nomine Benedictum, Sedem ejus ad hæc tempora ante Synodum Sardicensem referendam, ipsumque mentem operamque suam adversum Arianam hæresim collocasse.

CA-

I. INTER Episcopos, qui Synodo Sardicensi anno 347. celebratæ subscripserunt, legitur *Fortunatianus ab Italia de Aquileja*. Hunc Benedicti Decessorem numerat Chronicon Aquilejense: Successorem vero exhibet Dandulus, qui vetustos melioris notæ codices decerpebat. In Epistola Patrum Sardicensium Synodica ad Julium Papam hæc habentur animadversione digna: *Quid autem de impiis & de imperitis adolescentibus, Ursacio, & Valente, statutum sit, accipe Beatissime Frater. Quia manifestum erat, hos non cessare adulterinæ doctrinæ lethalia semina spargere: & quod Valens, relicta Ecclesia, aliam invadere voluisset, eo tempore, quo seditionem commovit, unus ex Fratribus nostris, qui fugere non potuit, Viator* (al. *Victor*) *obrutus & conculcatus, in eadem Aquilejensium Civitate die tertia defecit*.

VALENS ergo Arianus propriam relinquere, ac aliam invadere Ecclesiam volebat. Hanc esse Aquilejensem, evincere videntur sequentia verba. Pergunt namque Julio referre Sardicenses Patres: eam ob causam, ut aliam invaderet Ecclesiam, *seditionem* a Valente *commotam:* ac seditionis *tempore* Viatorem obrutum, & conculcatum: ipsumque post diem tertiam defecisse *in eadem Aquilejensium Civitate*. Cur *eadem* dicitur civitas Aquilejensis? Nulla in superiore Epistolæ contextu occurrit mentio Aquilejæ, quæ cum postea memoretur, *eadem* dici debeat. At *eadem* sane dicitur, ut illa *alia* Ecclesia intelligatur, nempe Aquilejensis, quam propria Valens relicta, invadere volebat. Conjecturæ favet Tillemontius.

HUNC vero Ecclesiæ nostræ cupidum invasorem, ejusque Socium Ursacium vocant Synodi Patres, *impios & imperitos adolescentes, adulterinæ doctrinæ lethalia semina spargere non cessantes*. Ambo infulis Episcopalibus insigniti erant: unde Valens, propria relicta Ecclesia, Aquilejensem invadere nisus est. Utriusque mores, indolem, studia, dignitatem describit Athanasius in Epistola ad Episcopos Ægypti & Libyæ num. 7. his verbis; *Ursacius, & Valens, quos ab ipso etiam initio, utpote juniores, Religionis rudimentis imbuit ipse Arius, cum de gradu Presbyteris fuissent antea dejecti, postmodum ob impietatem Episcopi sunt designati*. Exul in Illyricum ablegatus fuit Arius anno 325. ejusque exilii triennio, ipsum habuere impietatis magistrum Ursacius & Valens. Sedem obtinuerunt, ille Singidoni in Mæsia, ac iste Mursiæ in Pannonia: primaque vice leguntur Synodo Tyriæ anno 335. Episcopi interfuisse, iidemque ad Mareotem legati missi. Eosdem *ætate & moribus juniores* appellat Synodus Alexandrina anno 340. apud Athanasium in Apologia contra Arianos num. 13.

II. FRACTIS Valentis Ecclesiam inhiantis Aquilejensem conatibus, in eam sedem sufficitur Fortunatianus. Ipsum Chronicon Aquilejense vocat *Fortunatum*. In allata ejusdem subscriptione in Synodo Sardicensi nomen legitur *Fortunatiani:* eademque occurrit subscriptio in calce Epistolæ Synodicæ ad *Julium Urbis Romæ Episcopum;* ac denique *Fortunatianum* appellat, *natione Afrum*, S. Hieronymus Capite XCVII. de Viris Illustribus. Alia Sardicensium Patrum habetur Epistola *ad omnes Episcopos* cum Præsulum nominibus, qui rem Catholicam in ea Synodo egerunt. Inter subscriptos Episcopos Occidentales occurrit *Fortunatus*, aut *Fortunatius* tum in Actis Concilii, tum apud Athanasium in Apologia contra Arianos. An ergo idem fuerit cum Fortunatiano Aquilejensi? Primo nomine *Fortunatiani* bis illum appellat idem Athanasius in Apologia ad Constantium Imperatorem num. 3. & 27.

HUNC Antistitem Aquilejæ, tradit Hieronymus loco citato: *In Evangelia, titulis ordinatis, brevi & rustico sermone, scripsisse commentarios*. Legendum monet Dominicus Vallarsius in Novissima Operum ejusdem S. Patris editione Veronensi, *Breves rustico sermone commentarios:* quam lectionem confirmat Græca versio Sophronii, βραχύτατα ὑπομνήματα λόγῳ ἀγροίκῳ. Rusticum sermonem intelligit Hieronymus, latinum quidem, sed vulgo ac rusticis hominibus familiarem; quem sub initium Libri II. contra Rufinum *militarem* vocat *vulgaremque*, his verbis: *Nisi forte parentes, militari vulgarique sermone, cognatos*

ante Synodum Sardicensem aggressus fuerit junior & imperitus Episcopus ille Arianus, referunt Patres: *Manifestum erat*, inquientes, *quod Valens relicta Ecclesia aliam invadere voluisset*. Hæc ad annum 344. refert Tillemontius Tomo VI. Monumentorum Historiæ Ecclesiasticæ in Historia Arianorum Articulo XXXVIII.

LONGE ante, adhuc Imperante Constantino, Fortunatianum Aquilejæ Episcopum electum, colligere possumus ex Hieronymo, qui loco citato sic habet: *Fortunatianus, natione Afer, Aquilejensis Episcopus, Imperante Constantino*. Eumdem retinent Imperatorem editi omnes ac MSS. Codices, quibus consonat Græca versio Sophronii: *βασιλεύοντος Κωνσταντίνου*. Obiit Magnus Constantinus undecimo Kal. Junias anni 337. Num ergo in Sedem Aquilejensem eodem anno ineunte ac incepto, an alio superiore conscenderit Fortunatianus? Equidem Valens, & Ursacius prima vice dignoscuntur Episcopi anno 335. in Synodo Tyria. Anno illo cadente, post legationem ad Mareotem, Constantinopolim proficiscuntur: ibique Conciliabulo intersunt anno sequente 336. usque ad Julium Mensem. Remanent postremi ejusdem anni Menses, ac priores quinque insequentis. An ergo Valens hoc tempore Ecclesiam Aquilejensem invadere conatus fuerit; eoque fugato electus Fortunatianus? Incertum, ac difficile dictu.

Jo. Albertus Fabricius in Bibliotheca Ecclesiastica in Notis ad citatum Hieronymi locum, pro *Imperante Constantino* reponi vellet, *Imperante Constantio*: ratioque conjecturæ est, quod anno 337. mortem obiit Constantinus Magnus, & anno 340. diem clausit extremum Constantinus Junior: mentio vero *Constantii* apud Hieronymum habetur tum *Capite* XCVI. quod præcedit, tum XCVIII. quod sequitur. At Viri Clarissimi conjecturæ nomen officit *Constantis*, quod haberi in Codice Corbejensi, ante annos mille scripto, Hieronymi & Gennadii libros de Scriptoribus Ecclesiasticis continente, Philippum a Turre pe, *Lucius* (vel *Lucillus*) *ab Italia de Verona*, *Severus ab Italia de Ravennensi*, *Ursacius ab Italia de Brixia*, *Protasius ab Italia de Mediolano*. Italiæ nomen hoc ævo post Constantinianam Præfecturarum, Diœceseon, ac Provinciarum partitionem septem Provinciis tribuebatur trans cisque Padum positis, quæ *Vicario Italiæ* sub Præfecto-Prætorio Italiæ parebant, *Venetiæ cum Istria*, *Æmiliæ*, *Liguriæ*, *Flaminiæ & Piceno Annonario*, *Alpibus Cottiis*, *Rhetiæ primæ*, *& Rhetiæ secundæ*. Hinc habes, cur Fortunatianus *ab Italia de Aquileja* dicatur: erat enim Aquileja in Venetia, prima *Italiæ* specialiter nuncupatæ Provincia.

C

QUO ex loco nihil depromi posse video, quod evincat, alterum alteri jure Metropolitico præstare Antistitem. Eadem est subscriptionis formula, qua illi quinque utuntur Episcopi: eademque solum nos docet, præcipuas adnotatas illos administrasse Ecclesias in Provincia, seu Provinciarum Diœcesi, quæ *Italia* dicebatur. Quod ajo, exploratum facere videtur similis aliorum Episcoporum subscriptio; nempe *Vincentii a Campania de Capua*, *Januarii a Campania de Benevento*, *Calepodii a Campania* (de Neapoli.) Nullum vero in Provincia Campania hoc ævo fuisse Episcopum, qui cæteris jure Metropolitico præesset, Capite superiore ostendimus.

D

V. ALIA quædam præclara Fortunatiani gesta colligimus ex Athanasio, & Hilario Pictaviensi. Ipsum Athanasium anno 348. excepit hospitio Aquilejæ: ubi Imperatorem Constantem comite *Fortunatiano* allocutum se esse, idem testatur Alexandrinus Episcopus in Apologia ad Constantium Imperatorem num. 3. Memorat etiam num. 15. conventibus Ecclesiasticis, Aquilejæ cum degeret, operam se dedisse: habitamque collectam, præsente Constante Augusto, in Templo quod tum *extruebatur*, nondum absoluto.

HOSPITES quoque habuit Ursacium & Valentem, qui aut vera pœnitentia ducti, aut pœnitentiam simulantes, Arianam hæresim

dat Liberius Papa, in eadem Arelatenſi Civitate cogeretur.

ANNO 353. congregatum illud eſt, in quo Arianorum inſtigationibus, ac minis terroribuſque Imperatoris fracta ceſſit conſtantia Vincentii Capuani, qui legationis Apoſtolicæ munere fungebatur. Damnavit namque Athanaſium, quem toties inſontem invicto animo declaraverat. Ne tanti Viri lapſus aliis exemplo & offendiculo foret, aliam Liberius legationem ad Imperatorem dirigit: poſtulatque Concilii generalis convocationem. Fuere legati Lucifer Epiſcopus Calaritanus in Sardinia, Pancratius Romanæ Eccleſiæ Presbyter, & Hilarius ejuſdem Eccleſiæ Diaconus. Litteras ab eodem Romano Pontifice ſcriptas anno 354. ad Euſebium Epiſcopum Vercellenſem recitat Baronius ad Annum CCC. LIII. num. 20. & CCC. LIV. num. 6. & 8. His ille Euſebio mandat, ut ſe Legatis adjungat, ad Imperatorem pergat adhuc in Galliis conſiſtentem, fideique Nicænæ patrocinium ſuſcipiat. In Epiſtola III. præclarum texitur Fortunatiani noſtri elogium his verbis: *Etiam ad Fratrem & Coëpiſcopum noſtrum Fortunatianum, quem ſciebam neque perſonas hominum vereri, & futura magis præmia cogitare, litteras erogavi; ut & ipſe pro ſinceritate pectoris, & pro fide quam ſe ſcit etiam cum diſcrimine vitæ præſentis cuſtodiſse, etiam nunc vobiſcum excubaret. Quem quidem ſcio, pro ſanctitate pectoris ſui indubitanter & conſilio ſuo prudentiam veſtram firmare, & ſi ita vobis placuerit præſentiam ſuam in nullo Dilectioni veſtræ negare.*

VI. FEFELLIT Liberium ſpes de Fortunatiano concepta. Anno 355. coacta Synodus eſt Mediolani. Imperatoris tyrannide, & Arianorum perfidia gerebantur cuncta: vis inlata orthodoxis Epiſcopis, exilii capitiſque diſcrimina comminata, niſi ferirent Athanaſium anathemate. Subierunt pœnas, qui vel Athanaſium damnare, vel ſocietatem cum Arianis inire noluerunt. Scythopolim relegatur Euſebius Vercellenſis, Lucifer Calaritanus Germaniciam mittitur, cæditur immaniter flagris Hilarius, in Cappadociam deportatur Dionyſius Mediolanenſis: atque tum in ejus locum *turos.*

LIBERIUM quoque Pontificem Conſtantius B aggreditur, invictiſſimum Nicænæ doctrinæ cultorem, ac innocentiæ Athanaſii conſtantiſſimum vindicem. Miſſis ad ipſum Romam Legatis, conſtantiam ejus fidemque muneribus ac minis pertentat. Mediolanum deinde trahitur Pontifex: non cedit Imperatoris perfidiæ, adeoque Beroeam in Thraciam relegatur. Tum vero Fortunatianus, Arianis ac Imperatori ſerviens, impudentia ſumma Liberium ſolicitare auſus eſt. Viliſſimum facinus notat Hieronymus loco citato de Viris illuſtribus: *In hoc habetur,* inquiens, *deteſtabilis, quod Liberium Romanæ urbis Epiſcopum, pro fide ad exilium pergentem, primus ſolicitavit.*

NEC erubuit, malo cœpto pergens, con- C fictas perferre aut mittere Epiſtolas ad Epiſcopos, quos ab Athanaſii communione retraheret; in quibus fingebatur, Liberium initio Pontificatus litteras Athanaſio dediſſe, ut Romam veniret: Pontificiis mandatis obtemperare Epiſcopum Alexandrinum detrectaſſe; adeoque datas a Liberio alias ad Orientales Epiſtolas, queis Athanaſius alienus a conſortio Romanæ Eccleſiæ declarabatur. Litteræ prædictæ habentur in Fragmento IV. apud Hilarium. Suppoſitionis earum ac impoſturæ rationes plures adducit Petrus Conſtantius. Quæ vero ſubjecit eiſdem verba Hilarius, fabellæ architectos, ac Fortunatiani iniquum miniſterium patefaciunt. *Quid in his litteris,* in- D quit ille, *non ſanctitatis, quid non ex metu Dei eveniens eſt?* (Hæc ſcilicet per ironiam ſcribit Hilarius.) *Sed Potamius, & Epictetus, dum damnare urbis Romæ Epiſcopum gaudent, ſicut in Ariminenſi Synodo continetur, audire hæc noluerunt,* (vel potius, ut legendum monet Conſtantius, *audere hæc potuerunt.*) Quæ ſatis ſignificant, prædictæ Liberio ſuppoſitæ Epiſtolæ auctores fuiſſe Potamium, & Epictetum. *Quin etiam Fortunatianus Epiſcopus* (inſerviens eorum iniquitati) *epiſtolam eamdem rurſum diverſis Epiſcopis mittens, nihil profecit.* At aliorum conſtantia, quibuſcum proficere nihil potuit Aquilejenſis Antiſtes, ſcelus ejus non minuit.

PEJO-

rius narrat in Epistola ad Orientales, quæ ab Hilario Fragmento VI. recitatur: *Litteras*, inquiens, *super nomine ejus* (Athanasii) *per Fratrem nostrum Fortunatianum dedi perferendas ad Imperatorem Constantium*. Ait etiam in Epistola ad Ursacium, Valentem, & Germinium: *Hoc etiam scire vos volo, quod Fratrem Fortunatianum petii, ut litteras meas ad Clementissimum Imperatorem perferat, quas ad Orientales Episcopos feci: ut scirent ipsi, una secum Athanasii communione me esse separatum.*

HÆC pertinent ad finem anni 357. vel etiam insequentem. Baronius ad Annum CCC. LIV. num. 8. de Fortunatiano sentit: non tantum in Athanasii damnationem subscripsisse, *sed adhæsisse penitus Arianis*. Graviora opus essent momenta, ut tam nigrum theta Antistiti Aquilejensi præfigeretur. Communione quidem Arianis adhæsit ille: ab eisdem nihilominus alienus conscientia, & animo interiore. Fidem quoque Nicænam non ejuravit: sed Nicæno Symbolo prætermisso, aliam

ab Ethnicis civitate pulsum, dum Romam peregrinationis causa tenderet, Fori-Cornelii sub Juliano Apostata martyrio coronatum.

PUTAT Baronius in Notis ad Diem XIII. Augusti, *Brixiensem* fuisse Antistitem, cum potius *Brixinensem* dicere debuisset: patet namque, Episcopalem Sabionæ sedem, postmodum Brixinam in eisdem alpibus Tirolensibus translatam esse. Ait rursum: *Non assentior vero, a Fortunatiano Episcopo Aquilejæ fuisse* C *ordinatum, quem constat vixisse temporibus Constantii Augusti, & secta fuisse Arianum*. Verum & Cassianus, qui martyrii pertulisse palmam dicitur sub Juliano Apostata, vitam agere debuit imperante Constantio. Arianorum deinde consortio fœdatum Fortunatianum scimus: neque tamen secta, errore, ac interiore conscientia Arianum fuisse, tam facile dixeris. Potuit demum Cassianus ab eodem initiari Sabionæ Episcopus ante annum 355. quo tempore fidem Nicænam, ac innocentiam Athanasii invicto celsoque tuebatur animo. Rem nos in medio relinquimus.

CAPUT VII.

Succedit Valerianus. Initia Sedis ejus patefacit annus, quo sub eodem Valeriano baptisma suscepit Rufinus. Symboli formula, quæ in usu erat Aquilejæ, solebatque tradi in Baptismate: eademque cum Symbolo Romano, & Orientali communi comparatur. Aquilejensia additamenta exponuntur. An Valerianus auctor fuerit, ut Hujus carnis resurrectio diceretur?

I. INLATAM a Fortunatiano Ecclesiæ A- D quilejensi maculam quamcitissime detersit Successor ejus Valerianus morum sanctitate, fidei rectæ constantia, præclarissimis contra impietatem Arianam gestis, ac nova propagine Clericorum Monachorumque, qui eruditionis præstantia, vitæque integritate illustres celebrem orbi eamdem Ecclesiam reddidere. Hæc latiore calamo declaranda sunt.

DANDULI verba in Chronico primum refero, quæ Valeriani Sedis initia definiunt. Ait ille: *Hic Episcopatum accepit anno Domini* CCC. LXVIII. *Natione Gallicus, vir orthodoxus, scientia & vita clarissimus, sub Catholico Principe Episcopus factus, sua doctrina & exemplo Arianam perfidiam fugavit, & sibi subditum populum in agnitionem fidei puræ non solum induxit, sed in perseverantia solidavit.* Obiit Constantius, Arianarum partium defensor ac propugnator, anno 361. Successor ejus

præcedente 369. ſedem ipſe Aquilejæ tenebat. Id ex Rufino Aquilejenſi diſcimus, qui Libro I. Invectivarum in S. Hieronymum num. 3. ſuſcepti baptiſmatis ſub eodem Valeriano definiens tempus, hæc habet: *Ego, ſicut & ipſe & omnes norunt, ante annos fere triginta in Monaſterio jam poſitus, per gratiam baptiſmi regeneratus, ſignaculum fidei conſecutus ſum per Sanctos Viros Chromatium, Jovinum, & Euſebium, opinatiſſimos & probatiſſimos Dei Epiſcopos: quorum alter tunc Presbyter beatæ memoriæ Valeriani, alter Archidiaconus, alius Diaconus ſimulque pater mihi & Doctor Symboli ac fidei fuit.* Invectivarum libris componendis anno 399. manum admoviſſe Rufinum, nos docet Hieronymus, qui Apologiam ſcribens anno 402. in ejuſdem Libro III. num. 10. hæc habet: *Libri enim tui, quos limaſti per triennium, diſertiores ſunt.* Libros eoſdem poſtrema lima expolitos accepit anno 401. exeunte Hieronymus: adeoque primum librum elucubrare anno circiter 399. cœpit Rufinus. Hinc vero ſi triginta retro numerentur anni, habemus annum Chriſti 370. vel etiam præcedentem: quo tempore regimen jam tenebat Eccleſiæ Aquilejenſis Valerianus.

ALLEGATUM Rufini textum liceat diligentius enucleare, ut prima conditio Viri eluceat, qui non modicam Hiſtoriæ noſtræ partem impleturus eſt. Poſtrema verba docent, Euſebium in Rufini baptiſmo patrinum fuiſſe ac ſuſceptorem, ipſumque in privatis inſtructionibus Symbolum ac fidei rudimenta docuiſſe. Alia vero diſtinguenda eſt publica & ſolemnis Catechumenorum inſtitutio, quæ traditio Symboli dicebatur: quod oppido munus ad Epiſcopum pertinebat, ac vices ejus gerentem Presbyterum. Hocce munere in Rufini baptiſmate functus eſt Chromatius, *Valeriani Presbyter*, ut ipſe teſtimonium perhibet Rufinus.

JAM tum vero *in Monaſterio poſitus* erat Rufinus, Sacris undis baptiſmatis nondum ablutus. An etiam jam tum Monaſtico inſtituto addictus eſſet, quæri poteſt. Annuit Tillemontius, id ego incertiſſimum puto. Imo Ca-

B SEQUUNTUR illa verba, *Signaculum fidei conſecutus ſum:* quæ intelligenda puto de Symbolo, quod Catechumenis primi ordinis, quos *Competentes* vocabant, jam baptiſmo maturis tradi ſolebat: quodve ab ipſis adultis, qui baptiſmum ſuſcipiebant, reddendum exigebatur. Quidni vero Symbolum dicatur *ſignaculum fidei?* cum *ejus confeſſione* (verba ſunt Auguſtini Sermone CC. XIV. in Noviſſima Editione) *tanquam ſigno dato, Chriſtianus fidelis agnoſcitur.* Docet etiam Maximus Taurinenſis Homilia in Traditione Symboli: *Signaculum* illud eſſe *inter fideles, perfidoſque;* & ipſe demum Rufinus in Expoſitione Symboli ait: *Symbolum græce, indicium dici poteſt... vel ſignum.* Vim eamdem alia

C plura attributa Symboli habent apud Patres, qui vocant illud, *Placitum fidei, Sacramentum fidei, fidei Cautionem, Commonitorium fidei.* Annon præterea verbis illis Rufinus indicaverit Sacrum Signum, quo poſt Symbolum expoſitum ac recitatum frontem ſignabant Catechumeni & fideles? Petrus Chryſologus ut plurimum ſermones, quos de Symbolo ad Competentes habuit, verbis illis concludit, *Signate vos:* ac Rufinus Libro I. citato Invectivarum num. 4. *Frontem*, ait, *ut mos eſt, in fine Symboli contingentes.* Quæ ſatis ſuperque ſunt, ut *fidei ſignaculum*, quod per Chromatium *Presbyterum* conſequutus eſt Rufinus, ſacrum intelligat nemo Confirmationis Chriſma, quod in Occidente miniſtrare nunquam

D Presbyteris licitum fuit.

III. ERRORES, quibus a Hieronymo notabatur, ut a ſe Rufinus amoliretur, Symbolum frequentius allegat, quod Aquilejæ per gratiam baptiſmi regeneratus accepit, reddiditque. Singularem ejus formulam ipſe Rufinus poſteritati ſervavit, ejuſdemque præclaram edidit expoſitionem, ut Laurentio cuidam Epiſcopo morem gereret. Opus præconio ſuo celebrat Gennadius Capite XVII. de Viris illuſtribus: quod *proprio labore*, inquit, *imo gratia Dei & dono* adornavit, *ut in ejus comparatione alii nec expoſuiſse credantur.* Primævam aliam ſimul proponit declaratque formulam,

to, & Sepultus.

Tertia die resurrexit a mortuis.

Ascendit ad Cælos, sedet ad dexteram Patris: inde venturus est judicare vivos & mortuos.

Et in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem.

to, & Sepultus. Descendit ad inferos.

Tertia die resurrexit a mortuis.

Ascendit ad Cælos, sedet ad dexteram Patris: inde venturus est judicare vivos & mortuos.

Et in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, hujus carnis resurrectionem.

to, & Sepultus.

Tertia die resurrexit a mortuis.

Ascendit ad Cælos, sedet ad dexteram Patris: inde venturus est judicare vivos & mortuos.

Et in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem.

IV. PRIMA Rufini in Expositione Symboli præclarissima animadversio est: *Quod in diversis Ecclesiis aliqua in his verbis inveniuntur adjecta: in Ecclesia tamen urbis Romæ hoc non deprehenditur factum.* Discriminis rationem, quæ maxime commendat fidei integritatem in Ecclesia Romana perpetuo custoditam, affert ille: *Quod ego*, inquiens, *propterea esse arbitror, quod neque hæresis ulla illic sumpsit exordium: & mos inibi servatur antiquus, eos qui gratiam baptismi suscepturi, publice, idest fidelium populo audiente, Symbolum reddere: & utique ad adjectionem hujus saltem Sermonis eorum, qui præcesserunt in fide, non admittit auditum. In cæteris autem locis, quantum intelligi datur, propter nonnullos hæreticos addita quædam videntur, per quæ novellæ doctrinæ sensus crederetur excludi.* In Editione Pamelii ad calcem Operum S. Cypriani, secundæ rationis a Rufino allatæ verba paullo aliter efferuntur: *Et utique adjectionem unius saltem Sermonis, eorum qui præcesserunt in fide non admittit auditus.* Sensus est, intemeratam absque ullo additamento servari in Ecclesia Romana Symboli formulam, tum quia nulla in eam irrepsit hæresis, quæ vocibus aliquibus adjectis exsecranda foret: tum quia Symbolum reddebant, juxta morem in eadem Ecclesia vigentem, fidelium populo audiente,

B baptismum suscepturi; neque auditus eorum, qui adstabant jam fideles, ullam pateretur adjectionem, quam ipsi a Majoribus traditam non recepissent.

QUOD Rufinus asserit, luculentissime Patres alii testantur: primævam scilicet absque ulla adjectione in Ecclesia Romana custodiri Symboli formulam. Ait enim Ambrosius in Epistola Synodica ad Siricium Papam: *Credatur Symbolo Apostolorum, quod Ecclesia Romana intemeratum semper custodit, & servat.*

C Ait etiam Vigilius Taplensis, in Byzacena Africæ Provincia Antistes, Libro IV. contra Eutychem Tomo VIII. Bibliothecæ Patrum Lugdunensis: *Romæ, & antequam Nicæna Synodus conveniret, a temporibus Apostolorum usque nunc, & sub beatæ memoriæ Cælestino... ita* (absque illa voce *unius* Dei, & *unius* Jesu Christi) *fidelibus Symbolum traditur.*

JAMVERO adjectas articulo primo legimus in Symbolo Aquilejensi voces illas, *Invisibilem, & Impassibilem.* Causam profert Rufinus: *Sciendum*, inquiens, *quod duo isti Sermones*

D *in Ecclesiæ Romanæ Symbolo non habentur. Constat autem apud nos additos hæreseos causa Sabellii: illius profecto, quæ a nostris Patripassiana appellatur; idest, quæ Patrem ipsum vel ex Virgine natum dicit, & visibilem factum, vel passum affirmat in carne.*

Ut

Atenim Sabellius excogitaverat, Verbum, & Spiritum Sanctum quasdam esse *efficientias* minime subsistentes, quas irradiationum instar, quando opus esset, evibraret Deus, rursumque ad se contraheret: nihilque aliud esse Christum, nisi Jesum hominem, sola perfusum efficientia illa, quæ Verbum extimum dicebatur. Unde Sabellio purus homo erat Christus, non Deus incarnatus, neque persona Patris in humanitate subsistens; ut jam Pater proprie passus, & Crucifixus dici non posset. Nihilominus *qui apud Romanos Patripasiani sunt*, (Athanasius notat in Libro de Synodis) *apud nos Sabelliani nominantur*. Ait etiam Augustinus Tractatu XXXVI. in Joannem: *Sabellianos dictos quosdam hæreticos, qui vocantur Patripassiani, qui dicunt ipsum Patrem passum fuisse*. Quæ duo testimonia Rufini assertionem satis vindicant, sive fuerit ipse Sabellius, qui Noetianam hæresim patrocinio suo celebriorem fecerit; sive Sabelliani posteriores eamdem adoptaverint.

ALIUD insigne additamentum in Symbolo Aquilejensi in illis vocibus positum est, *Descendit ad inferna*. Verba Rufini sunt: *Sciendum sane est, quod in Ecclesiæ Romanæ Symbolo non habetur additum, Descendit ad inferna. Sed neque in Orientis Ecclesiis habetur hic sermo: vis tamen verbi videtur esse in eo, quod Sepultus dicitur*. Divina Scripturarum oracula affert bene multa, ut adjectionis veritatem confirmet. Inter plura illud exhibeo, depromptum ex Epistola I. Petri Capite III. v. 18. 19. 20. quod ita effert Rufinus: *Quia Christus .... mortificatus carne, vivificatus autem Spiritu, in ipso* (spiritu) *eis qui in carcere inclusi erant, descendit spiritibus prædicare, qui increduli fuere in diebus Noe*. Alia profert Psalmistæ verba, *Quia non derelinques animam meam in inferno, nec dabis servum tuum videre corruptionem*: quæ ipse Petrus Princeps Apostolorum adhibuerat apud Lucam in Actibus Capite II. ut Jesu-Christi Resurrectionem evinceret. Joannis Clerici sub nomine Phereponi temere hunc locum vexantis confidentiam & audaciam castigat, ac refellit Lamindus Pritanius, seu Ludovicus-An-

in medio umbræ mortis abierit, ubi animæ mortuorum erant, post deinde corporaliter resurrexit. Additamento fortasse occasionem præbuere quidam Ariani & Apollinaristæ, quorum illi animam Christo eripuerunt; mentem isti subtraxere, anima sentiente concessa: somniantes, vices animæ, & mentis divinam ipsam naturam obiisse. De hoc errore, cui adjecta in Symbolo verba ex diametro repugnant, agunt luculentissime Athanasius, Theodoretus, Epiphanius, Augustinus, Damascenus.

IN Articulo ad Ecclesiam spectante vocem *Catholicam* prætermittere libuit, tametsi in quibusdam Rufinianæ Expositionis editionibus vox eadem occurrat. Eamdem non habent editiones aliæ, neque illam exponit Rufinus. Reperitur quidem in Sermone LVII. Petri Chrysologi juxta editionem Rainaudi: quam tamen abundare puto, tum quia vocem illam intactam in expositione Chrysologus relinquit; tum etiam quod ea minime legitur in reliquis quinque Sermonibus, qui sequuntur, in *Symboli traditione* a Sancto Patre peroratis. Demum in primæva formula vocem illam non fuisse, satis indicare videtur Augustinus, qui Libro de Fide & Symbolo primum profert *sanctam Ecclesiam*: deinde addit ipse, *utique Catholicam*.

POSTREMA Symboli verba *carnis* exhibent *resurrectionem*; neque habent *vitam æternam*, unde Rufinus ait: *Iste sermo, qui resurrectionem carnis prænunciat, summam totius perfectionis succincta brevitate concludit*. Voculæ adjectionem legimus in Symbolo Aquilejensi, hoc modo. *Hujus carnis resurrectionem*. Nempe *satis cauta & provida adjectione* (verba sunt Rufini) *fidem Symboli Ecclesia nostra docet, quæ in eo quod a cæteris traditur, Carnis resurrectionem, uno addito pronomine tradit, Hujus carnis resurrectionem. Hujus sine dubio, quam is qui profitetur, signaculo crucis fronti imposito contingit: quo sciat unusquisque fidelium, carnem suam, si mundam servaverit a peccato, futuram vas esse honoris utile Domino ad omne opus bonum paratum: si vero contaminata fuerit in peccatis, futuram vas esse iræ ad interitum*.

V. Pu-

Jam ergo anno 370. vel præcedente, quo baptisma suscepit Aquilejæ Rufinus, initio regiminis Ecclesiæ a Valeriano assumpti, vocis ejusdem additamentum obtinebat apud Aquilejenses. Origenes effutierat, non carnem, sed corpora suscitanda: neque eadem, sed alia subtilia, aërea, cælestia, quæ indutura sint animæ loco crassioris illius, materialis, & carnei, quod nunc regunt & animant. Sed ante Origenem invexerat eumdem errorem Bardesanes Syrus: ipsumque aliquibus placuisse ætate Clementis Romani, Clemens ipse indicare videtur in Epistola II. ad Corinthios natensis, Maximus Taurinensis, ac Etherius Uxamensis Libro I. adversus Elipandum Toletanum. In his adjectas voces illas habemus, quas in formula jam vulgata recitamus: *Conceptus*, *passus*, *mortuus*, *catholicam*, *sanctorum communionem*, *vitam æternam*. Quas denique voces omnes primi, quos novimus, simul collegerunt, incerti ignotique Auctores Sermonis CC. XL. & CC. XLI. in Appendice Sermonum S. Augustini in Editione Monachorum S. Mauri: easdemque unanimis Ecclesiæ Occidentalis consensus consecravit.

CAPUT VIII.

Romanæ Synodo Valerianus adest sub Damaso Pontifice, in qua damnatur dejiciturque Auxentius Mediolanensis. Synodica Epistola expenditur. Valerianus, & Basilius Magnus mutuo se colunt Epistolarum officio. Floret sub eodem Ecclesia Aquilejensis. Clericorum, Monachorumque in eadem Ecclesia instituti ratio. Quorumdam pietate ac litteris præstantium Virorum memoria celebratur. Inter omnes præcellit Rufinus Aquilejensis.

I. SANCTISSIMUM Antistitem Valerianum adversus Arianos agentem primo noscimus in Synodo, quam anno 371. aut insequente, ut varie censent Chronologi, Romæ convocavit Damasus Pontifex. Synodi celebrandæ causam enarro. Ursacium, & Valentem, nefarios Occidentalium Arianorum antesignanos, jam toties damnatos, iterato anathemate feriit, multavitque dignitate Damasus in Romana Synodo, quam alii anno 368. alii 369. celebratam putant. De re certior Athanasius factus, coëgit Alexandriæ Synodum: cujus Epistola synodica ad Afros data inter ejus opera recensetur. Gratias Damaso reddit, cæterisque Synodi Patribus: injectaque Auxentii Mediolanensis Episcopi, Arianarum partium vindicis, mentione, hæc C narrat num. 10. *Litteras misisse de Auxentio, qui Mediolanensem invasit Ecclesiam: eum nempe non modo esse Arianæ hæreseos sectatorem, sed etiam multis sceleribus obnoxium, quæ cum Gregorio impietatis suæ socio perpetravit:* seque *mirari, cur nondum depositus, & ab Ecclesia ejectus sit.*

EODEM circiter tempore Auxentii scelera ad Romanum Pontificem detulerant Galli & D Veneti Episcopi, ut colligimus ex Epistola Synodi Romanæ, quam postea celebratam dicemus: in qua Romani Patres narrant, Damasum *relatione Gallorum & Venetorum Fratrum quosdam hæresibus favere, cognovisse*: ac plura fidei detrimento geri *imperitia aut simplicitate quorumdam, pravis interpretationibus deceptorum*. Inter Venetos maxime Valerianus elu-

Theodoretus Libro II. Capite XXII. & Sozomenus Libro VI. Capite XXIII. Inscriptio sic habet: *Episcopi Romæ in Sacrosancta Synodo congregati, Damasus, Valerianus, & reliqui dilectis Fratribus & Episcopis in Illyrico constitutis in Domino salutem*. Apud Theodoretum Οὐαλεριανὸς, *Valerianus* legitur: Οὐαλέριος, *Valerius* apud Sozomenum. Movit ergo Damasum Valerianus, ut Synodum Romanam congregaret: in eaque post Damasum præcipuas egit partes contra Auxentium.

II. Quæ superius descripsimus, verba Synodicæ Epistolæ, aliter efferuntur in latino exemplo, quod Lucas Holstenius e veteribus Monumentis erutum vulgavit. Nempe, *Sed Gallorum atque Venetensium Fratrum relatione comperimus: nonnullos non hæresis studio, (neque enim hoc tantum mali cadere in Dei Antistites potest,) sed inscitia vel ex simplicitate quadam, scævis interpretationibus æstuantes, non satis dispicere, quæ magis Patrum nostrorum sit tenenda sententia*. Hanc latinam Epistolam tanti fecerunt Valesius, Labbeus, & Tillemontius, ut ipsam authenticam, prout a Damaso dictata fuit, existimaverint.

Arridet mihi Sententia Petri Constantii in nova Editione Epistolarum Romanorum Pontificum. Censet ille: Holstenianum prædictum exemplum de latino authentico minime descriptum: sed e græco versum fuisse ab Interprete imperito, vel qui vitioso admodum exemplari utebatur. Quomodo namque allegata verba dictari a Damaso potuerunt, cum sine dubio Auxentius & socii toto studio patrocinarentur hæresi? An ergo Pontifici exciderint verba illa, *Neque enim hoc tantum mali cadere in Dei Antistites potest?* Si demum non studio hæreseos, sed ignorantia aut simplicitate peccabant illi, erudiendi potius erant a Valeriano, aliisque Venetis Gallisque Episcopis; non apud Summum Pontificem, ejusque Synodum Romanam deferendi, ut damnarentur.

Latinum idem Holstenianum exemplum, non Illyricis, sed *Episcopis Catholicis per Orientem* inscribitur. Sentio cum laudato Petro

quæ conspirationis argumentum habentes . . . .
B *Auxit autem nobis solamen Dominus per Religiosissimum Filium & Condiaconum Sabinum, qui & ea, quæ apud vos præclare geruntur, enarrans accurate, aluit animas nostras*. Hæc ad annum 372. spectat Epistola Basilii. Non aliæ vero dici possunt litteræ, quas ab Athanasio acceperit Basilius, nisi Romani Concilii Synodicæ; quarum pariter exemplum *ad Orientales* transmissum fuerit.

III. Sabinus Diaconus pertulit eas primum ad Illyricos, tum ad Orientales, ac Athanasium. In reditu Basilium Magnum Cæsareensem invisit: ab eoque litteras *accepit perferendas ad Illyrios*, (verba sunt ejusdem Basilii in Epistola precedente LXXXIX. alias
C CC. LXXIII.) *& ad Italiæ, & Galliæ Episcopos, qui privatim ad nos litteras dederant*. Ex his unus fuit Valerianus noster.

Rescribit eidem Basilius, gratias referendo, quod *adeo corpore sejunctus nobis* (inquit) *te per Epistolam conjunxisti*. Ait etiam: *Vices rependimus tibi per eumdem Virum Religiosissimum Condiaconum nostrum & Fratrem Sabinum . . . Sed id nobis magnifice Deus in præsenti indulsit, ut vos audiremus summo consensu & unitate inter vos esse conjunctos, ac veritatis doctrinam sine impedimento apud vos annuntiari*. Hæc laude Valeriani Aquilejensis & honore plena sunt. Basilii Epistola numeratur in Novissima editione XCI. alias CCC. XXIV. Inscripta legitur Οὐαλεριανῷ ἐπισκόπῳ
D Ἰλλυρίων, vel ut in aliis Codicibus Ἰλλυρικοῦ; *Valeriano Illyriorum*, seu *Illyrici Episcopo*. Ad Venetiam, Provinciam Italiæ, pertinet Aquileja. At amplissima ea civitas *quasi terminus Illyriæ* habebatur, Herodiano teste: patebatque *Emporium Illyricis gentibus*, ut ait Strabo; unde Valerianus dicitur *Episcopus Illyricorum*, hoc est civitatis Aquilejæ, quæ in finitimo Illyrico eminebat.

IV. Ariana peste detersa, in id maxime incumbebat Valerianus, ut Ecclesiæ suæ incrementa pietatis procuraret. Præclarum hujusce Ecclesiæ texit elogium Hieronymus in Chronico ad Annum CCC. LXXVIII. *Aquilejenses Clerici*, inquiens, *quasi Chorus Beatorum* ha-

quem Aquilejæ diversatum esse eo solum tempore, quo in urbem illam profectus est Hieronymus, permitti posse judicat Tillemontius: ipsumque sibi postea in quadam Dalmatiæ Insula, aut certe in loco ab Aquileja dissito, eremum constituisse, ipse indicat Hieronymus in Epistola, quam Chromatio, Jovino, & Eusebio dedit. Florentium Aquilejæ fuisse, evincet nemo. Ea in urbe Sanctus Pater non novit ipsum, neque fortasse vidit unquam; cum in Epistola ad eumdem scripta sic habeat: *O quantus Beatitudinis tuæ rumor diversa populorum ora compleverit, hinc poteris æstimare, quod ego te ante incipio amare, quam nosse.* C Tum vero Hierolsolymis inter Monachos degebat Florentius: adeoque rogat ipsum, ut *Epistolam reddere non gravetur* Rufino, *qui cum Sancta Melania ab Ægypto Jerosolymam venisse narratur.* Neque demum Rufini exemplum trahi potest in argumentum, qui primum Aquilejæ Catechumenus fuit in Monasterio positus, deinde Monachus, ac demum in Oriente Presbyter initiatus: ipsumque probaverit nemo, ante Chromatii tempora inter Presbyteros aut Clericos Ecclesiæ Aquilejensis locum habuisse. Qua de re iterum infra agendum est.

V. REM hanc altius repeto, ut Clericorum Monachorumque instituti, quod in eadem Ecclesia nostra vigebat, ratio splendidius pateat. Notum est exploratumque, Monasticæ disciplinæ fundamenta jecisse Antonium in Ægypto, & Hilarionem in Palæstina & Syria. Adnotat vero Thomasinus Parte I. de vetere & nova Ecclesiæ disciplina Libro III. Capite XII. num. 3. auctoritate Hieronymi allegata ex Epitaphio Marcellæ: Vitam Beati Antonii, quam Athanasius, persecutionem declinans Arianæ hæreseos, Romam detulit a se scriptam, instar divini cujusdam seminis fuisse, ex quo Italia cælestium illarum fœcundari cœpit ubertate plantarum, quibus solus Oriens hactenus inclaruerat. Hinc de Romanis Monasteriis, fuisse, ut Baronio placet.

FLOREBANT hac eadem ætate in Ecclesia Vercellensi Clerici Monasticis regulis addicti: ac sane videtur Eusebius Episcopus certasse cum Augustino de palma consociatæ vitæ Clericalis cum Monastico instituto. Rem narrat Ambrosius in Epistola LXIII. ad Vercellensem Ecclesiam num. 66. his verbis: *in Vercellensi Ecclesia ... duo pariter exigi videntur ab Episcopo, Monasterii continentia, & disciplina Ecclesiæ. Hæc enim primus in Occidentis partibus diversa inter se Eusebius Sanctæ memoriæ conjunxit: ut & in Civitate positus instituta Monachorum teneret, & Ecclesiam regeret jejunii sobrietate.* Quæ verba expendens laudatus Thomasinus ibidem Capite IV. arbitratur, non idem ab Eusebio delectum esse temperamentum Clericalis Monasticæque professionis, quod Augustino placuit. Namque Clericali vitæ ac instituto unam adjecit iste communis vitæ societatem, abdicationemque bonorum temporalium: ille Clerum suum Monasticis induit vestimentis, illigavit institutis, subjecitque jejuniis & austeritatibus, quin ipsum Sacerdotalibus functionibus exoneraret.

HANC minime floruisse Aquilejæ consociatæ vitæ Clericalis cum Monastica rationem D sentio, proque certo habeo. Monachum egit ea in urbe Rufinus: at laicus tunc erat, non Clericus. Ad Clericos Aquilejæ, atque Monachos dedit plures Hieronymus epistolas, quæ diversi instituti Viros exhibent, Clericalibus functionibus addictos alios, aliosque Monastica professione conspicuos. Evasit quidem Rufinus Aquilejensis Ecclesiæ Presbyter, & Heliodorus Monachus Altinensem Ecclesiam administrandam suscepit: quæ tamen, & si qua sunt alia exempla, solum probant, e Monasteriis frequentius ad functiones Clericales evocatos Monachos, quos morum gravitas, litterarum peritia, fidei zelus commendarent. Fuerint etiam intra septa Aquilejensis Monasterii aliqui

aliqui

nus tres caritate conjunctos, *quam duos natura sociatos*. Fratres enim erant Chromatius, & Eusebius: eorum amicus Jovinus. Rufino teste, cujus verba Capite VII. num. 2. allegavimus, anno circiter 370. quo ipse sacro baptismate initiatus fuit, Chromatius erat *Presbyter* Sancti Valeriani, Jovinus *Archidiaconus*, Eusebius *Diaconus:* quibus in Ecclesia muneribus, hoc etiam tempore datæ ab Hieronymo epistolæ, anno circiter 374. functos eos esse, verisimillimum putamus. Dignitate postmodum adaucti Ecclesias Episcopi rexerunt. Valeriano successit Chromatius: Jovini, & Eusebii Sedes non innotescunt. An iidem fuerint, ac Eusebius Bononiensis, & Jovinus absque Sedis nomine, quos in Aquilejensi Concilio, de quo Capite sequente agendum est, subscriptos legimus? His vero probatissimis Viris, enixe quantum potest, Sororem suam commendat Hieronymus, Juliani opera ad bonam frugem revocatam, *crebris eorum epistolis roborandam:* obsecraturque, *ut etiam a Papa Valeriano ad eam confortandam litteras exigant*. Illos denique his verbis alloquitur: *Ad privatam gloriam publica hæc accessit vobis*, *& aperta confessio*, *quod per vos ab Urbe vestra Ariani quondam dogmatis virus exclusum est*. Urbem illam intelligi Aquilejam nullus dubito, in cujus Ecclesia Sacris illi sub Valeriano defungebantur muneribus. Eorum opera ac industria, quod sparserat Fortunatianus, exclusum est Arianum virus: quod ipsam Arianam hæresim non intelligo, sed initam cum Arianis societatem, dictumque Athanasio rectæ fidei propugnatori, iniquissimum anathema. Hac labe Ecclesiam suam fœdaverat Fortunatianus.

ALIA Hieronymi Epistola eodem tempore scripta est ad *Niceam Hypodiaconum Aquilejæ*. Varias hoc loco refero Scriptorum de Nicea opiniones. Baronius Nicetam in Dacia Episcopum a S. Paulino Nolano celebratum, distinguit a Nicea, quem Gennadius in Opere de Viris Illustribus *Romacianæ* Antistitem vocat, ac laudat: hunc vero facit eundem cum Nicea, divi Hieronymi amico, primum Hypodiacono, postea Episcopo Aquilejæ: quam B lejensem, ad quem Leo Pontifex anno 458. Epistolam dedit: ac Nicetam, vel potius Niceam, Aquilejæ Hypodiaconum, cujus nomen ac laudes posteritati servavit in citata Epistola Hieronymus. Mentem nostram, delectumque varias inter opiniones inferius aperiemus, de Niceta Aquilejensi Episcopo agentes.

SEQUITUR Epistola ad *Julianum Diaconum*. Testantur Joannes Martianæus, & Dominicus Vallarsius in Editionibus Operum S. Hieronymi, quos ipsi adornarunt: in Codicibus MSS. miro consensu legi *Julianum Aquilejæ Diaconum*. Mendosa fortasse lectio est. Is ille Julianus est, de quo ad Chromatium, Jovinum, & Eusebium scribens Hieronymus, C hæc habet: *Soror mea Sancti Juliani in Christo fructus est: ille plantavit*, *vos rigate*, *Dominus incrementum dedit*. Itaque Julianus Diaconus, ad quem scribebat Hieronymus, morabatur in hujus Patria ejusque sororis, quam ipse ad pœnitentiam revocaverat; unde sic ipsum alloquitur: *Sororem meam*, *filiam in Christo tuam*, *gaudeo*, *te primum nunciante*, *in eo permanere quod cœperat*. Locum certe ab Aquileja dissitum incolebat Soror Hieronymi, quam optabat, *crebris* Chromatii, Jovini, & Eusebii *Epistolis roborandam*, ac etiam *litteris* Valeriani *confortandam*. Non erat ergo Julianus Aquilejæ: sed communem cum sorore Hieronymi patriam habens, ejusdem D æternæ saluti consulebat: monebatque Hieronymum de constantia in eo, quod illa cœperat. Unde sequitur S. Pater: *Hic enim*, *ubi nunc sum*, *non solum quid agatur in patria*, *sed an ipsa Patria perstet*, *ignoro*.

INTER Monachos Aquilejenses novimus Chrysogonum, Heliodorum, & Rufinum ex ejusdem Hieronymi Epistolis, quæ ad illos datæ sunt. Primum in Codicibus MSS. nuncupatum legimus *Gisocbomam*, & *Chrysocomam*: quem perperam confundit Ughellus cum Chrysogono II. Aquilejæ Episcopo. Alterius gesta, vitæque rationem duabus epistolis complexus est Hieronymus: quarum altera hoc anno 374. data videtur, altera postea cum Epitaphio Ne-

tam illum egisse in Monasterio positum Aquilejæ, adhuc Catechumenum: ablutumque regenerationis lavacro a Chromatio Valeriani Presbytero, Patrino ac susceptore Eusebio illius fratre. Cum Hieronymo, qui Aquilejam venerat, ut Clericorum Monachorumque consuetudine frueretur, arctissimum amicitiæ fœdus iniit: ab ejusque *latere*, nescio quo *subito turbine se convulsum*, abire in Orientem debuisse, dolet ipse Vir Sanctus in Epistola ad eumdem Rufinum data.

PATRIAM ipsum non habuisse Aquilejam, diserte docet Hieronymus Libro II. contra Rufinum num. 2. *Idcirco*, inquiens, *Patria derelicta*, *Aquilejæ habitat*: & in postrema contra illum Responsione, *in Oppidulo* natum esse acceptam ab Hieronymo existimarem; cum ipsi ex eremo in Syria Saracenis juncta ad Florentium Hierosolymam scribenti pronum fuerit, ipsam Venetiæ Provinciam vocare patriam Pauli senis, & Rufini. Quidni ejus C Patria potius indicetur, cum ipsum fortasse ex loci nomine Hieronymus initio Libri I. adversus eumdem scripti *Tyrannum* vocat, *Tauranium* Sidonius Apollinaris Libro II. Epistola IX. aliique demum, *Toranum*, *Toranium*, *Tyranium*, *Turanium*? Oppidulum est, sive pagus in Forojulio, quem vernacule *Torrian* sive *Turian* populares appellant, ubi jus dicunt Canonici Aquilejenses. An locum istum Rufinus patriam habuerit, an alium quempiam, qui simili nomine appellaretur?

CAPUT IX.

Synodus Aquilejæ contra Palladium, & Secundianum Arianos. Conditio Synodi ad examen vocatur: deque Præsidibus agitur. Metropolitica jura Valeriano asseruntur. Italica Synodus, & Constantinopolitana, quæ dicta est Oecumenica secunda, recensentur. Romam petit Valerianus ad Synodum, ad quam Synodicam scribunt Constantinopolitani Patres. De ordinatione Vigilii Episcopi Tridentini ab eodem Valeriano, ut fertur, peracta.

I. FUREBANT in Illyrici partibus hac ætate Palladius, & Secundianus, impudentissimi Arianæ impietatis adsertores. Sedem tenebant illi in Dacia, & in Mœsia. Concilium generale a Gratiano Imperatore, cum Sirmii diversaretur, postulare ausi sunt: in quo causam dicerent, seque ut ostentabant, orthodoxos demonstrarent; illudque nimium facilis concessit Augustus. Monuit ipsum Ambrosius, qui Mediolani anno 374. successerat Auxentio, opus non esse generali Orientis & Occidentis Concilio: nimiumque grave fore, *si propter duos tantum* D *in perfidia cariosos Sacerdotes*, *toto orbe essent Ecclesiæ summis Sacerdotibus* (idest Episcopis) *destitutæ*, ut habemus in Epistola Synodica Concilii Aquilejensis; cujus celebrandi occasionem, celebratique Acta expendimus, & declaramus.

TEMPERAVIT edictum, quod tulerat, Gratianus. Aquilejæ Synodum celebrandam indicit: vicinarum ex Italia Civitatum jubet Episcopos convocari: longinquis ac nimia diffitis prolixitate itineris Præsulibus facultatem facit, ut pro libito agant: omnique demum solvit obligatione ætate graves, imbecilles vale-

vorares in pluribus, si locata esset in paucis; seque eorum qui contra adstarent adsertionibus, B *& Sacerdotes vicinarum ex Italia Civitatum satis abundeque sufficere posse suggerit: abstinendum Venerabilium Virorum fatigatione censuimus, ne quis vel maturo ævo gravis, vel corporali debilitate confectus, vel laudabili paupertate mediocris insuetas repetat terras.*

CUINAM directum fuerit Rescriptum Imperiale, non constat. Datum illud putat Franciscus Chifletius ad Præfectum-Prætorio Italiæ: ad Valerianum, Aquilejæ Episcopum, Hermantius: ad ipsum Valerianum, vel Civilem Aquilejæ Magistratum Tillemontius. Conjecturam ducunt ex illis verbis: *Convenire in Aquilejensium Civitatem ex Diœcesi meritis Excellentiæ tuæ creditam, Episcopos jusseramus.* Paullo aliter legendum censeo: nem- C pe, *Convenire in Aquilejensium Civitatem ex Diœcesi meritis Excellentiæ tuæ credita Episcopos jusseramus.* Hinc vero colligi potest, Gratiani rescriptum datum fuisse ad Vicarium Italiæ: convocatosque ex Diœcesi Italiæ, meritis ejusdem Vicarii credita, ad Concilium Episcopos. Suggesserat sane Ambrosius Gratiano: *Sacerdotes vicinarum ex Italia Civitatum satis abundeque sufficere posse.* Porro Diœcesis hoc ævo pluribus Provinciis componebatur sub uno Vicario: ad Italiæque Diœcesim spectabant *Venetia cum Istria, Æmilia, Liguria, Flaminia & Picenum Annonarium, Alpes Cottiæ, Rhetia prima, & Rhetia secunda.*

ITAQUE congregatum Aquilejæ Concilium D est, *Syagrio & Eucherio Viris Clarissimis Coss. III. Nonas Septembris:* idest anno Christi 381. Ex Diœcesi Italiæ adsuerunt Episcopi præter Valerianum & Ambrosium, Eusebius *Bononiensis*, Limenius *Vercellensis*, Sabinus *Placentinus*, Abundantius *Tridentinus*, Philaster *Brixiensis*, Bassianus *Laudensis*, Heliodorus *Altiniensis*, Eventius *Ticinensis*, Exuperantius *Dertonensis*, Diogenes *Genuensis*. Quatuor numerantur ex Illyrici Occidentalis Diœcesi, Anemius *Sirmiensis*, Maximus *Emonensis*, Felix *Jadertinus*, Constantius *Sciscìensis*. Gallos aliquot subscriptos legimus, Theodorum *Octodurensem*, Domninum *Gra-*

in Occidente fere generales, quæ frequentius hac ætate celebratæ sunt, numerari debet. Legati Sedis Romanæ nulli habentur, legationem fortasse impediente nefando Ursicini Schismate, de quo ipsi Patres Aquilejenses epistolam dederunt ad Imperatores.

SYNODO præfuisse *Ambrosium Mediolani, & Ascholium Thessalonicæ, Episcopos*, legimus in Libello Synodico. At recentis fœturæ Opusculo, quod Auctor seculo nono concinnabat, tanta fides adhibenda non est: imo plures hoc uno in loco admissos errores notat Tillemontius, ac refellit. Neque solum Synodo non præfuit Ascholius: verum nec ejus nomen exhibent Acta, quæ habemus. Hæc (non me fugit) adulterina contendit esse laudatus Chifletius; eademque a Vigilio Tapsensi vertente Seculo quinto procusa. Hanc ille vero opinionem suam Viris doctis persuadere non potuit: ac deinde quæ Vigilio causa fuerit, ut cum plures Episcopos numeret, Ascholium prætermiserit?

PRÆFECTURAM Synodi, quæ in eodem Libello Ambrosio tribuitur, nec adimo illi, neque assero: at certe Synodi ejusdem fuit os & lingua, dux & ingenium, totamque disputationem contra Palladium & Secundinum solus ipse instruxit, egitque. Sed eamdem gessisse præfecturam Valerianum, sive solum, sive una cum Ambrosio, videntur Acta satis evincere. Statim initio, ubi *Considentes in Ecclesia* Patres numerantur, primum legimus *Valerianum*, deinde *Ambrosium*, tum reliquos. Idem ordo servatur in Subscriptionibus: nempe, *Valerianus Episcopus Aquilejensis, Ambrosius Episcopus Mediolanensis &c.* Post longam denique cum Palladio disputationem suum in hæreticos judicium profert Ambrosius, cæterosque vocat ad sententiam ferendam Episcopos: Ambrosius Episcopus dixit: *Quoniam omnes consistunt viri Christiani, & Deo probati fratres & Consacerdotes nostri, dicat unusquisque quid sibi videatur.* Primus inter omnes fert sententiam *Valerianus Episcopus dicens: Mihi quidem videtur, quia qui Arium defendit, Arianus est: qui blasphemias ejus non condemnat, ipse blasphemus est; ideoque hujus-*

prædicta die 8. Februarii solemnia colimus, primo aut secundo æræ Christianæ Seculo vitam egerit, Sedemque Ticinensem tenuerit: ipsumque miserit Ticinum cum Syro Hermagoras Aquilejensis.

In subscriptione Anemii Sirmiensis hæc verba leguntur: *Caput Illyrici nonnisi Civitas est Sirmiensis: ego igitur Episcopus illius Civitatis sum.* Metropolim civilem Illyrici Occidentalis, sedemque Vicarii intelligunt plerique: alii Metropolim Ecclesiasticam, cujus fines magis minusque fere pro genio & conjectura protendunt: imo etiam Primatus & Vicariatus Apostolici prærogativa condecoratam. C Quod nobis magis arridet, magisque consentaneum videtur Ecclesiasticæ hujus ævi politiæ, infra declarandum est, cum Metropoleon in Occidente originem data opera pervestigabimus.

III. Iterum admonere hoc loco liceat, Synodum Aquilejensem dici non posse Provincialem, in qua Provinciæ Episcopis unus præfuerit Metropolitanus: & hocce jure minime potitum esse Ambrosium. Loci, & officii præcellentia, quam obtinuit Valerianus inter Episcopos tum *considentes*, tum *subscribentes*, luculentissime demonstrat, Aquilejam non paruisse Ambrosio tanquam Metropolitæ. Jam exortam in Diœcesi Italiæ Metropolitanam dignitatem, non imus inficias: eademque cumulatum fuisse Ambrosium, ultro fatemur, D ac infra latius declarabimus. Jurisdictionem ejus ad inferiorem saltem Venetiam, ad Aquilejam, Istriamque protensam denegamus: præcipuæque illæ partes, quas Valerianus in Synodo Aquilejensi egit implevitque, satis exhibent prima Aquilejensis Metropoleos lineamenta.

Ex ordinatione Anemii Episcopi Sirmiensis, quam anno circiter 380. peregit Ambrosius, argumentum non pauci depromunt, quo jura ejusdem Metropolitica per totam Italiæ Diœcesim, & usque ad Illyricum dilatent. Nempe, Sirmiensem Ecclesiam hæresi fœdaverat Photinus Episcopus: fœdavitque post valeat vero in hisce casibus caritas Christi, enarrat Epiphanius in Epistola ad Joannem Episcopum Hierosolymitanum, quam latine vertit Hieronymus: *Etsi singuli*, inquiens, *Ecclesiarum Episcopi habent sub se Ecclesias, quibus curam videntur impendere, & nemo super alienam mensuram extenditur: tamen præponitur omnibus caritas Christi, in qua nulla simulatio est: nec considerandum, quid factum sit, sed quo tempore, & quo modo, & in quibus, & quare factum sit.*

IV. Lato contra Palladium & Secundianum judicio, tametsi illud Ariani homines, modo *plenum* Concilium ex Orientis & Occidentis Episcopis convocandum postulantes, modo etiam seculares judices, declinare niterentur; auctoritatis Imperatorum accessionem ad robur & firmitatem efflagitant Patres Aquilejenses. Tres habentur eorum Epistolæ *Gratiano*, *Valentiniano*, & *Theodosio* datæ. Valentinianus Junior anno 375. successerat Patri: & anno 379. in Imperii consortium adscitus fuerat Theodosius.

In Epistola prima confirmationem postulant decretorum; exorantes, ut sacra jussione tum hæretici solemni judicio damnati ab Ecclesiæ liminibus arcerentur; tum audacia comprimeretur Photinianorum, qui Sirmii in canonum legumque contemptum conventus agebant. Admonent in altera eosdem Imperatores, ne Ursicino schismatico, qui altare contra Damasum erexerat, Sedemque Romanam post damnationem repetere moliebatur, faciles aures præberent: quo de Schismate latius agunt Ecclesiastici Scriptores. In tertia denique rogant eos: ut *Alexandriæ Sacerdotum Catholicorum omnium Concilium fieri* decernant, *qui inter se plenius tractent atque definiant, quibus impertienda communio, quibusque servanda sit.*

Laborabat scilicet Ecclesia Antiochena schismate: in ipsa Catholicorum parte communicantibus aliis cum Paulino; aliisque cum Meletio, & post obitum ejus cum Flaviano.

Gra-

CONSILIUM de cogenda Generali Alexandrina Synodo postea mutarunt Occidentales Episcopi: eamque celebrari optabant Romæ, in qua discuteretur etiam caussa Nectarii, & Maximi Cynici; quorum ille fuerat isti superimpositus in Sede Constantinopolitana. Hac de re Theodosio Imperatori dederunt epistolam *Ambrosius & cæteri Episcopi Italiæ*. Ajunt vero: *Non mediocris igitur hic scrupulus, nec quædam nos angit de domestico studio & ambitione contentio, sed communio soluta & dissociata perturbat. Nec videmus, eam posse aliter convenire, nisi aut is reddatur Constantinopoli, qui prior est ordinatus: aut certe super duorum ordinatione sit in urbe Roma nostrum Orientaliumque Concilium*. Hanc Epistolam ad Aquilejensem pertinere Synodum, de qua egimus, opinantur nonnulli: sed alteri Concilio sub initium anni 382. celebrato tribuendam esse, verisimilius alii censent. Allata Synodi inscriptio satis ostendit, Synodo præfuisse Ambrosium. Dicuntur vero *Episcopi Italiæ*, qui Synodo prædictæ adfuerunt; quod ex Diœcesi potissimum Italiæ, seu Provinciis quæ Vicario Italiæ parebant, in aliquam Italiæ hoc sensu acceptæ Civitatem, vel etiam Mediolanum si placeat, ad eam celebrandam convenere. Splendent vero jura Metropolitica Ambrosii in Diœcesi Italiæ, quin ea probari queant ad Civitatem Aquilejensem, Venetiam inferiorem, & Istriam, omnesque & singulas ejusdem Diœceseos Italicæ Provincias extensa.

ORIENTALES tot dissidia, quæ Ecclesias Christi lacerabant, pro virili ut componerent, Synodum Constantinopoli anno 381. cogendam indixere, celebraveruntque; in qua diris devota est Macedoniana adversum Sancti Spiritus divinitatem impietas, editumque sive adoptatum Symbolum, quod vulgo *Constantinopolitanum* appellatur. Hæc Synodus omnium consensu audit *Oecumenica secunda*. Sed illam veluti Generalem seu Œcumenicam non habuisse videntur prædictæ Synodi Aquilejensis, alteriusque Italicæ Patres; cum illi generale Concilium Alexandriæ, isti Romæ convocandum postularent. Verumenimvero eidem Synodo auctoritatem Concilii Œcumenici *ex post facto*, ut inquiunt, accessisse concors est Scri- Constantinopoli moram excusarunt Orientales, qui anno superiore eadem in urbe Synodum habuere. Causati sunt præstituti angustias temporis: ac etiam quod in Oriente ob Ecclesiarum suarum discrimina detenti, proficisci Romam non potuerunt.

HÆC habent illi, ac alia plura in Epistola Synodica apud Theodoretum Libro V. Capite IX. cujus inscriptio est: *Dominis Carissimis ac Religiosissimis Fratribus & Comministris, Damaso, Ambrosio, Brittoni, Valeriano, Ascholio, Anemio, Basilio, & reliquis Sanctis Episcopis, qui in Magna urbe Roma collecti sunt, Sancta Synodus Orthodoxorum Episcoporum qui in Magna urbe Constantinopoli convenerunt, in Domino salutem*. Inter Episcopos ea ætate celebriores, qui præcipuas in Occidente regebant Ecclesias, easque Metropoles jam effectas, memoratur numeraturque Valerianus noster Aquilejensis. Notæ sunt Ambrosii, & Anemii sedes. Thessalonicensem tenebat Ecclesiam Ascholius: crediturque Treverensis Episcopus Britto. Ignota manet Sedes Basilii.

VI. CERTA narravimus Valeriani Episcopi præclarissima gesta: florentemque sanctissimorum Virorum sobole Ecclesiam Aquilejensem, quam ipse regebat colebatque, contemplati sumus. Occurrit modo Vigilii Tridentini Episcopi consecratio, quam in Actis ejus peractam legimus ab Antistite Aquilejensi, utique Valeriano. Acta Vigilii vulgavit Daniel Papebrochius ad Diem XXVI. Mensis Junii, *ex MS. Codice S. Maximini prope Treviros, si non omnino primigenia*, (Editoris verba sunt) *tamen excipiendo quædam sub finem addita, vel mutata, & priores fortasse lineas, primigeniis proxima*. In his vero habetur: Episcopo Civitatis, (quem Abundantium puto) de vita sublato, Vigilium a Tridentinis electum esse. Asterium præcessorem recensent nonnulli: at Abundantium Synodo Aquilejæ anno 381. celebratæ adfuisse, certo constat. *Post hæc* (Actorum verba describo) *invitatus Episcopus Aquilejensis Ecclesiæ B. Vigilium extra muros Civitatis Tridentinæ ad eamdem Sedem gubernandam consecravit Episcopum*.

AD hæc verba sequentes notas appingit Papebro-

Aquilejensis, & Tridentini, annos digerit.

REGEBAT certissime Valerianus anno 370. Ecclesiam Aquilejensem. Extat Ambrosii Mediolanensis Epistola ad Vigilium, quæ annum ordinationis ejus aliquo modo subindicat. Tum enim recens ipsum ad Sedem Tridentinam adlectum fuisse, probant ea Epistolæ verba: *Poposcisti a me institutionis tuæ insignia, quoniam novus accitus es ad Sacerdotium. Et quoniam teipsum ædificasti ut oportuit, qui dignus habitus es tanto munere: quomodo & alios ædifices, significandum videtur.* Ante annum 388. datam Epistolam, non dubitat Nourrius. In ea Tridentinum Episcopum admonet Mediolanensis, ne fideles patiatur cum infidelibus inire conjugia: eademque Christianorum cum alienigenis matrimonia ut efficacius prohibeat, historiam Samsonis universam decurrit, ac edisserit. At legem etiam tulerat Theodosius eodem anno 388. Die 29. Februarii, qua Christianis ac Judæis inter se matrimonio coëuntibus pœna adulterii, hoc est, capitalis indicitur. Nulla hujusce legis tam aptæ ad argumentum, de quo agebat Ambrosius, in ejus Epistola mentio: unde Epistolam ipsam ante prædictam legem, prædictumque annum scriptam, quisque colligat. Tridentinam vero Ecclesiam anno 381. regebat Abundantius: adeoque post hunc annum, & ante annum 388. dicendum est, tum Vigilii ordinationem peractam; tum Episcopum ordinatorem, si Aquilejensis juxta fidem Actorum dici debeat, Valerianum fuisse.

ACTIS adversa videtur allegata Ambrosii Epistola, quæ nos docet: Vigilium, *novum accitum ad Sacerdotium*, a Mediolanensi Antistite postulasse *institutionem*. Suum ergo Metropolitam, adeoque Ordinatorem, videtur Vigilius agnoscere Ambrosium. Difficultatem auget Vigilius ipse, qui Simpliciano in Ambrosii locum suffecto præclarum Sanctorum

C

NON adeo peremptoria hæc nos argumenta judicamus, ut Vigilii consecrationem non peregerit Valerianus, proprio munere officioque fungens. Cur enim Ambrosius institutionis epistolam non scripserit Vigilio, qui eam postulaverat? *Poposcisti*, inquit, *a me institutionis tuæ insignia.* Ut peteret autem novus Episcopus quam optabat institutionem, non auctoritas Ambrosii ex jure Metropolitico promanans impellebat, sed fulgentissima Sanctitatis & doctrinæ claritas. Cur etiam *Patrem* Vigilius non appellaverit Simplicianum, tametsi veluti Metropolitam suum non coleret, in quo nondum Episcopo Ambrosius ipse, *& veteris affectum amicitiæ, & quod plus est Paternæ gratiæ amorem recognoscebat*, ut in ejus legimus Epistola XXXVII. in Editione Nourriana? Eoque vel magis, quod Ambrosio successit ipse jam *ævi maturus*, teste Paulino in ejusdem Ambrosii Vita.

QUOD vero Simpliciano, Metropolitæ Mediolanensi, gloriosam Martyrum passionem sollicitus referat, causam proferunt eorum Acta; ubi legimus, eos natione *Cappadoces Mediolanum venisse, & ibi cum S. Ambrosio* (decessore Simpliciani) *per aliquod tempus commoratos esse:* ac demum Tridentum profectos, initiatumque Sisinnium a Vigilio *Diaconum*, Martyrium *Lectorem*, & Alexandrum *Ostiarium*. Par igitur erat, ut certiores fierent Mediolanenses de illorum passione, quos olim habuerant concives. Hinc etiam simili permotus ratione Vigilius ad Joannem Chrysostomum dedit Epistolam, qua Græcos homines, in Valle Anaunia (vernacule *Val di Non*,) in agro Tridentino martyrii palma insignitos, Græciæ notos ac illustres redderet. Hæc in utramque partem disputare libuit, cum definiri minime queat, an Aquilejensi, an potius Mediolanensi Episcopo jus Metropoliticum hoc ævo in Ecclesiam Tridentinam conveniret.

D

CA-

I. TEMPUS assecuti sumus, quo Valerianus, pro Aquilejensi & universa Ecclesia quamplurimis laboribus perfunctus fractusque, mortalem vitam cum æterna commutavit. Sanctissimi Præsulis memoria celebratur die XXVII. Mensis Novembris in Fastis Ecclesiæ. Annum ejus emortualem designat *trecentesimum octogesimum octavum* Dandulus in Chronico: quo etiam Chromatium suffectum narrat his verbis: *Chromatius Aquilegiæ Episcopus consecratur anno Domini* CCC. LXXXVIII. *Hic Hispanus genere, a Valeriano Prædecessore Diaconus, postea Presbyter ordinatus, Catholicisque disciplinis eruditus, collaudatione Cleri & Populi hanc Sedem obtinuit.*

VETUSTA desiderantur Monumenta, quibus hæc certo confirmari queat Chronologia. Sed hoc anno cadente, vel etiam ineunte anno 389. diversatum esse Ambrosium Aquilejæ novimus; unde conjectura sumi potest, eam in Urbem profectum esse Sanctissimum Antistitem ad novi Episcopi creationem. Primum nos docet Paulinus in Ambrosii Vita num. 21. *Extincto Maximo*, inquiens, *posito Theodosio Imperatore Mediolani*, *Ambrosio vero Episcopo constituto Aquilejæ*, dedit ipse Ambrosius ad Imperatorem Epistolam (in Editione Nourriana XL.) ut ipsum a sententia revocaret de Synagoga quadam Judæorum ab Episcopo Castri Callinici reædificanda; deque Monachis, qui fanum Valentinianorum hæreticorum, ab iis contumelia provocati, incenderant, supplicio afficiendis. Atqui certo colligimus ex Codice Theodosiano, ipsum Augustum Theodosium nondum die XII. Kal. Octobris anni 388. discessisse Aquileja: ipsumque VI. Idus ejusdem Mensis jam Mediolanum venisse; qua in Urbe usque ad Maium insequentis anni commoratus est. Itaque Ambrosius anno cadente 388. vel ineunte ac incepto 389. manebat Aquilejæ: ibique allegatam dedit ad Imperatorem Theodosium epistolam. Hæc animo perpendens Baronius ad Annum CCC. LXXXVIII. num. 84. sic ait: " Quod autem detineretur Ambrosius Aquilejæ, cum „ nullum hoc tempore memoria sit, ibi celebratum fuisse Concilium; equidem existimo, illuc esse profectum ex more ad novi „ creationem Antistitis, cum defuncto Valeriano ejus Civitatis Episcopo, in locum ejus „ est subrogatus S. Chromatius.„ Non inanem puto conjecturam.

MOREM vetustum, servari consuetum in ordinatione Episcopi tum Aquilejensis, cum Mediolanensis, exhibet Pelagius Papa I. in Fragmento I. Epistolæ anno 557. aut insequente ad Narsetem datæ, quod Lucas Holstenius edidit, his verbis: *Is mos antiquus fuit, ut quia pro longinquitate vel difficultate itineris ab Apostolico onerosum illis fuerat ordinari, ipsi se invicem Mediolanensis & Aquilejensis ordinare Episcopi debuissent: ut & Ordinandi electio a præsenti Ordinatore, ex consensu universalis cui præficiendus erat Ecclesiæ, melius & facilius potuisset agnosci; & in sua, qui ad Episcopatum provehendus erat, nec tamen Ordinatori suo subdendus fuerat, ordinaretur Ecclesia.* Annon vero mos iste, quem Pelagius I. integro post seculo, ac dimidio, *antiquum* vocat, hac ætate inceperit? Aquilejam profectum Ambrosium scimus: neque profectionis alia causa occurrit, nisi novi Episcopi electio, & ordinatio.

II. NOVUM Antistitem Aquilejæ Chromatium, *genere Hispanum* appellat Dandulus. D. Hieronymus in Epistola ad ipsum Chromatium, Jovinum, & Eusebium data, sic eos alloquitur: *Per vos ab Urbe vestra Ariani quondam dogmatis virus exclusum est.* Urbs intelligitur Aquileja, ubi Valeriani Episcopi tunc *Presbyter* erat Chromatius, *Archidiaconus* Jovinus, & *Diaconus* Eusebius. Urbem vero, eos alloquens, *vestram* vocat: quod Sacris muneribus in ejusdem Urbis Ecclesia defungebantur. Quidni etiam significet locum originis? In eadem Epistola commendat Hieronymus domum, familiam, Matrem, Sorores Chromatii. Eas igitur bene noverat ille, neque alibi nosse potuisse videtur, earumque

quando Aquilejam Civitatem *Romanam*, aut *Romacianam*, aut *Romanicianam*: quam infra sententiam rejiciemus. Occurrit demum *Portus-Romatius*, de quo Plinius Libro III. Capite XVIII. in Venetia, decima regione Italiæ, sic habet: *Colonia Concordia, Flumen & Portus Romatium*. Dictum etiam legimus *Portum Romatinum*, qui Oppidum est (hodie incolis *Porto-gruaro*) ad *Romatium* fluvium (vulgo *Lemino*) apud Concordiam urbem excisam. Quidni Chromatius dictus fuerit *Romanus*, vel potius dici debuerit *Romatius* & *Romatinus* patria, Episcopus Aquilejensis?

III. SACRARUM Scripturarum studio maxime oblectabatur Chromatius, quas ipse Commentariis illustravit: aliosque doctissimos Viros Ambrosium & Hieronymum consuluit, adduxitque ut Commentarios, novamque latinam versionem adornarent. Ambrosium postulat, ut sibi aliquid e Sacris Codicibus epistolari familiaritate disputatum mitteret: gessitque morem Mediolanensis Episcopus, delecto e Prophetia Balaam argumento. Dedit itaque eidem Chromatio Epistolam L. in Editione Nourriana, ubi num. 16. hæc ejus verba habentur: *Hoc munusculum sanctæ menti tuæ transmisi, qui vis me aliquid de Veterum Scriptorum interpretationibus paginare*. Suæ provectæ ætatis meminit Ambrosius: *Malo*, inquiens, *senilibus verbis de supernis rebus hallucinari tecum*; idest, levia ac longe inferiora loqui & scribere. Hanc datam Epistolam a sene Ambrosio anno circiter 390. putat Nourrius.

IN eodem studio consortem Chromatius habebat Heliodorum Altini Episcopum. Ambo fuerunt Hieronymo auctores eodem circiter anno, ut novam Tobiæ versionem latinam elucubraret. Utriusque preces, instigationesque patefacit Hieronymus in ejusdem versionis Præfatione: *Mirari non desino*, inquiens, *exactionis vestræ instantiam. Exigitis enim, ut Librum Chaldæo sermone conscriptum ad latinum stylum traham*, *Librum* *mini vestro consecravi: interpretationem videlicet trium Salomonis Voluminum, Proverbiorum, Ecclesiastis, & Cantici*.

NUNCUPATOS quoque Chromatio legimus Libros duos Commentariorum in Prophetam Habacuc. Prologum Libri primi his verbis exorditur Hieronymus: *Primum, Chromati Episcoporum doctissime, scire nos convenit &c.* Alterius initium est: *Alterum, mi Chromati Papa Venerabilis, in Habacuc librum scribimus*. Ipse Chromatius historicum & litteralem petierat hujus Prophetiæ sensum, ut in Libri primi Prologo testatur Hieronymus: *A me violenter*, inquiens, *exigis, ut ... historiam tibi interpreter*. Hos ille suos recenset libros Capite ultimo de Viris Illustribus, ubi Opera memorat quæ *scripserat usque in præsentem annum, idest Theodosii Principis decimum quartum*. Incidit decimus quartus Theodosii annus in æræ vulgaris annum 392. ac incipit die XIV. Kal. Februarias, ut Pagio placet: unde conscripti in Prophetam Habacuc Commentarii tempus patet.

LATINAM demum τῶν Paralipomenon, postulante Chromatio, versionem adornavit Hieronymus, eidemque nuncupavit Aquilejensi Episcopo. Sic ipsum alloquitur in Præfatione: *Si Septuaginta Interpretum pura, ut ab eis in græcum versa est, editio permaneret, superflue me, Chromati Episcoporum Sanctissime atque doctissime, impelleres ut Hebræa Volumina latino sermone transferrem*. Ait ibidem S. Pater, se *nuper scripsisse librum de Optimo genere interpretandi:* quod Opusculum Epistolare, Pammachio nuncupatum, ad annum 396. judice Tillemontio spectat. Hunc ergo librum, qui *nuper* scriptus dicitur, eodem anno vel insequente, versio τῶν Paralipomenon consecuta est.

HÆC sunt doctrinæ, qua florebat Chromatius, præclara testimonia: ipsumque discimus præcipuum auctorem Hieronymo fuisse, ut eximium latinæ versionis Voluminum Hebræorum aggrederetur opus, eidemque jam cœpto manum ultimam imponeret. Virum excelsæ men-

[illegible] aperte revocans quod antea scripserat in Catologo Virorum illustrium, Eusebio Cæsareensi adjudicandum contendit, vel alteri ex Origenis Sectatoribus; quin hæc persuaderi opinio potuerit Criticis hominibus, qui majorem ejus Apologiæ partem pro certissimo Pamphyli Martyris fœtu habent. Id factum vero anno 397.

INSEQUENTE anno, Libros περὶ ἀρχῶν, laudato Macario consulente, latio reddidit idem Rufinus cum Præfatione, in qua miris laudibus Hieronymum exornat: monetque lectorem, in sua latina versione quod in illis Libris adulteratum alienumque putaverat, omnino prætermissum; aut secundum eam regulam prolatum esse, quam ab ipso Origene frequenter in cæteris Operibus invenerat constitutam; ac alia demum non pauca, quæ obscurius dicta ab Auctore fuerant, clariore sensu exposita. Hinc jactum discordiæ pomum est, quæ Viros amicissimos, Hieronymum, & Rufinum, nimium concitavit: excitavitque Chromatium, utrique addictissimum, ut ambos refecto amicitiæ fœdere conciliaret.

V. INITIUM ego dissidii narro, quo commoti laudatissimi Viri in jurgia prolapsi sunt, seque vulgatis Epistolis ac libellis mutuo prosciderunt. Jam eorum tepuerat mutuus amor in Oriente, cum dogmata Origenis, quæ magno videbantur in pretio habere Joannes Hierosolymitanus & Rufinus, aversari cœperat Hieronymus veluti fidei Christianæ inimica. Aterbius quidam insequebatur eo nomine Rufinum Hierosolymis: ipseque Sanctus Pater, qui veluti hæreticus ex amicitia Rufini judicabatur, suam coram palamque profiteri orthodoxiam voluit, dogmata Origenis, cujus eruditionem ac studium Scripturarum, antequam hæresim plenius nosset, in juvenili ætate laudibus ornaverat, aperte damnando. Simul etiam Epiphanius, qui Hierosolymam venerat, Joannem ejus Urbis Episcopum redarguerat, propterea quod Origenianæ doctrinæ patrocinium largiebatur, sovebatque amicitiam cum Rufino. Ea data occasione, cum utroque jurgium habuit Hieronymus; verum non cepit incrementa dissidium. Pristinam cum querelas ut declinaret ille, Aquilejam pergere constituit: impetravitque a Siricio Papa litteras Ecclesiasticas, quibus de orthodoxa in longinqua peregrinantium fide pro more illius ævi testimonium reddebatur. Siricii nempe *simplicitati illusisse* Rufinum, Hieronymo placet.

OBIIT Siricius anno 398. die 26. Novembris, ut Pagius aliique probant: adeoque paullo antea Roma secesserat Rufinus. Mediolano pertransit, ubi regebat Ecclesiam Simplicianus: ibique de quadam Librorum περὶ ἀρχῶν sententia quæstionem se habuisse cum Eusebio superius laudato, ipse testatur Rufinus Libro I. Invectivarum in Hieronymum. Aquilejam denique pervenit aut eodem anno cadente 398. aut ineunte cœptoque 399. De his omnibus certior ab amicis factus Hieronymus, Epistolam reddidit Pammachio & Oceano: in eaque luculenter exponit, quo legerit animo laudaveritque Origenem, æmulorum refellit calumnias, diluitque suspiciones hominum, plurimosque Origenis errores prodit. Dedit aliam Rufino, quem gravi serioque admonet stilo, nolle se Origenis causa laudari, cujus mala dogmata exsecrabatur: atque satius esse, si jura velit instauratæ amicitiæ custodire. Novam denique Sanctus Pater Librorum *de Principiis* molitus est latinam versionem, ut quos Auctor docuerat errores, diligens ac fida nova detegeret interpretatio. In furorem Rufinus agitur: duosque Invectivarum libros hoc eodem anno in Hieronymum elucubrare cœpit, quibus non modo Epistolam ad Pammachium & Oceanum datam, cujus exemplum ab amico Aproniano acceperat, acriore calamo refutare conatur; verum etiam eximii Doctoris Commentarios in Sacram Scripturam aculeatis censuris perstringit.

VI. DOLEBAT Chromatius Aquilejæ Episcopus, Viros sibi amicissimos, rupto fœdere, quod ambo tot annis amore conjunctos tenuerat, ira permotos in dissidia ruere. Rufini mentem, & calamum alio convertere studuit: imposuitque provinciam eidem, ut Eusebii græcam historiam in latinum sermonem transferret.

PARUIT Rufinus. Digna sunt animadversione,

animus audientium vinctus, dum notitiam rerum gestarum avidius petit, oblivionem quodammodo malorum quæ gererentur, acciperet. Provinciam impositam explevit Rufinus, additis Eusebianæ Historiæ duobus libris proprio marte elucubratis. Neque tamen, dum hanc spartam adornabat, mitior erga Hieronymum effectus est: cœptis Invectivarum libris insimul conscribendis insudabat, quos anno 401. vulgavit.

VII. RUFINI allata verba primam exhibent Alarici Gothorum Regis irruptionem in Italiam, ac tempus & annum patefaciunt, quo ipse in Eusebianæ Historiæ versionem incumbebat. Prosper in chronico sub *consulibus Stilicone & Aureliano*, qui annum æræ

cis Capite XXIX. his verbis describit: *Mox ut ergo antefatus Alaricus creatus est Rex, cum suis deliberans, suasit suo labore quærere regnum, quam alienis per otium subjacere: & sumpto exercitu, per Pannonias, Stilicone & Aureliano Consulibus, & per Sirmium dextro*
C *latere quasi viris vacuam intravit Italiam*. Prima furorem ejus passa est Venetia inferior, quam postea Provinciam Forojuliensem dixerunt: ibique Rex Gothus *agros, armenta, viros longe lateque vastavit: populisque a Deo commissis* Chromatio *ferale exitium* minitabatur. Itaque anno 400. latinam Historiæ Ecclesiasticæ ab Eusebio conscriptæ adornandam, injungente Chromatio, versionem suscepit Rufinus, complevitque.

CAPUT XI.

De Origenis damnatione: ipseque Rufinus in crimen vocatus, apologiam scribit. Origeniana dogmata damnat Theophilus Alexandriæ, Anastasius Romæ, Venerius Mediolani, Chromatius Aquilejæ. Origenis causam distinguit Pontifex a causa Rufini, quam divino reservat judicio. Hieronymi dicta exponuntur. Ab eodem Rufino abjudicatur libellus palinodiæ sub ejus nomine vulgatus. De Auctore ejusdem conjecturæ.

I. JAMDIU mota in Oriente adversum Origenis doctrinam quæstione, damnationem ejus urgebat Theophilus Alexandrinus: eademque Romæ agitabatur causa, cui latina versio librorum *de Principiis*, quam Rufinus confecerat, ansam dederat. Ipse Rufinus vocabatur in crimen. Tunc *adducti testes* (Hieronymi verbis utor in Epitaphio Marcellæ) *qui prius* a Rufino & asseclis *eruditi, & postea ab hæretico fuerant errore correpti: ostensa multitudo deceptorum*, qui latine versos libros parum cauti legebant: *impia* quoque *περὶ ἀρχῶν ingesta volumina, quæ emendata manu scorpii* (idest Rufini) *monstrabantur*.

D Ne crimen, si quod esset, inultum maneret, *acciti* sunt Romam *frequentibus litteris hæretici*, (hoc appellantur nomine Rufinus, & asseclæ:) *neque venire ausi*. Imo *tantum Romanæ urbis* (ejusdem Hieronymi verba sunt Libro III. contra Rufinum num. 21.) *judicium fugit* ipse Rufinus; *ut magis obsidionem barbaricam, quam pacatæ urbis voluerit sententiam sustinere*. Alarici irruptionem intelligit, qui agros Aquilejenses, Italiam ingressus, occupavit, vastabatque.

FIDEI suæ, quam denigrari ægre sentiebat, prolixam apologiam, cum Romam accitus proficisci non potuerit, aut noluerit, attulerit-

redditus sum; & aurum satis atque inhumanum erat, si tam cito desererem eos, quos tam tarde revisseram; simul & quia tam longi itineris labor fragiliorem me reddit ad iterandos labores, litteris meis satisfacerem Beatitudini tuæ: non ut de sancta mente tua, quæ velut quoddam Dei sacrarium aliquid iniquum non recipit, maculam suspicionis abstergerem; sed ut æmulis adversum me forte oblatrantibus, baculum quemdam tibi confessionis meæ, quo abigerentur, offerrem. Edit ergo fidei suæ expositionem, quidve sentiat verbis disertissimis declarat de Trinitate, de Verbi Dei Incarnatione, de Resurrectione, de Judicio Diaboli, de Animarum origine: seque demum Origenis, cujus Opera quædam latine reddiderat, interpretem profitetur, non defensorem.

II. INTERIM Theophilus Alexandrinus libros Origenis interdixerat fidelibus, idemque Romæ præstiterat Anastasius. Utrumque discimus ex ejusdem Pontificis Epistola *ad Simplicianum*, utique Mediolanensem Episcopum, quam Dominicus Vallarsius in sua Divi Hieronymi operum Veronensi editione antea ineditam primus vulgavit. Hæc legimus: *Theophilus frater & coëpiscopus noster circa salutis commoda non desinit vigilare, ne Dei populus, per diversas Ecclesias Origenem legendo, in magnas incurrat blasphemias... Nos* (etiam) *in urbe Roma positi.... ne quis contra præceptum legat hæc quæ diximus, damnavimus... Hoc præceptum tenentes, illud quidquid est fidei nostræ contrarium, ab Origene quondam scriptum, judicavimus a nobis alienum, atque punitum.* Simpliciani obitum Mediolanensia monumenta *die* XVIII. Calendas *Septembris anni* 400. consignant: unde datæ epistolæ tempus definiri jam potest.

EODEM anno in Synodo Alexandrina a Theophilo convocata solemnior prodiit Origenis damnatio, quam Encyclicæ *Palæstinis & Cypriis Episcopis* inscriptæ complectuntur. Vulgavit eas laudatus Vallarsius ex antiquissimo Codice MS. Mediolanensi Bibliothecæ Ambrosianæ, olim S. Columbani Bobiensis: vocatisque ad examen nonnullis difficultatibus, contradicentes ut videntur Chronologiæ calculos conciliat. Pari ardore in Origenem condemnationis eodem cum Anastasio, & Venerio comprobasse Chromatium Aquilejensem spiritu, luculentissime testatur Hieronymus Libro II. contra Rufinum num. 22. *Beati Episcopi*, inquiens, *Anastasius, & Theophilus, & Venerius, & Chromatius, & omnis tam Orientis, quam Occidentis Catholicorum Synodus... pari sententia, quia pari & spiritu, illum* (Origenem) *hæreticum denunciant populis.*

III. HÆC Joannes Jerosolymitanus cum accepisset, Anastasium consuluit per Epistolam, num Rufinus ob versos e græco in latinum sermonem sæpe dictos Origenis libros *de Principiis*, damnandus esset? Reddit Joanni Epistolam anno 401. Anastasius, qui Origenis causam distinguit a causa Rufini, & hanc divino reservat Judicio. Pontificis mentem ex ejusdem Epistola colligo, quam severo inito examine Petrus Constantius Tomo I. Epistolarum Romanorum Pontificum illustrat, Joannis Garnerii editione ac sententia rejectis. Sic habet vero num. 2. & 3. *Rufinus, de quo me consulere dignatus es, conscientiæ suæ divinam habet arbitram Majestatem, apud quam se integro devotionis officio ipse viderit, qualiter debeat approbare. Origenes autem, cujus in nostram linguam composita derivavit, antea & quis fuerit, & in quæ processerit verba, nostrum propositum nescit. Quod vero sit animi mei studium, cum tua paulisper super hoc conferam Sanctitate. Hoc igitur mente concepi, quod Urbis nostræ populis de translatis Origenis lectio patefecit: quadam puris mentibus velut nebula cæcitatis injecta, fidem Apostolorum & Majorum traditione firmatam, velut deviis amfractibus, illum voluisse dissolvere.* Hoc est: aliam Origenis causam esse docet, aliam Rufini. Hujus conscientiæ apud arbitram divinam Majestatem notissimæ relinquendum consilium censet, quo latinam Origenis interpretationem exsecutus fuerit; unde judicium de Rufino sustinet Anastasius. Quæ sequuntur de Origene, hunc sensum efferunt: Cum scopus noster sit de nomine Rufini, de quo uno a te consultus sum, nostri hujus idcirco propositi non est indagare, quis Origenes fuerit. Quod tamen mei animi studium, quis affe-

sat Auctorem, & execrandum factum populis prodit, ut justis tandem odiis teneatur, quem jamdudum fama constrinxerat. Si vero Interpres tantorum malorum consensum præstat, & legenda prodit in populos: nihil aliud sui operæ laboris exstruxit, nisi ut propriæ veluti mentis arbitrio hæc, quæ sola, quæ prima, quæ apud Catholicos Christianos vera fide jam exinde ab Apostolis in hoc usque tempus tenetur, inopinatæ titulo assertionis (seu titulo novæ per Origenem invectæ doctrinæ) *everteret*. Ubi Origenis dogmata, quæ in latina Rufini versione prodebantur, absque ulla ambage iterum damnat Anastasius. Rufini vero nulla apparet absoluta condemnatio. Hypothetice loquitur Romanus Pontifex. Adprobat, si Rufinus interpres damnet Auctorem, ejusque iniqua dogmata exsecretur: anathema fert, si dogmatibus Origenianis latine redditis consensum præstet.

EADEM utitur Anastasius œconomia num. 5. ubi primum multiplicis erroris damnat Origenem: deque Rufini conscientia, consilioque se minus solicitum præbet. *Absit*, inquit, *hoc ab Ecclesiæ Romanæ Catholica disciplina. Nunquam profecto eveniet, aliqua ut hæc* (Origenis dogmata) *admittamus ratione, quæ jure meritoque damnamus. Quapropter illa toto orbe Christi Dei nostri diffusa providentia probare dignabitur, accipere nos omnino non posse quæ Ecclesiam maculent, probatos mores evertant, aures circumstantium vulnerent, jurgia, iras, dissensionesque disponant:* quæ sunt exsecranda Origenis dogmatum veluti genera. *Qua re moti, qualem Epistolam ad Fratrem & Coëpiscopum nostrum Venerium diligentiori cura perscriptam parvitas nostra transmiserit, ex subditis poteris comprobare*. Ad Venerium missa Epistola dicitur diligentiore studio perscripta, ut appareat discrimen a breviore altera, quam ad Simplicianum dederat. In utraque vero damnatum Origenem, ejusque lectionem fidelibus interdictam, scimus.

Ad Rufinum redit: *Unde igitur*, inquiens, *habeat secum ille qui transtulit, servetque si-*

se gaudeo tacere non potui, Beatissimorum Principum nostrorum manasse responsa, quibus unusquisque Deo serviens ab Origenis lectione revocetur: damnatumque sententia Principum, quem lectio rerum profana prodiderit. Priorem, quam tulerant Theophilus Alexandrinus, & Anastasius Papa inhibitionem, secuta sunt Honorii & Arcadii Responsa, quæ tamen exciderunt, aut nondum edita latent. Probabile censet Constantius, Origene a Theophilo ejusque Synodo Alexandrina damnato, interdictaque Operum illius lectione, ut fortius Origenistæ absterrerentur, Imperialia edicta, quæ postulaverant orthodoxi Patres, lata fuisse.

C SEQUITUR Anastasius; *Hactenus sententiæ meæ forma processit*. Ac si diceret; hactenus quid sentiam exposui. Ait demum num. 6. *Quod te vero vulgi de Rufino querela solicitat, ut quosdam magis suspicionibus persequaris, hanc tuam opinionem constringam divinæ lectionis exemplo, sicut scriptum est: Non sic homo ut Deus, nam Deus videt in corde, homo videt in facie*. Joannem scilicet monet Anastasius, ne tam facile livoris & invidiæ velit eos suspectos habere, qui Rufini latinam translationem vocabant in crimen, cum livor internum sit malum solius Dei oculis compertum. *Itaque, Frater carissime, omni suspicione seposita, Rufinum propria mente perpende, si Origenis dicta in latinum transtulit, &*
D *probavit: nec* (enim) *dissimilis a reo est, qui alienis vitiis præstat assensum*. Quemadmodum enim num. 4. conscientiæ Rufini negotium omne relinquit: ac priusquam de illo quidpiam definiat, discere cupit, auctorem ne accuset cujus interpres fuit, an errores ejus complectatur assensu: ita & nunc hortatur Joannem, ut ab omni suspicione liber, ad explorandum Rufini consilium enitatur. *Illud tamen tenere te cupio, ita haberi a nostris partibus* (a nostra regione, & urbe Roma) *alienum* (ac dissitum, Aquilejæ namque commorabatur,) *ut quid agat, & ubi sit, nec scire cupiamus*. Nec enim se velle de mente & consilio ejus anxium & solicitum esse, superius dixe-

tionis dixerit Hieronymus, mitiore sensu exponendus est ad mentem Anastasii, qui judicium omne in hocce negotio suspensum voluit.

AIT ille Libro III. contra Rufinum num. 15. *Quomodo susceperit Italia* (ut Rufinus jactabat) *quod Roma contempsit? Episcopi susceperint, quod Sedes Apostolica condemnavit?* Hæc profert S. Pater de Apologia, quam Anastasio obtulerat Rufinus. Atenim damnata dicitur Apologia, quia contempta: eamque Papa Anastasius idcirco contempsit, quia in Epistola ad Joannem Jerosolymitanum nullam ejus mentionem ingerit, nec ullam ejusdem rationem habere voluit.

ILLA quoque Hieronymi verba objiciuntur, quæ Libro II. contra Rufinum legimus num. 13. *Si non vis audire Fratrem monentem, audias Episcopum condemnantem*; itemque alia in Epitaphio Marcellæ Viduæ num. 10. *Acciti frequentibus litteris hæretici* (Rufinum & asseclas intelligit) *ut se defenderent, venire non sunt ausi: tantaque vis conscientiæ fuit, ut magis absentes damnari, quam præsentes coargui maluerint.* Quæ omnia, & si qua paria sunt, id unum significant: Origene per Anastasium damnato, eos omnes pariter anathemate perculsos haberi, qui erroribus ejus implicati essent; quod suspicabatur de Rufino, & asseclis Hieronymus. Hanc ejus mentem aperiunt verba, quæ Libro II. citato contra Rufinum eodem nu. 13. leguntur: *Cur translaturus hæretica, in defensionem eorum prænititis quasi Martyris* (Pamphyli) *librum? Et id Romanis auribus ingeris, quod translatum totus orbis expavit? Aut certe si ideo interpretaris, ut eum hæreticum arguas, nihil de græco mutes, & hoc ipsum testare: quod prudentissime Papa Anastasius in Epistola, quam contra te scribit ad Episcopum Joannem, suo sermone complexus est: me liberans, qui id feci; & te arguens, qui facere noluisti.* Condemnationem innuit, quæ legitur in Epistola Anastasii, non absolutam, sed hypotheticam. Sed in eo ab Anastasio differt Hieronymus; quod ille judicium suspendit, factamque a Rufino in ejus conscientiæ consilium interpretationem transfert: hanc vertit Hieronymus in malam partem, ac pronus est in judicium malæ conscientiæ.

B *rint, nos multa hæretica, & quæ contra fidem Ecclesiæ veniunt, profiteri. Itaque Deo præsente testamur, quæ infrascripta sunt nos ex parte sensisse per errorem, & præsenti tempore condemnare: alia autem, in quibus falso infamamur, nec dixisse nec dicere; & contraria, quæ in aliis suspicamur, posuisse atque damnasse.* Sequuntur Anathematismi duodecim, quibus Origeniana doctrina repudiatur, & ortæ ex eo fonte damnantur hæreses Pauli Samosateni, Arii, Apollinaris, & Photini. Idemque definit libellus his verbis: *Finis de fide de nomine Rufini.*

LIBELLUM eumdem vulgavit Joannes Garnerius inter Opera Marii Mercatoris, Epistolæ ab Anastasio ad Joannem Jerosolymitanum datæ subjunctum. Priora verba sic efferuntur:

C *Propter venerationem Sanctorum locorum, Hierosolymam & Bethleem venimus, & intelleximus plures fratres in nobis scandalizari.* Hæc sine dubio sana lectio est: neque convenientem aliquem sensum reddere potest superior lectio Norisiana. Verum etiam eodem hæc verba legi modo in ipso Codice Vaticano, quem Norisius adhibuit, testatur Dominicus Vallarsius apud Ballerinos Fratres: quibus postulantibus, Codicem eumdem, dum Romæ diversaretur, diligentissime inspexit. Quomodo ergo hunc libellum scripserit Rufinus Romæ coram Innocentio Pontifice, ut in gratiam Sedis Apostolicæ rediret? Libelli auctor dicitur, *propter venerationem Sanctorum locorum*

D *venisse Hierosolymam & Bethleem:* ibique errores partim assertos, partim imputatos condemnasse, ut satis Fratribus faceret qui scandalum patiebantur. Hæc Rufino Aquilejensi nullo modo conveniunt.

ALII duo Rufini occurrunt in Epistolis Divi Hieronymi. Alter est, de quo S. Pater in Epistola ad Rufinum Aquilejensem anno 399. data sic habet: *Frater meus Paulinianus necdum de patria reversus est, & puto quod eum Aquilejæ apud S. Papam Chromatium videris. Sanctum quoque Presbyterum Rufinum ob quamdam causam per Romam Mediolanum misimus, & oravimus ut nostro animo & obsequio vos videret.* Hic erat Hieronymi discipulus, ex Bethleemitico secessu in Italiam

... palinodiæ, de quo agimus, ediderit, non alter, sed primus fortasse fuerit, quem in Occidentem ab Hieronymo missum vidimus. Fateri tamen debemus, priora ejusdem libelli verba haud ipsi bene & apte convenire, quæ hominem exhibent, *Jerosolymam & Bethleem* proficiscentem *propter venerationem Sanctorum locorum*. An is dici queat Rufinus Hieronymi discipulus, qui ex eremo Bethleemitica, quam dudum cum Hieronymo incolebat, negotii peragendi causa in Occidentem missus fuit, ad eamdem eremum reversurus?

VI. LIBELLUM eumdem, repertum in Bibliotheca Monasterii Bobiensis, testatur Joannes Mabillonius in Itinere Italico, hoc modo inscriptum legi: *Abbreviatio Fidei catholicæ exposita a S. Hieronymo, ut quidam in hæresim lapsi corrigerentur*. Hieronymo tribuendum Opusculum, nemo dixerit: verum ex diversa inscriptione, quæ in MSS. Codicibus habetur, facile conjicerem, neque ab aliquo Rufino vere illud editum esse, sed ab alio potius confictum suppositumque, cui per otium placuerit Hieronymi doctrinam Origenianis dogmatibus adversam colligere.

ATTENTIORE mente si perpendas libelli anathematismos, adoptatam noveris doctrinam, quæ Hieronymo placebat; tametsi ab aliis Ecclesiæ Patribus ævo illo pro certa non habebatur. In duodecimo Anathematismo hæc habentur: *Qui dicunt animas prius fuisse quam natæ sunt, & non cum corpore secundum exemplum primi hominis a Deo quotidie fieri, anathema sit*. In hanc sententiam abiit semper Hieronymus, quæ singulas rationales animas, nascentibus hominibus, creari novas tenet. Rufinus Aquilejensis in Apologia ad Anastasium variantes hocce de argumento opiniones refert: *Audio*, inquiens, *& de anima quæstiones fieri .... Legi quosdam dicentes, quod pariter cum corpore per humani seminis traducem etiam anima diffundatur .... Alii asserunt, quod formatis in utero corporibus, Deus quotidie faciat animas, & infundat. Alii, quod factas jam olim, idest tunc cum omnia Deus creavit ex nihilo, nunc eas judicio suo dispensare* ... tiam: verum quod eamdem pervicacius, quam par esset, tutarentur. Interim Hieronymus constantissime sentiebat in Libro contra Joannem Jerosolymitanum num. 22. *Quotidie Deum fabricari animas*: quod etiam Libro III. contra Rufinum num. 28. dogma vocat *Ecclesiasticum*. Hanc Hieronymi doctrinam tuebatur, qui prædictum efformavit anathematismum; dicendumque anathema proposuit iis, qui contrarium sentirent.

DIGNUS quoque animadversione est primus anathematismus, quo hæc efferuntur: *Qui dicunt Diabolo, & Dæmonibus, & impiis hoc est Gentilibus, Judæis, Samaritanis, omnibusque hæreticis (exceptis christianis, qui rectam fidem sequuntur, & peccatores sunt,) aliquando parcendum, & pœnas eorum non esse perpetuas, anathema sit*. Exceptio de Christianis intellecta, qui rectam fidem sequuntur, & nihilominus cum lethali culpa decedunt, christianæ doctrinæ repugnat. Satis est hoc loco animadvertere: prædictum anathematismum, sive doctrinam spectes, sive solummodo verba, ex Hieronymi operibus decerptum esse. Ait enim postremo Capite Commentarii in Isaiam: *Sicut Diaboli, & omnium negatorum, atque impiorum, qui dixerunt in corde suo, Non est Deus, credimus æterna tormenta: sic peccatorum atque impiorum, & tamen Christianorum, quorum opera igne probanda atque purganda sunt, moderatam arbitramur & mixtam clementiæ sententiam judicis*. Paria scribit in Dialogo I. contra Pelagianos num. 28. *Si autem Origenes omnes rationabiles creaturas dicit non esse perdendas, & Diabolo tribuit pœnitentiam, quid ad nos? qui & Diabolum, & satellites ejus, omnesque impios, & prævaricatores dicimus perire perpetuo: & Christianos, si in peccato præventi fuerint, salvandos esse post pœnas*. Nolim de mente Hieronymi disputare: ejusque verba catholico sensu exponantur de purgatoriis pœnis, si placeat, per me licet, ac lubens consentio. Habeo tamen, ex ipsius sancti Patris doctrina & verbis depromptum esse anathematismum, quo de agimus.

QUID-

mum ad silentium hortatur Chromatius. Rufino in Aquilejensium Presbyterorum album adscripto favet. Cum eodem Rufino colit amicitiam Paulinus Nolanus. Chromatio, Gaudentio Brixiano, aliisque nuncupat Rufinus opera sua. Joannis Chrysostomi, Sede Constantinopolitana deturbati, causam in Occidente strenue tutatur Chromatius.

I. INTERIM scriptis libellis Rufinus, & Hieronymus pugnabant. Duos ille Invectivarum libros, quos anno 399. inceperat, vulgavit anno 401. contra Hieronymum. Hisce nondum lectis, sed ex ore tantum amicorum ex parte auditis edita respondet S. Pater anno insequente Apologia, in duos pariter tributa libros. Epistolam reposuit Rufinus: simulque Invectivarum libros misit, quibus tertium opposuit Apologiæ librum Hieronymus.

RUPTAM inter illos dolebat amicitiam Augustinus. Aculeatos Rufini libros perstringit, simulque suaves animi sui sensus Hieronymo exponit in Epistola LXXIII. alias XV. anno circiter 1404. scripta. Inquit enim num. 6. *Nescio quæ scripta maledica* (Rufini Invectivarum libri) *super tuo nomine ad Africam pervenerunt. Accepimus tamen, quod dignatus es mittere, illis respondens maledictis. Quo perlecto, fateor, multum dolui: inter tam caras familiaresque personas, cunctis pene Ecclesiis notissimo amicitiæ vinculo copulatas, tantum malum extitisse discordiæ... Quis amicus non formidetur, quasi futurus inimicus, si potuit inter Hieronymum & Rufinum hoc quod plangimus, exoriri?* Et num. 10. *Hoc magnum & triste miraculum est, ex amicitiis talibus ad has inimicitias pervenisse: lætum erit, & multo majus, ex inimicitiis talibus ad pristinam concordiam revertisse.*

II. MITIORES animos Hieronymo ingerere studebat Chromatius Aquilejensis: idque admonitione sua obtinuit, ut ambo novis abstinerent scriptis, quibus invicem lacesserentur. Rufinum præsentem auctoritate sua urgebat, ut jurgio finem imponeret: neque sane responsum dedit ad tertium Apologiæ librum, quem Hieronymus vulgaverat. Litteris etiam ad Hieronymum datis, finem obtinuit simultatum, quem vehementissime optabat.

REM ipsam testatam reliquit Sanctissimus Vir Libro III. contra Rufinum num. 2. ubi causam profert, propterea quod, commonitione Chromatii neglecta, librum eumdem conscripserit: *Testem*, inquiens, *invoco Jesum, me ad commonitionem S. Papæ Chromatii voluisse reticere, & finem facere simultatum, & vincere in bono malum: sed quia minaris iteritum nisi tacuero, respondere compellor, ne videar tacendo crimen agnoscere, & lenitatem meam malæ conscientiæ signum interpreteris.* Abstinuit deinceps jurgio, scriptoque Hieronymus: quanquam data occasione non sine contemptu de Rufino scribit, sive adhuc vitam agente, sive denato.

II. SUAM Rufino communionem, & amicitiam negavit numquam Chromatius, ipsumque habuit coluitque inter caros Aquilejensis Ecclesiæ Presbyteros. Rem hanc paulo fusius declaro, quam Henricus Norisius inficiatur. Monastico addictus instituto Rufinus, simulque laicus, post baptisma susceptum discessit Aquileja anno 371. aut sequente. Nondum Presbyter initiatus fuerat juxta calculos Tillemontii anno 386. quo ipsum, & Hieronymum, atque Melaniam invisit Jerosolymis & Bethleem Palladius, Lausiacæ historiæ Auctor. Sic enim ait Capite C. III. *Cum* Melania Seniore *vixit etiam nobilissimus, & moribus simillimus, & fortissimus Rufinus, ex Aquileja civitate Italiæ*, πρεσβυτερίυ εἰς ὕςερον καταξιωθεὶς, *qui postea dignus est habitus Presbyteratu; quo non est inventus inter homines nec doctior, nec mitior.*

Post annum 398. reducem Rufinum in Patriam & urbem Aquilejam, Aquilejensi Clero extra septa Monasterii aggregatum a Chromatio, colligere possumus ex Gennadio vetusto scriptore, qui Capite XVII. de Viris Illustribus Rufinum *Aquilejensem Presbyterum* vocat. Id inficiatur Norisius, cujus hæc verba sunt Libro I. Historiæ Pelagianæ Capite II. *Neque post reditum a Chromatio Antistite in suum Clerum adscriptus videtur: etenim paullo post inde discessit, Orientem repetiturus.* Falli puto Virum doctissimum. Aquileja ante annum 407. discessisse Rufinum, probari non potest, ut infra dicendum. Verum etiam adscribi Clericos ævo illo potuisse alicujus Ecclesiæ albo, quin ibidem permanentem sedem haberent, ostendit Tillemontius exemplo Paulini Nolani, qui in Epistola III. alias XLV. ad Alypium num. 4. refert: Ambrosium Mediolani Antistitem *suo se Clero vindicare voluisse, ut & si diversis locis degeret, ipsius Presbyter censeretur.*

IV. Neque solum Chromatius, verum etiam plerique Sanctissimi Viri, qui hac ætate florebant, communionem Rufino Ecclesiasticam largiebantur, ab Anastasio damnatum minime putabant, fovebantque cum ipso amicitiam. Habentur Paulini Nolani Epistolæ plures ad ipsum. Hoc loco eam liceat expendere, quæ apud Lebrunum XXVIII. alias IX. ad *Sulpicium Severum* data est, ex qua discimus: tum Severum Paulino quoddam misisse Commonitorium plurium difficultatum, quas in Historia Sacra texenda offenderat, sibique expediri optabat: tum ab eodem Paulino Commonitorium idem transmissum ad Rufinum, ut ipse pro ea, qua pollebat, eruditione Severi difficultates explanaret. Ita vero amplissimo celebrat Rufinum elogio: *Præterea autem jussisti, nimium opulenter tibi de paupere tuo blandiens, ut quæ de Annalibus non unius gentis, sed generis humani fugerent, ego videlicet quasi peritior edocerem .... Attamen quod de meo non habui, de fratris una-*detur. In sequente sane Epistola ad eumdem *Severum* data, laudes ejus amplissime persequitur Paulinus: ipsamque narrat *ex Hierusalem post quinque lustra remeantem* se hospitio *excepisse*. Ubi annos vigintiquinque commorationis Hierosolymitanæ numerat ille, septem autem supra viginti Palladius in Historia Lausiaca.

Reditum Melaniæ anno 402. illigant Editores Benedictini Operum S. Augustini Tomo II. in Præfatione, Lebrunus in Nova operum S. Paulini Nolani editione, & Tillemontius Nota II. in Vitam S. Melaniæ. Pagium adversantem novimus, cujus sententia est: Rufinum simul cum Melania, tum iter in Orientem suscepisse, tum in Italiam remigrasse. Prioris Chronographiæ calculis aquiescimus, quos egregie pluribus argumentis vindicant ac asserunt Petrus & Hieronymus Fratres Ballerini, Presbyteri Veronenses Libro I. Observationum in Opera Henrici Norisii Capite II. num. 5. Hinc Paulinus prædicto Rufinum exornat elogio post magnos in ipsum Romæ tumultus concitatos. Accedit confirmatio ex epocha conscriptæ a Sulpicio Severo Historiæ Sacræ, quam ducere animo conceperat *usque in Stiliconem Consulem*, ut ait Libro secundo, annum scilicet Christi 400. Hoc igitur anno Historiam suam adornabat Severus, eamque uno vel altero post anno absolvit: eodemque circiter tempore difficultatum, quas offenderat Severus, commonitorium acceptum misit ad Rufinum Paulinus, ut dubia solveret, quæ communis amici mentem animumque vexabant.

V. Operam ille suam, vitamque insumebat in Homiliis Origenis in Sacram Scripturam latio reddendis, aliisque proprio marte concinnandis elucubrationibus, quas Viris eximiis, quorum fruebatur amicitia & consuetudine, nuncupabat. Chromatio Aquilejensi Homilias in Librum Josue latine redditas obtulit, ipsumque in Epistola Nuncupatoria quæ falso in vulgatis Hieronymo adjudicatur, his verbis

cupatos ab eodem Rufino habemus Commentarios ejusdem Origenis in Epistolam ad Romanos latine translatos. B In Peroratione, quam perperam Hieronymo tributam in vulgatis editionibus evincit Cotelerius ex MSS. Codicibus, opus aliud memorat, quod postulante Gaudentio Episcopo Brixiano aggressus fuerat: *Post hoc*, inquiens, *sane vocat nos opus, quod olim quidem injunctum est, sed nunc a B. Gaudentio Episcopo vehementius perurgetur, Clementis scilicet Romani Episcopi, Apostolorum comitis & successoris, de Recognitione Libri, ut in latinum vertantur .... Quod si me Dominus implere permiserit, redibimus ad illos* (Adamantii libros versione latina vulgandos) *& ad tua desideria, ut in Numerorum & in Deuteronomii Libros, Deo permittente, aliqua dicamus.* C Morem gessit Gaudentio, fidem suam postea Heraclio liberaturus. Ait vero in Prologo Recognitionum: *Tibi quidem, Gaudenti, nostrorum decus insigne Doctorum .... opus, quod olim venerandae memoriae Virgo Silvia injunxerat, ut Clementem nostrae linguae redderemus, & tu deinceps jure hereditario poscebas, licet multas post moras, tandem aliquando restituimus.* In citata Peroratione post Commentarios in Epistolam ad Romanos, Origenis volumina recenset, quae latino Sermone interpretatus jam fuerat: *Homilias sive Oratiunculas in Genesim, & in Exodum .... & in Librum Levitici ... & in Jesu Nave, & in Judicum Librum, & in Trigesimum sextum, & in Trigesimum septimum, & Trigesimum octavum Psalmum.* D Alia ejus opera Paulino Nolano, Ursicio Abbati, & Donato nuncupata Capite sequente memorabimus.

VI. Ad Chromatium nostrum redit oratio, cujus solicitudo per haec tempora maxime emicuit in gravi causa Joannis Chrysostomi, Sede Constantinopolitana per vim ac injuriam deturbati. Eudoxiae superbae Imperatricis instigatione, ac Theophili Alexandrini & conjuratorum Episcoporum malis artibus, damnatum Sanctissimum Virum anno 403. in Pseudo-Synodo habita in Suburbio Calchedonis ad Quercum, decreto suo Arcadius Augustus exulare jussit. Ingenti terrae motu facto,

Aprilis, ut aliis placet. Litteras easdem refert Palladius in Dialogo de Vita ejusdem Chrysostomi: similesque testatur scriptas ab eo fuisse *ad Venerium Episcopum Mediolani, & ad Chromatium Aquilejae Episcopum*.

Opem Chrysostomo pro sua auctoritate ac dignitate collaturus Innocentius, litteras ad Honorium Imperatorem misit. His Augusti *pietas mota* (verba sunt Palladii) *jubet, Occidentalium Synodum cogi: & cum unam simul sententiam tulissent, eam ad suam pietatem referri.* Congregatos narrat idem Palladius *Italiae* Episcopos. Romae Synodus habita est. Orant vero Patres supplicibus ad Imperatorem oblatis libellis, velit ipse Fratri suo & Imperii consorti Arcadio rescribere, ut jubeat Synodum fieri Thessalonicae; quo facilius utraque pars Orientis, & Occidentis certum ac indubitatum de Joannis Chrysostomi causa judicium ferat. Sanctissimi Viri causam strenue tutabatur Chromatius, cujus Epistolam una cum litteris Romani Pontificis delegit Honorius, ut eas ad Arcadium mitteret. Haec ad annum 405. pertinent. Ait vero Honorius in Epistola ad Arcadium: *Quaenam enim sit Occidentalium de Joanne Episcopo sententia, ex omnibus Epistolis, quae ad me scriptae sunt, duas subjunxi, unam Romani, alteram Aquilejensis Episcopi.*

Romanae Ecclesiae legati, *litteris acceptis Imperatoris Honorii, Innocentii, & Italorum Episcoporum, Chromatii Aquilejensis, & Venerii Mediolanensis, atque aliorum, necnon Commonitorio Synodi totius Occidentis*, publica evectione Constantinopolim profecti sunt. Has Chromatii epistolas puto ab illis diversas, quas memorat Honorius, una cum suis ad Arcadium transmittendas. Fuerint fortasse ad ipsum Chrysostomum datae.

Operam iste rescivit in exilio, quam pro sua causa diligentissime navaverat Aquilejensis Episcopus, qui amplum idcirco ab eodem Chrysostomo elogium, & multas grates anno 406. consecutus est. Ait enim in litteris ad ipsum datis. *Clarissima ferventis tuae ac sincerae caritatis tuba ad nos usque sonum suum diffudit .... Nec nos, licet alioqui tam longe dis-*

nus conscendit. Aquileja discedit Rufinus. In Ravennensi Monasterio Pineti diversatur. Alarico Gothorum Rege urbem Romanam & Campaniam depopulante, transit in Siciliam, ubi diem extremam claudit.

I. SANCTISSIMAM denique vitam, laboresque multos præclarosque pro Ecclesia universa & Aquilejensi Chromatius consummavit, cujus memoria die 2. Decembris colitur in Ecclesiæ fastis. Vitæ ejus terminum figit Dandulus anno Christi 407. Hanc epocham indicari a Paulino Nolano in Epistola ad Rufinum data, infra dicendum est. Tenuisse Chromatium addit Dandulus Ecclesiam Aquilejæ, *annis* XVIII. *jam ex invasionibus Barbarorum plurimum Italia perturbata*. Prima scilicet vice Alaricus anno 400. irrupit in Italiam, longe lateque vastatis agris Aquilejensibus: neque recessit in Pannoniam, nisi post pugnam ad Pollentiam, Liguriæ oppidum. Eamdem postea regionem anno 404. aut insequente tentavit Radagaisus, alter Gothorum Rex, qui multis vastatis locis occubuit in Thuscia. De secunda Alarici irruptione mox agendum.

NONNULLA vulgata feruntur Opuscula, quæ Chromatio tribui solent. Plures ab eo datas ad Innocentium Pontificem, Ambrosium, Hieronymum, Joannem Chrysostomum memoravimus epistolas, quæ perierunt. Ejusdem, & *Heliodori* nomine Epistolam ad Hieronymum scriptam recitat Baronius in Præfatione ad Martyrologium Romanum Capite V. in qua postulare perhibentur probatissimi Præsules: ut *famosissimos Feriales de Archivio S. Eusebii, Cæsareæ Palæstinæ Episcopi, inquirens, Martyrum dirigat festa*. Hanc cum Hieronymi Responsione inter spurias merces jure meritoque rejicit Annalium parens. Prodierunt etiam inter Opera Hieronymi sub eorumdem *Chromatii & Heliodori* nomine ad eumdem Epistola, ejusdemque ad illos Responsio de libris *Apocryphis*, videlicet *De ortu Mariæ Reginæ Virginis, simul & Nativitate atque infantia Domini nostri Jesu Christi*: quæ Criticorum omnium calculis suppofititiæ habentur ac spuriæ. Denique Petrus Wastelius Carmelita in Vindiciis Joannis Jerosolymitani, Chromatio *Homilias nonaginta* adjudicat, quæ inter Opera Chrysostomi editæ sunt: cui tamen calculos nostros adjicere, non licet. Ejus etiam *Expositionem orationis Dominicæ* sistit Henichius Parte II. Historiæ Ecclesiasticæ, ut refert Gottfridus Olearius in Bibliotheca Scriptorum: quo de Opere mentio infra recurret.

ALIA feruntur opera, vel potius Operum fragmenta, sub ejus nomine sæpius vulgata, quæ Tomo V. Bibliothecæ Patrum Lugdunensis hoc ordine recensentur: I. *De octo Beatitudinibus, seu in Caput* V. *Matthæi*. II. *In Caput* V. *integrum ejusdem Matthæi, ac partem Capitis sexti*. III. *In Caput tertium Matthæi*. Primum opusculum est Homilia, occasione nundinarum habita. Incipit: *Dat nobis, Fratres, conventus hic populi, & mercatus frequentia occasionem proponendi Sermonis Evangelici*. Seligitur sermo Christi apud Matthæum de octo Beatitudinibus. Desinit: *Ut autem verbis finis cum præfatione concordet, si est gaudium Mercatoribus propter lucra præsentia & caduca, magis gaudeamus omnes & lætemur, quia tales Domini hodie invenimus margaritas, quibus nulla possint bona seculi comparari. Quas ut aquirere, obtinere, possidere mereamur, auxilium nobis & gratia cum virtute ab ipso Domino postulanda est, cui sit gloria in secula seculorum Amen*. Doxologiam animadverte.

QUÆ duo sequuntur, fragmenta sunt Commentarii in Evangelium Matthæi. Doxologia superius memorata, qua finis imponitur Homiliæ *de octo Beatitudinibus*, frequentius legitur in duobus reliquis fragmentis, aut eisdem aut consimilibus verbis concepta: nempe, *Cui laus & gloria in secula seculorum Amen;*

beantur.

INTER Homilias in Caput quintum, & sextum Matthæi Expositio Dominicæ Orationis habetur; quæ num eadem sit, ac illa quam Henichius proponit, consulere poterit qui Ecclesiastica potitur ejusdem Historia. Hæc eadem Opera in aliquibus editionibus inscribuntur titulo *Chromatii Romani Episcopi*. Hinc plerique Viri docti eadem Chromatio nostro abjudicanda censent. Titulum eumdem exposuimus Capite x. num. 2.

II. CHROMATIO succedit Augustinus. Initæ Sedis tempora, Præsulis patriam, morumque ac litterarum præstantiam declarat Dandulus in Chronico: *Augustinus*, inquiens, *Episcopus Aquilejensis inthronizatus est anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu-Christi* CCCC. VII. *quia plebs catholica ex Barbarorum invasione plurimum agitata, una cum Clero ad fidei suæ robur, hunc origine Beneventanum, Virum orthodoxum, & Divinis Scripturis satis eruditum, sibi in Pontificem elegerunt*. Brevissimum est elogium, quod in Chronico Aquilejensi legitur: *Chromatio successit Augustinus Patriarcha, qui post annos* XIX. *ab ordinatione sua, aucto populo Dei, cum Sanctis in pace quievit*.

SEDIS initium pendet ex anno emortuali Chromatii inferius designando. Tum vero imperium Orientis adhuc tenebat Arcadius, cui anno 408. post Calendas Majas Junior Theodosius successit: regebatque Honorius Occiduas partes, quas Barbarorum turbæ populationibus & incendiis vastabant. Patria *Beneventanum* vocat Augustinum Dandulus; cujus rei certa, ac vetusta desunt monumenta. Novemdecim Sedis annos numerat Chronicon Aquilejense; novem alios addit Chronista Venetus: *Augustinus*, inquiens, *Episcopus Aquilejæ, suæ inthronizationis anno* XXVIII. *defunctus est*.

CHROMATIO non Augustinum, sed Nicetam numerat immediate suffectum Ughellus in Italia Sacra. Errasse Virum, bene & optime de Ecclesiis Italiæ meritum, evincunt allegata Chronica, quibus consonat Catalogus Forojuliensis, quem juxta formam Diptycho-

B causa, ut exitu sollicitudinis laboraret, ac incertus & anceps fluctuaret Rufinus ubi diversaretur, nisi Chromatii obitus? Aquilejæ commorari nolebat post mortem Sanctissimi Episcopi, quem patrem amantissimum expertus fuerat. Romam proficisci constituerat: neque tamen hæc illius firma erat sententia. Unde pergit Paulinus: *Det nobis Dominus, a Domino lætificari quam primum de actu nostro.... Et incipiamus tamen sperare fructum præsentiæ vestræ, si vos certi esse de vestra sententia, vel Domini circa vos placito cœperitis*. Nondum ergo, quam sibi deligeret sedem, decreverat Rufinus.

QUO anno prædicta Paulini Epistola scripta fuerit, inquirendum est. Temporis nota in eadem subindicari videtur, ubi hæc habentur:
C *Nobis autem etsi pro tua caritate præsumptio sit, quia remeaturus ad Orientem non feres, invisitatis nobis, abire; tamen de peccatis nostris metus est, ne etiamsi tam nobis vicina filia Babylonis avertat*. Discimus, Rufinum jam tum animo statuisse regressum in Orientem. Non alia ibidem intelligitur *Filia Babylonis*, nisi Roma. Sensum declarat ipse Paulinus in Epistola XXIX. alias X. ubi loquens de Melania Seniore, quæ Jerosolymis relictis, in Italiam ac Romam remigraverat, sic ait: *Hanc ergo filia Sion* (Jerusalem) *hactenus habuit, & desiderat: nunc filia Babylonis* (Roma) *habet, & admiratur*. Rogat ergo Rufinum Paulinus, ut profecturus ipse in Orien-
D tem, se inviso, non abeat: simulque tamen veretur, ne Roma, etiamsi vicina ipsi Paulino Nolæ degenti, ipsum avertat.

CAUSAM scilicet *metus*, quam profert Paulinus, pronum est intelligere novam Alarici Gothorum Regis irruptionem, quæ Rufino impedimento foret, quominus Romanum iter aggrederetur, ac inde Nolam pergeret. Atqui Stilicone, qui Gothos in Italiam acciverat, decimo Calendas Septembris anni 408. interfecto, occupavit Alaricus Portum urbis: eodemque anno ad finem vergente Romam prima cinxit obsidione, ut ex Zosimo colligunt Viri rei Chronologicæ peritissimi. Iterum anno insequente 409. ad obsidium Romæ contendit Rex Gothus:

fidenti *Fratris* titulo ipsum appellat, neque verbum habet quod ejus indicet pastoralem sollicitudinem ac dignitatem. Objecta proferunt illi, quæ adversari videntur, & expediunt. Paucis expendere liceat, quod habet Pagius ad Annum CCCC. III. num. 10. ab eisdem prætermissum. Verba refert Pelagii anno 417. ad Innocentium Papam, cujus obitum ignorabat, scribentis: nempe, *Legant illam Epistolam, quam ad Sanctum Virum Paulinum Episcopum ante duodecim fere annos scripsimus.* Hoc Epistolæ fragmentum profert Augustinus in Libro de Gratia Christi Capite XXXV. Duodecim illi anni si retro numerentur, annus colligitur Christi 405. quo ad Paulinum *Episcopum* scribebat Pelagius. Ita sane: de tempore annoque datæ Epistolæ dubium nullum. At cum anno 417. testatur ille, se *ad Sanctum Virum Paulinum Episcopum scripsisse*, dignitatem significat, qua potiebatur ille anno, quo ad Innocentium scribebat, non anno quo ad Paulinum scripsit.

Quæ cum obiter admonere pretium operæ fuerit, jam postremo loco colligere liceat, anno circiter 408. vel etiam superiore, ut habet Dandulus, Chromatium e vita migrasse: ipsumque idcirco Rufinum *in æstu solicitudinis, & incerto morarum Romam petere judicasse*: neque tamen de concepta *sententia certum* fuisse.

IV. In Epistola citata XLVI. Rufinum postulaverat Paulinus, ut sibi *Capitulum illud ex Genesi* interpretaretur, *quo Judas a Jacob benedicitur*. Opus injunctum perfecit ille, quod est *Liber primus de Benedictionibus*. Iterum data Epistola XLVIII. alias XLVII. quam numero superiore expendimus, novum ab amico petit opus: *Ut benedictiones*, inquiens, *duodecim Patriarcharum, cujus jam principium mihi, exposita circa personam Judæ prophetia, triplici ut jussum est interpretatione conscriptis paginis edidisti, per reliquos filios distributam digneris exponere.*

Romæ non fuisse Rufinum, neque in suburbanis, cum hæc scriberet Paulinus Nolanus,

mihi doloris infligeret, si reddere moraretur litteras tuas, præmisit eas ad me . . . Quadragesimæ diebus in Monasterio Pineti positus, hæc rescripsi ad te. Admonet Norisius in Historia Pelagiana Libro I. Capite II. Pinetum esse locum suburbanum extra Portam Angelicam primo ab Urbe lapide; ipsumque vulgo *Pigneto* Romanis nuncupari. Quo etiam in loco post Anastasii mortem anno 402. exceptum fuisse Rufinum, putat. Norisianos Chronologiæ calculos annus convellit, quo prædictas Rufino scripsit Epistolas Paulinus. Anno scilicet 408. vel 409. datæ sunt. Atqui præterea si tam prope Romam locus Pineti erat, ubi Rufinus diversabatur; cur Cerealis, qui Nola *ad Sanctum Petrum* Romam redibat, dubius incertusque hærebat, eodem teste Paulino, num ad ipsum Rufinum *perrecturus foret?* Cur ipse acceptas a Paulino litteras non detulit Rufino, sed *præmisit*, utique per alium? Longe nimirum Roma dissitus erat Presbyter Aquilejensis.

Pineti situm nos docet ipse Rufinus in Præfatione ad Regulam S. Basilii, quam Urseio Abbate postulante latine vertit: *Adventantes*, inquiens, *de partibus Orientis . . . . Monasterium tuum ingressi sumus, quod superpositum angusto arenosi tramitis dorso, hinc atque hinc passivi & incerti maris unda circumluit: rara tantummodo latentes locos eminus arguit pinus; ex qua & Pineti clarum nomen seculo dedit.* Discimus 1. ex Oriente anno 397. Rufinum appulsum, antequam Romam fortasse concederet, dies aliquot duxisse in Monasterio Pineti, hospitio exceptum ab Urseio Abbate. 2. Locum istum ad mare positum esse, adeoque longe diversum a Pineto agri Romani extra portam Angelicam. Ad hunc igitur locum, postquam Aquileja discessit, redierat Rufinus.

Is denique absque dubio locus fuerit, quem eodem appellatum nomine constituit Anonymus Valesianus, post Ammianum Marcellinum editus, prope Classem Ravennæ juxta mare.

ripiebat Campaniam, incendebatque Rhegium Calabriæ, idest anno 410. in Siciliam pervenerat Rufinus, ibique degebat cum Piniano ejusque familia. Hæc narrat ipse Rufinus in Prologo latinæ versionis Homiliarum Origenis in Librum Numerorum quem typis edidit Henricus Valesius inter Notas in Librum VI. Historiæ Eusebianæ, inscribendum *Donato*, non *Ursacio*, ut ex contextu patet. Verba sunt: *Promisisse me memini, ut si quæ sunt Adamantii senis in Legem Moysi dicta, colligerem atque ea latino sermone nostris legenda* maris itinere in Siciliam perrexerit, ut jungeretur Piniani cœtui, quem *pro amore pudicitiæ*, ut ait ipse in eodem Prologo, *profugum comitabatur*, ignotum. Obiit vero paullo post in eadem Insula. Obitus ejus meminit Hieronymus in Procemio Commentariorum in Ezechielem; quos anno 411. confectos, peritiores tenent Chronologi, his verbis: *Scorpiusque inter Enceladum, & Porphyrium Trinacriæ humo premitur*. Nondum scilicet extingui in Sanctissimo sene igniculi potuerunt, quibus in Rufinum olim incaluerat.

CAPUT XIV.

Gradense Castrum in æstuariis ædificasse fertur Augustinus. Libellus Pelagianorum Augustino oblatus. Varia Scriptorum de eodem libello judicia. Retinendum videtur nomen Augustini, Aquilejensis Episcopi: cui prædictum libellum obtulerint Presbyteri, detrectantes latæ in Pelagium & Cælestium sententiæ subscribere. An iidem fuerint Episcopi? Animadversiones in duo suprema errorum capita. An Rufinus præluserit Pelagianis?

I. AUGUSTINI nostri ætate, qui Aquilejensem post Chromatium regebat Ecclesiam, auctore Dandulo, Gradense castrum conditum fuit in æstuariis Adriacis, ut asyli locum haberent Aquilejenses, qui Gothorum populationes experti fuerant, Hunnosque timebant in Pannonia & Norico ferocientes. Rem narrat Chronista Venetus his verbis: *Urbis Aquilejæ Proceres ad aquas venerunt Gradatas, & in littore Castrum spectabile construxerunt, quod ab aquarum nomine Gradus appellatum est*. Origo loci, tametsi vetusto non pateat documento, indicanda erat: in quo Aquilejenses Metropolitæ, Langobardorum declinantes rabiem primo Cathedram sedemque posuerunt; ac nova postmodum Ecclesiastica Metropolis emersit, quæ cum ipsis Aquilejæ Antistitibus de jure Metropolitico diu certavit.

II. HOC tempore Pelagiana hæresis sanctam Dei Ecclesiam perturbabat, neque Vaticano percussa fulmine putrem animam efflaverat. Latæ a Zosimo in Pelagium & Cælestium condemnationi subscribere Julianus Eclanensis Episcopus, aliique per Italiam complices detrectabant. Turbas in Aquilejensi Provincia motas sequens indicare videtur Pelagianorum Libellus, quem Sirmondus ex codice Veronensi *propria manu* descripsit, vulgavitque consodalis ejus Garnerius inter Fidei libellos a Pelagianis confectos, oblatosque.

IN quatuor partes tribuitur: Primam, *De Sanctissima Trinitate, Incarnatione Verbi, & aliis Symboli articulis*: Secundam, *De Gratia Dei & libero humanæ voluntatis arbitrio, de natura hominis, nuptiarum institutione, peccato originali, & Sanctis Veteris Testamenti*: Tertiam, in qua habetur *reprobatio alienorum dogmatum*: Quartam, ubi *excusatio* legitur *Pelagianorum, provocatio ad Plenariam Synodum, prætextus non subscribendi, detortum Joannis Chrysostomi testimonium adversus peccatum*

ut nobis secundum regulam Catholicam visum est, vestræ Sanctitati conscripta transmisimus, quæ si aliter putatis tenenda, rescribite: sin autem contradici istis non potest, & tamen aliquis voluerit contra nos scandalum concitare, certa sit Sanctitas vestra, nos ad audientiam Plenariæ synodi provocasse. Hisce refractariis impositam fuisse colligimus necessitatem, subscribendi hæreseos damnationi. Hanc imposuerat Zosimus anno 418. quo celebrem dedit Epistolam, quam *Tractoriam* vel *Tractatoriam* vocant. In ea *Cælestius Pelagiusque* (verba sunt Marii Mercatoris in Commonitorio) *damnati sunt*: eademque *Constantinopolim, & per totum Orbem missa, subscriptionibus Sanctorum Patrum est roborata.*

B

PERGUNT libelli Auctores: *Illud autem Sanctitatem vestram specialiter admonemus, ne ad vestram reprehensionem factum putetis: quod sic absentum damnationem ob Dei timorem subscribere non audemus... Unde & Sanctus Apostolus Paulus judicandi regulam Episcopis sanciens ait: Adversus Presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.* Causam pertexunt, cur latæ subscribere damnationi renuant. Quibus ex verbis colligere sibi posse videtur Garnerius, Episcopos fuisse qui hunc edidere libellum fidei ob allegatam judicandi regulam Episcopis a Paulo Apostolo sancitam. Rem eamdem ut ostendat, ponderanda verba proponit, quæ sequuntur: *Quamvis igitur Sacerdotalis officii sit & Christianæ caritatis, eos qui se libellis purgant, catholicos confitentur, & damnabilia sibi objecta condemnant, libera auctoritate defendere, & in dubiis rebus de unoquoque meliora sentire: tamen dudum promissam æqualitatis libram mediam inter utrumque servantes, nec damnamus inauditos, nec defensamus absentes.* Ubi sibi jus ferendæ sententiæ vendicare videntur: quam tamen suspensam volunt, non damnando inauditos, non defensando absentes.

C

POSTREMA verba sunt: *Illud etiam, Sancte ac Venerabilis Frater & Pater Augustine, necessario respondendum putavimus, quod beatæ memoriæ Episcopum Joannem in Epistola*

D

gentius expendendum est. Pro nostro Augustino Aquilejensi fert sententiam Henricus Noris in Censura, quam adornavit *in Notas Garnerii*, nuncupavitque Antonio Magliabecco. " Nam id temporis, inquit, celebris erat Augustinus Aquilejensis, Primas Venetiarum, Istriæ, Norici utriusque, & Rhetiæ primæ... Cum vero Zosimus anno 418. Pelagianos damnasset, Encyclicas ad Aquilejensem, & Mediolanensem Primates misit, ut easdem suis in Diœcesibus publicarent.... Hinc Augustinus, Primas Aquilejensis, Apostolicæ Sedis contra Pelagianos decretum cum litteris ad suarum Provinciarum Episcopos misit, quorum nonnulli, cum Pelagianis erroribus tenerentur, memoratum fidei libellum ad Augustinum Primatem dederunt. " Eadem de re Norisius idem scripsit Antonio Pagio in Epistola I. quam cum aliis vulgarunt Fratres Ballerini Veronenses Tomo IV. Operum ejusdem. " Garnerius, inquit, suis in Marium Mercatorem notis libellum supplicem inseruit, a Pelagianis ad suum Primatem scriptum, qui *Augustinus* ab eisdem nuncupatur. Garnerii errorem correxi in calce *Censuræ* in ejusdem Notas ad Inscriptiones Epistolarum utriusque Synodi Africanæ contra Pelagianos. " Hinc Norisii sententia est: Augustino Aquilejensi oblatum esse libellum fidei a nonnullis Comprovincialibus Episcopis, qui Pelagiana pice tincti erant, renuebantque amplecti damnationem Pelagii & Cælestii.

PUTAVERAT laudatus Garnerius, *Augustini* loco legendum esse *Zosimum*, eidemque Romano Pontifici prædictum ab Juliano Eclanensi & Complicibus Episcopis transmissum libellum; quos Pelagianæ hæreseos damnationi subscribere noluisse, notum est compertumque. Quatuor ille tunc temporis florentes Episcopos memorat, (nec enim ad Augustinum Aquilejensem mentis oculos converterat,) quibus libellus idem offerri potuerit: insignes duos ob Sedis Apostolicæ dignitatem auctoritatemve, Zosimum, & Bonifacium: itidemque duos ob strenuam in Pelagianorum causa navatam ope-

reliqui Complices ejus, subscribere detrectantes, consentaneosque se nolentes iisdem Patribus facere, non solum Imperialibus legibus, sed & Sacerdotalibus statutis depositi atque exauctorati, ex omni Italia deturbati sunt. Ex quibus plurimi resipiscentes, & a prædicto errore correpti, regressi sunt supplices ad Sedem Apostolicam, & suscepti suas Ecclesias receperunt. En Epistolam Zosimi, qua Cælestius Pelagiusque damnati sunt, per totum orbem missam, Patrum subscriptionibus roborandam. En Julianum Eclanensem, qui latæ damnationi subscribere detrectat. En alios Episcopos refractarios, qui se facere subscribentibus Patribus consentaneos nolebant. Hos *decem & octo* numerat S. Augustinus.

QUID plura? Zosimo Pontifici libellos duos, aut duas Epistolas Julianus, itemque libellum aut Epistolam Rufo Thessalonicensi Julianus ipse & decem & octo complices Episcopi offerunt. Testes habemus Augustinum, ipsumque Julianum. Ait ille Libro I. ad Bonifacium Zosimi successorem contra duas Epistolas Pelagianorum: *Hæc autem, quæ duabus Epistolis eorum respondeo; uni scilicet, quam dicitur Romam misisse Julianus, credo, ut per illam quos posset, suos aut inveniret, aut faceret; alteri autem, quam decem & octo velut Episcopi participes ejus erroris .... ausi sunt Thessalonicam scribere ad Rufum.* Epistolam Juliani, quæ Romam dicebatur ad Sedem Apostolicam missa, refellit Augustinus Libro I. citato: alteramque in tribus libris, qui sequuntur. Ab utraque tamen libellum, quo de agimus, longe lateque diversum ultro fatentur laudati scriptores; cum sententiarum nulla, quas magna copia decerptas refert & expendit Augustinus, in libello occurrat.

PRIMAM Epistolam ab Augustino refutatam inficiari videtur, suam esse Julianus; tametsi fateatur, duas ad Zosimum destinasse Epistolas. Inquit enim apud eumdem Augustinum Libro I. Operis imperfecti num. 18. *Facit quoque* (Augustinus) *Epistolæ mentionem, quam a me ait Romæ* fuisse directam (illam scilicet, quæ Libro I. ad Bonifacium refellitur.) *Sed per verba quæ posuit, nequivimus quo de scripto loqueretur agnoscere. Nam de omne genus hominum moriatur, neque per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgat, contra Apostolum sentit.* II. *Jure igitur improbatur, quod huic sententiæ contradicit, quæ ait: Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: Item quod peccatum Adæ ipsum solum læsit, & non genus humanum; & hæc sententia a nobis merito refellitur, non enim soli ipsi, sed generi humano obfuisse credendum est.* III. *Quod infantes in eo statu sint, in quo Adam fuit ante prævaricationem, inter indisciplinatas reputo quæstiones: non enim per omnia in eo statu sunt qui nascuntur hodie, in quo Adam fuit ante peccatum; quamvis & ipsos opus Dei esse, sicut & ille, negari non possit.* IV. *Adam enim mortalem factum, qui sive non peccaret, fuisset moriturus, nec hoc est ratione subnixum. Credendum est enim, immortalem quidem factum: sed qui si non peccasset, per gustum ligni vitæ virtutem posset immortalitatis adipisci.* Hæc ajebat Julianus in Epistola secunda, quam Romam transmiserat. Nihil horum, quæ tot amplis verbis in eadem Epistola dictata legimus, habetur in libello. Brevi sententia in illo condemnatur, *quicumque asserit, quod neque per Adam omne genus hominum moriatur, neque per Christum omne genus hominum resurgat:* ac postremo loco generatim repudiantur, *si quæ sunt alia, quæ vel contra fidem Catholicam veniant, vel ad indisciplinatas pertineant quæstiones.*

ACCEDIT, libellum eumdem a pluribus, communi eorum nomine, confectum oblatumque esse, ut satis declarant sententiæ plures, quas decerptas ex quarta parte protulimus, proque certo habent laudati Scriptores. Suam vero dedit Julianus Epistolam nomine proprio, ut quisque colligat ex tertio Excerpto, ubi sic loquitur ille: *Quod infantes in eo statu sint, in quo Adam fuit ante prævaricationem, inter indisciplinatas reputo quæstiones.*

IV. JAMVERO, mea sententia, actum videtur de *Zosimi* nomine, quod in Libello, veluti a Juliano & complicibus oblato, reponendum censebant Garnerius & Monachi Editores Operum S. Augustini. Retinendum arbitror *Augustinum*, Aquilejensem Episcopum,

Aquilejensis Provinciæ, qui dudum ante Magni Leonis Pontificatum Pelagiana sive Cælestiana hæresi implicati fuerant. Istos ergo libelli Auctores quidni dixerimus? An illi duntaxat, an suis Episcopis juncti libellum eumdem Metropolitano Augustino obtulerint, sequente numero dicendum est.

ANTEQUAM novis conjecturam muniamus argumentis, libelli titulum ac finem proponimus, & expendimus. In Codice Veronensi, quo Sirmondus usus est, in loco Tituli quatuor has litteras ex evanescentibus quibusdam figuris exprimi posse putavit, IVLI: quæ scriptum, ut ait Garnerius, a Juliano libellum loquuntur. Non ita. Imo verius conjiciunt Monachi S. Mauri Tomo X. Operum S. Augustini in Appendice, scriptum fuisse: *INcipit Libellus Fidei*; quandoquidem in fine legitur, *Explicit libellus fidei S. I. C.* Tres postremas litteras Garnerius interpretatur, *Siculorum*. At *fortasse melius* (inquiunt illi) *interpreteris*, *Sacerdotum Jesu Christi: haudquaquam enim credere par est*, *Pelagianos Antistites*, *quorum princeps Julianus fuisset*, *Italus nimirum Episcopus*, *Siculos se dixisse*. Eadem est Tillemontii interpretatio, quæ libelli Auctores pariter exhibet nonullos *Sacerdotes Jesu Christi*, seu Presbyteros secundi ordinis ac throni.

ITA vero se rem habuisse, verisimillimum est. Zosimi Romani Pontificis *Tractoriam*, sive *Tractatoriam* Epistolam, in qua Pelagius Cælestiusque damnati sunt, Roma accepit Augustinus Metropolitanus Aquilejensis, ut eam ad Provinciæ Episcopos, eorum ac Presbyterorum subscriptionibus roborandam, pro officio transmitteret. Litteras addidit proprias, quibus Joannem Chrysostomum promeritis laudibus exornabat. Ac sane Sanctissimi Episcopi laudes celebrare, utpote qui *non solum non destruxerit Ecclesias*, *sed etiam confirmaverit*, decebat Episcopum nostrum Aquilejensem; tum quia magno ipsum in pretio videbantur habere Pelagiani, ejusque abutebantur contra peccatum originale testimonio: tum quod maxime causam ejus, dum viveret, strenue *quis voluerit contra nos scandalum concitare*, *certa sit Sanctitas vestra*, *nos ad audientiam Plenariæ Synodi provocasse*. Contra proprios Episcopos, qui Pelagianæ hæreseos damnationem urgebant, muniunt se libello ad Metropolitanum transmisso: ac inde provocant ad Plenariam Synodum.

V. FACESSERE negotium videntur verba jam indicata, ex quibus colligit Garnerius, Episcopali emicuisse dignitate Auctores libelli, qui latæ in Pelagium & Cælestium sententiæ subscribere pertinaciter detrectabant. Inquiunt illi: *Absentum damnationem subscribere*, *se non audere:* id vetare *judicandi regulam Episcopis* ab Apostolo Paulo *sancitam:* consonum esse, ut *æqualitatis libram inter utrumque servantes*, *nec damnent inauditos*, *nec defensent absentes*. Hæc sonant jus ferendæ sententiæ circa doctrinam fidei: quod Episcopis convenire, ignorat nemo. Non ita liquido constare credimus, quod sibi colligere videtur Garnerius; cum prædictis verbis nil aliud fortasse exhibeatur, quam Pelagianæ hæreseos atque Pelagii & Cælestii damnatio, seu subscriptio damnationis, quam Tractoria sua Epistola imperaverat Zosimus, exposcebat Augustinus Metropolitanus, ac singulis in Diœcesibus Episcopi postulabant. Hanc damnationem, aut damnationis subscriptionem libelli Auctores, licet secundi ordinis Presbyteri, sententiam vocant, quam in absentes & inauditos ferre detrectant, ne violare videantur Apostolicam regulam Episcopis & cuique sententiam ferenti sancitam. Pertinaciæ scilicet prætextum a Juliano & Complicibus didicerant, qui lato contra Pelagium & Cælestium judicio easdem ob causas impudentissime detrahebant, quorum temeritatem pluribus in locis comprimit Augustinus Hipponensis.

MAGNI ergo Leonis Epistolæ inhærentes, quæ lucem affert, ut libelli Auctores & Episcopum Metropolitanum cui libellus oblatus fuit facilius dignoscamus, non Episcopos fuisse arbitramur, sed illos *Presbyteros*, quos *Pelagiana sive Cælestiana hæresis habuit implicatos*.

litæ, in cujus calce se nuncupare *Sacerdotes Jesu Christi* voluerunt. Animadvertenda sunt Leonis Magni verba loco citato, queis narrat: Presbyteros & inferiores Clericos communionem obtinuisse catholicam ab aliquibus Provinciæ Aquilejensis Episcopis, quin ulla *ab eis damnatio proprii exigeretur erroris: & pastoralibus excubiis nimium dormitantibus, lupos ovium pellibus tectos in ovile Dominicum, non depositis bestialibus animis, introisse.* Nimium certe desides in negotio fidei nonnulli ex eadem Aquilejensi Provincia Episcopi hoc loco notantur. Fuerint ergo tam ignavi & dormitantes Præsules Pelagiana hæresi implicati: iidemque damnationi Pelagii & Cælestii subscribere detrectaverint.

NUMERARI fortasse possunt inter *decem & octo* illos, qui cum Juliano Eclanensi turbas movebant, quorum nomina quatuor duntaxat recenset Nestorius in Epistola, quam Cælestino Romano Pontifici scripsit, *Juliani, Flori, Orontii, & Fabii*: duos alios addit Synodus Ephesina in Epistola Synodica ad eumdem Cælestinum, *Persidium & Marcellinum*: latent cæteri. Docet nos quidem Magnus Leo, nullos ex Aquilejensi Provincia extitisse Præsules, qui ejus ætate hæresim Pelagianam profiterentur: unde errore *implicatos* numerat ille *Presbyteros, Diaconos, ac diversi ordinis Clericos*, non Episcopos. Verum novimus quoque, Mario Mercatore teste, inter eosdem Episcopos, qui Pelagianam damnare hæresim renuebant, *plurimos resipuisse, & a prædicto errore correptos, supplices ad Sedem Apostolicam regressos, & susceptos suas Ecclesias recepisse.* An ergo fuerint ex hoc numero Zosimi Pontificis Romani & Augustini Aquilejensis Episcopi ætate, nonnulli in Provincia Aquilejensi, qui postea *dormitantes* tam facile communionem catholicam Pelagianis Clericis largiti sint, quin eos prius ad ejurandam hæresim cogerent? Aliorum esto judicium.

VI. JULIANI certe & complicium sectabantur partes, doctrinam, & pervicaciam Aquilejenses prædicti Presbyteri, aut Episcopi Presbyteris juncti, qui libellum Augustino Metropolitano obtulerunt. Id evincunt suprema duo capita Pelagiani dogmatis, quæ in Libel-

cati est, non ipsum peccatum quod est mors animæ, per unum hominem in omne genus
B humanum transire: Eumdem errorem amplioribus verbis a Juliano expositum legimus in Excerptis apud Marium Mercatorem. Doctrinam eamdem Pelagianam paullo mitiorem adoptant libelli, quo de agimus, Auctores, ultro condemnantes: *quicumque asserit, quod neque per Adam omne genus hominum moriatur, neque per Christum omne genus resurgat.*

INSUPER *Baptisma secundum exemplum Ecclesiæ, & præceptum Dei unum* esse, fatentur iidem in prima ejusdem libelli parte; *quod omnibus*, inquiunt, *simul ætatibus necessarium veraciter & tradimus & tenemus; & veniam peccatorum, ac regnum Cælorum dicimus invenire neminem posse, nisi qui baptismum fuerit*
C *consecutus.* Paria legimus breviore sententia in libello ad Rufum Thessalonicensem tradita apud Augustinum loco citato Capite V. num. 10. *Baptisma omnibus necessarium esse ætatibus, confitemur.* Eadem protulit Cælestius, quæ refert ac refellit Augustinus Libro de Peccato originali Capite V. num. 5. Error ipsorum erat, Baptismatis lavacro actualia peccata remitti, si quæ inveniebantur in adultis baptizandis: idemque Baptisma infantibus necessarium, ad inveniendum regnum Cælorum, aliaque dona gratiæ adipiscenda.

IN erroris præsidium textum proferunt libelli Auctores ex Homilia Joannis Chrysostomi ad Neophytos: Nempe, *Benedictus Deus, iterum dicamus, qui fecit mirabilia solus; qui*
D *fecit universa, & convertit universa. Ecce libertatis serenitate perfruuntur, qui tenebantur paullo ante captivi: & cives Ecclesiæ sunt, qui fuerant in peregrinationis errore: & justitiæ in sorte versantur, qui fuerant in confusione peccati. Non enim tantum sunt liberi, sed & sancti: non tantum sancti, sed & justi: non solum justi, sed & filii: non solum filii, sed & heredes: non solum heredes, sed & fratres Christi: non tantum fratres Christi, sed & coheredes: non tantum coheredes, sed & membra: non membra tantum, sed & templum: non tantum templum, sed & organa spiritus. Benedictus Deus, qui fecit mirabilia solus. Vides, quot sint baptismatis largitates. Et nonnullis*

LAPSUM, malumque dolum patefacit ibidem Augustinus: *Verum hoc*, inquiens, *non tibi tribuerim*, *sed interpreti*: *quanquam in aliis Codicibus eamdem interpretationem habentibus*, *non Peccato*, *sed Peccatis legatur* .... *sed peccato non inquinatos dicere maluisti*, (ita dixerat Julianus, non ita libelli Auctores) *ut unum primi hominis peccatum veniret in mentem*. *Sed suspicionibus non agamus*; *& hic vel scriptoris error*, *vel varietas putetur interpretis*. *Ego ipsa verba græca*, *quæ a Joanne dicta sunt*, *ponam*: *διὰ τοῦτο καὶ τὰ παιδία βαπτίζομεν*, *καίτοι ἁμαρτήματα οὐκ ἔχοντα*; *quod est latine*, *Ideo & infantes baptizamus*, *quamvis peccata non habentes*. Ad ipsum vero textum responsa Augustini sunt: I. Peccata, quæ dicuntur infantes non habere, intellige propria & actualia, quæ in prava consistunt propriæ voluntatis actione. II. Eosdem nihilominus innocentes nuncupari posse, secundum id quod ait Apostolus ad Romanos Capite IX. v. 11. *Nondum natos nihil egisse boni*, *sive mali*: non secundum quod ait ibidem Capite V. v. 19. *Per unius inobedientiam peccatores constituti sunt multi*. III. Facta infantium comparatione cum majoribus ac adultis, quorum propria dimittuntur in Baptismo peccata, illos dici posse non habere peccata. IV. Peccati demum originalis ablutionem non inficiari Chrysostomum: sed hoc ipsum sentire tot aliis in locis, hoc credere, hoc didicisse, hoc docuisse.

IN secunda libelli parte, quid sentiant ejusdem Auctores de Gratia Dei & Jesu Christi, his verbis promunt: *Divinæ legis mandata ob Dei justitiam possibilia dicimus*: *& fatemur*, *universa posse compleri per gratiam Christi*, *quæ omnibus bonis actibus adjutrix semper & comes est*, *& per liberum arbitrium hominum*, *quod & ipsum donum Dei est*. *Quam tamen gratiam Dei ita accipimus*, *ut nec sequatur nolentem*, *nec destituat obsequentem*. Gratiam scilicet illam Dei fatentur, quæ in conditione liberi arbitrii posita est. Gratiam quoque Jesu Christi vocant *adjutricem*, & *comitem*: eamdemque necessariam profitentur, ad *complen*ro 18. *Fortassis ergo*, inquiens, *ipsi eo modo saltem servant locum gratiæ*, *ut sine illa putent*, *hominem posse habere boni*, *sed imperfecti cupiditatem*: *perfecti autem non facilius* (ut Pelagius dicebat) *per illam posse*: *sed nisi per illam omnino non posse*. Hinc gratiam Christi subjiciebat Julianus prævenienti bono voluntatis proposito, studio, ac desiderio virtutis: eamque comitem vocabat eo sensu, quo comitans refertur ad Ducem, ac præeuntem. Hinc etiam Julianus ab errore primævo Pelagii discesserat, aliumque præformavit Semipelagianis postea proprium, quem pariter Libelli Auctores adoptarunt.

C VII. AN hæc Rufinus in Aquilejensi Provincia mala semina sparserit, prælusieritque Pelagianis, celebris quæstio est, quam postremo loco præterire non debemus. Rufinum quemdam Presbyterum, qui fidem catholicam de Traduce peccati inficiabatur, Cælestius Pelagianus appellavit in Judicio Carthaginensi, quod anno 412. habitum est. Acta refert Augustinus in Libro de peccato originali Capite III. nempe, *Aurelius Episcopus dixit*: *Sequentia recitentur*. *Et recitatum est*, *quod peccatum Adæ ipsi soli obfuerit*, *& non generi humano*. *Et cum recitatum esset*, *Cælestius dixit*: *Dixi de traduce peccati dubium me esse*; *ita tamen ut cui donavit Deus gratiam peritiæ consentiam*, *quia diversa ab eis audivi*, *qui*
D *utique in Ecclesia Catholica constituti sunt Presbyteri*. *Paulinus Diaconus dixit*: *Dic nobis nomina ipsorum*. *Cælestius dixit*: *Sanctus Presbyter Rufinus Romæ qui mansit cum Sancto Pammachio*. *Ego audivi illum dicentem*: *quia tradux peccati non sit*. *Paulinus Diaconus dixit*: *Est aliquis alius*? *Cælestius dixit*: *audivi & plures dicere*. *Paulinus Diaconus dixit*: *dic nomina ipsorum*. *Cælestius dixit*: *non tibi sufficit unus Sacerdos*?

RUFINUM Aquilejensem a Cælestio indigitari, sentiunt non pauci Scriptores. Namque is etiam Pelagio præivisse ad errorem *ἀναμαρτησίας*, *impeccantiæ*, notatur ab Hieronymo in Epistola ad Ctesiphontem, & in Procemio

libertate [illegible] cum Hieronymo controversiam: adeoque ea duntaxat potuisse ab Gelasio notari dogmata, ob quæ laudati Viri invicem dissidium habuerunt: nec alia sane proferri posse, quam Origenis doctrinam in Libro de Principiis, ac etiam Sexti Philosophi placita, quæ latine reddidit Rufinus. Litem hac de re motam latiore calamo descripsimus Capite XI. Origeniana quidem commenta damnavit Anastasius Papa: interpretem Rufinum sceleris participem non declaravit. Id unum ut summum evincas, latinam Rufini versionem notari posse; ipsumque redargui, quod latio reddiderit libros, in quibus Pelagiana quædam dogmata præformantur. Alia est animadversio, Origenem Pelagianis præivisse, quoad ἀπαθείας & ἀναμαρτησίας errorem; minime ad culpam quod attinet originalem, quam pluribus in locis disertissime docuit, tametsi fidem catholicam meritis animarum præexistentium demeritisque infuscaverit, fœdaveritque; neque rursus quoad necessitatem divinæ gratiæ, salutares omnes actus prævenientis. Hanc Origenis mentem Doctissimi Viri aperiunt, pluribusque exponunt. Errores hujusmodi latinis hominibus latina versione notos reddidit Rufinus, non docuit, nec propugnavit: neque demum ratio constat, cur denegatæ originalis maculæ insimulari jure debeat.

SYRUM alium Rufinum fuisse Pelagii & Cælestii magistrum, Rufini Aquilejensis vindices ostendere nituntur, Mario Mercatore in testem appellato. Refert ille in Commonitorio: *Motam esse quæstionem contra catholicam fidem apud nonnullos Syrorum, & præcipue in Cilicia a Theodoro quondam Episcopo oppidi Mopsvesteni: Progenitores videlicet humani generis, Adam, & Evam, mortales a Deo creatos, nec quemquam posterorum sui prævaricatione transgressi læsisse, sed sibi tantum nocuisse, seque mandati reos apud Deum fecisse, alterum penitus nullum: Hanc ineptam, & non minus inimicam rectæ fidei quæstionem sub Sanctæ recordationis Anastasio, Romanæ Ecclesiæ Summo Pontifice, Rufinum quondam natione Syrum Romam primum invexisse.* Cum ipse *vero esset argutus, se quidem ab ejus invidia munientem, per se proferre non ausum, Pelagium tunc decepisse, cumque ad prædictam*

[illegible] est, anno circiter 399. tenente Sedem Apostolicam Anastasio. Ex sola nominis, temporis, Romani hospitii, ac fortasse nationis conjectura non audent alii, discipulum Hieronymi tantæ hæreseos auctorem credere, aut suspicari. Alium distinguunt plerique Rufinum: illum videlicet *Palæstinæ Ecclesiæ Presbyterum*, cujus nomine inscriptum libellum fidei Pelagiano scatentem fursure ex vetusto Codice Corbejensi vulgarunt, ac notis illustrarunt Sirmondus, & Garnerius. Hunc etiam libellum Rufino Presbytero attribui in MS. Expositione Heptateuchi, quæ adservatur in Bibliotheca S. Germani de Pratis Parisiensi, admonent Monachi S. Mauri. Operis ejus Auctor est Joannes Diaconus, de quo Viri critici ambigunt, an idem sit ac Joannes Diaconus ille, qui S. Gregorii Magni vitam exaravit. Referunt iidem Monachi Tomo XI. Operum S. Augustini in Addendis & Corrigendis ad Tomum VIII. legi admonitionem in fronte Codicis Corbejensis, qua libellus idem non Rufino, sed Pelagio tribuendus indicitur. Deinde errores Pelagiani in eodem amplissime declarantur: Catholici, qui dissentiebant, modo imprudentiæ reprehenduntur, modo inscitiæ, & insaniæ: ac ea recitantur testimonia Scripturarum, quæ ipsis Pelagianis errorem suum tutantibus insigniora visa sunt. Hinc scriptus libellus videtur, non initio invectæ hæreseos, sed diu post excitatam & incalescentem quæstionem a Pelagiano quodam Viro.

REDIGI fortasse possunt in concordiam tot opiniones Virorum illustrium, si dixerimus, (quod etiam nonnullis arridet:) Rufinum, quem Cælestius, & Marius Mercator appellant, esse Aquilejensem: huic vero errorem, peccati traducem negantem, per calumniam, apertoque mendacio impegisse Cælestium: Marium denique Mercatorem, minus diligenti eorum, quæ sub Anastasio Pontifice Romæ gesta sunt, relatione deceptum, exordia Pelagianæ hæreseos narrasse. Verisimillimum est, Cælestio consilium fuisse, ut ex nomine Rufini Presbyteri, quem solum nominat inter tot alios, quorum nomina proferre nunquam valuit, adeoque Viri tunc notissimi ac celeberrimi, non ita pridem vita functi, magnam errori suo auctoritatem conciliaret. At illa ætate

Rufinum & Presbyterum profert, silet alios: iterumque provocatus, ut eorum nomina dice-

contra Rufinum minus accurate immiscuit confuditque cum hæreseos Pelagianæ exordiis.

CAPUT XV.

Regendam suscipiunt Ecclesiam Aquilejensem Adelphus, Maximus, Januarius. Hic Epistola Leonis Magni permotus, Pelagianos Presbyteros, aliosque Clericos comprimit. Annus indagatur, quo eadem Epistola data est. Januario rescribit Leo, ejusque solicitudinem incitat contra delapsos in hæreticorum, & schismaticorum sectam. Alia expenditur Leonis Epistola ad Septimium Altinensem.

I. SUCCESSORES Aquilejensis Metropoleos Episcopos Aquilejense Chronicon sic numerat: *Adelphus Patriarcha sedit annos* IX. *Maximus Patriarcha sedit annos* XX. *Januarius Patriarcha sedit annos* VIII. Loco Maximi Catalogus a Muratorio editus *Maximianum* exhibet.

MAXIMUM prætermittit Dandulus, cæterosque recenset, eisdem Sedis eorum annis retentis, colligatisque cum annis æræ Christianæ vulgaris hoc modo: *Delphinus* (idem ac Adelphus) *Episcopus Aquilejæ laudatus est anno Domini* CCCC. XXXIV. *Hic in Altino natus est, & a S. Heliodoro Urbis Episcopo Diaconus ordinatus, Aquilejam venit: ibique divinis institutionibus cruditus ad Sacerdotium meruit pervenire. Qui nunc defuncto hujus Ecclesiæ Episcopo, acclamatione Cleri & populi Sedem obtinuit .... Hic itaque Delphinus Episcopus annis* IX. *hanc rexit Ecclesiam .... Januarius Episcopus ordinatus est anno Domini Jesu Christi* CCCC. XLIII. *Hic in Pola Civitate Istriæ ortus, & catholicis disciplinis eruditus, Episcopus factus, sua prudentia & doctrina populum sibi subditum propter instantes persecutiones multis angustiis circumseptum ab erroribus conservavit illæsum. In cujus laudem Leo Papa sic ait:* " Lectis Fraternitatis tuæ „ litteris vigorem fidei tuæ, quam olim noveramus, agnovimus: congratulantes tibi, „ quod ad custodiam gregum Christi pastoralem curam vigilanter exsequaris, ne lupi „ qui sub specie ovium subintraverunt bestiali „ sævitia simplices quoque dilacerent „ .... *Huic Januario Episcopo S. Leo Papa scribit: quod Episcopi, & reliqui Clericalis Ordinis, de Pelagiana vel Cælestiana hæresi ad unitatem Catholicam redire volentes, in suis Sedibus non restituantur, nisi publice erroribus abrenunciaverint. Transactisque annis octo in sua Sede, hic Episcopus diem clausit extremum*, anno Christi 451.

MAXIMUM Episcopum, a Dandulo prætermissum inter Adelphum seu Delphinum ac Januarium, loco ac sede sua movendum non esse arbitramur. Ipsum quamplures Chronici Aquilejensis MSS. Codices constantissime numerant: ipsumque habet catalogus Forojuliensis adinstar Diptychorum efformatus, in quo hujus ævi Episcoporum sola nomina hoc ordine recensentur: *Augustinus*, *Adelphus*, *Maximus*, *Januarius*, *Secundus*, *Nicetas*. Vetusta ac probata monumenta præsto non sunt, quæ prædictorum Antistitum patriam confirment. Quod Venetus Chronista litteris mandabat, absque dubio legerat in vetustioribus fortasse Gradensibus Chronicis: adeoque penes ipsum fides esto.

VIGINTI sedis annos, quos Maximo tribuit Aquilejense Chronicon, spongia delendos

nolam Zosimi continens Tractoriam ad Provinciæ Episcopos, eorum subscriptionibus roborandam, transmisit. Anno circiter 444. jam sedebat Januarius: unde spatium temporis patet, regiminis annis implendum, quod Adelphus & Maximus tenuerunt.

II. MEMORATA, quam Januario dedit Leo, sexta est Epistola in editione Quesnellii, alias octogesima tertia. In editis data legebatur ad *Nicetam Aquilejensem*, Codicibus repugnantibus, tum excusis Crabbi, Sicardi, & Isidori, atque Coloniensi; tum manuscriptis duobus Barberinis, Thuaneis tribus, Cantabrigensi, Cisterciensi, Trecopithœano, Antisiodorensi S. Mariani, & Herovalliano Isidori; qui fere omnes, teste Quesnellio, directam Epistolam exhibent ad *Aquilejensem Episcopum*, nomine Præsulis prætermisso. Scriptam Nicetæ non fuisse, cui tamen aliam dedit sanctissimus Pontifex, argumenti ratio, ac temporis nota quæ inde eruitur, probant ac evincunt, ut infra ostendendum est. Hunc vero *Januarium* esse, dicemus: atque *Januario* inscriptam Epistolam, legebat Dandulus in Codicibus, quibus utebatur.

HÆC in Editionibus in quinque tribui Capita solet. In primo sic disserit Leo Magnus: *Relatione Septimii* (Altinensis Episcopi) *agnovimus, quosdam Presbyteros, Diaconos, ac diversi ordinis Clericos, quos Pelagiana sive Cælestiana hæresis habuit implicatos, ita in vestra Provincia ad communionem catholicam pervenisse, ut nulla ab eis damnatio proprii exigeretur erroris:* eosdemque, *quod per auctoritatem canonum, decretorumque nostrorum ne insontibus quidem conceditur, usurpasse, ut relictis Ecclesiis, in quibus Clericatum aut acceperant aut receperant, instabilitatem suam per diversa circumferunt, amantes semper errare, & nunquam in fundamento Apostolico permanere .... Quod utique efficere non possent, si Ecclesiarum Præsules necessariam diligentiam in talium receptione servassent, ne cuiquam eorum evagari in diversa licuisset.*

MANDAT ergo Capite II. ut effrenis Clericorum licentia cohibeatur, ipsique adducantur ad erroris condemnationem: *Ut congregata*, inquiens, *Synodo provincialium Sacerdotum, omnes sive Presbyteri, sive Diaconi, si-*

capite quarto mandat de Ecclesia, quicunque eisdem subscribere detrectarent. Quinto capite revocandam in integrum admonet partem
B illam Ecclesiasticæ disciplinæ: *qua olim a Sanctis Patribus*, inquit, *& a nobis sæpe decretum est, ut nec in Presbyteratus gradu, nec in Diaconatus ordine, nec in subsequenti officio Clericorum ab Ecclesia ad Ecclesiam cuiquam transire sit liberum:* sed *unusquisque .... ubi ordinatus est, perseveret.* His demum verbis finem Epistolæ imponit: *Non autem dubitet dilectio tua, nos si (quod non arbitramur) neglecta fuerint, quæ pro custodia canonum, & pro fidei integritate decernimus, vehementius commovendos: quia inferiorum Ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quam ad desides negligentesque Rectores.*

VIDIT versavitque eam, ac legit sine dubio Photius, qui Magni Leonis contra Pelagianos gesta, quæ per eamdem innotescunt, narrat in recensione Codicis LIII. & sequentis LIV. Primo loco ait: *Scripsit & Leo Romanorum Pontificum de Pelagianistis conversis, oportere si jam redeuntes recipi velint, scriptis tabulis errorem suum detestari.* Hæc in Epistola, qua de agimus, luculentissime scripta legimus; ut lapsus Baronius fuerit, qui litteras easdem periisse crediderit. Loco altero ait rursum Photius: *Cum temporis dein progressu, sectæ hujus* (Pelagianæ) *homines per hæresis suæ abjurationem Ecclesiæ restituti essent; iterum malum ab illis principium sumpsit, ut Septimo Episcopo renascens eadem lues, antequam longius serperet, fuerit reprimenda,*
D *datis ad Leonem Romæ tum Sedem Apostolicam tenentem litteris. Qui Leo ferventi zelo contra impios depugnavit.* Hæc eadem prolatæ litteræ amplissime nos docent: Septimio scilicet Altinensi Pelagianos plures innotuisse, Presbyteros, Diaconos, aliosque Clericos, qui communionem catholicam ambigua superbi erroris professione indepti fuerant: hac ipsum de re Sanctissimum Pontificem Leonem, ut serpenti morbo validam afferret medelam, certiorem fecisse: hunc vero ferventi zelo contra impios depugnasse, datisque ad Episcopum Aquilejensem litteris modum præscripsisse, quo in Ecclesiam redeuntes reciperentur.

SOLICITUDINI Pontificis suam egregie adjun-

seu vii infulis Sixtum Papam, (qui anno 432. successerat Cælestino) *Diaconi Leonis hortatu, vigilanter occurrentem, nullum aditum pestiferis conatibus permisisse*. Novimus etiam, Leonem ipsum, postquam ad Sedem Apostolicam anno 440. evectus est, eodem tempore contra Pelagianos egisse, quo Manichæos insectabatur, teste Prospero, sive Auctore Promissionum & prædictionum dimidii temporis Capite VI. ubi ait: *In Italia quoque nobis apud Campaniam constitutis, dum venerabilis, & Apostolico honore nominandus Papa Leo Manichæos subverteret, & contereret Pelagianos, & maxime Julianum*.

ATQUI vero Magni Leonis apostolico vigore fractos esse Manichæos & Priscillianistas in Hispania anno 447. nos docent ejusdem ad Turribium Asturicensem litteræ, datæ XII. *Kal. Augustas, Calipio & Ardabure VV. CC. Consulibus*. Verum antea in Italia contra eosdem Manichæos agere cœperat. Prosper in Chronico sub Consulibus *Maximo II. & Paterno*, vel *Paterio*, qui annum æræ vulgaris 443. aperuerunt, hæc habet: *Hoc tempore plurimos Manichæos intra urbem latere diligentiæ Papæ Leonis innotuit: qui eos de secretis suis erutos, & oculis totius Ecclesiæ publicatos, omnes dogmatis sui turpitudines & damnare fecit, & prodere*. Ipse Leo in Epistola VIII. *ad Episcopos per Italiam*, data III. Kal. Februarii, *Theodosio* XVIII. *& Albino VV. CC. Consulibus*, idest insequente anno Christi 444. scribit: *Plurimos impietatis Manichææ sequaces, & Doctores in Urbe se reperisse:* eosque *auctoritate, & censura coërcuisse*.

ITAQUE hoc eodem circiter anno 444. impugnare cœpit Leo Pelagianos: eorumque per Septimium Altinensem detecta simulatione, litteras dedit *ad Aquilejensem Episcopum:* ut *nunc saltem, posteaquam hypocrisis eorum ex quadam parte detegitur, ad veram correctionem, quæ & ipsis prodesse & nullis possit nocere, cogantur*. Jam vero quo sederit anno Januarius in Aquilejæ Cathedra, satis patet.

dicibus Thuaneo, Trecopithœano, & Victorino: habentque III. *Kal. Januarii* Codices alii, unus Bellovacensis, ac Thuani tres, quibus addimus Codicem Sanctæ Crucis allegatum a Francisco Blanchinio in Chronologia, quæ habetur Tomo III. novæ Romanæ editionis Anastasii Bibliothecarii. Consules denique notantur *Alipius*, seu Callepius, & *Ardaburius*, qui annum Christi aperuerunt 447. Hoc igitur anno Aquilejensem Ecclesiam adhuc regebat Januarius.

C AMPLISSIMO primum elogio Episcopum nostrum commendat Magnus Leo his verbis: *Lectis Fraternitatis tuæ litteris, vigorem fidei tuæ, quem olim noveramus, agnovimus; congratulantes tibi, quod ad custodiam gregis Christi pastoralem curam vigilanter exsequeris, ne lupi qui sub specie ovium subintrarunt, bestiali sævitia simplices quoque dilacerent: & non solum ipsi nulla correctione proficiant, sed etiam ea quæ sunt sana corrumpant*. Perspicue patet, in aliquo fidei negotio sibi *olim* commisso vigorem Fidei suæ, ac pastoralis curæ vigilantiam maxime ostendisse Januarium. Non aliud fuerit, quam negotium Pelagianorum, qui cum lupi forent, sub ovium specie in communionem catholicam subintrarunt, nulla ipsi correctione proficientes, quæve sana sunt corrumpentes. Hæc alias indicant Leo-

D nis litteras ad ipsum Januarium pridem datas contra Presbyteros, Diaconos, aliosque Clericos, qui in Aquilejensi Provincia, damnatis in speciem Pelagianis erroribus, in Catholicorum consortium recepti, hæresim clanculum restaurabant. Pontifici Maximo significaverat Januarius operam suam, quam adversus luem serpentem adhibuerat: cui litteras præsentes reposuit post aliquot annos idem Leo, quibus de negotio *olim* graviter peracto gratulatur, collaudat vigorem fidei ejus, ac pastoralis curæ vigilantiam; ipsumque demum incitat contra hæreticos quoscumque, temere in Ecclesiasticam communionem irruentes.

QUAMOBREM pergit Sanctissimus Pontifex

Hos ille intelligere videtur Donatistas, nondum ejus ævo contritos. Quod ipse priore in Epistola remedium proposuerat in Pelagianos, B iterum in præsenti adversum hæreticos omnes & schismaticos adhibendum proponit: *Ut sive Presbyteri, sive Diaconi, vel Subdiaconi, aut cujuslibet ordinis Clerici, qui se correctos videri volunt, atque ad Catholicam fidem, quam jampridem amiserant, rursum reverti ambiunt, prius errores suos & ipsos auctores eorum damnari a se sine ambiguitate fateantur.* Canonum decreta innovat, ac indicit custodienda, queis cavetur: *Ut in magno* (iidem Clerici) *habeant beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in quo inveniuntur ordine, stabilitate perpetua maneant: si tamen iterata tinctione non fuerint maculati.* Quæ exceptio spectare videtur Donatistas, aut in C eorum sectam dilapsos, ac iterata apud ipsos Baptismatis tinctione maculatos. Similem exceptionem legimus in Epistola Felicis Papæ III. *ad Universos Episcopos* anno 488. scripta; ubi recipi Episcopos, Presbyteros, & Diaconos rebaptizatos posse, si resipiscant, constituit, dummodo *orationi non modo fidelium, sed nec catechumenorum omnimodis intersint: quibus communio laica tantum in morte reddenda est.* Hoc idem crimen, in quod inciderant in Aquilejensi Provincia nonnulli *ex metu vel errore rebaptizati*, versat Caput Sextum Epistolæ, a Leone Magno non multos post annos ad Nicetam Aquilejæ Episcopum scriptæ.

JANUARIUM deinde hortatur Pontifex, D ut canonum præscripta custodiat, eademque curet implenda: *Proinde Dilectio tua*, inquiens, *cujus devotione gaudemus, jungat curam suam dispositionibus nostris: & det operam, ut circumspecte atque velociter impleantur, quæ ad totius Ecclesiæ incolumitatem & laudabiliter suggesta sunt, & salubriter ordinata.* Ea postremo loco verba sequuntur, quibus hæc, & prior etiam Epistola clauditur: *Non autem dubitet Dilectio tua, nos si (quod non arbitramur) neglecta fuerint, quæ pro custodia canonum & pro fidei integritate decernimus, vehementius commovendos: quia inferiorum Ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quam ad desides negligentesque Rectores.*

dem Leonis Epistola, quæ in editione Quesnellii septima numeratur: traxitque in partes ipsum Quesnellium, & Josephum Antelmium. Hanc ille fictam suppositamque tenet Epistolam; iste quartam decimam, quam superiore numero exposuimus, ablegat inter spurias merces. Septimam eamdem sub oculos integram exhibemus: "Leo Episcopus Septimio „ Episcopo Salutem. Lectis Fraternitatis tuæ „ litteris, vigorem fidei tuæ, quam olim noveramus, agnovimus: congratulantes tibi, „ quod ad custodiam gregum Christi pastoralem curam vigilanter exsequeris, ne lupi „ qui sub specie ovium subintrarunt, bestiali „ sævitia simplices quoque dilacerent: & non „ solum ipsi nulla correctione proficiant, sed „ etiam ea quæ sunt sana corrumpant. Quod „ ne viperea possit obtinere fallacia, ad Metropolitanum Episcopum Provinciæ Venetiæ „ scripta direximus, quibus ad status sui periculum cognosceret pertinere, si quisquam „ de Pelagianorum & Cælestianorum consortio veniens, in communione catholica sine „ professione legitimæ satisfactionis habeatur. „ Saluberrimum enim est, & spiritualis medicinæ utilitate plenissimum, ut sive Presbyteri, sive Diaconi, sive alii cujuslibet „ Ordinis Clerici, qui se correctos videri volunt, errorem suum & ipsius erroris auctores damnari a se sine ambiguitate fateantur: ut sensibus pravis, & dudum peremptis nulla spirandi supersit occasio, nec ullum membrum Ecclesiæ talium possit societate violari, cum per omnia illis professio „ propria cœperit obviare. Circa quos etiam „ illam Canonum constitutionem præcipimus „ custodiri, ne ab his Ecclesiis, ad quas proprie pertinent, sinantur abscedere, & pro „ suo arbitrio ad loca sibi non deputata transire. Quod cum recte non permittitur inculpatis, multo minus debeat licere suspectis. Proinde Dilectio tua, cujus devotione gaudemus, jungat curam suam dispositionibus nostris: & cum supradicto Metropolitano det operam, ut circumspecte ac „ velociter impleantur ea, quæ ad totius Ecclesiæ incolumitatem & laudabiliter sunt suggesta, & salubriter ordinata.„

nis argumentum ducit ex *Provinciæ Venetiæ* appellatione; siquidem nusquam, inquit, ante Metropoleos Aquilejensis divisionem dictus legitur Metropolitanus *Provinciæ Venetiæ*, sed *Istriæ*. Fateor ego, Ecclesiasticam Provinciam Aquilejensem frequenter appellari consuevisse non solum ante, verum etiam post schisma, de quo inferius agendum, Provinciam *Istriæ*: sed neque minus frequenter in vetustis Monumentis dictam legimus Provinciam *Istriæ & Venetiæ*, *Istriæ seu Venetiarum*, *Venetiæ seu Istriæ*. In Fragmento III. Epistolarum Pelagii I. ad Narsetem apud Labbeum, hæc habentur verba: *De Liguribus*, *atque Veneticis*, *& Istriis Episcopis quid dicam?* Legimus in Rescripto Mauricii Imperatoris ad Gregorium Magnum, *Episcopos Istriensium Provinciarum*, itemque *Episcopos Istriæ seu Venetiarum*. Joannes Diaconus in ejusdem Pontificis Vita Schismaticos numerat *Ligures*, *Venetos*, *Iberos*, seu potius *Istros*. Nondum vero dissecta Metropolis Aquilejensis fuerat inter duos Metropolitanos. Ratio accedit, ob quam Leo Magnus Aquilejensem Provinciam appellare potuerit *Provinciam Venetiam*; quod ea ætate in jus Metropolitæ Aquilejensis, cui parebant Istri Episcopi, devenerint quoque Episcopi in Venetia constituti, qui antea Mediolanensi Metropolitano subjiciebantur. Quod aio, Capite XX. ostendendum est. Fieri demum fortasse loco citato Photius, Leonem Septimio scripsisse non indicat: quæve refert ipse Photius, depromere commode potuit ex ejusdem Leonis ad Aquilejensem Episcopum litteris. Non minus præterea cum sexta cohæret epistola quartadecima, ac altera alteri lucem affert: eamque fulcit ac sustinet auctoritas Exigui, & Cresconii, necnon manuscriptorum codicum fides.

REM hanc in medio relinquunt Dupinius, & Tillemontius. Invicem vero si prædictæ comparentur epistolæ, septima, & quartadecima, ac diligentius expendantur; illam potius, quam istam rejiciendam esse, putarem ego. Utraque cohæret cum sexta: major tamen quartædecimæ accedit auctoritas, quam septimæ, ex veterum Scriptorum fide. Vigoris fidei & pastoralis vigilantiæ, quæ notæ *olim* fuerunt Leoni, ac iterum ab eodem celebrandæ occurrunt, maxime conveniunt Januario laus & commendatio: causæque, & occasiones innotescunt, cur ita scripserit Pontifex. Quod elogium sane quo jure, quave data occasione, Septimio tribuendum sit, minime constat. Itaque otiosus impostor fuerit, qui cum animadverteret a Septimio datam fuisse ad Leonem Magnum epistolam, neque Pontificis responsum præsto foret, illud confinxerit, mutuato elogio, mutuatisque iisdem verbis, quæ in altera ad Episcopum Aquilejensem Januarium Leonis epistola leguntur.

CA-

dem successum exhibent Chronica *Secundum*, notatque Dandulus annum æræ vulgaris 451. Hujus chronographiæ calculum, vetusta nulla monumenta præsto sunt, quæ confirment, aut rejiciant. Ait vero Chronista Venetus. *Secundus Episcopus factus est anno Domini nostri Jesu Christi* CCCC. LI. *Hic natione Salicus, Vir fide & scientia approbatus, & in hac Ecclesia diu nutritus & cognitus, nunc defuncto Prædecessore, subrogatur .... Secundus itaque Episcopus in fide sua elapsis* III. *annis spiritum emisit*, anno Christi 454. Salicam Secundi nationem, quam unus profert Dandulus, adprobare non licet, neque respuere.

II. Ejusdem Chronistæ posito annorum calculo, dicendum est, Secundi nostri ætate irruptionem Attilanam in Italiam contigisse, cladem que urbi Aquilejæ ab Attila inlatam, *in concussionem gentium nato*, ut inquit Jornandes. Ferocibus populis post Octarim, ac deinde Roam sive Rugilam imperitabat ille ab anno 434. cum Bletta seu Bleda fratre. Hunc initi Regni Attilani annum designat Pseudo-Prosper in Chronico Imperiali, sive Pithœano apud Canisium ad *Annum* XI. *Theodosii junioris* post Honorium imperantis. Narrat Marcellinus Comes in Chronico apud Sirmondum ad *Indictionem* VIIII. & *Cyri solius Consulatum*, hoc est ad Annum Christi 441. *Hunnorum Reges* (Bledam, & Attilam) *numerosis suorum cum millibus in Illyricum irruisse. Naissum, Singidunum, aliasque Civitates, Oppidaque Illyrici plurima excidisse*. Hæc refert Prosper in Chronico integro apud Canisium ad Annum insequentem, quem *Dioscorus, & Eudoxius consules* aperuere: *Hunnis*, inquiens, *Thraciam & Illyricum sæva depopulatione vastantibus, exercitus qui in Sicilia morabatur, ad defensionem Orientalium partium revertitur*. Quod facile conciliari Chronologiæ dissidium potest, si anno 441. in ditiones Imperii Romani Hunnos irruisse dixerimus, cœptamque depopulationem anno 442. prosequutos esse. Inter urbes Illyrici hoc tempore excisas Sirmium quoque numeratur: post cujus excidium protensos Metropoleos Aquilejensis fines, plerique putant.

Bledam Regni Hunnici consortem a fra-ctissimo Maffejo placet. Cædem ejus anno uno posteriorem faciunt Marcellinus, & Beda. Rem vero narrat Jornandes de Rebus Geticis Capite XXXV. his verbis: *Bleta Fratris fraudibus perempto, qui magnæ parti regnabat Hunnorum, universum sibi populum* (Attila) *subjugavit: aliarumque gentium, quas tunc in ditione tenebat, numerositate collecta, primas mundi gentes, Romanos, Vesegotasque, sub-*
B *dere peroptabat:*

Victoriam ille de Romanis in Illyrico Orientali retulit, quam Marcellinus Comes illigat cum *Indictione* XV. *Ardaburis & Callepii consulatu*, anno æræ vulgaris 447. per hæc verba: *Attila Rex usque ad Thermopolim infestus advenit. Arnegiscus, Magister militiæ, in Ripense Dacia juxta Utum amnem ab Attila Rege viriliter pugnans, plurimis hostium interemptis, occisus est*. Tum in perniciem Occidentis animum convertit: quod ipsi ferale consilium insedisse, Priscus Rhetor & Sophista in Excerptis de Legationibus Tomo I.
C Historiæ Byzantinæ commemorat, *cum primum Attilæ nunciatum est, Marcianum post Theodosii mortem ad Imperium pervenisse*. In cursu erat annus Christi 450. Anno igitur insequente in Galliam irruit: pugnatum est acerrime in campis Catalaunicis: Romanis victoria cessit, ac in Pannonias revertitur Rex ferocissimus. Hoc prælium accuratissime describit Jornandes: designatumque a nobis annum exhibent in Chronicis Prosper, Cassiodorus, Idatius, aliique.

III. Sequitur annus 452. consulatu *Herculani & Sporatii* notatus, quo cladem & ex-
D cidium urbs amplissima Aquileja, aliæque Provinciæ Venetiæ ac Italiæ civitates passæ sunt. Narrat Prosper: *Attilam, redintegratis viribus, quas in Gallia* (anno superiore 451.) *amiserat, Italiam ingredi per Pannonias intendisse:* desidem ignavumque Aëtium Ducem, *ne clusuris quidem alpium, quibus hostes prohiberi poterant, usum esse:* adeoque *nobilium Provinciarum latissima eversione sævitiam & cupiditatem hostilem expleri potuisse: nihilque inter omnia consilia Principis* (Valentiniani III.) *ac Senatus, populique Romani salubrius visum, quam ut per Legatos pax trucu-*
len-

Christianæ sexto res Geticas describebat.

URBIS Aquilejæ excidium refert his verbis Capite XLII. *Attila .... cernens hostium solutionem per partes, mox jam securus, ad oppressionem Romanorum movit procinctum: primaque aggressione Aquilejam obsedit civitatem, quæ est Metropolis Venetiarum, in mucrone vel lingua Adriatici posita sinus: cujus ab Oriente muros Natissa amnis fluens a monte Picis elambit.* In Editione Lindembrogii pro *Natissa* legitur in Notis *Natiso*. Illa cursum fluvii respicientibus occurrit ad dextram Aquilejæ, neque procul distat, fluitque in paludem: iste cum Turro auget Isontium, qui sinistram oram abluit. Montem vero *Picis* vocant *Piz di Crem* Populares. *Ibique cum diu, multoque tempore obsidens, nihil penitus prævaleret, fortissimis intrinsecus Romanorum militibus resistentibus; Exercitu jam murmurante, & discedere cupiente, Attila deambulans circa muros, dum utrum solveret castra, an adhuc moraretur deliberat*, animadvertit Ciconiarum nidificantium fugam cum pullis. Vernum igitur tempus erat. Quo augurio *animus suorum rursus ad oppugnandam Aquilejam inflammatur. Qui machinis constructis, omnibusque tormentorum generibus adhibitis, nec mora, invadunt Civitatem, spoliant, dividunt, vastantque crudeliter, itaut vix ejus vestigia, ut appareant, reliquerint.*

AUDACIORES Hunni facti, *per reliquas Venetum civitates debacchari* pergunt. Periere Altinum, Concordia, Opitergium: neque urbes alias, Patavium, Vicetiam, Veronam, aliasque intactas reliquit hostilis furor. Inde vastavit *Mediolanum Liguriæ Metropolim*, necnon *Ticinum*: totamque pene Italiam demolitus est. Romanam in urbem, populationes, incendia, excidium allaturus, tendebat Attila, cum Leonis Papæ excepit legationem, *ubi Mincius amnis commeantium frequentatione transitur*. Deposito furore, pacem pollicetur: ultra Danubium remeat, ultimumque diem obit anno 454.

URBEM Aquilejam *diu, multoque tempore* ... *ditus eradit, Ticinum atque Mediolanum Regias urbes excidit*; tametsi in Additamentis, quæ habentur Tomo I. Muratorianæ Scriptorum collectionis, *continuum triennium* habeatur. Ex tanta clade ortum habuit & incrementum in æstuariis Adriacis amplissima urbs Venetiarum: *ut divino plane nutu id acciderit*, (verbis utor Baronii ad Annum CCCC. LII. num. 63.) *ne Italia relinqueretur sine Republica, quæ olim florentissima, dominantium vi oppressa, jam cum Imperio collabente prorsus videretur extincta.*

IV. SUÆ Metropoleos vidit, flevitque excidium Secundus Episcopus: quo vita functo, sufficitur in Sedem Aquilejensem Nicetas. Hunc ordinem successionis exhibent Chronica, Aquilejense, & Gradense apud Dandulum; confirmatque Leo Magnus in Epistola ad Nicetam post eamdem Aquilejæ cladem scripta. Hinc Baronius & Ughellus refelluntur, qui Nicetam immediatum numerant Chromatii successorem.

EPISCOPI nostri gesta recenset Dandulus: *Niceta*, inquiens, *Episcopus Aquilegiæ electus est anno Domini* CCCC. LIV. *Hic origine Græcus, Vir catholicus, hoc tempore factus Episcopus, multas tribulationes passus est.* Tum Attilanam describit vastitatem: adnotatque, *Reliquias Sanctorum cum parvulis, & mulieribus, ac thesauris in Gradense castrum deportatas esse*. Pergit ille: *His*, inquiens, *sedatis invasionibus, plurimi profugorum ad priora domicilia redierunt: cæteri vero de recidivatione dubitantes, in Insulis remanserunt, & Ecclesias plurimas secundum eorum devotionem successive construi fecerunt. Plurimæ quoque mulieres verisimiliter credentes, Viros suos in hac persecutione fuisse occisos, cum aliis matrimonia contraxerunt. Quibus repatriantibus, coram Niceta Episcopo quæstio agitur. Qui responso S. Leonis Papæ, quem consuluerat, ut ad priores Viros salubriter redeant, terminavit.* Post hæc Romam a Genserico Vandalorum Rege devastatam commemorat, Regnum etiam ab Odoacre in Italia captum, idemque postea a Theo-

sem Nicetam concendisse. Spatium vero temporis intercedit, quod justo Sedis annorum numero implere potuerint Decessores alii, Secundus, Januarius, Maximus, Adelphus, Augustinus, quos numerat Aquilejense Chronicon.

De Niceta, deque rebus quæ ejus ætate acciderunt, hæc in eodem Chronico habentur: *Niceta Patriarcha sedit annos* XXXII. *Cujus tempore, regnante Secundo Theodosio Augusto circa annum Domini* CCCC. XXV. (fortasse reponendus est annus 435. quo circiter Attilæ regnum incepit.) *Attila, flagellum Dei, cupiens sibi Romanum Imperium subjugare: & debellatus a Romanis*, (Gallica pugna indicatur in Campis Catalaunicis) *quibus adhærebant fere omnes populi Occidentis, ubi occisa fuerunt* C. LXXX. *millia hominum, reversus est Pannoniam. Et reassumptis viribus, iterum intravit in Italiam. Et primo veniens in Forumjulii, destruxit omnes munitiones Forojulii, primo Castrum Forojuliense, quod nunc Civitas Austria appellatur: & obsedit urbem Aquilegiam tribus annis, & Collem ubi nunc est Castrum Utini pro sui tuitione manualiter fieri fecit. Tandem peccatis exigentibus, per trium annorum obsidionem,* (*infra quod tempus multa millia hominum Aquilegensium occisa sunt*) *Aquilegiam cepit, & destruxit, dictum Nicetam inbumaniter jugulando. Deinde ad partes alias Italiæ progrediens, civitatem Concordiam, Altinum quod nunc Tarvisium, Opitergium, Patavium, & alia multa delevit. Tandem precibus Beati Leonis Papæ I. idem Attila extinctus est.*

V. Nempe incerta multa, ac pleraque falsa miscentur. Cum anno æræ vulgaris 454. initium regiminis, quod Nicetas capessivit, illigat Dandulus; licet explorata præsto nulla sint hujus epochæ documenta: quo tamen admisso Chronographiæ calculo, Attilana differri non potuit Aquilejæ clades ad Nicetæ tempora, quam anno 452. consignant synchroni suppparesque Scriptores, quos laudavimus. Scriptorum fide, qui post Paulum Diaconum triennalem Urbis obsidionem vulgarunt, innixus Chronista Venetus, ita suos disposuit calculos, ut illa cœperit obsidio anno 452. & ad annum usque 455. perduraverit; ac insuper bis Romæ per Gensericum direptionem, tum cœptum ab Odoacre in Italia regnum, idem-
B que postea a Theodorico comparatum. Vita migravit anno 485. eodem Dandulo teste, Nicetas: Regnumque Italiæ anno 489. indeptus est Theodoricus, firmiusque tenuit anno 493. æmulo Odoacre occiso. De Theodorico agemus infra: pauca proferenda hoc loco sunt de Genserico, & Odoacre.

In Africam anno 429. irruperat Vandalorum Rex. Pacem iniit cum Romanis anno 435. quo ipsi pars Africæ, quam occupaverat, pacifice possidenda concessa est. Sacrum fœdus anno 439. violavit, Carthagine capta & direpta. Siciliam anno 441. invadit: motamque in Orthodoxos persecutionem immaniter agebat. Rabiem convertit in urbem Romam, cujus Imperium post occisum Valenti-
C nianum III. sumpserat Maximus: eamque præsidio vacuam obtinuit anno 455. Mense Julio. Direptis thesauris, multisque captivorum millibus deportatis, paucos post dies Carthaginem revertitur. Romani Imperii umbram nomenque gestant Avitus, Majorianus, Severus, Anthemius, Olybrius, Augustulus usque ad annum 476. quo Odoacer, immenso Turcilingorum, Schyrorum, & Herulorum ducto exercitu, Italiæ Rex proclamatur. Hæc vero, quæ amplissima narratione produnt Historici, accuratoque expendunt calamo Viri critici, satis est innuisse.

VI. Fidem Chronici Aquilejensis ad examen voco: deque Forojulio exciso, Utinoque
D ut fertur ædificato pauca dissero. Cæsa dicuntur *centum octoginta millia Virorum* in pugna, quam Attila cum Romanis commisit in Gallia. Potior est auctoritas Jornandis stragem hanc referentis Capite XLI. per hæc verba: *In hoc famosissimo, & fortissimarum gentium bello ab utrisque partibus* C. LXII. *millia cæsa referuntur, exceptis* XC. *millibus Gepidorum & Francorum, qui ante congressionem publicam noctu sibi occurrentes, mutuis concidere vulneribus, Francis pro Romanorum, Gepidis pro Hunnorum parte pugnantibus.* Neque numeri prædicti, præsertim posterior, sibi constant; cum in postrema editione Mediolanensi Tomo I. Scriptorum Italiæ, juxta fidem Co-

... plera ejusdem regionis castella ab immani hoste, extinctis vel captivatis civibus, succensa & diruta. Verisimillimum est, non uno Aquilejæ excidio crudelitatem Attilæ satiatam; castella quæque & oppida regionis, quæ in occursu erant ipsum diripuisse: miseramque contigisse Forojulio hanc sortem, facile credimus. Sed Forum istud sequente seculo cum Aquileja, & Concordia instauratum florebat, ut indicare videtur Epistola XXVI. inter Varias Cassiodorii Libro XII. ubi memorantur *Concordiensis*, *Aquilejensis*, *& Forojuliensis Civitates*, e quibus vinum & triticum in subsidium exercitus collecta fuerant. Plinius Libro III. in Decima Regione Italiæ Capite XIX. memorat *Forojulienses cognomine Transpadanos*, a quibus distinguit *Julienses Carnorum*. Distinguit etiam Paulus Diaconus Castrum Julium a Forojulio. Illud in montanis Regionis ejus, quam appellamus *Carniam*, situm est, diciturque incolis *Zulio*: istud ad radices montium in planitie, quod Forojulium & Civitas Forojuliana priscis seculis appellatum est, passim vero seculo decimo *Civitas Austria*, atque demum vernacule *Cividat*, & politiore sermone *Cividale*. Ævo suo adnotat laudatus Diaconus Libro II. de Gestis Langobardorum Capite XIV. pro Aquileja *Venetiæ extitisse caput Forumjulii*: quod *ita dictum*, docet, quia *Julius Cæsar negotiationis forum ibi statuerit*. Verum etiam Forum statuere perinde Romanis erat, ac locum designare ad agendos conventus, hominesque provinciales evocandos juris dicundi causa. Notissima recolo.

AD Coloniæ prærogativam, nomenque exinde traductum *Forumjulii*, discimus ex Ptolomæo Libro III. Capite I. in sexta Europæ Tabula, ubi hæc habet: *In Mediterraneis Carnorum*, *Forumjulii Colonia*: deinde *Aquilejam Coloniam*, & *Concordiam Coloniam* recensis) in Gallia Narbonensi, quod Tacitus in Vita Agricolæ *Coloniam Forojuliensem* vocat, Mela *Octavanorum Coloniam*, & Plinius insuper *Pacensem & Classicam*. Memoratos lapides cum bene multos possideant Forojulienses, prærogativam eorum nulla videtur tollere suspicio posse, ac si alieno ex loco marmorea prædicta monumenta Forumjulium deportata fuissent: nec enim vitium apparet possessionis, ac præterea quod scripsit vetustissimus auctor Ptolomeus, diserte lapides ipsi loquuntur.

IN Chronico Aquilejensi, quod expendimus, proditur etiam: *Collem*, *ubi nunc est Castrum Utini*, Attilam *pro sui tuitione fieri fecisse*: idque factum dicitur *triennalis* obsidionis Aquilejensis tempore. Abludit a vero hæc temporis circumstantia: remque silet Paulus Diaconus, qui triennalem obsidionem invexit. Adnotat Flavius Blondus in Geographia Provinciæ Forojuliensis: Utinum *Oppidum* esse *novi nominis*, *quod nec in Gothorum*, *neque in Longobardorum*, *aut proximioribus ætati nostræ rebus gestis invenitur*. Apud Leandrum Albertum corruptus est locus Plinii Libro XXXV. Capite XII. ubi *Mutina* recte legitur, non *Utina*. Paulus Diaconus in Historia Langobardorum, & Venantius Fortunatus Libro II. de Vita S. Martini, plura ejus Regionis oppida vel castella memorant, *Forumjulium*, *Julium Carnicum*, *Osopum*, *Revuniam* seu *Reuniam*, *Cormonum*, *Nomasum sive Nemas*, *Arteniam*, *Glemonam*, *Ibliginem*, *Castellum Pontium*: altoque Utinum silentio premunt. Sed inter incolas hujusce regionis videtur Plinius Libro III. Capite XIX. recensere *Vedinates*, seu *Venidates*, aut *Nedinates*. An ergo sub istis vocibus lateant Utinates postea dicti, seu Utinenses? Imo Forumjulium vetus non aliud esse, quam Utinum, utriusque Palladii, Henrici, & Jo. Francisci, sententia est, quam sapiens cordatusque amplectatur nemo.

CA-

I. SEPTIME memoratam Leonis Magni Epistolam ad *Nicetam Aquilejensem* diligentius expendo. Data est XII. *Kalendarum Aprilium*, *Majoriano Augusto primum Consule*, idest vulgaris æræ anno 458. His eam verbis exorditur Maximus Ecclesiæ Pontifex: *Regressus ad nos filius meus Adeodatus, Diaconus sedis nostræ, Dilectionem tuam poposcisse memoravit, ut de his a Nobis auctoritatem Apostolicæ Sedis acciperes, quæ quidem magnam difficultatem dijudicationis videntur adferre. Sed pro inspectione temporalium necessitatum adhibenda curatio est, ut vulnera quæ hostilitatis adversitate illata sunt, Religionis maxime ratione sanentur.* Adeodatum Diaconum Leo miserat negotii alicujus perficiundi caussa ad Nicetam: Romamque regressus dubia quædam ad Ecclesiasticam disciplinam pertinentia, Sedis Apostolicæ auctoritate expedienda, ipsius Nicetæ nomine retulerat. In calce hæc habentur: *Hanc autem Epistolam nostram, quam ad consultationem tuæ Fraternitatis emisimus, ad omnes Fratres & Comprovinciales tuos Episcopos facies pervenire, ut in omnium observantia data prosit auctoritas.* Comprovinciales Metropoleos Aquilejensis Antistites erant hoc ævo Istri, ac Veneti, aliique ex Rhetia II. & Norico.

EADEM tribuitur Epistola in septem Capita: Primum, *De feminis, quæ occasione captivitatis virorum suorum, aliis nupserint*: Secundum, *An culpabilis sit, qui locum captivi mariti assumpsit*: Tertium, *Restituendam esse uxorem primo marito*: Quartum, *Excommunicandas esse mulieres, ad primum maritum redire nolentes*: Quintum, *De his, qui captivi cum essent, idolothyta fame vel metu compellente comederunt*: Sextum, *De his, qui metu vel errore rebaptizati sunt*: Septimum, *De his, qui semel baptizati sunt, sed ab hæreticis.* Hæc postrema tria capitula nos docent, inter Hunnos aliosque barbaros, qui sub Attila militabant, alios Paganos fuisse, aliosque Christianos Ariana hæresi infectos. Illi captivos Aquilejenses ad immolatitios cibos comedendos cogebant: isti iterato baptismate tingebant eos. Remedium præscribit summus Pontifex his adhibendum, qui metu vel errore se compellente se prædictorum scelerum labe inquinaverint.

II. EXPENDIT Baronius primum Epistolæ Caput ad Annum CCCC. LII. num. 64. sibique colligi posse videtur: fugatos Aquilejæ Cives, vel captos ab hostibus, postliminio rediisse: adeoque Scriptoribus assentiendum non esse, qui referunt Aquilejam ab hoste direptam ac ita funditus eversam, ut diu habitari desierit: hinc vero quæstionem ortam de Feminis, quæ viros suos in captivitate mortuos arbitrantes, aliis nupserint. Non arridet Baroniana animadversio Januario Salinæ, Monacho Benedictino Congregationis Casinensis, qui Nota 101. in Librum XIII. Caroli Sigonii De Occidentali Imperio postremæ editionis Mediolanensis contendit. *Sermonem esse* eodem in Capite primo Epistolæ Leonis *de mulieribus, non quæ paulo post Attilanam cladem Aquilejam incolebant: sed quæ cum essent Aquilejenses, alio aufugerant, ipso urbis excidio imminente, aut ejusdem clade peracta.*

HÆC nobis eo in capite legere, ac intelligere non licet. Verba sunt Leonis: *Cum ergo per bellicam cladem, & per gravissimos hostilitatis incursus, ita quædam dicatis divisa esse conjugia, ut abductis in captivitatem viris, feminæ eorum remanserint destitutæ: quæ cum Viros proprios, aut interemptos putarent, aut numquam a dominatione crederent liberandos, ad aliorum conjugium solitudine cogente transierint. Cumque nunc statu rerum, auxiliante Domino, in meliora converso, nonnulli eorum, qui putabantur periisse, remeaverint; merito caritas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quæ aliis junctæ sunt viris, a nobis debeat ordinari.*

DUBIUM nullum videtur, de viris agi, qui *abducti fuerant in captivitatem*, uxoribus eorum destitutis *remanentibus*: neque verbum indicat ullum, eas alio perfugisse, ipso urbis excidio imminente, aut ejusdem clade peracta: quanquam & illas in tutiora loca fugam arripuisse, easque post Attilanam cladem remeasse Aquilejam, non ambigimus. At illi etiam, qui in eadem captivitate putabantur interempti, aut numquam liberandi a barbarorum dominatione, teste Leone, *remeaverant*: quo

bus Capite XXII. appellat *Romacianæ Civitatis Episcopum*. Verba refero: " De eodem „ (Nicæa) hac die Beda, Usuardus, Ado, „ & alii. Alicubi *Niceta* pro *Nicæa* legitur: „ sed usitatior prima lectio. Diversa lectio „ item diversorum Codicum reperitur de Ci- „ vitatis nomine, dum apud aliquos *Romatiana*, ut hic ponitur: apud aliquos autem „ *Romanæ*, vel *Romaniciæ* Civitatis Episco- „ pus dicitur. Agit de eo Gennadius de Vi- „ ris Illustribus Capite XXII. & Honorius „ Augustodunensis Capite XXVII. Quænam „ fuerit ista Civitas, cujus Nicæas fuit Epi- „ scopus, diu multumque, fateor, quærens „ laboravi: ac tandem, ni fallor, rem mihi „ videor assecutus. Censeo enim, illam esse „ Aquilejam, Nicæamque vel Nicetam esse „ ejus Civitatis Episcopum, ad quem extat „ S. Leonis Epistola LXXIX. (nunc C. XXIX. „ in Editione Quesnellii.) Successit hic San- „ cto Chromatio, de quo frequenter memi- „ nit S. Hieronymus; cujus tempore Nicæas „ ipse erat ejusdem Ecclesiæ Subdiaconus, vir „ quidem eruditione & morum probitate no- „ bilis, ad quem extat S. Hieronymi Episto- „ la cum ejusmodi antiqua inscriptione: *Hieronymus ad Nicæam Hypodiaconum Aquilejæ*. Hic, ut diximus, successit Sancto Chro- „ matio: superstesque fuit post excisam Aqui- „ lejam ab Hunnis, ut ex dicta S. Leonis E- „ pistola apparet, data sub Consulatu Majo- „ riani, anno Domini secundum supputatio- „ nem veriorem CCCC. LVIII. Cur autem „ Aquilejensis Episcopus, *Romatianæ*, sive „ *Romanæ*, vel *Romaniciæ* inveniatur scri- „ ptus Episcopus, ea ratio esse videtur . . . . „ quod Aquileja fuisset nobilissima Romano- „ rum Colonia . . . Sicut & Ausonius in Car- „ mine de Nobilibus urbibus, Arelatem no- „ minat *Romam Gallicam*. Suffragatur ma- „ ximopere huic veritati, dum S. Chroma- „ tius, Prædecessor S. Nicææ, de quo agi- „ mus, in egregio Commentario, quem in- „ scripsit De octo Beatitudinibus, in ejus ti- „ tulo inscriptus reperitur: *Chromatius Epi-*

B hoc ordine successores, *Augustinus*, *Adelphus* vel Delphinus, *Maximus*, *Januarius*, *Secundus*: ac deinde *Nicetas* locum habet.

NICEAM Hypodiaconum distingui oportere a Niceta Episcopo, cogit ratio temporum. Ad illum scribebat Hieronymus anno circiter 374. ac Leo Magnus anno 458. ad istum: unde jam quatuor colligerentur supra octoginta anni ætatis ipsius Nicetæ. Adde annos, quos natus erat, cum Ecclesiæ Aquilejensis Hypodiaconus Epistolam ab Hieronymo accepit: adde rursum alios, quibus regere Aquilejæ post annum 458. perrexit Ecclesiam: fitque tot annorum summa, imo excessus habetur, ut prudens nemo tam longam provectamque C ætatem uni tribuat Nicetæ, sive Nicææ.

IV. AQUILEJAM dictam aliquando civitatem *Romacianam*, non evincunt Baronii argumenta. *Fuit illa nobilissima Romanorum Colonia*. Id negaverit nemo. Quis inferat vero, dictam propterea civitatem *Romacianam*? Simili nomine tot aliarum, quæ nobilissimæ fuerunt Romanorum Coloniæ, nullam legimus nuncupatam. *Ausonius Arelatem nominat Romam Gallicam*. Apposite celebrem hanc urbem vocat *Romam* auctor, non *Romacianam*: itemque Romam cum adjecto, scilicet *Gallicam*, sive *Gallulam*, ut ait ille; non simpliciter, & absolute. *S. Chromatius, Prædecessor S. Nicææ, in Commentario de octo Beatitudinibus*, D *inscriptus reperitur Episcopus Romanus*, idest Aquilejensis. At hujusmodi titulum plerique habent veluti suspectum, adjectumque a sciolo Exscriptore. Malunt alii legere *Comanum*, seu Episcopum *Comaniæ* sive in Armenia, sive in Ponto, sive apud Danubium, ut notant Geographi. Fuerit ille vero Episcopus Aquilejensis. Potuit ex patriæ fortasse loco vocari *Romanus*. Dici potius debuerat *Romatinus* ex portu *Romatio*, sive Romatino, quem collocat Plinius prope Concordiam. *Leander, recens Cosmographus, dum agit de Aquilejensi Civitate, eam Secundam Romam vocatam dicit*. Id nempe asserit recens Cosmographus absque teste: nemo enim Histo-

Daciæ Mediterraneæ. Annon hæc Civitas eadem fuerit, ac *Romaciana* a Gennadio vocata? Itaque Nicetas Romacianæ Civitatis alius fuerit a Niceta Aquilejæ.

IN Martyrologio Romano ad Diem VII. Januarii memoria celebratur *in Dacia S. Nicetæ Episcopi:* & ad Diem XXII. Junii *S. Niceæ Romacianæ Civitatis Episcopi.* Hinc utrumque distinctum censet Baronius. At Romaciana Civitas cum in Dacia sit, eumdem esse Nicetam Dacum, Nicetamque aut Niceam Romacianum, quis ambigat? Nullum aliud præterea Martyrologium, editum, vel manuscriptum, Florentinio teste, eo die VII. Mensis Januarii Nicetam in Dacia Episcopum agnoscit: neque nominum *Nicetæ*, vel *Niceæ* diversitas difficultatem ingerit; cum utrumque ad eumdem Episcopum significandum in vetustis Martyrologiis adhibitum inveniamus. Ad dictam Diem XXII. Junii Ado Viennensis, & Usuardus habent: *Ipso die depositio Beati Niceæ Romatianæ Civitatis Episcopi:* Hieronymianum Labbei, & Gellonense apud Bollandistas, *Niceæ Episcopi:* Martyrologium Florentinii, *Depositio Sanctæ memoriæ Nicei Episcopi*. Legimus in Corbejensi apud Dacherium, *Depositio S. Memoriæ Niceti Episcopi:* in Augustano apud laudatos Bollandistas, *Niceti Confessoris:* & in Notkero apud Canisium, *Depositio B. Nicetii Romanæ* (Romacianæ) *urbis Episcopi*. Vocum ergo discrepantia hoc loco personam non variat.

MARTYROLOGII Romani auctoritate permotus Godefridus Henschenius, censet 1. Diem Septimum Januarii Nicetæ Daco, seu Romacianæ in Dacia Episcopo adsignari posse. 2. vetustos Martyrologos, proprium ejusdem Nicetæ mortis vel cultus diem fortasse ignorantes, ipsius memoriam celebrare voluisse die XXII. Mensis Junii, adsignata Paulino Nolano, quocum ille conjunctissimus fuerat. 3. hac eadem die XXII. Junii nomen retineri posse Nicetæ, non Romacianæ, sed Aquilejæ Episcopi: *de cujus doctrina*, inquit, *& Sanctitate utinam æque clara, & illustria extarent testimonia*. Ad hanc sane diem modo præscribitur *Officium Niceæ Patriarchæ Aquilejensis;* tametsi in antiquo Kalendario, quod

B pulchrum S. Felicis se contulit, invisitque Paulinum: isque poëma memoratum confecit inscriptum, *Ad Nicetam in Daciam redeuntem*. Idem Paulinus in Epistola XXIX. alias X. ad Severum scripta anno 402. ut Lebruno placet, vocat ipsum *Venerabilem Episcopum & Doctissimum Nicetam, qui ex Dacia Romanis merito admirandus advenerat*. Scilicet Nicetas in Itinere suo Italico pertransiit Roma: seque Romanis ob insignem doctrinam admirandum præbuit. Antistiti tanta doctrinæ luce præfulgenti optime conveniunt illustria ingenii monumenta, quæ Gennadius *Niceæ Episcopo Romacianæ* adtribuit. Neque ullum ingerat negotium *Niceæ* nomen; testatur enim Lucas Holstenius in Notis posthumis ad Martyrologium Romanum apud Florentinium, & Bol-

C landi continuatores: *Nicetam scribi in admirando illo Codice Gennadii ad S. Andream de Valle, non Niceam*.

V. HÆC mihi sentire licet cum Florentinio, Quesnellio, & Henschenio: quibus etiam accedit Tillemontius Tomo X. Monumentorum Historiæ Ecclesiasticæ. Is arbitratur vero, Niceam *Hypodiaconum Aquilejæ* fortasse electum postea fuisse *Episcopum Romacianæ* in Dacia: nomen enim, ac tempora conveniunt.

VIRO Doctissimo non assentio. Ac primum quidem Hypodiaconus Aquilejæ constantissime *Niceas* appellatur: Dacum vero Episcopum frequentissime *Nicetam*, aut *Nicetium* vocant editi, ac MSS. Codices. Ille patriam habuisse videtur Aquilejam; cum ad ipsum, Hypo-

D diaconi munere in Aquilejensi Ecclesia fungentem, scribens Hieronymus, hæc habeat: *Inter delicias patriæ . . . aliquando suspira*. Sed istum ortum in Dacia, conjici potest ex Paulino, qui in allegato Poëmate sic canit:

Ergo Dux idem modo prosequatur
Te via, qua nunc properas revertens
Ire Niceta, patrioque reddat
Limine tutum.

Ubi patrium Nicetæ limen dicitur Dacia, quo ipse revertebatur. Iter etiam idem Paulinus describens a Niceta in Daciam remeante confectum, ait: percurrisse ipsum *ad Scupos patriæ propinquos:* Hæc Civitas est, *Scopia* di-

cta,

cemem (locum non indicat) de Theodoro hæc habet: *Per id tempus cum ad palatium pergeret, eumque pro loco officii nostri sequerentur, Theudolo* (Theodoro) *tunc Notario, qui postea summa cum gratia Utinensem rexit Ecclesiam*. Deinde post Theodorum idem exhibet Palladius Asterium Forijulii, idest *Utini*, si superis placet, sedentem, qui Romano Concilio anno 465. sub Hilaro Papa interfuit, diciturque Episcopus *Forojuliensis*. Eumdem Asterium Jo. Harduinus in Indice Geographico Episcopatuum, *Forijulii in Decima Italiæ regione* Episcopum recenset; ac præterea *Joannem Forojuliensem*, memoratum in Conciliabulo Romano, quo anno 963. Papa Joannes XII. deponitur; & *Gaucelinum Forojuliensem*, qui Concilio interfuit apud S. Ægidium in Provincia Narbonensi anno 1056. Ex loco Synodi errorem nosse poterat Harduinus, quo putidissime captus est.

SONORAM canit fabulam Palladius, dum Theodorum invehit Episcopum Utinensem: ac Paulini verbis apud Bellovacensem abutitur, quæ Theodorum sine dubio *Mutinensem* loquuntur. Hunc S. Geminiani successorem numerat Ughellus in Tabulis Mutinensibus, Divi Ambrosii alumnum, Clarissimum ejus urbis Episcopum, *cujus*, inquit, *memoria extat anno* 397. Rem conficiunt ipsius Paulini (quem errore manifesto *Nolanum* vocat Palladius) verba in Vita Ambrosii, quam ipse adornavit. Ait enim num. 35. *Per idem tempus cum ad Palatium* (Ambrosius) *pergeret, eumque pro loco officii nostri sequeremur, Theodulo* (ex quibusdam MSS. Theodoro) *tunc Notario, qui postea summa cum gratia Mutinensem rexit Ecclesiam*. Ubi etiam animadvertendum est, vulgata & frequentiore editorum & manuscriptorum Codicum lectione *Theodulum* dici, non *Theodorum*. Paucis ergo verbis plures invectos errores habes. Theodulus sumitur pro Theodoro: ipseque, sive Theodulus, sive Theodorus, *Episcopus Mutinensis*, confunditur cum Theodoro Forojuliensi: Forumjulium pro Uti-

Epistolam dederat Leo Magnus. Ejusdem Ecclesiæ Præsulem numerat Asterium laudatus Antelmius: quam in sententiam *antequam pedibus eam*, (inquit Dionysius Sammarthanus) *dandum aliquid temporis, ut maturescat*. Jam vero sententia maturuit, quæ ipsum Forijulii nostri Præsulem negat: quo in Oppido nullum Episcopum sedisse, nisi precario, antequam Patriarcha Aquilejensis eo suam transferret Sedem, alibi dicendum.

VI. VULGARIS alius expungi hoc loco debet error, quo ex simili urbium, Forijulii apud Carnos in Italia, & Forijulii in Gallia Narbonensi, patronymico decepti Forojulienses nostri, Divam *Maximam Virginem* Forojuliensem veluti suam colunt, ac venerantur. In Martyrologio Romano ad Diem XVI. Maii hæc habentur. *Apud Forumjulii Sanctæ Maximæ Virginis, quæ multis clara virtutibus in pace quievit*. Testes in Notis Baronius laudat Bedam, Usuardum, Adonem, aliosque. Genuinum quidem Martyrologium Bedæ apud Bollandistas vacat. Usuardus vero sic habet: *In Pago Forojuliensi S. Maximæ Virginis, quæ multis clara virtutibus in pace quievit*. Locum nominat Ado: *In Pago Forojuliensi*, inquiens, *Vico qui vocatur Callidianus, Sanctæ Maximæ Virginis*. Eadem habet Notkerus. Petrus de Natalibus *Vicum Callidianum* retinet, habetque *Pagum Forliviensem*: ac Ferrarius demum narrat, eam *apud Forojulienses & Aquilejenses, totamque Diœcesim obtinere venerationem*; aperte nostros intelligens Carnorum Forojulienses.

FOROJULIO in Gallia Divam restituunt Daniel Papebrochius in Actis Sanctorum, & Josephus Antelmius in Epistola, quam idem Papebrochius refert ad Diem XVI. Maii. Callidianum vicum, vulgo *Callian*, ostendunt illi non procul a Forojulio Gallico: pluraque cultus Sanctæ Maximæ ibidem exhibiti monumenta proferunt seculi tertiidecimi, ac superiorum. Hæc nostris desunt omnia Forojuliensibus.

CA-

gius Marcellianus, Marcellinus, ac Stephanus, qui Metropolim Aquilejensem rexerunt ante Schismatis a Successore Macedonio invecti tempora. *Marcellianus* (Danduli verba sunt) *Episcopus Aquilegiæ sublimatus est anno Domini* CCCC. LXXXV. *Hic origine Thessalonicus, hujus Ecclesiæ Episcopus factus, non procul ab Aquilegia Civitate Monasterium Belignense construxit, & prædiis plurimis decoravit, & Sanctorum Corpora illo in loco occulte deposuit: ipsumque Monasterium jure dominii in se retinuit, quamdiu vixit. Cumque Theodoricus Rex, Ariana labe pollutus, Catholicis Episcopis non modicum minaretur; hic Episcopus propterea, elapsis in Sede sua annis quatuor, in Grado venit: & cum populo ibi tutato illæsam & puram tenuit fidem... Hic autem Marcellianus Episcopus in Synodo celebrata Romæ legitur affuisse: qui cum annis* XIX. *cathedram tenuisset, in pace quievit.*

THESSALONICA dicitur natale solum Marcelliani: quod ut validius confirmari queat, veterum Scriptorum nullus præsto est. Monumenta quoque desiderantur, quæ initæ sedis annum definiant: sedisse tamen per hæc tempora Marcellianum, vitamque cum seculo Ecclesiæ christianæ quinto consummasse, infra dicemus.

II. AQUILEJENSIS idem Episcopus perhibetur auctor Templi, quod adhuc existit in honorem S. Martini sacrum, ac Monasterii dicti Beliniensis. Utriusque, Templi, ac Monasterii, primordia detrudunt Joannes Candidus, & Joannes Franciscus Palladius ad ætatem Maxentii, qui sub initium seculi noni Aquilejæ sedebat. Vetusta desunt Monumenta, queis eorum certa possit origo definiri. Ait vero Candidus: *ex Templi ruderibus prisci patrii Belis Dei Monasterium Benedicti Monachis Belinense extructum*: idemque *ob aëris inclementiam prorsus destitutum, a Gregorio XI. Pontifice Maximo Cœnobio Utinati Divorum Gervasii & Protasii ejusdem Ordinis annexum, prædiis redditibusque pari jure concessis*: hocce *privilegium ab Urbano, & Bonifacio latissime comprobatum*: idemque postea Monasterium Procerum injuria minutum proventibus, juri subjectum fuisse Canonicorum ... tineis collatione.

DICTAM *Beliniensem* Abbatiam *a Belo*, qui eamdem construxerit ex ruderibus veteris Paganorum fani, adnotat Augustinus Lubin in Notitia Abbatiarum Italiæ. Perperam sane. Verius enim ac solidius nos docet Illustrissimus Philippus a Turre in Dissertatione De Deo Beleno, eam Beliniensis Monasterii appellationem fluere ab eodem *Beleno*, vel *Belino* veterum Aquilejensium Deo: ex ruderibusque Fani prisco illi patrio Deo dicati positum fuisse vero ac supremo Numini Beliniense Monasterium cum Templo. B

SIBI jus Marcellianum, quoad vixit, in idem Monasterium retinuisse, narrat Dandulus. An ævo illo Monasteriorum exemptiones invectæ fuerint, quibus obviam ire voluerit Aquilejæ Antistes? Gussanvillæus in Notis ad Epistolam XII. Gregorii Magni Libro I. Indictione IX. animadvertit: Monachis exemptiones S. Gregorium Magnum largitum esse primum: nec passim omnibus, nec ubique, sed paucis, & restrictas. Reponunt Monachi S. Mauri, Operum Sanctissimi Pontificis editores, haud ægre ostendi antiquiores Gregorio posse C immunitates Cœnobiorum. Exemplum afferunt Monasterii, cui præerat quidam Petrus Abbas circa annum 525. quod liberum erat ab auctoritate Episcopi Byzacenæ Provinciæ, in cujus diœcesi situm erat: pendebatque a solo Carthaginensi Primate. Hæc refert idem Petrus in Libello, quem obtulit Concilio Carthagine habito sub Bonifacio ejus Civitatis Episcopo. Supplex alter in eodem Concilio Libellus habetur, in quo plura similium exemptionum proferuntur exempla in Ecclesia Africana. Hæc porro tempora Marcelliani ætati D proxima sunt.

AT eadem certiores nos faciunt exempla, jurisdictione saltem Primatis Africani solutos non fuisse Monachos in ea Orbis parte. Hinc insolens videri potest Marcelliani cura, ut sartum tectumque servaret jus suum in erectum Monasterium. In id maximopere incubuisse Maxentium, ut sibi ac Metropolitæ Aquilejensis juribus addicerentur Cœnobia, ac Monasteria, quæ in Provincia posita erant, authenticis documentis de ipso agentes Maxentio

Marcellinus, & alii.

Eo itaque anno, Marcelliano juxta Danduli chronographiam regente Ecclesiam Aquilejensem, Theodorico, Gothorum sive Ostrogothorum Regi, *venienti occurrit Odoacbar* (verba sunt Anonymi Valesiani) *ad fluvium Sontium: & ibi pugnans cum eodem, victus* (Odoacer) *fugit Veronam* V. *Kalendas Octobris. Itaque persecutus est eum Theodoricus, & pugna facta ceciderunt populi ab utraque parte: tamen superatus Odoacbar fugit Ravennam pridie Kalendas Octobris.* Prioris pugnæ locum ad Sontium flumen diligentius exprimunt oculisque offerunt Paulus Diaconus in Continuatione Entropii Libro XVI. & Auctor additionum ad Historiam Miscellam, his verbis: *Egressus* (Theodoricus) *a Mysia cum omni Ostrogothorum multitudine, universaque suppellectili, per Sirmium Pannoniasque iter faciens, ad Italiam venit. Ac primum juxta Sontium flumen, quod non longe ab Aquileja labitur, castra componens, dum uberrimis, quæ eo loco habentur, pascuis fatigata aliquantulum ex itineris longitudine jumenta reficeret: ibi mox ei cum grandi suorum exercitu, totisque Odoacer Italiæ viribus occurrit, quem Theodoricus alacriter excipiens, magno superatum prælio, postremo in fugam convertit.*

Consentit Chronicon Aquilejense, in quo hæc habentur. *Post Attilæ necem sedit in Aquilejensi Sede Marcellianus Patriarcha annis* XXVIII. *Hujus tempore Zenon Romanum fastigium gubernabat. Odonacher Ruthenorum Dux, occiso quodam Augustulo, qui Romanum Imperium invadere præsumpserat, Romam ingreditur, & totius Italiæ per* XIV. *annos obtinuit Principatum. Quem Theodoricus, Rex Gothorum, ad Italiam properans, cui dictus Odonacher occurrit cum innumerabili exercitu, juxta Aquilegiam in campis uberrimis debellavit.* Non erat Aquileja Marcelliano tutus locus, non multis abhinc annis ab Attila excisa, modicumque refecta & instaurata: adeoque *Odoacer Rex a Rege Theodorico in Palatio cum Commilitonibus suis.* Hæc sunt exordia Theodorici in Italia regnantis.

IV. De Marcelliano nostro pergit narrare Dandulus, ipsum Synodo adfuisse in urbe Roma celebratæ. Prima occurrit per hæc tempora Synodus Romana sub Symmacho Papa, habita *post Consulatum Paulini Viri Clarissimi, Kalendis Martii, in Basilica Beati Petri Apostoli*, idest anno æræ vulgaris 499. Actum est de tollendo ambitu in Comitiis Pontificiis. Ipse Pontifex hanc Synodum convocavit. Numero 1. Fulgentius Archidiaconus dicit: Pontificia auctoritate *frequentem Italiæ Synodum convocatam esse.* At Episcopi subscribentes ex ea duntaxat Italiæ parte sunt, quæ Vicario urbis parebat.

Acta Synodi secundæ, quæ anno 500. habita est, ad nos non pervenere. In ea Laurentius Archipresbyter tituli S. Praxedis, qui schisma fovebat, ut Ecclesiam turbare desineret, Episcopus Nuceriæ renunciatur. Restitutum ab Antonio Pagio Synodorum ordinem sequor: quæve in illis factitata sunt, paucis delibo.

Anno 502. tertiam Synodum Symmachus celebravit. In collectione Conciliorum recensentur Acta, quæ his verbis incipiunt: *Flaviano* (legendum, *Flavio*) *Avieno Viro Clarissimo Juniore Consule, sub die* VIII. *Iduum Novembrium, in Basilica Beati Petri Apostoli &c. Bene quidem Fraternitas vestra Ecclesiasticis legibus obsecuta.* Ejus celebrandæ causa fuit legis abrogatio ab Odoacre latæ, qua Basilius Præfectus-Prætorio sanxerat, ne absque Regis Italiæ consensu electio fieret Romani Pontificis. In collectionibus Conciliorum perperam ac falso *quarta Synodus Romana* appellatur. Subscribunt, *Cælius Symmachus Episcopus Ecclesiæ Romanæ, Cælius Laurentius Episcopus Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ, Petrus Episcopus Catholicæ Ravennatis Sanctæ Ecclesiæ, Eulalius Episcopus Ecclesiæ Syracusanæ*

ſive Auctor Libri Pontificalis narrat, *Petrus Alticinæ* (ſeu potius *Altinæ*) *civitatis Epiſcopus: quod Canones prohibebant*. Romam ille proficiſcitur, nulla Symmachum reverentia proſequitur, pacis Eccleſiaſticæ curam inſuper habuit, turbavitque omnia tractus in partes a Schiſmaticis, ut teſtatur Ennodius Ticinenſis in Apologetico. Juſſu Theodorici quarta celebratur Synodus Romana, quam ex loci nomine *Palmarem* vocaverunt, ut finis diſſidio ac turbis imponeretur.

Ad annum pertinet 503. Incipit vero: *Sancta Synodus apud urbem Romam ex præcepto Glorioſiſsimi Regis Theodorici diverſis e regionibus congregata . . . Liguriæ, Æmiliæ, vel Venetiarum*. Quibus ex verbis colligi poſſe videtur, Synodo interfuiſſe Aquilejenſem Metropolitam, & Comprovinciales Venetiarum Epiſcopos. Accedit confirmatio ex Epiſtola ipſius Theodorici. Orta namque in Synodo contentione, nonnulliſque Præſulibus ex urbe diſcedentibus, *Præceptionem* ſeu Epiſtolam per Germanum & Caroſum Epiſcopos miſit Theodoricus, qua jubebat, ut Synodo finis imponeretur, abſentes redirent in Urbem Epiſcopi, & pax Eccleſiæ & urbi redderetur. Data eſt *ſub die* VI. *Idus Auguſti*, *Ruſo Magno Fauſto Avieno Viro Clariſsimo conſule*: quam notam temporariam ab aliquo imperito Exſcriptore adjunctam, admonet Pagius. Inſcripta vero legitur, *Dominis Sanctis & Venerabilibus Patribus*, *Laurentio*, *Marcellino*, *& Petro*, *& cunctis Epiſcopis in urbe reſidentibus*. Laurentium novimus Mediolanenſem Epiſcopum, ac Petrum ſine dubio Ravennatem. Non alius eſt Marcellinus, niſi Metropolitanus Aquilejenſis; tametſi an potius Marcellianus legi debeat, mox diſcutiendum. Ita vero prædictos alloquitur Epiſcopos Theodoricus: *Vos quidem rem feciſtis propoſito congruentem: nos potius de reditu veſtro conſulere, quam indictum Concilium alienæ facilitatis imitatione deſerere; ne diſcedentibus univerſis, ſub maniſeſta deſerti diſpoſitione judicii major Urbem regiam ſeditioſis motibus turba concuteret*.

V. Hæc nos abſque ulla docent ambage, Metropolitanum Aquilejæ Epiſcopum ad Synodum quartam Romanam ſub Symmacho, *Servulus* e Veronenſibus Tabulis expungi debet, aut ipſe diſtingui a *Servo-Dei*. Denique
B admoneo, inter Epiſcopos quartæ & ſextæ Romanæ Synodo ſubſcriptos *Bonifacium* recenſeri *Aquilejenſem*; maniſeſto errore, cum legi debeat *Aquævivenſis* in Bariana Provincia.

De nomine *Marcelliani*, an potius *Marcellini* in *Præceptione* Theodorici Regis reponendo, aut retinendo dubium propoſuimus, quod accuratiore indagine expediri debet. Legiſſe *Marcellianum* Dandulus videtur, cum ipſum narret Synodo Romanæ interfuiſſe. Præſto quoque Sirmondus fortaſſe Codices habebat, in quibus *Marcellianus* legebatur; cum & ipſe in Notis admoneat, Marcellianum ad hanc palmarem Synodum evocatum fuiſſe. Legitur vero conſtantiſſime *Marcellinus* in Editionibus
C Conciliorum Labbei, & Harduini: nullamque variantem Baluzius lectionem exhibet. Habet *Marcellianum* Editio Severini Binii, tametſi immediate poſt Theodorici Præceptionem hæc verba occurrant, *Senatus*, *vel Marcellini Epiſcopi cum ceteris*: quæ Aquilejenſem Epiſcopum indicare videntur, *Marcellini* nomine appellatum. Annorum calculi, quos computat Dandulus, perplexi ſunt: Marcellino tamen favent. Ait enim: *Marcellinus Epiſcopus Aquilegiæ conſtitutus eſt anno Domini* CCCCC. Itaque Marcelliano Præceſſori inſcribi non potuit *Præceptio* Theodorici anno 503. data. Sed anni *novemdecim* Marcelliano tributi ab eodem Chroniſta ultra Chriſti
D annum 500. excurrunt: iidemque ab anno 485. ducti, deſinunt anno 504. Quod ſi incompleti accipiantur, jam præcedente deſierunt anno: potuitque in Sedem Aquilejenſem conſcendere Marcellinus, & ad Synodum Romanam Palmarem evocari.

De ipſo hæc narrat Dandulus: *Hic natione Romanus*, *hac ſede adepta*, *ut catholicum populum ab Arianis*, *ex favore Regio publice prædicantibus*, *in conſtantia veræ fidei conſervaret*, *in Aquilegiam redibat*, *aliquando Gradum veniens*, *ut Hæreticorum perſecutiones aliqualiter evitaret . . . Annis* XV. *Aquilegienſi præfuit Eccleſiæ*. Hæc habet etiam Chronicon Aquilejenſe: *Poſt Marcellianum Marcellinus in Sedem inſtituitur Patriarchalem*, *quam*

Hic de Medio-lano originem duxit. Hæc ejus patria unius Danduli testimonio innititur. *Hujus tempore Istriorum gens, Barbarorum invasionibus graviter afflicta, in Caprariam Insulam secedunt, & domos construunt: & in gloriam Catholici Principis fundatum Oppidum, Justinopolim vocaverunt*. Justinum I. indicat ille, qui Romanum tenuit Imperium ab anno 518. ad diem primam Augusti anni 527. Quo sane temporis intervallo universæ Italiæ, ac etiam Istriæ dominabatur Theodoricus. Regis epistola recensetur Libro IV. Variarum Cassiodorii num. 44. inscripta *Antonio Viro Venerabili Polensi Episcopo*; qua scribit ille, Stephanum quemdam conquestum, *Casam* sui juris a subditis Ecclesiæ, cui Antonius præsidebat, occupatam fuisse: jubetque, aut eamdem supplicanti restitui, aut instructum mitti quempiam ad Aulam, ubi negotium absolvatur. Habetur etiam Libro XII. num. 22. alia Epistola, quæ ad

C

consobrinum, Theodorici Regis ex Amalasuenda nepotem. Denique *Stefanus Episcopus aliquando in Aquilegia, aliquando in Grado residens, annis* XII. *mensibus* III. *diebus* XV. *Pontificatum tenuit Aquilejensem*.

SUCCESSOREM post Stephanum Aquilejense Chronicon exhibet Macedonium: Dandulus vero *Laurentium* dictum *Maurum*. Ait ille: *Laurentius Episcopus, qui alio nomine Maurus dictus est, confirmatus fuit anno Domini* D. XXXIV. *Hic in Pola urbe Istriæ natus, hoc tempore hunc Præsulatum obtinuit... Hic itaque Episcopus Aquilegiensis, dum sedisset annis* IV. *mensibus* V. *de hoc seculo migravit*, anno 539. quo Macedonius regimen capessivit Ecclesiæ nostræ, diuturni nefandissimi schismatis auctor. Altum de Laurentio silentium est in Chronicis, & Catalogis quibuscumque Aquilejensibus: quem etiam Antistitem ut exornaret Dandulus, gesta nulla eidem præsto fuerant, ut perciperentur.

CAPUT XIX.

Aquilejensis Metropoleos origo. Primis æræ Christianæ tribus seculis constitui non potest. Eodem spatio temporis nulla in Italia exortum habuit Ecclesiastica Metropolis. Itemque nec ineunte, adultoque seculo quarto. Eadem est doctissimorum Virorum sententia pro Galliis, & Hispaniis, aliisque Occidentis regionibus. Sensus declaratur Nicæni Canonis sexti. Opinatio Paschasii Quesnellii refutatur.

I. SERIEM historiæ nostræ paullisper liceat abrumpere, antequam perniciosum schisma, quod invexit Macedonius, ac plures nimio animi ardore foverunt successores, describere incipio, ut Metropolicæ prærogativæ, qua potitur Ecclesia Aquilejensis, primam originem & incrementa, quæ data occasione hactenus designavimus, diligentiore opera, ac certiore methodo definiamus. Leonis Magni Pontificis ætate, Episcopis A-

D

quilejæ Metropoliticum jus, idemque ad latiores civilium Provinciarum fines protensum negaverit nemo, cujus indubia & explorata jam produximus, & splendidissima documenta. Ad examen revocandæ sunt aut sententiæ populares, quæ primam Aquilejensi Metropoli vetustatem vendicant, aut studio partium conceptæ opiniones, quæ hujus dignitatis originem plus nimio recentem obtrudunt.

VULGO creditur Metropolitana ab initio Eccle-

Actorum Sancti Hermagoræ, & Chronici Aquilejensis, in quibus Hermagoras dicitur factus a Petro Apostolorum Principe *Proto-Episcopus Provinciæ Italiæ*: proque suo munere *ad Civitatem Tergestinam Presbyterum & Diaconum direxisse, & per alias Civitates similiter fecisse*, Ticinum transmisso *Syro cum Juventio*, ut eorum etiam Acta testantur. Provinciam *Italiam* admonuimus Capite III. nu. 3. intelligi commode posse regiones Circumpadanas, vel etiam contractiore significatione Venetiam cum Istria, quæ ævo Constantiniano peculiari nomine *Italiæ* appellabantur: Hermagoram vero dici *Proton Episcopum*, non quia Metropolitico jure potiretur, sed quia primus Antistes ille fuerit, qui absque dubio in Venetia & Istria, ac etiam fortasse in finitimis Provinciis Christi fidem disseminaverit, & Ecclesias instituerent. Hinc *Presbyteri* aut Sacerdotes secundi ordinis *cum Diaconis*, qui rem Christianam curarent, Tergestum, & in alias Civitates missi ab eo dicuntur, non Episcopi. Quod si Præsulem ab Hermagora Ticinensibus ordinatum velimus credere; Ticinum nihilominus Aquilejensi Ecclesiæ aliquando paruisse, documenta nulla præsto sunt, quæ probent ac evincant: ac demum fuerit hæc solicitudo caritatis, non auctoritas, nec veræ titulus jurisdictionis.

Jus Metropoliticum a primæva origine Ecclesiæ nostræ tributum legimus in Synodo Mantuana anno 827. celebrata, cujus nos Acta edidimus Tomo IX. Conciliorum Editionis Venetæ anno 1729. Dicitur Hermagoras *Protos Italiæ Pontifex constitutus*, ipsa Aquileja *prima Civitas totius Italiæ*, & Aquilejensis Ecclesia *Matrix semper & Metropolis*. Hæc posterorum mentes pervasit origo, occupavitque: ac vulgo deinceps creditum est, ex Apostolatu Divi Marci non solum Metropolitanam prærogativam, verum etiam splendidum fluxisse Patriarchalis Ecclesiæ honorem.

Hanc insuper invectam Patriarchatus accessionem irridet convellitque Henricus Norisius in Dissertatione Historica de Synodo quinta Capite X. Cur enim talem ac tantum indepta fuerit honorem Ecclesia nostra præ cæte-

III. Verumenimvero ad Metropoliticum jus quod attinet; eo confidentius Aquilejensem Ecclesiam prædicta spoliare auctoritate licuit, quod primis ætæ Christianæ tribus seculis neminem arbitramur in Italia, præter Romanum Pontificem, fuisse veri nominis Metropolitam. Populares Mediolanensium traditiones Aquilejensibus non puto meliores, aut solidiores: easque prætermitto. Vetusta quædam Ecclesiasticæ Historiæ monumenta expendo, quæ opponi possunt, ac non levem prima facie ingerere videntur difficultatem.

Locus est insignis apud Eusebium Libro VI. Historiæ Capite XLIII. ubi de Novato sive Novatiano agitur. Sensus ejus diversimode acceptus Viros doctissimos traxit in partes, ut ævo illo jam constitutas in Italia Metropoles aut crederent, aut inficiarentur. Henrici Valesii utor editione, quæ sic habet: *Cum Romæ congregata esset Synodus*, (maximam Synodum vocat textus græcus, *σινόδου μεγίςης*) *in qua sexaginta quidem Episcopi, Presbyteri vero ac Diaconi multo plures, convenerunt: cumque in Provinciis Antistites quid agendum esset, seorsim consultassent, decretum hujusmodi promulgatum est*. Decretum, sententiamque refert Eusebius contra Novatianum. Tum *extant adhuc Epistolæ Cornelii Romanorum Episcopi ad Fabium Antiochensis Ecclesiæ Præsulem missæ, in quibus & Romanæ Synodi gesta, & omnium per Italiam, & Africam, & alias locorum illorum Provincias sententiæ declarantur*. (Scilicet exponuntur placita quæ visa sunt omnibus per Italiam, & Africam, & illic constitutas regiones, ἐ τὰ δόξαντα πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐ Ἀφρικὴν ἐ τὰς αὐτόθι χώρας.) *Aliæ præterea latino sermone conscriptæ extant Epistolæ Cypriani, & aliorum Antistitum, qui cum ipso in Africa congregati sunt*. Iniqua facinora Novatiani, quæ in Epistola Cornelii describuntur, compendio collecta refert Eusebius. Tum vero ait: *Sub finem autem Epistolæ numerum recenset* (Cornelius) *Episcoporum, qui in urbem Romam convenientes, amentiam Novati* (Novatiani) *condemnaverant: nomina quoque illorum, & quam quisque regebat Ecclesiam, adscribens*.

Eorum

Metropolitam in Provincia Italiæ ævo illo Comprovincialibus Episcopis præsidentem agnoscunt. Diserte scribit Petrus de Marca (ut B alios prætercam) Libro I. de Concordia Sacerdotii & Imperii Capite VI. num. IV. iis *Romanam* Synodum constitisse Præsulibus, qui non solum sub Metropoli degebant, sed etiam cæteris quibusdam qui per Campaniæ oras, Bruttios, & Apuliam erant constituti: *Italicam* vero ex iis conflatam, qui Provincias Italiæ Circumpadanas incolebant. Nimirum Constantini Augusti dispositio innuitur, qua constitutum fuerat: Italiam ab alpibus & circumfuso mari definitam bipertito administrandam fore per duos Vicarios, alterum Urbis, alterum Italiæ, sub uno Præfecto-Pratorio itidem Italiæ. Vicario Romæ parebant decem Provinciæ, *Tuscia*, *Umbria*, *Picenum Suburbicarium*, *Sicilia*, *Apulia & Calabria*, *Bruttii* C *& Lucani*, *Samnium*, *Sardinia*, *Corsica*, *Valeria*. Vicario Italiæ subjectæ fuerunt *Venetia & Istria*, *Æmilia*, *Liguria*, *Flaminia & Picenum Annonarium*, *Alpes Cottiæ*, *Rhetia prima*, *& Rhetia secunda*, quæ Septem numerabantur Provinciæ. Illas jure Metropolitico Romani Pontifices moderati sunt, ac etiam Picenum Annonarium: in istis, quibus *Italiæ* nomen specialiter inditum est, distinctum Metropolitam, specialemque Synodum per tria quoque priora Ecclesiæ Secula admittit laudatus Auctor, ac plerique agnoscunt. Quod sentit, promit ille apertius citato loco: *Plane mihi persuadeo*, inquiens, *ipsius Cornelii tempore in Ecclesiasticæ Disciplinæ ordine duas veluti Diœceses apud Italiam constitutas fuisse*, D *e quibus Italica*, *& Romana Synodus constarent: quæ liquidius patuerunt*, *cum Italia lege Constantini duobus Vicariis Præfecti-Prætorio est assignata; quorum alteri sedes esset Mediolani*, *alteri vero Romæ*. Eusebio, quem sibi favere putat, Hieronymi adjungit auctoritatem Libro VII. num. V. Sunt vero Sancti Patris hæc verba Capite LVI. de Viris Illustribus: *Cornelius .... scripsit Epistolam ad Fabium Antiochenæ Ecclesiæ Episcopum de Synodo Romana*, *Italica*, *Africana*.

NIHIL hujusmodi ab Eusebio dictum, pro certo habent Bacchinius in Dissertatione de

mana Synodo contra Novatianum consentiebant: tum Concilio absoluto, decreta in eo lata per Epistolas cæteris longe dissitis Ecclesiis a Cornelio Papa significata; hujusmodi Epistolarum exemplum in illis haberi, quæ partim supersunt, ad Fabium Antiochenum datis: atque demum in hisce litteris tum Antistites illos, qui Synodo adfuere, recensitos esse; tum aliorum commemorata nomina, qui Romam non perrexerant, suis tamen in locis litteras contra Novatianum singuli dederant, ἕκαςος ἐπίςειλε. Quod si litteras dedere singuli, in Italiæ Provinciis ac Civitatibus constituti Episcopi, ad Synodum Romanam, & Cornelium Pontificem; igitur præter hanc Synodum Romæ habitam, alia perperam distinguitur *Italica*, ex Episcopis Italiæ in Septem distributæ Provincias collecta; nec enim singuli, ἕκαςος, singulas dedissent Epistolas; sed una totius nomine Synodi Epistola, ut moris erat, Romam ad Cornelium, & Synodum ejus transmissa fuisset. Hinc adserere laudati Scriptores haud verentur, minus accurate locutum esse D. Hieronymum: proque forma Ecclesiasticæ politiæ, quæ ipsius vigebat ætate, Italicam Synodum a Romana diversam ipsum autumasse.

SED alia præsto est verborum Hieronymi interpretatio, quam a Ludovico Thomasino acceptam proponimus. Nullas & ipse hoc ævo Metropoles novit præter Romanam in Italia. Ait vero Parte II. de Vetere & Nova Disciplina Libro III. Capite XL. num. 9. *Effuderat se fides ab Urbe* (Roma) *in omnem Italiam*, *& in viciniores Insulas*. *Ita conglutinatæ erant hæ Provinciæ longe strictius*, *quam cæteræ*, *Romano Præsuli: & diutissime propriis caruere Metropolitanis. Ubi scribit Hieronymus*, *Cornelium Papam ad Fabium Antiochenum Episcopum litteras dedisse de Synodo Romana*, *Italica*, *& Africana de damnatione Novatiani*, *in causa esse potuit persecutionis atrocitas*, *ut ne Italiæ omnes Episcopi Romam confluere possent*. Quibus verbis Italicam quamdam Synodum admittere videtur Thomasinus; non ea ratione, ac si aliquis in Diœcesi Italiæ Metropolitanus Episcopus foret, cujus esset ad Synodum cogere Septem Italiæ hoc modo sum-

„ ædibus ejiceretur: eæque illis adjicerentur, „ *quibus Italiæ*, *& Urbis Romæ Episcopi* (verba sunt Eusebii Libro VII. Capite XXX.) „ per litteras tribuendas præscriberent. Non „ novum condebat jus Aurelianus; sed ex veteris juris usu sanciebat, quo Episcopi Italiæ cum Papa ad Romana Concilia adgregarentur. „ Appositissimum censeo adversus Italiæ Metropoles argumentum. Hinc satis constat, *Italiæ* vocem in allegatis Eusebii locis ad significandam adhiberi totam Italiæ Peninsulam, alpibus & circumfuso mari definitam: eamque totam per se Romanos Pontifices, unius instar Metropoleos, administrasse.

Accedit vero, Sedem Aquilejensem per hæc eadem tempora vacavisse: nec ullum statui posse Episcopum, qui eamdem regeret Ecclesiam. Ait etiam Bacchinius loco citato num. 8. " *Difficillimum esse*, *Episcopum Mediolanensem invenire*, *qui Metropolitanum* „ *agens*, *Synodo hujusmodi* (nempe *Italicæ*, „ quæ Cornelii Papæ ætate obtruditur) *præ*„ *federit*. *Nisi enim quinque priorum Mediolani Episcoporum vita plus justo producatur*, *nequit fieri ut priorum seculorum successio immediata absque Interpontificiis diuturnioribus habeatur*. *Horum autem longius illud est*, *quod admitti debet inter Monam*, *quem decessisse ajunt anno 246. & Materni initia*, *quamvis is sub Decio sedere cœpisse credatur*, *& usque ad Diocletiani tempora perdurasse*. Itaque Eusebii locus, quem hactenus expendimus, nullum invehit in septem prædictis Italiæ Provinciis Metropolitam, imo rejicit: atque successio Aquilejensium, & Mediolanensium Episcoporum, hoc ævo perplexa, dubia, & pluribus Interpontificiis abrupta, vix certum patitur Episcopum, nedum Metropolitanum.

IV. Ad seculi æræ Christianæ quarti primordia accedimus. Nondum enatos in tota Italia Metropolitas, existimat Thomasinus loco citato. " Cum Constantinus, inquit, cau„ sam Cæciliani Carthaginensis Episcopi, & „ Donati Melchiadi Papæ & Concilio Roma„ no (anno 313.) delegasset, Concilio huic „ Romano adsuere Episcopi Italiæ, & præ cæ„ teris Merocles Episcopus Mediolanensis. *Ad*vota Reticium Augustodunensem, Maternum Agrippinensem, & Marinum Arelatensem cum Miltiade Romano Pontifice: ab isto vero pro suo jure quindecim alios delectos esse, eos nimirum, qui cum Papa pro more in Synodis Romanis adgregabantur. Hinc demum Thomasinus concludit: *Adparet ergo*, inquiens, *Metropoles*, *Mediolanensem*, *Ravennatem*, *Syracusanam*, *Calaritanam institutas postea fuisse*.

De Ravennatensis Metropoleos recentiore origine nemo jam dubitat, ad seculum Ecclesiæ quintum pertinente; itaut nimium excesserit Rubeus, qui ducendam eam esse a Divo Apollinare, & ævo Apostolico existimaverit. Primum Ravennæ Metropolitam constituunt Petrum Chrysologum, aut Decessorem ejus Joannem Angeloptem Clarissimi Viri, Norisius in Dissertatione de Synodo quinta, & Bacchinius de Originibus Ecclesiasticæ Hierarchiæ. De reliquis differere jam pergimus.

Anno Christi 314. Arelate in Gallia celebrata Synodus est in causa Donatistarum. Nomina Episcoporum, qui adfuerunt, hoc modo recensita legimus: *Chrestus ex Civitate Syracusanorum*, *Provincia Sicilia: Proterius de Civitate Capuensium*, *Provincia Campania*: *Pardus de Civitate Arpiensium*, *Provincia Apulia: Theodorus de Civitate Aquilejensi*, *Provincia Dalmatia*: *Merocles de Civitate Mediolanensi*, *Provincia Italia: Oresius de Civitate Massiliensi*, *Provincia Viennensi: Marinus de Civitate Arelatensium*, *Provincia Viennensi: Verus de Civitate Viennensi*, *Provincia suprascripta: Daphnus de Civitate Vasensi*, *Provincia Viennensi &c.* Quo in loco non Ecclesiasticæ Provinciæ, neque Metropoles recensentur; sed civiles indicantur Provinciæ, civilesque aut Geographicæ Provinciarum Metropoles, vel præstantiores nobilioresque Civitates. Hac de re lato calamo egimus Capite V. num. 2. Syracusanæ, Capuensis, Calaritanæ Metropoleon origines longe recentiores ostendimus: indeque sumptum argumentum est, quo nondum Metropoles, Aquilejensem, & Mediolanensem, hoc ævo enatas, perspicue conficitur.

Verum neque adulto eodem seculo quarto emer-

num. 50. referre placet. " Quoad Galliarum „ Metropoles, inquit, ante Concilium Nicænum omnis, quæ de iis supereſt notitia, „ valde obſcura. In Epiſtola *Martyrum Lugdunenſium* in Hiſtoria Euſebii relata, Eccleſia Viennenſis ante Lugdunenſem nominatur: & tamen Eccleſia Arelatenſis cum Viennenſi de Primatu contendebat; & ſub finem „ ſeculi quarti lis, quæ de poſſeſſione inter „ utramque hanc Eccleſiam vertebatur, nondum decidi potuerat. Scriptores antiquos, „ a quibus aliqua lux affulgere poteſt, diligenter inter ſe contuli: nihilque ex iis eruere potui, quod oſtendat, ante Conſtantini „ Magni Imperium Metropolitanos in Galliis „ aliquo jure potitos eſſe. (De Epiſcopis loquitur, qui in Civilibus Metropolibus, aut „ præſtantioribus Civitatibus ſedebant.) Quare ſicut in Hiſpaniis ante Concilium Eliberitanum, & Conſtantiniana tempora nullæ „ fuerunt Metropoles Eccleſiaſticæ, licet in „ iis eſſent Metropoles civiles, ut oſtendit „ Joannes de Segovia Marchio Agripolitanus, „ Vir in Antiquitate verſatiſſimus, in ſuis „ Diſſertationibus Eccleſiaſticis lingua Hiſpanica nuper editis: ita & in Gallia ante Conſtantini Imperium nullas Metropoles Eccleſiaſticas fuiſſe, autumo. „

Et num. 51. " Hinc quando Marcianus Epiſcopus Arelatenſis poſt medium ſeculum „ tertium in Novatianorum errores lapſus eſt; „ non Epiſcopus Viennenſis, ſed Fauſtinus Epiſcopus Lugdunenſis cum cæteris Galliarum „ Epiſcopis ejus conatus repreſſit .... Porro „ hæc verba Canonis VI. Nicæni: *Illud eſt* „ *omnino manifeſtum, quod ſi quis abſque Metropolitani ſententia factus ſit Epiſcopus,* „ *eum magna Synodus definivit non eſſe Epiſcopum;* quæ videntur Metropolitanum jus „ firmare, non derogant his prioribus ejusdem „ Canonis verbis, *Antiqui mores ſerventur.* „ De ſenſu hujuſce Canonis infra agendum.

Sunt vero qui non inepte arbitrantur, novas Eccleſiaſticas Metropoles in his præſertim

Apologia de fuga ſua num. 4. Sanctus Pater ait: In exilium pulſos fuiſſe *Liberium Romanum Epiſcopum, Paulinum Galliarum Metropolis Epiſcopum, Dionyſium Italiæ Metropolis Epiſcopum, Luciferum Inſularum Sardiniæ Metropolis Epiſcopum, & Euſebium ab Italia Epiſcopum.* Paria ſunt, quæ habet in Hiſtoria Arianorum ad Monachos, ſeu vitam ſolitariam agentes num. 33. Ait enim: *Claram edidere confeſſionem . . . Paulinus Trevirorum Galliæ Metropolis Epiſcopus, Lucifer Metropolis Sardiniæ Epiſcopus, Euſebius Vercellorum Italiæ urbis, Dionyſius Mediolani; eſt autem & ipſa Metropolis Italiæ.* Opus utrumque anno circiter 358. concinnavit Athanaſius. Nihil vero ex his locis colligi poſſe, quod Eccleſiaſticis Metropolibus faveat, præſtantiſſimi Viri contendunt. Diſerte monet Pagius ad Annum CCC. XXXII. num. 5. intelligenda hæc eſſe de Metropolibus civilibus, aut nobilioribus Provinciarum vel Diœceſeon civitatibus. An vero Paulinus, ſi verbis Athanaſii hæreamus, totius Galliæ Diœceſeos in quatuordecim Provincias tributæ Metropolitanus dicendus fuerit? Id nemo ſomniaverit. Dictus ergo *Galliarum Metropolis* Epiſcopus; quod Eccleſiam regebat in urbe Trevirenſi, Imperatorum Sede, ac etiam Præfectura Prætoriana ævo illo honeſtata. De Calari Sardiniæ Capite V. num. 2. diſſeruimus. Mediolanum, quod ſupereſt, ſedes erat Vicarii Italiæ: adeoque ab Athanaſio *Italiæ Metropolis* appellatur.

Hanc habuiſſe Sanctiſſimum Patrem præ oculis civilem Diœceſeon ac Provinciarum diſpoſitionem, ſatis innoteſcit ex aliis ejusdem verbis in Hiſtoria citata Arianorum num. 20. ubi narrat: Legatos Epiſcopos miſſos, *Vincentium Capuæ, quæ Metropolis eſt Campaniæ, Epiſcopum, & Euſratem Agrippinæ quæ Metropolis eſt τῆς ἄνω Γαλλίας, ſuperioris Galliæ.* Capuam jam oſtendimus, dici ætate illa non potuiſſe, niſi Metropolim civilem, aut præſtantiorem urbem Provinciæ Campaniæ; cum Metropoleos Eccleſiaſticæ prærogativam decimo

prodiisse jussio dicitur, *ut Occidentales Episcopi Ariminum τῆς Ἰταλίας in Italia convenirent*. Absque dubio spectabat Ariminum ad Diœcesim Italiæ, a reliquis decem Provinciis, quæ Vicario urbis parebant, distinctam: ac Civitas erat Piceni Annonarii. Hanc vero, cum prædicta scriberet, Provinciarum & urbium civilem dispositionem respiciebat Athanasius: ceteroqui namque Picenum idem Annonarium cum Arimino, Pisauro, aliisque Civitatibus Romano Pontifici, tanquam Metropolitano subjiciebatur. Rem ponit extra controversiam Norisius in Dissertatione Historica de Synodo quinta Capite x. Epistolam profert Gregorii Magni, quæ juxta editionem Monachorum S. Mauri numeratur xx. Libri vii. *Clero & Plebi consistenti Arimini* datam: ubi Sanctissimus Pontifex mandat, ut *talem sibi præficiendum eligant, auxiliante Domino, Sacerdotem* sive Episcopum, qui deinde ad ipsum Romam *veniat ordinandus*. In Epistola præcedente xix. injungit *Mariniano Archiepiscopo Ravennæ*, ut electum Ariminensem Episcopum, suæ quoque adjuncta testificationis epistola destinet; quatenus ejusdem Ecclesiæ, disponente Domino, a se *consecretur Episcopus*. Item Libro ii. Epistola xii. *Castorio Episcopo de Arimino* facultatem Oratorii *consecrandi* tribuit: & Libro v. Epistola xliv. ejusdem Ecclesiæ visitationem Leontio Urbinati Episcopo committit. Hæc procul dubio jura sunt Metropolitica.

In Epistola xlvi. Libri vi. *miratur*, Felicem Episcopum Pisauri, *serie præcepti neglecta*, quod ipsi Decessor ejus Pelagius II. dederat, *Monasterium* a Joanne quodam constructum *aliter quam antiquæ consuetudinis usus exigit, consecravisse*. Ipsa demum Ravenna, antequam erigeretur in Metropolim, ad Picenum Annonarium pertinebat. Æmiliæ postea, Imperatorum Arcadii & Honorii mandato, adjuncta fuit; atque tum Metropolitæ Romano suberat. Quæ omnia luculentissime comprobare videntur Ecclesiarum politiam conformatam dici non posse per hæc tempora ad normam civilis Diœceseon, Provinciarum, & Urbium præstantiorum dispositionis a Constan-

gnitates & auctoritates Ecclesiis serventur. Rationem primæ partis, quæ adducitur in Canone, ita verterat Dionysius Exiguus: *Quia & Urbis Romæ Episcopo parilis mos est*.

In prima eadem Canonis parte jus proponi Metropoliticum, minime Patriarchicum quod postea invectum est, in quo Romanus Pontifex & Episcopus Alexandrinus convenirent, mihi facile persuaserim. Hactenus ostendimus, Romanum eumdem Pontificem per hæc tempora totius Italiæ, ac Insularum adjacentium Metropolitanum egisse: ipsumque per sese Episcoporum ordinationes celebrasse, ad Synodum Romanam vocasse Antistites, ac negotia quæque peregisse in his Provinciis. Hæc omnia in dissitis regionibus cum per se Pontifices Romani, re christiana præsertim amplificata, exsequi non valerent, eadem peragenda demandarunt tum illis, quos initiatos Episcopos ad gentium conversionem mittebant, tum certis etiam quos vellent Præsulibus, qui prædicta omnia eorum nomine curarent. Jus vero Metropoliticum his aliisque postmodum accessit, vel a primis temporibus, vel sequiore ævo: unde in Galliis, & Hispaniis ante Constantiniana tempora veros non extitisse Metropolitas, cum Antonio Pagio constituimus.

Simile jus, Concilii Nicæni tempore, uni conveniebat Episcopo Alexandrino in Ægypto, Lybia, & Pentapoli: quod omnino servandum, Synodus eadem Nicæna indicit. Id enim perspicue nos docet Epiphanius Hæresi lxxviii. num. i. ubi hæc habet: *Hic enim mos est Alexandrinorum Archiepiscoporum, ut per totam Ægyptum, ac Thebaidem, Mareotidem, Lybiam, Ammonitidem, ac Pentapolim Ecclesiastica negotia administrarent*. Adnotat quidem eodem loco, Meletium *ceteris Ægypti Episcopis antecelluisse, secundum a Petro* (Alexandrino) *dignitatis locum obtinentem*: hæc vero simul addit, *Utpote illius adjutorem, sed eidem tamen subjectum, & ad ipsum de causis Ecclesiasticis referentem*. Is est Meletius, Episcopus Lycopolis in Thebaide, cui amplissimam idem Petrus curam in Ecclesias Diœceseos Ægypti commiserat. Schisma deinde ineunte seculo quarto Meletius conflavit:

... Provincias protemo.

Hoc eidem Antistiti servandum jus inviolatum Nicæna Synodus indicit: quod etiam exemplo urbis Romæ Episcopi sustinet, ac fulcit; unde Metropolitica jura Pontificis Romani in Occidente per hæc tempora confirmantur. Non ita Ecclesia Antiochena custodierat vetusta jura sua: adeoque ejusdem cum Romana nulla fit comparatio. Statuitur vero in altera Canonis parte: ut *similiter in Antiochia, & in aliis Provinciis sua privilegia, ac suæ dignitates, & auctoritates in Ecclesiis serventur*. Ubi jam plures in Oriente indicantur Provinciæ, & Metropoles Ecclesiasticæ. Neque illæ solum vigebant, quæ ab initio Metropoles institutæ sunt, ut Hierosolymitana in Judæa, in Asia Minore Ephesus, Corinthus in Achaja, Athenæ in Græcia, aliæque a Paulo, aliisque Apostolis fundatæ, veluti matres aliarum: sed pleræque tertio inclinato æræ Christianæ seculo emerserant, quæ jus Antiochenæ Ecclesiæ lædebant. Civilium nempe Metropoleon, aut præstantiorum Civitatum Episcopi usurpare cœperant aut honorem præeminentiæ, aut jurisdictionis munera, quibus magis minusve a Metropolita primævo divellebantur. Hinc dissidiorum litiumque origo: quibus componendis Nicæna Synodus insudavit. Antiquos mores indicit servandos. Alexandrino Episcopo *omnium potestatem* vendicat in Ægypto, Lybia, & Pentapoli, *quia & urbis Romæ Episcopo parilis mos est* in Italia & Occidente. Intacta quoque servari decernit Antiochiæ & in aliis Provinciis Ecclesiarum dignitates, auctoritates, privilegia, quæ vigebant.

In Occidente demum, ac intra fines Italiæ, Romanis Pontificibus liberaliter agentibus, emergere cœperunt Metropolitæ, quibus ordinationum ac Synodorum libera in suis Provinciis facultas tributa est. In Italia a Romana Metropoli septem illæ avulsæ sunt Provinciæ, quæ Vicario Italiæ parebant; Aquilejensi, ... ætate, tanquam Metropolitam agnoscebant.

VII. Jus absque dubio Metropoliticum in Ecclesiis decem Provinciarum, quarum tenebat regimen Vicarius Urbis, exercebant Romani Pontifices Innocentius, Cælestinus, Leo Magnus, Gelasius, Gregorius, aliique Successores, ut ostendimus. Neque in Diœcesi Italiæ, septem aliis Provinciis conflata sub Vicario itidem Italiæ, ullus emerserat cœpto adultoque seculo quarto Metropolita: omnesque Episcopi Romano Pontifici, tanquam uni totius Italiæ Metropolitano, subjiciebantur. Adversa nihilominus quædam singularis occurrit Paschasii Quesnellii opinatio, quam postremo loco refero, & expendo.

In Notis ad Epistolam xvi. Leonis Magni sic habet: *Controvertitur inter Eruditos, utrum in Regionibus Urbicariis* (illas intelligit, quæ juxta Constantinianam dispositionem Vicario Urbis parebant) *singulæ Provinciæ suos haberent Metropolitas, a quibus ipsæ regerentur, consecrarentur Episcopi Provinciales, congregarentur Synodi, & alia Metropolitica jura implerentur? Plurimi affirmant, negant nonnulli. Metropolitanos quidem, si qui fuerint, titulum sine re habuisse Leonis saltem tempore, pro certo habendum puto. Omnes enim Metropoliticæ dignitatis prærogativas, atque officia ad se traxerant Romani Pontifices, annitentibus Augustis, Provincialibus Episcopis conniventibus, qui magno honore ducebant a primæ Sedis Episcopo, omniumque Episcoporum apice, dignitatem sumere: non reluctantibus etiam Metropolitis, qui a Pontificibus urbis Sacerdotii honorem adepti, ab iisdem toti pendebant.*

Animadvertit Quesnellius, certissimis documentis comprobari, Leonis Magni aliorumque Pontificum ætate, neminem præter illos in quamplurimus Italiæ Provinciis Metropolitico jure usos esse. Quod cum inficiari non posset, in eam abiit sententiam, ut qui sequiore ævo aut Metropolitæ non erant, aut nudum

fatente Quesnellio, jure Metropolitico quamplures Leonis Magni ævo caruisse Episcopos Italiæ. Atqui Metropolitas illos extitisse præcedentibus seculis, nihil adduci potest, quod suadeat, aut satis indicet: adeoque vana ac futilis est Quesnellii sententia. Priscæ illius ætatandum, Metropoles in Italia quarto incepto, adultoque seculo præter Romanam non extitisse, quæ postmodum excitatæ fuerunt, aut Pontificum largitate, aut etiam Principum favore, aliæ quidem maturius, serius aliæ, ut jam indicavimus, ac ostendere pergimus.

CAPUT XX.

Eodem seculo Ecclesiæ quarto ad finem vergente, in Metropolim erigitur Mediolanum, cujus amplitudo indicatur. Eidem paruit numquam Aquilejensis Ecclesia, eodemque circiter tempore Metropolis effecta est. Ad Istriam primum protensa, deinde Venetiam complectitur, latioresque aliarum Provinciarum fines.

I. TEMPORA jam pertingimus, quibus in Italia Ecclesiasticæ Metropoles enatæ sunt. Primum agere præstat de Ecclesia Mediolanensi, quam juribus Metropoliticis auctam exornatamque, Ambrosii gesta mirifice probant. Hæc vero dum jura exponimus, simul Provinciæ aut Diœceseos Ecclesiasticæ amplitudinem indicamus. Extincto Auxentio perfido Ariano, qui Sedem Mediolanensem occupaverat, qua deturbatus & in exilium pulsus fuerat Dionysius, in locum ejus Divus Ambrosius anno 374. sufficitur. Viginti fere annorum spatio hæreticum virus per Italiam, sive Diœcesim Vicario Italiæ subjectam, sparserat hæreticus Pseudo-Episcopus, Ecclesiam fœdaverat Mediolanensem, aliasque infecerat circumpositas, avulseratque Antistites a Catholica & Romana communione. Nullum non movit lapidem Ambrosius, ut regionem omnem ad sanam doctrinam revocaret: non unius Mediolanensis, sed aliarum quoque Diœceseos Italicæ Ecclesiarum consuluit angustiis, integerrimos viros provexit ordinavitque Episcopos, habuitque Synodos ad hæreses propulsandas, remque Christianam amplificandam. Hinc Hieronymus in Chronico ad Annum XI. Gratiani Imperatoris, qui partim anno Christi 377. & partim insequenti 378. respondet, hæc verba apposuit: *Post Auxentii seram mortem, Mediolani Ambrosio Episcopo constituto, omnis ad fidem rectam Italia convertitur*. Prædicta omnia Ecclesiasticæ potestatis munia, Romano annuente Pontifice, cui tanquam Metropolitæ conveniebant, peracta ab Ambrosio credere par est: unde hac data occasione, & hocce tempore nova in Italica Diœcesi Mediolanensis Metropolis emersit.

METROPOLITICA Ambrosii officia recensenda sunt. Habetur ejus Epistola secunda in Editione Nourriana anno circiter 379. data *ad Constantium*, in qua num. 27. sic habet ille: *Commendo tibi, Fili, Ecclesiam quæ est ad Forum-Cornelii, quo eam de proximo intervisas frequentius; donec ei ordinetur Episcopus. Occupatus diebus ingruentibus Quadragesimæ tam longe non possum excurrere*. Cum ipse per sese Quadragesimæ tempore invigilare non posset Foro-Corneliensi Ecclesiæ proprio destitutæ Pastore, ipsam Constantii solicitudini commendat, donec ingruentibus negotiis expeditus novi Antistitis electionem procuret, ipsumque sacra initiet ordinatione. Ughellus *Constantinum* legerat Epistolæ inscriptum: eamque datam credidit Imperatori Constantino. Repugnant tempora: ac prima ejusdem verba Constantium exhibent Episcopum: *Suscepisti munus Sacerdotii, & in puppe Ecclesiæ sedens navim adversus fluctus gubernas*. Forum-Cornelii (nunc *Imola*) ad Æmiliam Provinciam pertinebat. Quis ille fuerit Constantius, quamve regeret Ecclesiam, ignotum. In Concilio Aqui-

receperunt. Comum Liguriæ urbs erat. Hanc Felicis ordinationem Ughellus arbitratur, peractam ab Ambrosio, Apostolici Legati munere fungente, non tanquam Metropolitano; eo quod Sedes ista Aquilejensi Præsuli, ut putat, numquam subjecta non fuerit. Eadem est Christiani Lupi sententia Tomo VI. Editionis Venetæ in Dissertatione de Romana Episcoporum consecratione Capite VII. Superius allata verba sic intelligenda censet ille, ut Felix Episcopus venire timuerit ad Basilicæ Laudensis dedicationem, ne data sibi ab alieno Metropolita, scilicet Ambrosio, consecratio in quæstionem vocaretur in Synodo Encæniorum occasione congregata; ipsum vero certiorem fecerit Ambrosius de ipsius *ordinatione* minime *reprehendenda*, eo quia eamdem peregerit Apostolicæ delegationis vigore. Hæc nobis jure nullo, nullaque ratione prolata videntur. Feliciorem arbitramur Nicolai Nourrii ad ea verba adnotationem: *Adverte*, inquientis, *institutum Episcopum nunquam reperiri, nisi per manuum alterius etiam Episcopi impositionem.* Ea scilicet difficillima tempestate, qua Auxentius Arianus Mediolanensem aliasque fœdaverat Ecclesias, *multa messis* erat *Christi*, eodem Ambrosio in eadem Epistola testante, *sed pauci operarii*. Hinc solus ille novo Comensium Antistiti manus imposuit: neque tamen ordinationem hoc modo peractam in tanta *operariorum* inopia redarguendam fore in Synodo Laudensi, certissimum reddit Felicem. Nullum ergo superest argumentum, quo Ambrosii delegatio, quam Ughellus & Lupus obtrudunt, probabilis aut verisimilis efficiatur,

EPISTOLA quinta, quæ succedit, eodem circiter anno 380. ad *Syagrium Veronensem* Episcopum data est. Ejusdem judicium in causa Indiciæ sacræ Virginis, quæ contumeliosæ obstetricum inspectioni exposita fuit, improbatur ab Ambrosio: suamque ipse tuetur sententiam, quam in cœtu coëpiscoporum tulerat. Numero 1. appellat *carissimos nostros Veronenses*: quorum aliquos *exasperatos* ad se *venisse* narrat. Ob judicium nempe Syagrii, quod insuper habita legitima forma latum fuit, graviter offensi Veronensium nonnulli, Mediolanum sanctum Antistitem convenerant, ut ca*municati manerent*, *nisi forte probata sui pœnitentia*, *& hujus facti diuturna deploratione*,

B *dignos se præberent misericordia*. Solicitudinis Ambrosii Metropolitanæ ad Provinciam Venetiam protensæ apertissime patent jura.

ANIMADVERTENDA veniunt, quæ leguntur verba num. 8. in eadem Epistola. *Siquidem & proximo id comperimus exemplo*, hujusmodi uteri inspectiones frequentius inutiles ac vanas esse. *Nam quædam conditionis servilis Altini inspecta & refutata*, *postea Mediolani*, *non meo quidem jussu*, *sed Nicenti ex Tribuno & Notario domini vel patroni sui voluntate*, *visitata est a peritissima & lucupleti femina hujusmodi artis... Tamen adhuc manet quæstio*. Cum ait, id non suo jussu Mediolani factum, idem se jubere potuisse innuit: unde

C & Altinum in Venetia subjectum Mediolanensi Metropoli intelligitur.

DE Concilio Aquilejensi, cujus os & lingua fuit Ambrosius, egimus Capite IX. & infra num. 2. acturi sumus. Occurrunt vero Synodi Italicæ anno sequente 382. celebratæ. Epistolæ Synodicæ duæ supersunt, quarum titulus est: *Beatissimo Imperatori & Clementissimo Principi Theodosio*, *Ambrosius & cæteri Episcopi Italiæ*. Quo loco Italiam sumi contracta significatione pro aliquibus Provinciis Vicario Italiæ subjectis, locus ambigendi nullus est.

AD annum circiter 385. pertinet Epistola XIX. ad Vigilium Episcopum Tridentinum, cujus priora verba hæc sunt: *Poposcisti a me*

D *institutionis tuæ insignia*, *quoniam novus accitus es ad Sacerdotium*. Cur Vigilius nuper Tridentinus electus Episcopus institutionem ab Ambrosio peteret, si suum ipse non agnovisset Metropolitam? Ita censent plures. Rem vero perplexam esse ac dubiam, ostendimus Capite IX. num. 6.

ANNO circiter 389. Joviniani & sociorum hæresis, agente Siricio Papa, Romæ damnata est. Hac de re ab eodem Pontifice data Epistola habetur, cujus non una in editis, & MSS. codicibus inscriptio legitur. Apud Quesnellium in Codice Canonum Ecclesiæ Romanæ titulus est, *Ad omnes Episcopos Italiæ*; quem nusquam se offendisse admonet Petrus Constantius

scripsi. Eventius Episcopus saluto Sanctitatem tuam in Domino, & huic epistolæ subscripsi. Maximus Episcopus. Felix Episcopus. Bassianus Episcopus. Theodorus Episcopus. Constantius Episcopus. Ex jussu Domini Episcopi Geminiani, ipso præsente, Aper Presbyter subscripsi. Ita sane Episcoporum subscriptiones exhibentur in Editionibus antiquis ac Labbeana, apud Quesnellium loco citato, & Nourrium inter Epistolas Ambrosii, ac Petrum Constantium citato loco. At sedes præterea Episcoporum recensentur in Editione Romana, hoc modo: *Subscriptio. Ego Ambrosius Mediolanensis Episcopus subscripsi. Eventius Episcopus Cenetensis saluto &c. Maximus Episcopus Emonensis. Felix Episcopus Jadrensis. Bassianus Episcopus Laudensis. Theodorus Episcopus Octodurensis. Constantius Episcopus Arausicanus. Sabinus Episcopus Placentinus. Ex jussu Domini Episcopi Geminiani... Eustathius Episcopus.*

HINC Diœceseos Ecclesiasticæ, quam regebat Ambrosius Metropolitanus, fines protendunt nonnulli usque ad Illyricum; cum Synodo subscriptos habeamus Maximum *Emonensem*, & Felicem *Jadrensem*. Sed æque ad Gallias extendenda foret Provincia Mediolanensis, cum pariter subscripsisse legantur Theodorus *Octodurensis*, & Constantius *Arausicanus*. Interpolatas vitiatasque hujusmodi volunt subscriptiones Nourrius, & Constantius, quibus ultro consentio: sedesque illas pro genio Exscriptoris repetitas esse ex Aquilejensi Concilio anno 381. celebrato suaderi facile potest, tum quia sedes illæ in vetustis Editionibus, & MSS. Codicibus desiderantur; tum quod etiam Geminiano, & Eustathio sedes nulla hoc loco tribuitur, quia pariter in Synodo Aquilejensi non habetur. Porro Sabinum *Placentinum*, & Bassianum *Laudensem* admittimus. Eventium *Ticinensem*, non *Cenetensem* legi debere, admonuimus Capite IX. num. 2. Felix non Jadrensis fuerit, sed *Comensis:* quem initiatum ab Ambrosio Episcopum diximus. An Maximus dici debeat potius *Veronensis*, quem Syagrio suffectum exhibent Veronenses Tabulæ apud Ughellum? In Aquilejensi Concilio duo subscribunt Constantii, *Arausicanus*, & *Sciscienfis:* neutrum vero Synodo subscripsisse *bi Ecclesia petere solebant. & quod verecundius est, mihi adscribitur vestra intentio, quæ affert impedimentum.* Intentio, seu contentio B Vercellensium, & in sua cujusque opinione pertinacia Ambrosio tribuebatur. Cur ita? Quod ipse pro sua Metropolitica auctoritate illam animorum contentionem sopire, & componere teneretur. Muneris sui explebat partes omnes: sed irrito conatu ob mutua Vercellensium diffidia. Habes hoc etiam loco Solicitudinis Metropoliticæ protensionem ad Liguriam, Æmiliam, Venetiam. *Finitimas* alias *Italiæ* partes intelligunt nonnulli regiones Illyrici. Cur potius non intellexerit Ambrosius Rhetias primam, & secundam, quæ ad Diœcesim Italiæ pertinebant juxta civilem Constantini formam, tametsi proprie regiones Italiæ non essent.

C TOTAM & integram demum, quanta erat, Ecclesiasticam Mediolanensem Provinciam sub oculos ponit Synodus ab Eusebio ejus Urbis Episcopo celebrata, in qua Epistolæ Dogmaticæ Leonis Magni ad Flavianum subscriptum fuit. Qui Synodo adfuerunt Episcopi, hoc ordine recensentur: Faventius *Regiensis*, Majorianus *Placentinus*, Cyprianus *Brixillensis*, Quintus *Dersonensis*, Crispinus *Ticinensis*, Florejus vice Eulogii *Iporiensis*, Maximus *Taurinates*, Gratus loco Euthasii *Augustani*, Cyriacus *Laudensis*, Abundantius *Comensis* pro se, & Asinione *Curiensi*, Paschasius *Genuensis*, Pastor *Astensis*, Simplicius *Novariensis*, Joannes *Cremonensis*, Optatianus *Brixianus*, Justinianus *Vercellensis*, Quintius *Albi-* D *gaunensis*, Præstantius *Bergomas*. Ad annum 452. pertinet hæc Synodus. Veneti Episcopi nulli inter Subscribentes comparent: Cur ita? Non alia excogitari potest ratio, nisi quod Veneti Episcopi jam avulsi a Provincia Mediolanensi, ævo illo accesserant ad Aquilejensem Metropolitam.

PERACTAM ab eodem Ambrosio Anemii Sirmiensis Episcopi ordinationem non prætereo, ex qua non paucis colligere placet, ad dissitas illas Illyrici regiones protensam hac ætate fuisse Metropolim Mediolanensem. Namque *Sirmium ad ordinandum Episcopum Anemium*, adversantibus licet Arianis, eisque favente Justina Imperatrice, *perrexisse* Ambrosium

ejusque Vicarii Sedes erat Sirmium. En ergo Illyricum a Gallia Cisalpina, seu Diœcesi Italica sejunctum.

Hac insuper ætate Sirmium evaserat Pannoniæ Secundæ Metropolis Ecclesiastica: quam etiam prærogativam in dissitis aliis Provinciis in Hispaniis, Galliis, & reliquo Occidente invaluisse, jam adnotavimus. Non hæreo Anemii verbis in Aquilejensi Concilio, quod anno 381. habitum est: *Caput Illyrici*, inquientis, *nonnisi Civitas est Sirmiensis: ego igitur Episcopus illius Civitatis sum*. Hæc enim intelligi commode possunt de civili prærogativa, qua Sirmium potiebatur, sive fuerit Præfecti-Prætorio per Illyricum Sedes, sive Vicarii sub Præfecto-Prætorio per Italiam. Aptius videtur documentum, quod sumitur ex Novella XI. Justiniani, Consulatu *Belisarii*, idest anno Christi 535. notata, ubi hæc habentur: *Cum enim in antiquis temporibus Firmi* (Sirmii) *Præfectura fuerit constituta, ibique omne fuerit Illyrici fastigium, tam in civilibus, quam Episcopalibus causis: postea autem Attilanis temporibus, ejusdem locis devastatis, Appenius Præfectus-Prætorio de Firmitana* (Sirmiana) *Civitate in Thessalonicam profugus venerat, tunc ipsam Præfecturam & Sacerdotalis honor secutus est*. Labitur Imperator, Prætorianam Præfecturam de Sirmio Attilanis temporibus Thessalonicam transferens; quod vero fastigium collocat Sirmii in *Episcopalibus causis*, Metropolitanam saltem indicat dignitatem, auctoritatemque. Excitandæ Metropoleos ansam dedisse Photinum, & Germinium, Arianos ejus loci Episcopos arbitror, qui avulsis per Illyricum a communione catholica Ecclesiis dominabantur; unde Socratis verba sunt Libro II. Capite XVIII. *Sirmii, quæ Civitas est Illyrici, alia hæresis exorta est: nam Photinus, qui ejus loci Ecclesiis præsidebat &c.* Quæ demum omnia suadent, Ambrosium a Catholicis Episcopis vocatum, Sirmium perrexisse ad ordinandum Anemium: ab eoque illam peractam ordinationem, non jure Metropolitico, quod in alium

noluisse Eusebium Vercellensem: *Hoc sibi placere*, inquientem, *quod illis: sed quod sibi Filium Dionysium in subscribendo præponerent, graviter se moveri. Vos enim*, ait, *qui dicitis Filium Dei Patri Deo æqualem esse non posse, cur mihi filium prætulistis. Qua illi ratione permoti, statim S. Dionysii Chirographum deleverunt, priorem locum describendi Beato Eusebio deferentes*. Quo ex loco deductam a Rubeo Metropoliticam Vercellarum prærogativam prætereo, a Doctissimis Viris jam strenue profligatam. Sunt alii, qui Dionysium colligunt Metropolitanum fuisse, quem Eusebio in subscribendo præposuerint Ariani. Si Metropolitica potiebatur ille auctoritate, cur ejusdem Dionysii, inquio ego, Chirographum delevissent Hæretici, *priorem locum describendi Eusebio deferentes?* Unam ergo ætatis prærogativam opposuit Eusebius Vercellarum; primumque adierant Dionysium Ariani, a quo facilius extorqueri subscriptionem posse crediderunt. Cæterum hanc denique inter fabellas amandant plerique narrationem.

II. An vero Mediolanensi Metropoli ad Venetiam usque protensæ paruerit aliquando Ecclesia Aquilejensis? Nihil minus. Aquilejense Concilium anno 381. celebratum primo loco expendo. Inter Provincialia, quæ sub uno Provinciæ Metropolitano habentur, numerari non posse, evincunt omnino Sedes Episcoporum, qui adsuere. Recensitos legimus præter Diœceseos Italiæ Antistites, Illyrici quatuor, Anemium *Sirmiensem*, Maximum *Emonensem*, Felicem *Jadertinum*, Constantium *Sciscienses;* Gallos tres, Theodorum *Octodurensem*, Domninum *Gratianopolitanum*, & Amantium *Niciensem;* ac insuper Gallorum, & Afrorum Legatos. Hinc inter Synodos fere generales in Occidente his temporibus frequentius convocatas hæc locum habet Aquilejensis. Hinc etiam Divum Ambrosium, uti linguam & os ejusdem, ita præsidem, si placeat, concessero: jus tamen ejusdem Metropoliticum pernego. Plura animadvertimus Capite IX. ubi ostensum est, simul etiam præfecturam in Sy-

nus Lupus Tomo VI. Editionis Venetæ in Dissertatione de Romana Episcoporum consecratione Capite VII.

ANNO insequente 382. Synodum Italicam, præside Ambrosio, habitam esse narravimus. Huic Valerianum interfuisse, veluti Comprovincialem Episcopum, probaverit nemo. Imo eodem anno Orientales Patres ex Synodo Constantinopolitana Synodicas litteras ad Romanam Synodum dirigentes, hanc illis inscriptionem fecere: *Dominis carissimis ac Religiosissimis Fratribus & Comministris, Damaso, Ambrosio, Brittoni, Valeriano, Ascholio, Anemio, Basilio, & reliquis Sanctis Episcopis, qui in Magna Urbe Roma collecti sunt.* Valerianum vides inter Episcopos connumeratum, quos dignitas Metropolitica exornabat, Ambrosium *Mediolanensem*, Brittonem *Trevirensem*, Ascholium *Thessalonicensem*, & Anemium *Sirmiensem*. Imo præterea digna est animadversione inscriptio litterarum, quæ anno 371. aut insequente in Synodo Romana, Damaso præside, datæ fuerant: *Episcopi Romæ in Sacrosancta Synodo congregati Damasus, Valerianus, & reliqui Dilectis Fratribus & Episcopis in Illyrico constitutis.* Ubi Valeriani expressa mentio singularem ejusdem prærogativam, arbitror ego Metropoliticam, satis indicat. Hoc enim tempore Mediolanensi Ecclesiæ Auxentius Arianus incubabat, prædicta Romana in Synodo condemnatus, dejectusque munere, ac dignitate. Unde non inepte colligas, jam tum Valerianum, qui fœdatam a Fortunatiano Aquilejensem Ecclesiam purgaverat, finitimasque vindicaverat Ecclesias ab hæresi, Metropolitica exercere munia cœpisse.

MORTALITATEM exuit ille anno 368. quo, vel insequentis initio Aquilejæ diversabatur Ambrosius, utique *ad novi creationem Antistitis*, ut Baronius admonet. Conjecturam ejus adprobamus: addimusque, non Episcopum comprovincialem, sed Metropolitam a Metropolita initiatum fuisse. Pronum est conjicere, jam tum in usu poni cœpisse morem illum in utriusque Metropolitani, Mediolanensis, & Aquilejensis, ordinatione servandum, quem Pelagius I. describit in Fragmento I. Episto-

niebat ob itineris longinquitatem & difficultatem largitus est. Unde cum propior esset Ravenna Civitas, electus ibi Episcopus, tametsi Metropolitico jure præditus, Romam ordinandus ex lege & more properare cogebatur, ut notissima exempla manifestant. Hæc deinde verba Pelagius habet: *Et in sua, qui ad Episcopatum provehendus erat, nec tamen Ordinatori suo subdendus fuerat, ordinaretur Ecclesia;* quæ vetustum utriusque Episcopi, Mediolanensis, & Aquilejensis, Metropoliticum jus satis indicant, quo alter numquam paruit alteri.

EAMDEM Successoris Chromatii dignitatem auctoritatemve præcipuæ manifestant partes illæ, quas in negotio Origenis, & in causa Joannis Chrysostomi cumulatissime explevit. Testatur Hieronymus Libro II. contra Rufinum num. 22. *Beatos Episcopos, Anastasium, & Theophylum, & Venerium, & Chromatium .... pari sententia* Origenem *haereticum denunciavisse populis*. Itemque Chrysostomus, opem sibi Sede inique depulso imploraturus ab Occidentalibus, ad Innocentium I. litteras dedit, Palladio teste in ejus Vita, *ad Venerium Episcopum Mediolani, & ad Chromatium Aquilejæ Episcopum*. Ejusdemque integerrimi Viri cum tueretur causam Honorius Augustus, ad Arcadium Fratrem scripsit litteras, quibus duas adjunxit ex pluribus delectas, *unam Romani, alteram Aquilejensis Episcopi*. Sanctitas vitæ, ac doctrinæ præstantia hanc potuerunt Chromatio conciliare præ ceteris in Italia Episcopis existimationem: sed ejus quoque Metropolitica dignitate effectum est, ut cum Romano Pontifice in gravissimis, quæ emergebant, negotiis commemoraretur, simulque adjungeretur Metropolitæ Mediolanensi.

III. Quænam vero fuerit hoc ævo Ecclesiastica sub Aquileja Metropoli Provincia, quinam Episcopi Comprovinciales? Pro certo habeo, Aquilejensem Episcopum ab institutæ Metropoleos origine potissimum Istriæ Provinciæ Ecclesiis jus dixisse, atque finitimis. Id mihi colligere posse videor ex *Istriæ* appellatione: quo nomine Aquilejensem Provinciam

dinatione a Valeriano, verisimillimum est. Annon etiam Sabiona in Noricis eidem subjecta dicenda fuerit, cui Episcopum Cassianum a Fortunatiano datum ordinatumque, scribit Hundius in Metropoli Salisburgensi? Quidni suffraganeas hoc pariter ævo dicamus Ecclesias, *Celejanam*, *Emonensem*, *Scarabantiensem*, *Tiborniensem*, in Norico & in Pannonia, quarum Antistites Synodo Gradensi, de qua postea agendum est, subscribentes legimus? Prædictas Ecclesias Metropoli Aquilejensi adjectas in Attilana clade Sirmii, censet Schelstratius. Contigit illa anno æræ vulgaris 442. ac decennio post & ipsa Aquileja excidium passa est. Hinc laudati Scriptoris opinionem pro dubia & incerta habent alii. Marcus Hanzisius Tomo I. Germaniæ Sacræ Capite XII. sic differit: *Pro Aquilejensibus est primum possessio posteriorum temporum, ex quibus argumentum promovent ad anteriora. Deinde jus originarium fundatum in eo, quod Ecclesiæ Norici originem accepere ab Aquilejensi: quod vel ipse locorum situs suadere videtur, contigui enim sunt Norici Aquilejensibus.* Quidni vero vel ipse Valerianus hisce populis Illyricis jus dixerit, quem Basilius in Epistola ad ipsum data vocat *Episcopum Illyrici* aut *Illyricorum?*

AD Venetiam quod attinet, jam Chromatio tanquam Metropolitæ paruisse *Altinensem* Ecclesiam, haud inepte conjicias. Maxima namque Heliodoro intercessit necessitudo cum eodem Chromatio: ambo obtinuerunt ab Hieanno 452. celebrata, cum novemdecim adfuerint Episcopi, nullus habetur ex Venetia; ut jam illos omnes ad Aquilejensem Metropolim hac ætate accessisse, dicendum sit. Subscribentes legimus *Comensem*, & *Augustanum* Antistites, quos postea juri addictos Metropolitæ Aquilejensis, certum est exploratumque. Ajunt enim Schismatici, de quibus mox agendum, in Libello ad Mauricium Imperatorem anno 591. *Sed quia Galliarum Archiepiscopi* C *vicini sunt, ad ipsorum sine dubio ordinationem accurrent, & dissolvetur Metropolitana Aquilejensis Ecclesia sub vestro Imperio constituta, per quam Deo propitio Ecclesias in gentibus possidetis. Quod ante annos jam fieri cœperat: & in tribus Ecclesiis nostri Concilii, idest Beconensi*, (Breonensi,) *Tiburniensi, & Augustana Galliarum Episcopi constituerant Sacerdotes.* Id accidisse ante Schismatis tempora, infra dicendum.

HÆC vero sunt, quæ de Metropoli Aquilejensi certiora in Monumentis Ecclesiasticis ostendimus. Eodem illa tempore simul emer- D sit cum Mediolanensi Metropoli. Hinc dissidiorum causa, quæ postea efferbuerunt. Fines habes minus magisque protensos, ac vicissitudines: nec mirari subeat, tot accidisse mutationes, quas etiam in cæteris Metropolibus licet advertere, donec temporum decursu, solicitudine caritatis urgente, ac etiam servandi & amplificandi juris adigente cupiditate, certi fines constituerentur.



CA-

Srumque gestorum paullisper intermissam resumo historiam. Antistites occurrunt, qui nefandi ac diuturni schismatis labe Ecclesiam nostram fœdarunt. Primus est Macedonius: quem Chronicon Aquilejense *Virum clarum, & pium* exhibet, *Justiniani Augusti assumptum temporibus, vitam ducentem laudabilem, ac fratres mirabiliter in Christo, dum Provinciam peragraret, confortantem & alentem, post annos demum* XXVI. *ab ordinatione communi fato functum*. Plura narrat Dandulus. Hæc sunt, quæ primo loco recenset: *Macedonius Episcopus Aquilegiensis subrogatus est anno Domini* D. XXXIX. *Hic natione Macedonicus factus Episcopus, multas suo tempore tribulationes sustinuit: & in Grado Ecclesiam S. Joannis Evangelistæ pulcro opere dedicavit*.

INITÆ sedis calculis non repugno; nec enim meliores, certioresque investigare licet, cum vetusta probatæ fidei Ecclesiastica desiderentur monumenta. Tunc annum agebat Imperii tertium decimum Justinianus Augustus. Regnum vero Gothicum in Italia administrabat Vitiges, quem, occiso Theodo anno 536. sibi Gothi Regem crearunt. Currebat etiam quartus belli annus, quod ipsis Gothis indixerat Justinianus, agebatque propitio Marte per Belisarium.

II. VERBA repeto Libelli Schismaticorum ad Mauricium Imperatorem, quæ superiore Capite nu. 3. descripta sunt; memoriæque tradunt posterorum intentatum ab Archiepiscopis Galliarum, patratumque, sedente Macedonio, facinus. Inquiunt illi: *Sed quia Galliarum Archiepiscopi vicini sunt, ad ipsorum sine dubio ordinationem accurrent, & dissolvetur Metropolitana Aquilejensis Ecclesia sub vestro Imperio constituta, per quam Deo propitio Ecclesias in gentibus possideris. Quod ante annos fieri cœperat: & in tribus Ecclesiis nostri Concilii, idest Beconensi, Tiburniensi, & Augustana Galliarum Episcopi constituerant Sacerdotes. Et nisi ejusdem tunc divæ memoriæ Justiniani Principis jussione commotio partium nostrarum remota fuisset, pro nostris iniquitatibus pene omnes Ecclesias ad Aquilejensem Synodum pertinentes Galliarum Sacerdotes pervaserant*. Provinciæ Aquilejensis fines invadere Galliarum Archiepiscopi ausi sunt, ac tres prædictas eripuerunt Ecclesias.

HUJUSCE rei tempora designari ut valeant, proferri oportet quæ scribit Agathias Scholasticus Libro I. de Imperio & Rebus gestis Justiniani Imperatoris. *Hos* (Alemannos, sive Francos, inquit ille) *antea Theodoricus Gothorum Rex, cum etiam universa Italia potiretur, tributarios fecerat, totamque hanc gentem subegerat. Simulatque vero e vivis excessit, atrocissimumque bellum inter Justinianum Romanorum Imperatorem, & Gothos* (anno 535.) *exarsisset, tum Gothi Francis adulantes, eorumque amicitiam & benevolentiam quibuscumque poterant modis sibi conciliantes, ex multis locis ejecti sunt, & Alemannicam gentem dimiserunt. Cogendas enim sibi tum temporis vires suas putabant, subditosque quotquos supervacanei neque admodum opportuni viderentur missos faciendos*, ut pro Italia totis viribus certarent. *Hoc itaque modo etiam Alemannorum nationem a Gothis dimissam in suam potestatem redegit* Theodebertus Rex Francorum. *Quo mortuo, Theodibaldo filio, una cum reliquis subditis, etiam hi* (Alemanni) *cesserunt*. Theodebertus regnum Austrasiæ in Francia tenuit ab anno æræ vulgaris 534. ad 547. quo successit eidem Theodibaldus. Tunc vero cum Alemannis Noricum, & Rhetiæ, aliæque Provinciæ, quas ultro dimiserant Gothi, cesserunt Francis. His ergo temporibus, Galliarum Archiepiscopi fines Aquilejensis Metropoleos pervaserunt, tres eripuerunt Ecclesias, eisque Sacerdotes aut Episcopos præfecere.

EREPTAS Ecclesias appellant Schismatici *Tiburniensem, Augustanam, Beconensem*. De Tiburniensi agit Eugippius in Vita S. Severini, qui Attilæ temporibus vitam agebat, apud Bollandum Die VIII. Januarii. Refert enim capite VII. prædictionem a Viro Sancto factam Paulino de ejus in Episcopum Tiburniensem electione, eamque impletam narrat his verbis: *Eo* (Paulino) *remeante ad patriam, sermo in eo prædicentis impletus est: nam cives Tiburniæ, quæ est Metropolis Norici, coëgerunt prædictum Virum summi Sacerdotii suscipere*

que Œni fluvii latus incolebant, intelligendos esse, multa evincit eruditione; eorumque vestigium adhuc in monte conspici adnotat, qui *Brenner* vulgo appellatur in Tyroli Œnum inter, & Athesim.

Heic non steterunt Franci, ultra progressi sunt, suasque fecerunt plures Italiæ Provincias. Rem narrat Procopius Libro II. de Bello Gothico Capite XXV. *Interea Franci*, inquiens, *cum Gothorum & Romanorum vires bello hoc* (Gothico) *imminutas audirent, & ea re magnam Italiæ partem facillime se occupaturos auderent, ægre ferebant de dominatu sibi adeo vicinæ regionis alios tamdiu armis contendere, dum ipsi otiosi nullam vim interponerent .... Itaque Franci, superatis alpibus, quæ Galliam ab Italia dividunt, Liguriam ingressi sunt.* Id accidit anno Christi 539. quem *Apio* consul aperuit, teste Continuatore Marcellini. Plura ceperunt loca, majoremque partem Venetiæ occuparunt, ut discimus ex eodem Procopio Libro IV. capite XXIV. ubi hæc habet: *Paulo ante* (idest anno 547.) *Francorum Rex Theodebertus morbo obierat, eum sibi nullo negotio tributaria fecisset nonnulla Liguriæ loca, Alpes Cottias, agrique Veneti partem maximam. Etenim Franci arrepta belli, quo Romani Gothique erant impliciti, opportunitate, sine discrimine ditionem suam iis locis auxerunt, de quibus illi pugnabant. Venetorum pauca oppida Gothis supererant; nam Romani maritima, Franci cætera occuparant.* Porro ex eodem Procopio Libro IV. Capite XXVI. habemus: Narsete in Italiam anno 551. misso, *agri Veneti loca tenuisse præsidiis Francos*, & *Veronam Gothicæ ditionis urbem fuisse.* Discimus quoque ex Agathia Libro II. *Leutharim*, Francorum exercitus ducem, *Pado transmisso, in Venetiam deflexisse, Ceuctæque constitisse.* Hinc Schismaticos Aquilejenses intelligimus, cum loco citato hæc habent: *Nisi .... divæ memoriæ Justiniani Principis jussione commotio partium nostrarum remota fuisset, pro nostris iniquitatibus pene omnes Ecclesias ad Aquilejensem Synodum pertinentes Gal*leben in Carnioliæ Annalibus Parte III. ad annum Christi D.XLV. sic ait: *S. Maximianus, Ravennas Episcopus, Patria Polensis, Ecclesiæ B. Virginis in Canneto, Diœcesis Polensis in Istria, fundos quosdam donat* IX. *Cal. Martii anno* D. XLVI. *Subscribunt donationi Macedonius Patriarcha Aquilejensis, Trugiferus Episcopus Tergestinus, Germanus Bononiensis, Isaacius Polensis, Theodorus Brixinensis, ut habet relatio Aloysii Marcelli Polensis Episcopi anno 1658. edita.* Hocce teneo Monumentum Italice scriptum, ex quo plures admisisse Schönlebenium errores colligo.

C Incipit: *Adi 4. Decembre 1657. in Pola.* Tum de quorumdam Sanctorum exuviis adinventis sermo habetur; ac deinde vetusta nonnulla in commendationem civitatis Polæ subjiciuntur monumenta. Ad eam donationem Maximiani quod attinet, hæc ibi habentur: "
„ S. Massimiano Patriarca di Ravenna fu di
„ Pola, di cui nella Cancellaria Episcopale si
„ trova una donazione fatta d'alcuni beni al-
„ la Chiesa della Madonna di Canneto; la
„ qual donazione fu stipulata in Pola *sotto il*
„ *consolato di Basilio*: e ciò concorda col Ba-
„ ronio, che *anno Domini 546. a dì 21. Feb-*
„ *brajo* fa menzione di esso Santo. La dona-
„ zione è sottoscritta dal medesimo S. Massi-
„ miano in questa forma: *Servus Christi Ma-*
D „ *ximianus, per gratiam Dei Episcopus S. Ec-*
„ *clesiæ Catholicæ Raven. inclitæ urbis &c.*
„ E poi confermata dal Patriarca d'Aquileja,
„ da Trugifero Vescovo di Trieste, Germa-
„ no Vescovo di Bologna, Isacio Vescovo di
„ Pola, e Theodoro Vescovo di Brescia. La
„ sottoscrizione del Patriarca di Aquileja è
„ tale: *Macedonius Episcopus S. Catholicæ A-*
„ *quilejensis Ecclesiæ, rogatus de præsenti a*
„ *Domino Fratre meo Beatissimo Viro Maxi-*
„ *miano Patriarcha S. Ecclesiæ Raven. qui*
„ *mei præsentia subscripsit huic donationi ab*
„ *eodem factæ Monasterio B. Andreæ Apostoli,*
„ *vel Basilicæ S. Mariæ, vel eisdem locis de-*
„ *servientibus, ipso præsente testis subscripsi,*
„ *statuens una cum Fratribus meis Episcopis &c.*

E' no-

„ *manum gubernantis imperium &c.* .... Io
„ Geronimo Querengo Cancelliero Episcopale, e per la Veneta autorità Nodaro publico di Pola, fui presente al ritrovamento de' suddetti Corpi Santi; e attesto, aver fatto copiare le Scritture nella presente registrate da loro Originali, co' quali concordano. In fidem &c. Quanto all' Historie & erudizioni, avendo così dettato Monsignor Reverendissimo *Vicario Bartiroma*, mi rimetto. *Nos Aloysius Marcello Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Polensis. Universis &c. fidem facimus & attestamur, suprascriptum D. Hieronymum Querengum esse talem, qualem se facit; ejusque scripturis & subscriptionibus hic & ubique semper adhibitam suisse & in præsenti adhiberi fidem. In quorum &c. Dat. Polæ in nostro Episcopali Palatio die 6. Decembris 1657. Aloysius Episcopus Polensis.* „ Dolendum, ipsum inveniri non potuisse autographum, aut apographum Maximiani diploma, aut edaci temporis dente consumptum, aut alicubi magno dispendio latens. Interim colligimus 1. libellum supradictum non anno 1658. sed præcedente editum fuisse. 2. auctorem ejusdem non Aloysium Marcellum Antistitem dici debere, sed potius Hieronymum Querengum, aut Bartiromam.

ALIUS est Schönlebenii lapsus dum scribit datum diploma fuisse IX. *Cal. Martii anno* D. XLVI. Minus recte fortasse Italica verba Libelli intellexit, quibus Baronius Maximiani memoriam celebrare dicitur *die* 21. *Februarii anno Domini* D. XLVI. Ait scilicet Baronius in Martyrologio in Notis ad eamdem diem: *Consecratus hic est Episcopus sub consulatu Basilii quinto anno Domini* D. XLVI. Hinc dies 21. Februarii statuitur Maximiano emortualis; cujus tamen in Episcopum consecratio incidit in annum Christi sæpe dictum D. XLVI. Agnellus in Libro Pontificali, seu in Vitis Pontificum Ravennatum scribit: *Maximianum, Polensem Diaconum, ordinatum esse Episcopum a Vigilio Papa in civitate Patras apud Achajam* (Constantinopolim ille proficiscebatur, a Justiniano vocatus, ad Synodum quintam Œcumenicam) *pridie idus Octobris Indict.* X. *quinquies P. C. Basilii Junioris*: quæ notæ Chro-

exhibent. *Patriarchæ* titulus Ravennati Metropolitæ tribuitur: eodemque Aquilejensem Macedonium exornatum, Libellus innuit. B Appellationis novitatem miretur nemo, quam in usu jam positam, vetusta certissima documenta evincunt. Celebris est epistola pro Athalarico Rege ad Joannem Papam data Libro IX. Variarum Cassiodorii num XV. ubi Metropolitæ vocantur Patriarchæ, & Romanus Pontifex Patriarcharum Episcopus. Verba sunt. *Ideo Sanctitas vestra statuisse nos præsenti definitione cognoscat, quod etiam ad universos Patriarchas, atque Metropolitanas Ecclesias volumus pertinere .... Vos autem, qui Patriarcharum honore reliquis præsidetis Ecclesiis .... Quapropter si quis Apostolicæ præsulem Ecclesiæ, vel Patriarcharum Episcopum &c.*

EAMDEM consuetudinem inter Gothos, C Vandalosque obtinentem, præcipuos gentis Episcopos appellandi Patriarchas, discimus ex Victore Vitensi in Historia persecutionis Vandalicæ. Ait Libro II. num. 5. *Episcopum suæ Religionis, nomine Jocundum, quem Patriarcham vocitabant, præcepit* Hunericus *incendio concremari.* Refert etiam num. 18. in Collatione, quæ inter Vandalos Arianos & catholicos Calendis Februarii anno 484. habita est, *Notarium Regis respondisse: Patriarcha Cyrila dixit.* Erat hic eorumdem præcipuus Antistes. *Ad quod superbe & illicite sibi nomen usurpatum* (Victoris est animadversio) *nostri detestati dixerunt: legatur nobis, quo concedente istud sibi nomen Cyrila assumit.* Itaque D in illis regionibus, quas Gothi aliique Barbari coluerunt, usurpari cœptum est Patriarchæ nomen, ac præcipuis catholicis Episcopis attribui, quod illis nescio qua consuetudine familiare erat. Posterioris ævi bene multa exempla alibi adducenda sunt.

V. IN Fragmento 3. Epistolarum Pelagii I. ad Narsetem apud Labbeum in Collectione Conciliorum, verba legimus quæ ad Macedonium spectant, factumque narrant, quod hocce tempore contigit. Nempe, *Recolere enim debet Celsitudo vestra, quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo Istriam & Venetias tyranno Totila possidente, Francis etiam cuncta vastantibus, non ante tamen Mediolanensem Episcopum fieri permisistis, nisi ad Clementis-*

quam amici transitum darent. Obiit Totilas in prælio occisus anno 552. ut Pagio placet, vel insequente, ut censent Baronius & Norisius: eodemque anno pariter occiso Teja Gothorum Rege, eorum in Italia regnum desiit. Itaque ad annum circiter 552. quo Istriam & Venetiam aut ejus partem adhuc possidebat Totilas, ac etiam Franci eadem loca vastabant, pertinent quæ narrat Pelagius. Tunc scilicet Mediolanensis Antistes ordinandus, & Aquilejensis ordinaturus ducti sunt Ravennam, ut sacra perageretur ordinatio.

ORDINATURUS Aquilejensis Antistes non alius est, nisi Macedonius: nec alius est ordinandus Mediolanensis, nisi Vitalis. In hujus Ecclesiæ Tabulis Metropolitæ recensentur *Datius*, *Vitalis*, *Auxanius*, *Honoratus*. Primum probat Daniel Papebrochius in Exegesi de Episcopis Mediolanensibus Tomo VII. Maii, vita functum anno 552. Igitur Vitalem, qui sequitur, ordinavit Macedonius, ut evincunt jam definita tempora. Cur vero Ravennæ, non Mediolani juxta antiquam consuetudinem peracta fuerit ordinatio? Hac de re sic disserit Dandulus: *Inter Venetos, & Ligures antiquata consuetudo inoleverat, ut Aquilejensis & Mediolanensis Episcopi se mutuo consecrarent; ita tamen quod Consecrator ad Ecclesiam accederet consecrandi. Contigit interea, defuncto Datio Mediolanensi Episcopo, quod Narses vir Catholicus, videns Italiam plurimis repletam erroribus, novi Præsulis electionem, irrequisito Imperatore, fieri non permisit: sed ejus suscepto consensu, Honoratum electum ad se venire fecit, & contra antiquam consuetudinem in Ravenna ipsi electo ab hoc Macedonio Aquilegensi Episcopo manus consecrationis imponi jussit, sicut testatur Pelagius Papa in quadam epistola Narseti Patricio*. Hujus epistolæ verba superius descripsimus.

AT electum Mediolanensem Episcopum, non Honoratum, sed Vitalem fuisse, jam patet. Mutati loci, in quo fieret consecratio, aperienda causa est. Justiniano Imperatori, quem Ecclesiæ causarum cognitio delectabat, me intercedebant Occidentis Patres, qui Concilii Calchedonensis auctoritatem, tribus illis Capitulis condemnatis, imminui atque frangi existimabant. Cœpto pergebat Justinianus. Edicto promulgato anno 544. tria proscribit Capitula; motasque propterea Occidentalium Episcoporum sedaturus turbas, Concilium generale Constantinopoli regia in urbe celebrandum indicit. Non uni hæsit consilio, prudenti postulante dispensatione, Vigilius Papa. Initio, cum Romæ & in Occidente versaretur, tria defendebat capitula; ac Byzantii, quo ad Synodum vocatus anno 547. pervenerat, Mennam Episcopum a communione suspendit, qui edicto Imperiali subscripserat. Diuturnioris in urbe regia moræ impatiens, ac Justiniani violentiis fractus, *Judicatum* ad Mennam scripsit, quo tria prædicta Capitula hactenus propugnata, mutata derepente sententia, damnat, clausula adjecta, *salva in omnibus reverentia synodi Calchedonensis*. Id anno 548. accidit. Interim fremebat occidens, Vigilii Papæ *Judicato* offensus: ac palam Episcopi, & populi tumultuabantur. Sibi restitui libellum suum curavit Pontifex: eoque anno 550. recepto, quæstionem omnem de tribus Capitulis usque ad Concilium sub anathematis pœna interdixit. Anno insequente celebrari non potuit, quod indictum fuerat, Concilium; cum Africani Episcopi tria Capitula palam coramque defenderent, Illyrici venire nollent, pauci ex Occidente accessissent, nec vellet Vigilius sine Occidentalibus quidpiam decernere. Hinc eodem anno aliud Justinianus contra Capitula edictum promulgavit. Illud improbat Vigilius, rejiciunt Occidentis Antistites, *& S. Datius Mediolanensis Episcopus* (verba sunt Cleri Italiæ in suo libello) *contestationem omnibus sub magna vociferatione deposuit*. Inquiebat scilicet: *Ecce ego, & pars omnium Sacerdotum, inter quos Ecclesia mea constituta est, idest Galliæ, Burgundiæ, Spaniæ, Liguriæ, Æmiliæ, atque Venetiæ, contestor, quia quicumque in edicta ista consenserit, suprascriptarum provinciarum Pontifices* com-

qui ordinabatur, & is qui ordinaturus erat, deducerentur. Quid ita? Rationem vidit Papebrochius loco citato; nisi quia ordinatio procederet, cum utriusque, ordinandi, & ordinatoris, promissione, Synodi universalis indictæ parendi sententiæ, ac tria proscribendi capitula, si ea quoque Synodus damnasset.

VI. TAMDIU dilata Synodus celebrari demum potuit anno Christi 553. in eaque tria Capitula damnata sunt. Vigilius, qui, sibi restituto *Judicato*, proscribi posse Capitula novo scripto emisso negaverat, in sententia non stetit; eorumque damnationem in Synodo latam Apostolico decreto confirmavit. Concilii sententiæ suis occupati præjudiciis repugnabant C Occidentales Episcopi; ac Vigilium Papam veluti proditæ fidei reum, & Synodi Calchedonensis contemptorem, traducere non verebantur. Dirum Schisma erupit in Illyrico, in Africa, in Hispaniis, in Galliis, in Italia. Pelagii I. qui post Vigilium Ecclesiæ catholicæ anno 555. regimen suscepit, Apostolica solicitudo tot Ecclesias, aut in unitate constantes retinuit, aut sejunctas ad unitatem revocabant per seculares potestates: & ad hoc exequendum Narsetis Patricii invocat auxilium. B Imo tria Capitula, de quibus in Synodo Calchedonensi actum fuerat, non comprobavit quintum Concilium, sed anathemate lato proscripsit. Crimen non erat, nolle consiteri ac recipere eadem Capitula, sed eorum damnationem in Concilio decretam spernere, eique negare consensum. Joannes Ravennas hoc tempore nullus vitam agebat. Nam ejus nominis secundus ab anno 450. ad annum 496. Sedem Ravennatium tenuit: tertius vero anno 575. ordinatus, obiit anno 595. ut Benedictus Bacchinius in Dissert. & Observat. ad Librum Pontificalem Agnelli diligentissime ostendit. Honorati, Mediolanensis Episcopi Sanctissimi, memoriam Schismatis nota immerito fœdari, ipsumque ætate Macedonii longe posteriorem esse, Clarissimi Viri demonstrant. Epistolas denique contra Macedonium ad Narsetem scriptas a Pelagio, eas videlicet, quæ adhuc extant, a Baronio recitantur, & in Labbeana Conciliorum collectione recensentur, minus verisimile arbitramur.

CAPUT XXII.

Schismatis notio, & ratio. Usus cautionum invectus, quæ a novis Episcopis præstabantur. Prudens dissimulationis œconomia.

I. SCHISMATIS Aquilejensis causa, aut D occasio patet: ejus ratio propria, ac veluti indoles exponenda est. Duo sunt diligentiore studio secernenda, ut splendidissima lux affulgeat. Aliud est tria non condemnare Capitula, aut Synodum quintam cum damnatione Capitulorum non suscipere: aliud certe, consensu damnationi denegato, secedere ab illis, qui Capitula proscribebant, ac Synodum venerabantur. Summæ temeritatis erat, tria Capitula post Œcumenicæ Judicium Synodi, post solemnem Romani Pontificis confirmationem condemnare nolle: Schismaticum vero, iis communionem negare qui damnaverant ea, summosque Pontifices ac Synodum arguere, acsi eadem damnantes errassent. Hoc ab Ecclesia, a Pontificibus, a catholicis improbatum, exsecratumque: illud aliquando permissum, donec prudentis Œconomiæ tempore elapso, nemo catholica reputari communione dignus debuit, qui Synodum suscipere ac tria proscribere Capitula recusaret. Hæc varia oriebatur dispensatio ex diversa judicii conditione, quod eadem Synodus quinta, quod aliæ priores quatuor tulere: *nam in ea de Personis tantummodo*, (ut ait Gregorius Libro IV. Epistola XXXIX. alias XXXVII. ad Constantium) *non autem de fide* (ut in illis) *aliquid gestum est*.

QUOD aio, a Doctissimis Viris jam præmonitum,

Justinianum Imperatorem, quod Episcopos intra fines Imperii ad Capitula proscribenda compulerit, libertate summa redarguit. Gallicanis quoque Ecclesiis nec Synodum quintam, neque damnationem Capitulorum placuisse eodem Septimo Seculo mediam partem elapso, ostendit Auctor Appendicis in postrema Operum Magni Leonis editione, in argumentum sumpto judicio Chrodoberti Turonum Episcopi, itemque Conciliorum Galliæ ejus ævi altissimo silentio. Atqui vero Schismaticos habebat nemo Hispanos, & Gallos: nec ullum propterea negotium illis ingestum scimus. Synodum illi quintam non amplectebantur; ab eorum tamen communione non abstinebant, qui Synodum eamdem, in eademque latum in tria Capitula anathema admiserant, Ecclesiæque Catholicæ servabant unitatem.

II. ALIA plura in confirmationem accedunt. Schisma ut extinguerent, animosque fidelium Capitulorum damnatione offensos conciliarent, nihil prætermittebant vigilantissimi Romani Pontifices. Usum invexere cautionum seu quarumdam formularum, quibus novi Episcopi, aliique Viri, quorum animi sententia in dubium vocari poterat, subscriberent. Syngraphas aut formulas aliquando postulatas, datasque, non inficior, in quibus Capitulorum damnatio jurejurando firmabatur. Id genus fuisse cautionem a Laurentio in Sedem Mediolanensem suffecto anno 573. aut insequente emissam, absque ulla tradit ambage Gregorius Magnus Libro IV. Epistola XXXIX. alias XXXVII. ad Constantium, Laurentii Successorem. Scripserat Constantius Pontifici: sibi *ab Episcopis & civibus Brixiæ mandari*, *ut eis Epistolam transmitteret*, *in qua jurare debeat*, se *tria capitula minime damnasse*. Mirari se, respondet Gregorius, illud agendum Constantio postulari, quod Laurentius Decessor non fecerat. *Si autem fecit* (inquit ille, hoc est, si tria Capitula se non damnasse juravit,) *cum universali Ecclesia non fuit*, & *cautionis suæ juramenta transcendit*. Quomodo juramenta cautionis transcendisset Laurentius, nisi Capitulorum damnationem in ea cautione, quam ipse emiserat, Sacramenti religione firmasset? Id a Laurentio procul du- quintæ mentione facta, nullo de Capitulis proscribendis emisso juramento. Hujusce cautio-

B nis a quodam editæ Episcopo ad unitatem Ecclesiæ revocato, præsto est exemplum in Appendice Epistolarum Gregorii Magni, alias Libro X. Epistola XXXI. Spondet ille, suamque Sacramento sponsionem firmat: *se nunquam quorumlibet suasionibus*, *vel quocumque alio modo ad Schisma*, *de quo Redemptoris misericordia liberante ereptus* est, *reversurum*: *sed semper in unitate S. Ecclesiæ Catholicæ*, & *communione Romani Pontificis per omnia permansurum*. Schisma solum ejuratur; nec propterea Synodus quinta recipitur, aut Capitulorum damnatio adprobatur.

MUTILAM hanc esse formulam, putat Baronius ad Annum DC. II. num. 3. eo quod

C *in ea desideratur pars illa professionis*, *qua Synodus quinta asseritur*, & *comprobatur*. Hanc a Nicolao Fabro Parisino integram, ut ait, acceptam subjicit, quæ incipit: *Fateor*, *me sicut Sancti Evangelii quatuor libros*, *sic quatuor Concilia recipere & venerari*. De Synodo V. hæc habentur: *Quintum quoque Concilium pariter veneror*, *in quo Epistola*, *quæ Ibæ dicitur*, *erroris plena reprobatur*: *Theodorus*, *personam Mediatoris Dei & hominum in duas substantias separans*, *ad impietatis perfidiam cecidisse convincitur*: *Scripta quoque Theodoreti*, *per quæ Beati Cyrilli fides reprehenditur*, *ausu dementiæ reprobata refutantur*. Hanc scilicet partem in ea cautionis formula, quam protulimus, desiderari censet Annalium

D parens. Minime gentium. Ac primo laudata professio, quam a Fabro accepit Baronius, iisdem omnino verbis adjecta legitur Epistolæ, quam Gregorius ad Joannem Constantinopolitanum cæterosque Patriarchas dedit Lib. I. num. XXV. alias XXIV. Hinc sine dubio cautionum libelli confunduntur cum peculiari professione, quam ipse Gregorius edidit Pontifex creatus, edebantque singuli Patriarchæ in ipso ordinationis & inaugurationis ritu. Hunc enim obtinuisse morem, Gregorius idem testatur Libro IX. Epistola LII. ad Secundinum: *ut quoties in quatuor præcipuis sedibus Antistites ordinantur*, *synodales sibi Epistolas vicissim mittant*, *in quibus se Sanctam Chalcedonensem*

Syno-

documenta. Verba refero Gregorii Libro IV. Epistola III. ad Constantium: *Pervenit ad nos, quod quidam Episcopi vestræ Diœcesis... sese scindere a Fraternitatis vestræ unitate tentaverint, dicentes, Te apud Romanam urbem in trium Capitulorum damnationem cautionem fecisse*. Prætextum scissionis adducebant Capitulorum damnationem Romæ a Constantio firmatam. *Ego tamen nominata inter nos, neque verbo, neque scripto tria Capitula recolo*. De illis in urbe Roma Gregorium inter, & Constantium actum fuerat: eademque, ut puto, damnaverat pro voto Pontificis Episcopus Mediolanensis. Hoc ab aliis difficilioris ingenii Episcopis non postulat Gregorius: neque verbo, neque scripto tria Capitula recolit: satis est, ut velint Ecclesiæ unitatem servare. *Sed eis*, inquit, *si citius revertuntur, de suo errore parcendum est*. Illibatam se fidem Calchedonensem custodire, ac anathemate eos damnare, qui tantæ Synodi auctoritatem frangunt, sincere testatur: unde *superest*, ait, *ut hac satisfactione suscepta, ad Fraternitatis tuæ unitatem redeant; seque a corpore Christi, quod est Sancta universalis Ecclesia, non dividant*. Itaque alterutram cautionis formulam ab Episcopis, aut eligendis, aut revertentibus ad unitatem, aliisque fidelibus postulabant Romani Pontifices, de Schismate tollendo soliciti, urgentes quoque damnationem Capitulorum, difficilium hominum aliquando dissensum dissimulantes, ut nulla saltem fieret scissura in Corpore Christi, quod est Sancta universalis Ecclesia.

PARI cum Theodelinda, Langobardorum Regina, usum esse Œconomia Gregorium, nos docet ipse. Ut eam redderet Constantio amicam, Epistolas dedit, quæ Libro IV. num. IV. *vobis placuit, ut quatuor Synodos solummodo laudaremus*. Communione igitur catholica potiebatur Langobardorum Regina; neque Synodum quintam ut tam cito reciperet, induci potuit. Secundum Abbatem denique non prætereo, Virum eximium, Theodelindæ apprime carum, qui Schismaticus non erat: ejusque tamen objecta contra Synodum, & Capitulorum proscriptionem ad Pontificem transmissa, ut ad ea *subtilius* ipse *responderet*, datisque solutionibus Viri præclarissimi dubia dissolveret, ex eodem Gregorio discimus Lib. IV. Epistola XII.

SATIS jamvero de Schismatis, quod occasione trium Capitulorum erupit, notione & indole egimus. Quintæ Synodo, ac damnationis decreto contra Capitula lato subscribebant Orientales Episcopi, & Occidentales quique Romanorum Pontificum vota sequentes & auctoritatem. Synodum eamdem adversari Calchedonensi, nimio Zelo ducti dubitantes plerique alii, nec illam suscipiebant, neque damnationi Capitulorum impune præstare se posse consensum arbitrabantur: integram nihilominus cum aliis fovebant communionem, Ecclesiæque centro quod est Apostolica Sedes adhærebant. Lineas omnes Aquilejensis Provinciæ Episcopi prætergressi sunt. Tumultuari numquam cessarunt, ac omni pudore deposito in Sedem Romanam debacchari, acsi fidem ipsa Calchedonensem prodidisset. Tria Capitula non solum proscribere noluere; sed unitate abscissa, a capite Romano Pontifice, a reliquis membris præcipuarum Sedium Episcopis, ab Ecclesiæ corpore divulsi sunt, ut ex tota constabit jam cœpta de Schismate Aquilejensi historica narratione.

CAPUT XXIII.

Macedonium excipit Paulinus. Pelagii I. Epistolarum contra Schismaticos fragmenta in pristinam seriem & compagem rediguntur: earumque summa cum animadversionibus exhibetur. Annus definitur, quo illæ datæ sunt.

I. DANDULUS in Chronico hæc habet: *Hic Macedonius Episcopus, dum sedisset annis* XVI. *mensibus* V. *diebus* V. *durante Schismate defunctus est.... Paulus Episcopus Aquilegiæ factus est anno Domini nostri* D. LVII. Nihil esse video,

grestus Alboini Langobardorum Regis in Liguriam tempus accidere: eademque pertinent ad *tertiam indictionem* ingredientem, currentemque. Incepit indictio tertia a calendis Septembris anni 569. (ævi namque sui computandi rationem sequitur Diaconus.) Unde anno eodem 569. ad finem vergente, obiisse Paulinum Aquilejensem patet. Duodecim Sedis ejus anni si retro numerentur, conficitur, primum Sedis ejusdem annum convenire vulgaris æræ anno 557. quem numerat Dandulus.

HUNC Aquilejæ Antistitem appellare *Paulinum* placuit, quem *Paulum* dictum legimus a Dandulo, & Diacono. *Paulinum* vocat Pelagius I. in Epistolis mox recensendis: unde nominis est discrepantia, idem Aquilejæ Metropolita. Scribit Dandulus: *Romæ natum* Paulum, *& Romanæ Ecclesiæ Cardinalem*. Adnotat vero Thomasinus de Vetere & nova Ecclesiæ disciplina Parte I. Libro II. Capite CXV. crebrum esse hoc ævo in Epistolis Gregorii Magni *Cardinalis* nomen, sed nequaquam Ecclesiæ Romanæ proprium, imo nec ita facile uno certoque aliquo sensu donandum. Cardinalis dicebatur olim Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, qui titularis esset, ac primarius Ecclesiæ cujuscumque beneficiarius, ipsique addictus. Quamplura ex Gregorii Epistolis congerit exempla: monetque, Romæ per hanc ætatem Cardinales inveniri Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos, nondum vero Episcopos. Num ergo Paulus noster, sive Paulinus Romæ natus fuerit, itemque alicujus in urbe Ecclesiæ Presbyter aut Diaconus Cardinalis, rem nos in medio relinquimus.

II. HUJUSCE Metropolitæ, aliorumque Provinciæ Aquilejensis Episcoporum Schismatica gesta certo colligimus ex Epistolis a Pelagio I. scriptis. Integræ dici non debent, quæ supersunt; sed potius fragmenta, aut duarum vel trium Epistolarum frusta, si pristino quo scriptæ videntur ordine disponantur. Id mihi aggrediendum modo est. Quatuor extant ejus Pontificis contra Schismaticos Epistolæ, jam

B currat. Caput alteri deest, finem alterum non habet, ac luxata videntur omnia. Imo si alterum cum altero comparetur, intelliguntur quædam esse frusta, quæ invicem consui possint, atque duarum vel trium serie aut compage necti Epistolarum. Fragmenta Holsteniana cum aliis collata indicium præbent; siquidem tertium, quod incipit, *Istud est quod a vobis poposcimus*, illud ipsum complectitur quinto loco vulgatum a Labbeo, ac aliud insuper quod habetur num. 3. cujus initium est, *Non vos hominum vaniloquia retardent:* & in isto demum alia adjiciuntur plura, quæ in Holsteniano desiderantur. Rem hanc aptius arbitror ostendi non posse, quam si eadem fragmenta, eo quo primum scriptæ videntur Epi-
C stolæ contextu, disposita exhibeantur, animadversionibus adjunctis, quæ seriem ipsam certissime comprobent, ac historiam illustrent.

EPISTOLA I. AD NARSEM.

Ex Fragm. Labb. num. 2.

„QUALI nos de gloriæ vestræ studiis judi-
„ cio gratulemur, non solum vestram, sed
„ multorum ac pene omnium credimus habe-
„ re notitiam: & idcirco nunc de his, quæ
„ vobis præsentibus ibi fieri stupemus, fidu-
„ cialiter apud gloriam vestram duximus con-
„ querendum. Thracius siquidem, atque Ma-
„ ximilianus, nomina tantum Episcoporum
D „ habentes, & Ecclesiasticam ibi unitatem
„ perturbare dicuntur, & omnes Ecclesiasti-
„ cas res suis usibus applicare, intantum ut
„ contra unum eorum, idest, Maximilianum,
„ usque ad nos per tam longum iter, necessi-
„ tate compellente, quidam infatigabiliter
„ venientes, preces offerrent.

„ Ob quam causam Petrum Presbyterum
„ Sedis nostræ, sed & Projectum Notarium ad
„ eadem loca duximus destinandos, ut ea quæ
„ canonicis statutis (*a*) a prædictis Pseudo-
„ episcopis compererint commissa, vel digna
„ debeant ibi ultione compescere, vel eosdem
„ ad nos usque perducere. Et ideo salutantes

„ pa-

(a) *Contraria*.

Hanc primo loco Pelagii epistolam recenseo, licet Baronius veluti tertiam, quam in hocce negotio scripserit sanctissimus Pontifex, B recitet ad Annum D. LVI. num. XII. Datam esse contra schismaticos Episcopos, illosque præsertim duos qui nominantur, dubitare non sinunt Pelagii verba, quibus eos appellat, *Ecclesiarum unitatis perturbatores*, *& ab Ecclesiæ unitate divisos*. Apostolicam solicitudinem cum minus parem eorum frangendæ pervicaciæ agnosceret ille, Narsetis implorat potestatem, ut contumaces Episcopos competenti vigore compescat. Nihil est, quod de *Narsete* dicam, celeberrimo ac notissimo Duce, qui rerum Italicarum summa cum potestate præfecturam gessit, a Justiniano Imperatore anno 551. contra Gothos missus, pessimoque Justini junioris consilio Constantinopolim revo- C catus anno circiter 567. Cujus loci fuerint Episcopi *Maximilianus*, & *Thracius*, ignotum. Maximilianum eumdem esse, ac Maximianum Ravennatem, scribunt plerique scriptores, quos refellere nititur Hieronymus Rubeus in ejusdem Ravennatis Episcopi Vita. Sane Pelagii verba, quibus narrat, *contra Maximilianum per tam longum iter*, *necessitate compellente*, *quosdam infatigabiliter venientes*, sibi *preces obtulisse*, locum indicant Roma longe dissitum, ex quo tendere in urbem nemo valeat, nisi per longum ac arduum iter. Accedit, Maximianum Patris in Achaja Ravennatem Episcopum anno 546. ordinatum, migrasse e vita anno 552. juxta Bacchinii calcu- D los: eidemque in sedem illam suffectum fuisse Agnellum. Pro *Thracio* altero schismatico Episcopo *Tertium* substituit in margine Baronius ad annum D. LVI. num. XII. Quidni etiam *Thracii* loco legendus fuerit *Euphrasius*, cujus improbos mores describit in Epistola II. Pelagius? Aut Ligures, aut Venetos, aut Istros, quos in his persequitur epistolis Pontifex, Antistites fuisse, certum est.

EPISTOLA II. AD EUMDEM.

Ex Fragm. Labb. num. 4.

„ RELEGENTES litteras Excellentiæ ve-
„ stræ, de injuria quidem, quam vobis ini-
„ scientibus illis, hoc factum est, ut a schis-
„ maticorum factione eruti, catholicæ, quam
„ diligitis, servari vos contigisset Ecclesiæ.
„ Quamvis igitur vestra per illorum scelus uti-
„ litas facta sit; nolite tamen impunitam præ-
„ sumptionem iniquorum hominum grassari
„ permittere. Si enim hoc, quod in vestram
„ gloriam præsumpserunt, non fuerit vindi-
„ cta compressum, quod in minoribus non va-
„ leant puniri ambigi ultra non debet. Exer-
„ cete igitur in talibus debitam auctoritatem,
„ & ne eis amplius talia committendi spiritus
„ crescat, vestris coërcitionibus reprimantur.
„ Ad hoc siquidem Dei nutu etiam contra vos
„ talia præsumpserunt, ut talia vobis corri-
„ gentibus, ab eodem scelere alios possitis,
„ Deo propitiante, munire. Quales autem
„ sint, qui Ecclesiam fugiunt, Eufrasii vos
„ scelera (quæ amplius occulta Deus esse no-
„ luit,) evidenter informant: qui in homi-
„ cidio quidem nec hominis necessitudinem,
„ nec fratris caritatem, nec sacerdotii reve-
„ rentiam cogitavit. Incestuoso autem adul-
„ terio etiam ipsius vindictæ abstulit modum;
„ quia si adulterium punias, non remanet in
„ quo vindicetur incestus: si incestuoso inge-
„ ras pœnas, inultum crimen adulterii rema-
„ nebit. Ecce de quo collegio sunt, qui quan-
„ tum ad superbiam suam, injuriam vobis in-
„ ferre moliti sunt: & quantum ad providen-
„ tiam Dei, impollutos vos Ecclesiæ servave-
„ runt. Auferte tales ab ista provincia. Uti-
„ mini oblata vobis a Deo opprimendi perfidos
„ occasione. Quod tunc plenius fieri poterit,
„ si Auctores scelerum ad Clementissimum
„ Principem dirigantur: & maxime Ecclesiæ
„ Aquilejensis invasor, qui est in schismate,
„ & in eo maledictus nec honorem Episcopi
„ poterit retinere, nec meritum.

Ex Fragm. Holsten. 1.

„ Pudenda (namque) ut ita dicam rapina,
„ in divisione est non consecratus, sed execra-
„ tus Episcopus. Si enim ipsum nomen con-
„ secrationis rationabili ac vivaci intellectu di-
„ scutimus, is qui cum universali detrectat
„ consecrari Ecclesia, consecratus dici vel es-
„ se nulla ratione poterit. Consecrare enim
„ est

„ buissent, ut & ordinandi electio a præsenti ordinatore, ex consensu universalis cui præficiendus erat Ecclesiæ, melius & facilius potuisset agnosci: & in sua, qui ad Episcopatum provehendus erat, nec tamen ordinatori suo subdendus fuerat, ordinaretur Ecclesia. (*a*) ... Noli catholicam semper mentem aliqua schismaticorum communione polluere. Unum Christi corpus, unam constat esse Ecclesiam. Divisum ab unitate altare veritatem Christi corporis non potest congregare. Toleranda sunt in compage corporis positorum etiam illa nonnunquam vitia, quæ pro unitate interdum parcentes resecare non possumus; quia & Evangelicum agricolam minus afferentem fructum palmitem, si tamen in vite maneat, purgare posse noster Salvator edocuit. Abscissum autem a vite palmitem, nisi igni ad comburendum aptum esse non posse, ejusdem cælestis Magistri veritate didicimus. Noli ergo eorum, qui igni apti sunt, non consecrationi, sed execrationibus consentire. Nec existimes illos vel esse, vel dici Ecclesiam posse. Etenim cum, sicut diximus, Ecclesia una sit, cui in Canticis Canticorum dicitur, *Una est columba mea*; nullam aliam esse constat, nisi quæ in Apostolica est radice fundata, a qua ipsam fidem in universo propagatam orbe, non potest dubitari. Quod vobis licet notissimum omnino sit, Beati tamen Augustini testimonio comprobemus. Audite, quid in quodam opere suo præclarissimus Doctor dicat Ecclesiæ. Ait enim: *Quod si nullo modo dici potest Ecclesia, in qua schisma est; restat, ut quoniam Ecclesia nulla esse non potest, ea sit, quam in Sedis Apostolicæ per successiones Episcoporum radice constitutam, nullorum hominum malitia, etiamsi nota, excludi non possit, sed pro ratione temporis toleranda judicetur, ullo modo valeat extinguere.*

Ex Fragm. Holst. 2.

„ A schismaticorum sacrificiis, potius autem sacrilegiis abstinere debetis. Schisma siquidem ipsum, quod græcum nomen est,

(a) Hic plura deesse videntur.

paret. Prioribus Pelagii litteris permotus Narses, rebellionem Episcoporum compescere studebat. Cum vero mitius cum illis, non vi, sed hortationibus agendum putaret, ejus animi facilitate ac modestia abusi sunt improbi homines: ipsumque a Pelagii communione cum revocare non potuerint, eo usque prosiluere, ut eumdem veluti schismaticum traducerent ac aversarentur. Id ex litteris Narsetis, quas acceperat, narrat in primo Fragmento Pontifex. Duo insuper addit: tum schismaticos *suam divisionem credere Catholicam Ecclesiam*: tum fortiore brachio, ne furiosius debacchentur, agendum contra ipsos; maximeque *Invasorem Ecclesiæ Aquilejensis* Paulinum ad Clementissimum Principem, a quo pro meritis comprimatur, dirigi oportere.

REM utramque latius versat Pontifex in secundo Fragmento, ut priori consuendum esse omnino pateat. Paulinum ostendit, *invasorem* esse *Ecclesiæ Aquilejensis*; tum quia schismaticus erat, ac *in divisione, pudenda quadam rapina, non consecratus, sed execratus Episcopus*; tum quod ejus in ordinatione & electione vetus earum partium consuetudo prætermissa fuerit. Immerito gloriari Paulinum, ejusque rebellionis complices, ac si divisio, in qua degebant, catholica dici deberet Ecclesia, eodem in fragmento pluribus evincit ille: *Nec existimes*, inquiens, *illos vel esse, vel dici Ecclesiam posse*. Quod argumentum in tertio quoque fragmento uberrime pertractat. Hæc igitur est Pelagii Epistola, quam secundo loco recensemus, injuria temporum in frusta discerpta, in pristinum ordinem, quo scripta a Pontifice fuit, ut nobis videtur, restituta.

EUPHRASIUM Episcopum, cujus improbi mores primo in Fragmento narrantur, in serie Parentinorum in Istria Antistitum collocat Ughellus, ab alio ejusdem nominis diversum, qui seculo octavo cadente sedem illam tenebat. Res est non adeo certa. Istrum nihilominus fuisse Episcopum, aut Venetum, Aquilejensis Metropolitæ suffraganeum, colligi posse puto ex Pelagio, qui narratis Eufrasii sceleribus: *Auferte*, inquit, *tales ab ista Provincia. Quod tunc* (sequitur) *plenius fieri poterit, si auctores scelerum ad Clementissimum Prin-*

„ piscopum ad Clementissimum Principem sub „ digna custodia dirigatis ; ut & iste, qui E„ piscopus esse nullatenus non potest, quia „ contra omnem canonicam consuetudinem fa„ ctus est, alios ultra non perdat : & ille, „ qui contra morem antiquum eum ordinare „ præsumpsit, debitæ (*a*) canonibus vindictæ „ subjaceat. Sed (*b*) nec licuit aliquando, nec „ licebit particularem Synodum ad dijudican„ dum generalem synodum (*c*) congregari. „ Sed quoties aliqua de universali synodo ali„ quibus dubitatio nascitur, ad recipiendam „ de eo quod non intelligunt rationem, aut „ sponte hi qui salutem animæ suæ desiderant, „ ad Apostolicas sedes pro recipienda ratione „ conveniant : aut si forte (sicut de talibus di„ ctum est, *Peccator cum venerit in profun„ dum malorum, contemnit*,) ita contuma„ ces & obstinati extiterint, ut doceri non ve„ lint, eos ab eisdem Apostolicis sedibus aut „ attrahi ad salutem quoquomodo necesse est, „ aut ne aliorum perditio esse possint, secun„ dum canones per seculares opprimi pote„ states.

Ex eodem Fragm. Holst. 3. & Labb. num. 3.

„ Nec (*d*) in hac parte vos hominum va„ niloquia retardent dicentium, quia perse„ cutionem Ecclesia faciat, dum vel ea quæ „ committuntur reprimit, vel animarum sa„ lutem requirit. Errant hujusmodi rumoris „ fabulatores. Non persequitur, nisi qui ad „ malum cogit. Qui vero malum vel factum jam „ punit, vel prohibet ne fiat, non persequi„ tur iste, sed diligit. Nam si, ut illi putant, „ nemo nec reprimendus a malo ad bonum „ est, humanas & divinas leges necesse est eva„ cuari, quæ & malis pœnam, & bonis præ„ mia, justitia suadente, constituunt. Malum „ autem schisma esse ; & per exteras etiam po„ testates hujusmodi homines debere opprimi, „ & canonicæ Scripturæ auctoritas, & pater„ narum regularum nos veritas docet. (Adducitur Canon v. Antiochenus insertus Calchedonensi Concilio act. iv. & Augustini testimonium ex Enchiridii Capite lxxii.) "Ecce vi„ variantibus, non ante tamen Mediolanen„ sem Episcopum fieri permisistis, nisi ad Cle„ mentissimum Principem exinde retulissetis, „ & quid fieri debuisse ejus iterum scriptis re„ cognovissetis : & inter ubique ferventes ho„ stes, Ravennam tamen & is qui ordinaba„ tur, & is qui ordinaturus erat, providentia „ culminis vestri deducti sunt.

Ex eod. Fragm. Labb. num. 3.

„ De Liguribus, atque Veneticis, & Istris „ Episcopis quid dicam ? Quos idonea est Ex„ cellentia vestra, & ratione, & potestate com„ primere ; & dimittis eos in contemptum A„ postolicarum sedium de sua rusticitate glo„ riari ? Cum si quid eos de judicio universa„ lis Synodi, quod Constantinopoli per pri„ mam nuper elapsam indictionem actum est, „ forte movebat ; ad Sedem Apostolicam, quo„ modo factum est (*e*) electis aliquibus de „ suis, qui dare & accipere rationem possent, „ dirigere debuerunt ; & non clausis oculis Cor„ pus Christi Dei nostri, hoc est, Sanctam Ec„ clesiam lacerare. Nolite ergo dubitare, hu„ jusmodi homines principali, vel judiciali au„ ctoritate comprimere : quia regulæ Patrum „ hoc specialiter constituerunt, ut si qua Ec„ clesiastici officii persona, cui subjectus est re„ stiterit, vel seorsim collegerit, aut aliud al„ tare erexerit, seu schisma fecerit, iste ex„ communicetur, seu damnetur. Quod si for„ te & hoc contempserit, & permanserit di„ visiones & schisma faciendo, per potestates „ publicas opprimatur. Ecce Domine, quod „ animus vester forte timidus est, ne persequi „ videaris, de Patrum vobis auctoritate hæc „ breviter vobis dirigenda curavi : cum mille „ alia exempla & constitutiones sint, quibus „ evidenter agnoscitur, ut facientes scissuras „ in sancta Ecclesia, non solum exiliis, sed „ etiam proscriptione rerum, & dura custodia „ per publicas potestates debeant coerceri. „

Datam hanc epistolam post præcedentem, priora verba evincunt. Ait Pontifex : *Istud est, quod a vobis poposcimus, & nunc iterum postulamus, ut Paulinum Aquilejensem, & illum*

(a) Deest *debitæ* in fragm. Labb.
(b) Deest *sed* in eod. fragm.
(c) Desunt in eod. fragm. hæc verba, *ad dijudicandum generalem synodum.*
(d) Fragm. Labb. sic incipit. *Non vos hominum.*
(e) Hic aliquid de esse videtur.

to, nullam hic esse persecutionem ostendens, ut schismatici fabulabantur: Patrumque sententias & Conciliorum canones refert, quibus potestatem secularium subsidium implorandum præscribitur. Tertium denique Fragmentum sequitur, quod junctum est cum secundo in frusto Labbeano: eoque videtur epistola claudi. Tales esse *Ligures*, *Venetici*, *& Istrii* ostenduntur, ut *cum permaneant*, *divisiones & schisma faciendo*, secundum allatas Patrum regulas *per potestates publicas opprimi* debeant. Eo vero tendit totius epistolæ argumentum, ut Narses Patricius, qui adversus Dei sacerdotes & Episcopos aliquid agere plus nimio metuebat, nihil vereretur eosdem utpote schismaticos brachii secularis vigore coërcere, eosque potestate comprimere qui Apostolicam solicitudinem contemnebant.

QUID egerit Narses hisce litteris permotus, non constat. Vitalem Altinensem Episcopum ab ipso, antequam Constantinopolim revocaretur, exilio multatum, discimus ex Paulo Diacono Libro II. Hist. Langobard. Capite IV. Ait enim: *Inter hæc Justiniano Principe vita decedente* (anno 565.) *Justinus Minor Rempublicam apud Constantinopolim regendam suscepit. His quoque temporibus Narses Patricius, cujus ad omnia studium vigilabat, Vitalem Episcopum Altinæ civitatis, qui ante annos plurimos ad Francorum regnum confugerat, hoc est, ad Agonthiensem* (Magontinensem) *civitatem, tandem comprehensum, apud Siciliam exilio damnavit*. Verisimillimum est, Altinatem Episcopum, ne cogeretur Synodum quintam recipere, & Capitulorum subscribere damnationi, ad Francos confugisse. Hunc Antistitem non exhibent Altinenses Tabulæ apud Ughellum, unde suppleri possunt.

EPISTOLA IV.

Ex Lib. V. Miscellaneorum Baluzii.

„ PELAGIUS Papa Joanni Magistro militum. Paterno vos salutantes affectu petini legendum conjiciamus *Paulinum Aquilejensem*, cum nomen habeamus, & *Pseudo-episcopi* notam, qua ipsum in aliis ad Narsetem, ipsumque Joannem datis epistolis appellat Pelagius? Paulini quoque ipsissima flagitia describuntur, qui præcipuus erat schismatis incentor, catholicam pacem perturbabat, ac nimia superbia Apostolicam solicitudinem contemnebat, operamque illudebat Ducum Imperialium. Scripserat demum Pelagius ad Narsetem, scripserat etiam ad Joannem, aliosque Militum Magistros, ut Aquilejensis Ecclesiæ invasorem *ad Clementissimum Principem sub* C *digna custodia* Constantinopolim *dirigerent*. Id factu difficile cum fortasse postea noverit Sanctissimus Pontifex, illud saltem abs Joanne exposcit, ut eumdem *Pseudepiscopum* ad se Romam *sub digna* itidem *custodia dirigat*, ubi ad unitatem catholicam pastoralis officii aut indulgentia, aut severitate perduci queat.

NOTI sunt in bello Gothico *Joannes*, & *Valerianus*, quibus, & non solum Narseti prædictæ litteræ apud Holstenium datæ leguntur. Eorum gesta narrant Procopius, & Agathias. Nullus etiam dubito, *Viatorem*, & *Pancratium* militasse contra Gothos, & Francos in Italia; unde dicuntur *Illustres*, quo titulo Magistri Militum insigniri solebant. Hinc miratio nulla, easdem Pelagii epistolas tum Narseti, D tum illis inscriptas esse: vero namque simillimum est, ad eos omnes eorumdem epistolarum diversa transmissa fuisse exemplaria, ut simul omnes in schismaticos Liguriæ, Venetiæ, & Istriæ Episcopos coërcendos Pelagius permoveret.

III. QUO demum tempore scripserit eas Pontifex epistolas, difficile non est definire. Datæ sunt post annum 557. quo sedem Aquilejensem invasit Paulinus, usque ad annum 560. quo mortem obiit Pelagius.

NEGOTIUM non ingerunt verba, quæ leguntur in Fragmento tertio Labbeano: *Si quid eos* (schismaticos, *Ligures*, *Veneticos*, *& Istrios* paulo superius memoratos) *de judicio universalis*

Paulinum Aquilejæ Episcopum ordinat Vitalis Mediolanensis. Vitium ordinationis aperitur. Synodum cogit adversus Generale quintum Concilium. Differt a Synodo, quam memorat Beda.

I. APOSTOLICAM Pelagii I. solicitudinem, ut Ligures, Venetos, ac Istros Episcopos ad Ecclesiæ unitatem reduceret, hominum improborum tumultus, & iniqua facinora, Narsetis operam, aliorumque Patriciorum ac Virorum illustrium contra Schismatis Auctores, Capite superiore narravimus ejusdem Pelagii Epistolas recensentes. Peculiaria quædam occurrunt facta, quæ severiore examine expendi oportet, ut Aquilejensi Schismati, quod exponere pergimus, lux magna accedat.

ORDINATOREM Paulini Aquilejensis, nomine suppresso, *illum* vocat *Mediolanensem Episcopum* Pelagius in Fragmento Labbeano 5. & Holsteniano 3. Quis ille fuerit, primo loco dicendum. In Tabulis Mediolanensibus hujus ævi Metropolitas recensitos legimus, *Datium*, *Vitalem*, *Auxanium*, *Honoratum*. Hunc virum Sanctissimum non imposuisse Paulino manus, Chronologica ratio evincit, cum ipse Mediolanensem Ecclesiam regendam susceperit anno 568. ut Clarissimi Viri demonstrant, tot scilicet annos post Paulini ordinationem. Neque Auxanium id egisse, simili Chronologica ratione probatur. Duo illi sedis anni in Tabulis assignantur; adeoque Antistes Mediolani anno circiter 566. electus fuit, novem post ordinationem Paulini annis, quem Aquilejensem invasisse Ecclesiam anno 557. documus.

DATIUM vita functum, ac Vitalem in ejus locum suffectum anno 552. nondum Synodo quinta celebrata, jam ostendimus. Quatuor annos Vitali tribuunt Catalogi; unde mortem obiit anno 556. integro anno, & amplius ante Paulini ordinationem. Undecim, vel duodecim annorum intervallum usque ad Auxanium, supplendum manet. *Quid ergo?* (Inquit Papebrochius in Exegesi de Episcopis Mediolanensibus Tomo VII. Maii.) *Quem no-* B *minare non est dignatus Pelagius Papa, dicam innominatum latere. Et quamvis totis duodecim annis* (vel undecim ab anno 556. ad annum 566.) *Ecclesiæ Mediolanensi incubuerit,* (*sicut olim Auxentius, exule & mortuo Dionysio,*) *a reversis ad Ecclesiæ unitatem Mediolanensibus expunctum e Diptychis.* Aut ergo Vitali plures, quam anni quatuor, tribuendi sunt; aut si Tabulis fides adhibenda, Metropolitam alium, cujus nomen latet, Vitali successisse dicendum, qui Paulinum Aquilejensem in Schismate socium ordinaverit.

DIGNUM est animadversione, hunc Paulini ordinatorem, quem Pelagius inter Schis- C matis auctores Constantinopolim sub digna custodia dirigendos collocat, omni alio prætermisso justæ indignationis verbo, solum appellari *illum Mediolanensem Episcopum*; cum Paulinum *Pseudepiscopum* vocet, *execratum Episcopum*, & *Ecclesiæ invasorem*? Si distinguendus a Vitali innominatus ille sit, ut Papebrochio placet; is a Macedonio Aquilejensi anno 556. ordinari debuit. Fuerit ergo & ipse ratione pari Pseudepiscopus, exsecratusque, non consecratus. Cur ergo mitiore animo egerit cum eodem Pelagius? His ego permoveor, ut Mediolanensem Paulini ordinatorem Vitalem fuisse credam, cui Macedonius manus Ra- D vennæ imposuit, nondum Schismate facto, ut narravimus Capite XV. num. IV. Unde colligitur, Sedis ejus non quatuor, sed annos quatuordecim numerari debere; aut aptiore aliquo alio modo disponendam esse Episcoporum Mediolanensium Chronographiam.

II. VITIOSAM hanc Paulini ordinationem pluribus Capitibus redarguit Pelagius. Id primo comprobat, quia *est in Schismate, & in eo maledictus* (verba refero, quæ leguntur in Fragmento Labbeano 4.) *nec honorem Episcopi poterit retinere, nec meritum*. Amplioribus verbis rationem exaggerat in Fragmento

chæ consensu, omnique subtracta a Sedibus Apostolicis dependentia: unde *invasor* dicitur, *Pseudepiscopus*, *non consecratus*, sed *execratus Episcopus*.

ALIO ex Capite Paulinum invasorem Ecclesiæ, quam regendam susceperat, dici debere, ostendit Pelagius; quod ipse contra canonicam consuetudinem Episcopus electus, ordinatusque fuerit. Verba ejus sunt in citato Fragmento Holsteniano I. *Videamus tamen, utrum vel ipsarum consuetudinem partium in sua ordinatione conservarint. Nempe is mos antiquus fuit, ut quia pro longinquitate vel difficultate itineris ab Apostolico onerosum illis fuerat ordinari; ipsi se invicem, Mediolanensis & Aquilejensis, ordinare Episcopi debuissent; ita tamen, ut in ea civitate, in qua erat ordinandus Episcopus, alterius civitatis Pontifex occurrere debuisset, ut ordinandi electio a præsenti ordinatore, ex consensu universalis cui præficiendus erat Ecclesiæ, melius ac facilius potuisset agnosci: & in sua qui ad Episcopatum provehendus erat, nec tamen ordinatori suo subdendus fuerat, ordinaretur Ecclesia*. De hac vetere consuetudine egimus Capite XIV. num. 3. Hanc vero, qualem exhibent relata verba, in ordinatione Paulini servatam fuisse, nullus dubito; cum eidem manus imposuisse Mediolanensem Antistitem, diserte scribat Pelagius: idque in ejusdem Ordinandi civitate factum, ambigendi locus non est.

QUODNAM ergo vitium electionis, aut ordinationis fuerit, quo canonicam consuetudinem neglectam, violatumque morem antiquum fuisse tradit idem Pontifex? Perquisitioni præbet ansam mutilus Epistolæ textus. Pro certo habeo, non solum ab altero Antistite, vel Aquilejensi, vel Mediolanensi, alterum ordinari debuisse; neque solum id Episcopi Ordinatoris fuisse munus, ut Ecclesiæ, cui alter præficiendus erat, consensum & voluntatem exploraret: verum id etiam Romano Pontifici, qui prædicta duo ex indulgentia Sedis Apostolicæ concesserat, necessario referendum, ejusque consensum expectandum.

crabantur, ad eamdem Synodum tuendam Sacramento adigere: quo Sacramento prætermisso, ordinatus a Mediolanensi Antistite fuerit Paulinus. At nemo non videt, si hocce tantum fuerit ordinationis Paulini vitium, dici quidem illum potuisse contra nuperum ac recens decretum Sedis Apostolicæ ordinatum, minime *contra canonicam illarum partium consuetudinem*, ut ait Pontifex, *& morem antiquum;* nec enim canonica illarum partium consuetudo, aut mos antiquus dici potest *cautionum* usus, quibus tria damnare Capitula & Synodum quintam recipere novi Antistites Sacramento adigebantur, cum earumdem cau-
C tionum mentio prima occurrat anno 573. ut Capite XXII. num. 2. animadvertimus. Accedit, Apostolicam Sedem haud semper cautionis libellos a nuper electis Episcopis postulasse, in quibus tueri quintam Synodum, ac tria proscribere Capitula jurejurando pollicerentur; cum satis illi fuerit cautiones recipere, quibus ejurato solum Schismate, unitatem Ecclesiæ Catholicæ se conservaturos jurabant, qui urbium Episcopi consecrabantur. At hujusmodi invaluit usus post Schisma, neque *mos antiquus* dici potest.

PRÆTEREA *cum Aquilejensis Ecclesia* (alterum Norisii responsum est) *subjecta esset juri Patriarchico Romani Præsulis, defuncto Episcopo Metropolita, a Romano Pontifice vir*
D *deligebatur, qui suo nomine electioni novi Sacerdotis adesset;* nec alium eligi consentiret, nisi Catholicum, a Schismate alienum, atque communione cum Apostolica Sede conjunctum. Nihil tale nos docent Pelagii verba, imo repugnant. Ipse namque *præsens Ordinator* Episcopus, vel Mediolanensis, vel Aquilejensis, qui ad urbem & Ecclesiam ordinandi accedebat, & non alius a Romano Pontifice Vir delegatus, debuisse dicitur *juxta morem antiquum*, & *illarum partium consuetudinem*, ordinandi electionem moderari, ac utrum esset *ex consensu universalis cui præficiendus erat Ecclesiæ*, *cognoscere* & explorare. Hinc pronum est colligere, in electione aut ordinatione Paulini

vanua conjuetuaine, *Militem Ecclesiæ nostræ dirigere*, *qui eum*, *in quo omnium voluntates atque consensum concorditer convenire cognoverit*, *a suis Episcopis*, *sicut vetus mos exigit*, *cum nostro tamen assensu faciat consecrari*. Militem hunc intelligit Gregorius Joannem Diaconum, quem ex præcedente Epistola XXX. directum Roma, missumque Mediolanum fuisse constat. Dicitur *Miles*, quia in Romanæ Ecclesiæ Clero militabat Deo. Hæc eadem fere verba prædicto Joanni scribit Pontifex: *Si quidem*, inquiens, *in prædicto Filio nostro Constantio omnium voluntates atque consensum perdurare cognoscis*, *tunc eum a propriis Episcopis*, *sicut antiquitatis mos exigit*, *cum nostræ auctoritatis assensu*, *solatiante Domino*, *facias consecrari: quatenus hujusmodi servata consuetudine*, *& Apostolica Sedes proprium vigorem sustineat*, *& a se concessa aliis sua jura non minuat*.

MINIME Norisio hæc loca favent: imo si paullo attentius expendantur, illud ipsum vitium in ordinatione Paulini significant, quod jam exposuimus. Utroque in loco *consuetudo* quædam clare & sine ulla ambage a *veteri more* distinguitur. Vetus mos erat, ut Metropolita a Provinciæ Episcopis, Romani Pontificis maxime in Italia prævio assensu, consecraretur. Id etiam communi prædicto antiquo mori peculiare ac proprium in Ecclesiis Aquilejensi & Mediolanensi antiquitus adjectum obtinebat, ut electioni præesset, electumque ordinaret, non aliquis ex Provincia Episcopus, sed alterutrius Ecclesiæ, Aquilejensis, vel Mediolanensis, Antistes: unde *antiquam* vocat Pelagius *illarum partium consuetudinem*. Alia vigebat ævo Gregorii consuetudo, ut Romanæ Ecclesiæ Miles, aut Clericus dirigeretur, qui plebis & Suffraganeorum voluntates agnosceret, deque communi consensu Summum Pontificem certiorem faceret, ac Sedis demum Apostolicæ consensum impetraret. Hæc recens inducta fuerat consuetudo Schismatis occasione. Ordinationis Paulini tempore eam non obtinuisse, certissimos nos facit Pelagius, qui diserte scribit: *Præsentis ordinatoris* Episcopi, vel Aquilejensis, vel Mediolanensis, non alterius Militis Roma directi, munus fuisse, ut ipse ad urbem Ordinandi accedens, *consen-*

B gorius in eo positam, ut electus Episcopus, nonnisi obtento Romani Præsulis consensu, consecraretur; ejusque electioni nomine Pontificis ordinator Episcopus præesset. Priora duo in ordinatione Paulini servata: tertium prætermissum; adeoque contra morem, & Canonicam illarum partium consuetudinem factus ille Episcopus. Sic intellectæ Pelagii, & Gregorii Epistolæ optime cohærent: aliter invicem pugnant.

III. TEMERARIUM sequitur Paulini facinus, qui Synodum particularem Schismaticam congregare ausus est. Pelagii verba sunt in Fragmento Labbeano 5. *Nec licuit aliquando*, *nec licebit Synodum congregare*. Integer textus, & emendatior habetur in simili Fragmento Holsteniano 3. *Sed nec licuit aliquando*, *nec licebit*, *particularem Synodum ad dijudicandum generalem Synodum congregari*.

C BOLLANDUS ad diem VIII. Febr. in Vita S. Honorati §. II. num. X. scribit: *innuere* Pelagium relatis verbis, prædictam Synodum, *Aquilejensis Episcopi* (Paulini) *consecrandi causa*, *congregatam fuisse*. Ait etiam Pagius ad Annum D. LVIII. num. 9. *Hujus* (Synodi) *cujus obscura mentio in laudata tantum Epistola Pelagii*, *causam etiam obscuram esse:* adeoque *aliquos existimare*, Synodum eamdem *tantum Aquilejensis Episcopi consecrandi causa coactam esse; & ita explicandum Pelagium*. Falluntur Viri docti, quotquot Synodi causam obscuram arbitrati sunt; eamque putant ob solam eligendi, & consecrandi

D Aquilejensis Metropolitæ Paulini causam celebratam esse. Decepit eos mutilus textus Fragmenti Labbeani. Se ipsum explicat Pelagius, litemque dirimit omnem in Fragmento Holsteniano. Proditur ibi: *Particularem* illam *Synodum* præter fas omne *ad dijudicandum generalem Synodum congregatam esse*. Hoc est, Schismatici Episcopi cum suo Aquilejensi Metropolita, spreta Sedium Apostolicarum, maximeque Romanæ Ecclesiæ auctoritate, dijudicarunt in particulari Synodo, labefactari Synodum Calchedonensem trium damnatione Capitulorum: adeoque Synodum quintam, in qua conclamatum in eadem Capitula anathema fuit, rejiciendam esse.

HUNC sensum confirmant, quæ sequuntur ver-

Calchedonensibus decretis contemnebant. 2. Sedes Apostolicas, maximeque Romanam interpellare pro summa arrogantia noluere, ut de eo, quod non intelligebant, rationem reciperent. 3. Synodum ipsi congregarunt, in qua dijudicare privata auctoritate Synodum generalem ausi sunt. Idem evincunt hæc alia verba: *De Liguribus, atque Veneticis, & Istriis Episcopis quid dicam? . . . Si quid eos de judicio universalis Synodi, quod Constantinopoli per primam nuper elapsam indictionem actum est, forte movebat, ad Sedem Apostolicam electis aliquibus de suis, qui dare & recipere rationem possent, dirigere debuerunt; & non clausis oculis Corpus Christi Dei nostri, hoc est, Sanctam Ecclesiam lacerare.* Hinc prædicta in Synodo particulari Schisma confirmatum est, maximeque apparuit rebellio Aquilejensium, sibi vendicato de generali Synodo judicio, spreta Romanæ Sedis auctoritate, unitate rupta, ac lacerato Corpore Christi, quod est Sancta Ecclesia.

De Actis hujusce Schismaticæ Synodi, aut parte Actorum infra agendum. Quo anno celebrata fuerit, paucis differo. Coactam scilicet occasione sumpta Aquilejensis Metropolitæ Paulini eligendi, & consecrandi, ut Bollando & Pagio placet, ultro consentio; unde ad annum 557. referri tuto potest. Episcopos suffraganeos frequentes interfuisse, pronum est colligere, ut in plena Provinciæ Synodo de re summi momenti tractaretur, ac is præficeretur Aquilejensi Ecclesiæ Metropolita, qualem diffi-

B *concilium suscipere diffidit, donec salutaribus B. Papæ Sergii monitis instructa, & ipsa huic cum cæteris Christi Ecclesiis adnuere consentit.* Synodum ipsam, quam habuit Aquilejæ Paulinus, a Beda significari, ex illo adverbio *Donec* non obscure colligi posse, arbitratur Norisius Dissertatione citata Capite IX. §. I. *eo quod ille error*, ut ait, *ac pravum de Synodo quinta judicium diu ante Sergium apud Aquilejenses invaluerat.* Unde Bedæ sensus videtur esse, Norisio si credamus: ab Aquilejensi Paulini Synodo quintam generalem reprobatam fuisse, donec salutaribus Beati Papæ Sergii monitis instructi Aquilejenses, eam cum cæteris Christi Ecclesiis, errore deposito, susceperunt.

Distinctam, ac plane diversam a Venerabili Abbate Synodum intelligi, infra de-
C monstrandum. Satis fuerit hoc loco adnotare: Episcopos in Synodo, cujus mentionem Beda facit, *fidei* solum *imperitos* prodi; eosque *diffidentes* duntaxat dici, num *suscipere quintum universale concilium deberent.* At Paulinus, ejusque Collegæ, nedum imperiti fide, sed contumaces Romanæ Sedis & aliarum, quæ Capitula damnaverant, contemptores; non solum quintum universale Concilium suscipere diffidebant, sed quintum ipsum generale Concilium *dijudicare* (quod nunquam licuit) *in Synodo particulari* ausi sunt. Hæc sane comparatio Synodos evincit distinctas, ac diverso tempore celebratas: alteram Schismatis æstu fervente, alteram Schismate fere compresso, atque in solam diffidentiam mutato.

CAPUT XXV.

In Gradum insulam, relicta Aquileja, migrat metu Langobardorum Paulinus. Alboinus Rex, Duce dato Gisulfo, Ducatum Forojuliensem instituit, a Civitate Forojulio nuncupatum. Fines ejusdem indicantur, extra quos Provincia Istria. Hæc regio, ac tota Venetia dicta est Austria: cujus appellationis origo & ratio aperitur.

I. Jacebat in Schismate Paulinus, cum Langobardis Italiam invadentibus, urbem & Sedem Aquilejensem deserere
D coactus, in insulam Gradum, exportato Ecclesiæ thesauro, migravit. Id narrat Paulus Diaconus Libro II. Capite X. his verbis: *Hoc etiam*

jos esse mense Aprili, scribit ille Libro citato Capite VII. *per indictionem primam, alio die post sanctum Pascha, cujus festivitas eo anno juxta calculi rationem ipsis Calendis Aprilibus fuit, cum jam a Domini Incarnatione anni quingenti sexaginta octo essent evoluti*. Annus prædictus ab Incarnatione Domini ductus, jam *evolutus* erat: adhuc vero volvebatur, alia computandi ratione habita a Calendis Januariis; unde colligitur, eo modo annos ab Incarnatione numerasse Paulum, quo postea apud Pisanos, Senenses, aliosque in Italia viguit, initio sumpto a die 25. Martii Calendas Januarias præcedentis: quem Florentini, aliique a Martio subsequente annum auspicabantur. Anno eodem 568. indictione prima, celebratum Pascha fuit Calendis Aprilis, ciclo Lunæ XVIII. solis XVII. Lit. Dom. AG; unde eodem anno Paulini migratio in Gradum insulam contigit. Illigant alii anno insequenti Langobardorum in Italiam irruptionem: sed insignem Diaconi epocham vindicant alii, quibus adhæreo.

CUM hæc accidisse, Benedicto Romanam Ecclesiam regente, scribit Paulus, corrigendus est; ad Ecclesiæ namque regimen evectus ille fuerat anno 574. post Joannem III. qui ab anno 560. tenuit Pontificatum. Latius tamen, Benedicti ætate, dominatos esse Langobardos Italiæ, tradit Scriptor vitæ ejus apud Anastasium: *Ejusdem tempore*, inquiens, *gens Longobardorum invasit totam Italiam*; vel ut habet editio Francisci Blanchini: *eodem tempore gens Longobardorum invasit omnem Italiam*. Ubi voces illæ, *Totam*, vel *omnem Italiam*, non ipsum eorum adventum, sed latiorem significant dominationem.

II. VENETIÆ fines ingressus Rex Alboinus, Forojuliensi Provincia occupata *sine ullo obstaculo*, (verba sunt Diaconi Libro II. Capite IX.) *devictaque Civitate vel potius Castro Forojuliano, perpendere cœpit, cui potissimum primam Provinciarum, quam ceperat, committere deberet*: præfecitque *Gisulfum nepotem, virum per omnia idoneum, Forojulianæ Civitati, & toti regioni illius*. Hinc Ducatus Forojuliensis nomen inclaruit.

CIVITATEM hanc Forojulianam, vel Castrum Forojulianum diligentius clariusque definit Libro III. capite XIX. Aliud est Forumjulium, seu Castrum Forojulianum, cujus habetur mentio in Epistola XXVI. inter Varias Cassiodorii Libro XII. ubi tres hujus regionis exhibentur, *Concordiensis, Aquilejensis, & Forojuliensis, civitates*, e quibus vinum & triticum in subsidium exercitus Gothorum collecta fuerant. Plura Diaconus habet. Verba sunt ejus Libro II. Capite XIV. *Venetiæ Aquileja civitas extitit caput, pro qua nunc Forumjulii, ita dictum quod Julius Cæsar negotiationis forum ibi statuerat, habetur*.

HOCCE in loco se natales habuisse Paulus, narrat Libro IV. Capite XXXIX. Refert enim: *Leupchim*, abavum suum, cum Langobardis in Italiam adventasse: filios ex ipso progenitos *ex Castro Forojuliensi in Avarum patriam exules deductos*: quintum ex istis, *Lupicin* nomine, suumque proavum, fuga arrepta, in Italiam *ad domum, in qua ortus fuerat*, regressum. Ampliora sunt, quæ scribit Libro V. Capite XXIII. situm ejusdem civitatis clarissime definiens. Nempe *Sclavi voluerunt*, quo tempore Vectaris Dux absens erat, *super Forojulianorum Castrum irruere. Venientes castrametati sunt in loco, qui Broxas dicitur, non longe a Forojulii*. Contra illos redux Vectaris, exercitum ducens, *ad pontem Natisonis fluminis, qui ibidem est ubi Sclavi residebant, propinquavit*. Pugna commissa est, profligatique hostes. Itaque Forumjulium non longe a loco *Broxas* & a *Ponte Natisonis* aberat. Uterque vero non aliam indigitat civitatem, nisi quæ postea notissima fuit sub nomine *Civitatis Austriæ*, nunc vulgo *Cividale di Friuli*. Rem pertractat uberrime Doctissimus Philippus a Turre in Dissertatione de Colonia Forojuliensi, ubi ad situm loci *Broxas* definiendum, aptissimum adducit Berengarii Regis diploma, Mantuæ anno 838. Indictione *6*. datum *Felici Diacono*, in quo *Broxias* dicitur esse *in finibus S. Joannis in Antro*; uti sane etiamnum est, (verbis utimur spectatissimi Auctoris) intermedio Natisone flumine, in cujus angustiis tertio a civitate Forijulii milliario pons lapideus occurrit. Unde vani sint ac ridiculi oporteat, qui *Broxas* & *Pontem* Paulo memoratos, alibi somniarunt.

III. DU-

no 616. locum tenebat, Romanorum seu Græcorum nomine, (eodem teste, Libro IV. Capite XL.) *Gregorius Patricius*, qui Tasonem & Caconem post Gisulfi obitum Forojulienses Duces in eadem *Civitate Opitergio dolosa fraude peremit*. Injuriam ultus est Rotharis Rex anno circiter 638. quo *Opitergium* (verba Diaconi sunt Libro citato Capite XLVII.) *inter Tarvisium, & Forojulii expugnavit, & diruit*. Nec ita funditus eversa Civitas intelligi debet, ut habitari desierit: neque fortasse omnino Græcis erepta, nam diu post Grimoaldus, *Romanos non mediocri odio* persequens, *pro eo quod ejus quondam Germanos*, Tasonem & Caconem, *in sua fide decepissent*, hanc *ob causam Opitergium civitatem, ubi ipsi extincti sunt, funditus destruxit: eorumque, qui ibi aderant*, (ut jam narravimus) *fines* inter Forojulianos, Tarvisianosque, & Cenetenses, *divisit*. Fines ampliores decursu temporum obtinuit Ducatus Forojuliensis.

AD Istriam quod attinet, tametsi ab Augusti ævo Venetiæ adjuncta, cessit nunquam Langobardis. Populares Scriptores aliosque habeo adversos. Anno circiter 587. *ad Istriam Rex Autharis exercitum misit*, (verba sunt Diaconi Libro III. Capite XXV.) *cui exercitui Evin Dux Tridentinus præfuit: qui post prædas, & incendia, facta pace in annum unum, magnam pecuniam Regi detulerunt*. Irruptionem Langobardorum in Istriam hæc significant, minime captam ab illis eam Provinciam, subjugatamque. Ex hac vita migravit Autharis anno 590. *Mense Novembri*: & anno insequente *Mense Majo* Agilulfus in Regem electus est, ut colligitur ex eodem Diacono Libro III. Capite XXXIV. & Gregorio Magno Libro I. Epistola XVII. *ad universos Episcopos Italiæ* data. Eo regnante, *pax perpetua facta est cum Avaribus: & inter hæc* (verbis utor Pauli Libro IV. Capite XXV.) *Langobardi cum Avaribus & Sclavis Histriorum fines ingressi, universa ignibus, & rapinis vastaverunt*.

ALIAM in Istriam habeo Langobardorum irruptionem, quin redacta in ipsorum potesta-

Langobardorum. *Certe tamen Liutprandi ætate* (verba sunt Anonymi Mediolanensis in Dissertatione de Italiæ Tabula Chorographica medii ævi num. 39.) *juris Langobardorum erat, eo disponente in quadam sua lege de debitore & fidejussore, si in Austria, aut in Histria fuerit &c.* Verum enim vero non *Istriam* legimus, sed *Neustriam* in editione Mediolanensi Clarissimi Muratorii Tomo I. Parte II. quæ lectio omnino retinenda. Legis verba sunt Libro VI. Legum Luitprandi num. LV. *Si per XXX. dies pignora ipsa aut debitor, aut fidejussor recolligere neglexerit, si in Neustria, & Austria fuerit, amittat ipsa pignora*. Utramque scilicet Regni sui partem in Italia indicat Luitprandus; *Neustriam*, idest, partem Occidentalem, & *Austriam*, idest, partem Orientalem: ac utrique communem fert legem. Vexatam quoque ab Aistulfo, & Desiderio postremo Langobardorum Rege Istriam, infra narrabimus.

GRÆCO parebat ipsa Provincia Imperatori, eademque per Duces regebatur sub novo Magistratu, qui in Italia institutus fuerat, & Exarchus dicebatur, Ravennæ sedens: quo munere Longinus, qui Narseti suffectus fuit, defungi primum cœpit anno circiter 567. A Græcis ad Francos Istria transiit anno circiter 789. ut Historici docent. Hæc infra usui nobis erunt. Sed ampliores denique, Imperatorum Francorum & Germanorum ævo, fines obtinuit Marcha Forojuliensis, cui Istria, ac Tarvisinus & Veronensis tractus accesserunt.

IV. REGIONEM nostram Forojuliensem, totamque Venetiam dictam *Austriam*, memorare jam licet; deque vocis origine, ut errorum ansæ evellantur, postremo loco agendum. Duas præcipuas Langobardi fecere partes Italici Regni cis Tiberim, *Austriam, Neustriam*: aliasque duas non raro distinxerunt, addideruntque *Tusciam, & Æmiliam*. Hanc divisionem retinuit Pipinus Junior, Rex Italiæ a Carolo patre datus, in suis legibus Capite X. *Hoc damus*, inquiens, *in mandatis, ut tam in Austria, quam in Neustria, quamque in Æmilia, & Tuscia, & littore maris per omnia*

loca

tur utrique. Nostram Codices optimæ notæ lectionem exhibent apud laudatum Muratorium: ac deinde leges a Langobardis Regibus pro utraque Regni Italici parte, *Austria*, & *Neustria* ferri debuerunt.

Solam *Austriam* Paulus Diaconus habet Libro V. Capite XXXIX. ubi ait: *quod ille* (Alachis Tridentinorum Dux Langobardus) *audiens... per Placentiam, Austriam rediit, singulasque Civitates partim blanditiis, partim viribus sibi socias ascivit*. Civitates numerat *Vincentiam*, *Tarvisium*, *Forumjulium*, quæ cum in Venetia positæ sint, *Austriæ* propterea voce Provinciam Forojuliensem, & Venetiam dictas, liquido patet. Sed eo præcipue nomine indicatam regionem Forojuliensem, plura evincunt. In vetere Hymno in laudem S. Hermagoræ legimus:

Cujus amore, capite
Truncatus es, ut hodie
Sublimet Aquilegiam
Urbem, fovendo Austriam.

Ubi *Austria* provinciam Forojuliensem designat. Acta quoque ejusdem Martyris, quem primum Aquilejæ Episcopum colimus, apud Mombritium, & Continuatores Bollandi, urbem *Aquilegiam Austriæ Provinciæ* retinent. Hinc origo & causa jam patet, cur Forumjulium, aut Castrum Forojulianum, de quo egimus, dictum quoque postmodum fuerit *Civitas* que partes duas Franciæ, alteram ad Orientem, & alteram ad Occidentem, dictas *Austrasiam* & *Neustrasiam*, ac demum contractius *Austriam* & *Neustriam*. Francos imitati Langobardi, partem Italiæ, quam occupavere, *Austriam* appellarunt, partemque aliam *Neustriam*. Voce priore nuncupandam voluerunt regionem Forojuliensem, ac ferme totam Venetiam, utpote quæ ad Orientem vergeret, situ maxime Ticini, quod Regni sedem fecere, spectato: partemque Occidentalem, quæ ad montes Galliæ conterminos protenditur, *Neustriam* dixerunt. Hinc etiam Austria Provincia, Stiriæ & Carinthiæ contermina, eadem est, quæ dicebatur olim *Bajoaria Orientalis*, & *Marchia Orientalis*, ut monent Bollandi Continuatores loco citato, Joannes Georgius Eccardus in Præfatione Historiæ Genealogiæ Principum Saxoniæ superioris, & Hieronymus Pez Tomo I. Rerum Austriacarum Dissertatione II. Doctissimos alios Viros non prætermittimus, qui de prædicta disseruerunt Austriæ appellatione, Philippum a Turre in Dissertatione de Colonia Forojuliensi, Justum Fontaninum in Epistola *delle Masnade*, & in Vita Philippi a Turre præmissa Monumentis veteris Antii Romæ secunda vice anno 1724. editis, ac Anonymum Mediolanensem, sive Gasparem Berrettam S. Benedicti Congregationis Cassinensis Monachum in Dissertatione de Tabula Chorographica Italiæ medii ævi Tomo X. Scriptorum Italiæ edit. Mediol.

CAPUT XXVI.

Succedit Probinus, ac deinde Elias. Hujus gesta expenduntur. Smaragdus Exarchus ad unitatem Ecclesiæ venire Eliam compellit, qui supplices ad Mauricium Imperatorem libellos mittit. Tres ad ipsum, ejusque collegas scribit Epistolas Pelagius II. Communionem cum Romana Sede habuit nunquam idem Elias.

I. Ad annum usque 560. regimen tenuit Ecclesiæ Romanæ Pelagius I. Successit Joannes III. qui anno 573. mortem obiit: eique suffectus est Benedictus anno insequente. Paulinum, schismaticum Aquilejæ Metropolitam, vita functum anno 569. adnotavimus, fide allegata Pauli Diaconi, Capite XXIII. num. I. Hunc excepit Probinus. Diaconus idem sic ait Libro II. Capite XXV. *Paulus quoque Patriarcha, annis duodecim*

Dum sedem, pergit ille, *tenuisset anno uno, mensibus octo, in Grado vitam finivit, ibique sepultus requiescit*. Sedis anno, quem numerat Paulus, octo menses addit Dandulus. Hæc demum pauca verba in Catalogis Aquilejensibus habentur: *Probinus Paulo successit, qui uno anno apud Gradum vixit*.

POST Probinum *eidem Ecclesiæ* Aquilejensi *Sacerdos Elias præficitur*, ut ait Diaconus loco citato. Plura narrat Chronista Venetus. *Helias*, inquit, *Aquilegiensis Episcopus renunciatus est anno Domini* D. LXXI. *Quo tempore cum Provinciales Episcopi a sedibus suis pulsi pro novi Præsulis electione convenire minime potuerunt; sed qui remanserant in Grado, una cum Clero & populo hujus Ecclesiæ convenientes, hunc natione Græcum, moribus & scientia circumspectum, Pontificem elegerunt*. Mirum sane foret, si difficillimo hoc tempore, quo Langobardi rapinis ac cædibus Provinciam Aquilejensem ac Italiam percurrebant, in Gradum insulam frequentes convenire potuissent suffraganei Episcopi ad electionem Metropolitę. Hac etiam ætate ob Schismatis potissimum caussam puto, veterem illum morem in desuetudinem abire cœpisse, quo Mediolanensis & Aquilejensis Episcopi sibi manus mutuo imponebant, Ordinatore ad Ecclesiam Ordinandi accedente.

II. PERGIT narrare Dandulus: *Hic etiam* (Elias) *litteras suscepit, quas Africanum Concilium delegabat Paulo, & Probino prædecessoribus; requirens, qualis modus esset servandus in lapsis Episcopis, seu cæteris Ecclesiasticis ordinibus, ad unitatem Ecclesiæ redeuntibus. Quibus hic Episcopus complacere anhelans, vix sex Provincialium Episcoporum propter invasionis furorem invenire potuit: & propter hoc excusatorias litteras illis misit; dicens, quod cum copiam suorum suffraganeorum habere poterit, eorum votis plenius complacebit*. In vetustis Ecclesiasticis monumentis Legationis Africanæ, ac Eliæ litterarum ad Afros mentio nulla. Viderentur potius Africani Patres, qui tum Schismate laborabant, contra Synodum quintam ad Aquilejensem Metropolitam scri- B (ejusdem Diaconi verba profero) *Langobardorum Duces, septimo anno ab adventu Albuin & totius gentis* (anno Christi 575.) *spoliatis Ecclesiis, Sacerdotibus interfectis, civitatibus subrutis, populisque qui more segetum excreverant extinctis .... Italia ex maxima parte capta, & a Langobardis subjugata est*.

AD Danduli Chronicon regredimur, in quo hæc habentur: *Hoc tempore itaque Helias, Venerabilis Episcopus, Ecclesiam S. Euphemiæ, & domum pro sua habitatione in Grado construxit*. Epigraphem subjicio, quæ hodieque in ejusdem nominis Ecclesia visitur, legiturque in medio pavimenti tessellato opere constructi. Nempe:

C

Atria, quæ cernis, vario formata decore,
Squallida sub picto celatur marmore tellus,
Longa vetustatis senio fuscaverat ætas.
Prisca en cesserunt magno novitatis honori,
Præsulis Heliæ studio præstante Beati.
Hæc sunt tecta pio semper devota timori.

Hanc pro sua humanitate ad me transmisit epigraphem Joannes Dominicus Bertolius, Ecclesiæ Aquilejensis Presbyter Canonicus, bonarum artium cultu spectatissimus. Ipsius Eliæ ætate scalptam fuisse epigraphem, non ita facile crediderim. Ad sequiora instauratæ Ecclesiæ, instauratique pavimenti tempora pertinere videtur.

NARRAT demum Chronista Venetus: D *Hunc Patriarcham* (Eliam) *quoddam templum Paganorum in honorem Bethel in contiguo littore situatum, in Monasterium Puellarum sub Sancti Petri Apostoli vocabulo transmutasse: & non procul in vicina Insula Monasterium Monachorum in honorem S. Mariæ construxisse, quod Barbanum appellavit* a Barbani primi Abbatis nomine. Corruptum hunc locum putat Philippus a Turre in Dissertatione de Beleno & aliis quibusdam Diis Aquilejensibus; & pro *Bethel* legendum *Belenum*. Id colligit ipse ex affinitate vocabuli, & quod Belenus celebre fuerit Aquilejensium numen; Bethelis vero nusquam sit mentio.

III. AD certiora progredior, quæ prisca monu-

Scribunt enim: *Smaragdum, gloriosum Chartularium, pro causa ipsa* (trium Capitulorum) *pluribus vicibus Eliam Archiepiscopum Aquilejensis Ecclesiæ contristavisse*.

ADVERSUM minas Exarchi se validiore subsidio suosque tueri debere, censuit Metropolita Schismaticus. Habito consilio cum Episcopis, qui forte in Insula Grado Langobardorum metu moras trahebant, decretum est, ut Oratores ad Imperatorem Constantinopolim mittantur, qui postularent, ne quid ab Exarcho molestiæ ipsis inferretur ob Capitulorum causam, donec opportuniore ac feliciore tempore celebrata omnium Episcoporum Aquilejensis Provinciæ Synodo, de ipsorum mente certior fieret ipse Imperator, ipseque suum judicium ferret. Hæc iidem Schismatici narrant in prædicto Libello: *Cum nostrum omnium*, inquientes, *consilio atque consensu direxit* (Elias) *ad pia vestigia Principatus vestri preces, supplicans ut expectata Dei misericordia, revocatis omnibus Consacerdotibus Synodi nostræ in potestatem Sanctæ Reipublicæ*, (ita vocant Græcum Imperium) *ad vestræ Clementiæ præsentiam veniretur, & vestrum in ipsa causa expectaretur judicium*.

FAVIT Imperator, proque votis Eliæ censuit Smaragdi conatus cohibendos. Id illi testantur loco citato: *Quod Pietas vestræ mansuetudinis*, inquientes, *ad mercedem & laudem imperii sui, clementi dignatione suscipiens, jussionem suam dedit ad prædictum gloriosum Smaragdum, ut nullatenus quemque Sacerdotum pro causa communionis inquietare præsumeret*.

IV. APOSTOLICAM solicitudinem suspenso Exarchi præsidio substituit Pelagius Pontifex. Tres ad Eliam habentur scriptæ ab eodem Epistolæ, quas a Nicolao Fabro, Parisino Viro Doctissimo, acceptas recitat Baronius ad annum D. LXXXVI. ac inde Collectores Conciliorum ediderunt. Inscriptæ leguntur; Prima, *Dilectissimis Fratribus Eliæ, aliisque Episcopis universis Filiis in Ecclesiæ Istriæ partibus constitutis:* Altera, *Dilectissimis Fratribus Eliæ, vel aliis Episcopis Istriæ:* Tertia, *Dilectissimis Fratribus Eliæ, vel universi fletu, & gemitu doluisse*. Ad pacem dissidentes cum lacrymis adhortatur: vacillantibus in fide indeficientem Petri fidem opponit; ac titubantibus firmitatem Sedis Apostolicæ demonstrat, contra quam portæ inferi prævalere non possint. De fidei suæ sinceritate, *quatenus nulla possit in eorum cordibus remanere suspicio*, ut certiores eos faciat, profitetur amplecti se quæ ab Apostolis eorumque successoribus tradita sunt, & in quatuor Œcumenicis Conciliis explanata & confirmata, maximeque in Synodo Calchedonensi, cujus auctoritatem trium damnatione Capitulorum labefactari immerito querebantur. Rogat eos, *si quid forte causæ est, unde eorum scandalizentur animi*, ut manentes in caritate unitatis, eligant transmittantque aliquos e Fratribus, ad proponendas & componendas cum pace Christi quæstiones omnes. *Et parati sumus* (ait piissimus Pastor) *secundum præceptionem Apostolicam, & cum caritate eos suscipere, & cum humilitate ad placita satisfactionis reddere rationem; & sine aliquo impedimento cum omni dilectione, quando reverti voluerint, voluntate sincerissima relegare*.

NIHIL permoti paternis adhortationibus perditissimi homines; *neque his*, quæ ad illos scripsit Pelagius, *responderunt; neque ut fraternam decuerat caritatem*, (verbis utor Epistolæ secundæ, ejusque summam exhibeo) *ejus fidei satisfactione suscepta, ad unitatem Ecclesiæ revertendi obedientiam commodarunt;* neque Legatis, quos ipsi Romam direxere, permiserunt, ut *apertissimam lucidissimamque satisfactionem paterentur accipere*. Imo *pravorum hominum persuasione decepti, scripta diversis infecta contagiis direxerunt*. Patrum testimonia incongrua, & ad causam non pertinentia, ordine ita turbato, libellis oblatis inseruerant, *ut quod scriptum nomine alterius, alterius nominis titulo promeretur*. Hinc ut veris ac genuinis documentis falsa destrueret & supposititia, voluit Pelagius, Legatis Eliæ *ex Codicibus, & ex antiquis Polyptycis scrinii Sanctæ Sedis Apostolicæ* sincera Synodorum acta traderentur. Eos iterum vehementissime ad caritatem cohortatur & unitatem; cum

inex-

tius Ecclesiæ Hierarchæ, tam præclara humilitatis & caritatis exempla præbenti, *deliberata judicii sententia*, a trium Capitulorum damnatione resilire, *imperarent*. De tanta perduellione gemit Sanctissimus Pontifex: doletque, *stare oves extra caulas, palmites abscissos a radice vitis esse, sudantes operarios laborare extra vineam; ac novo Diluvio obruente, vesanos homines arcam fugere*. Singula expendit, quibus abutebantur, S. Leonis Papæ testimonia: difficultatem solvit, quem ex Vigilii Decessoris, aliorumque Occidentis Episcoporum reluctantia primitus facta promebant: Latinos ostendit, linguæ græcæ minus peritos, errores in Theodori, Theodoreti, & Ibæ scriptis non potuisse statim detegere, quibus tandem cognitis ultro subscripserant eorum damnationi, acta priora revocantes: ac perperam denique demonstrat, Vigilii inconstantiam opponi.

PATET solicitudo Pelagii, ut oves extra Ecclesiæ septa, & pascua vagantes ad ovile reduceret. Patent Eliæ Aquilejensis, & collegarum Episcoporum pervicacia, furor, obfirmatusque in Schismate animus. Quo, vel quibus annis prædictæ datæ fuerint Epistolæ, discutiendum est; notis enim temporariis ipsæ carent. Ajo primum, Epistolas illas connexas invicem esse, neque diuturno inter singulas temporis decurrente spatio scriptas. Prima *directa* dicitur *per Redemptum Episcopum* (Ferentinum, ut colligitur ex Gregorio Magno Libro III. Dialogorum Capite XXXVIII.) *& Quodvultdeum, Abbatem Monasterii Majoris Basilicæ Beati Petri Apostoli:* quos *ut complacita Deo caritate suscipiat* Elias, exorat Pontifex, & *cum unitatis* instauratæ *gaudio sine mora reverti dimittat*. In secunda Pelagius ad ea respondet, quæ Schismatici post priorem acceptam Pontifici rescripserunt. Sic eam orditur: *Dilectionis vestræ per eos, quos direxistis, scripta suscepimus: relectisque his gravi sumus mærore & dolore perculsi, cum neque his quæ vobis scripsimus, respondistis; neque ut fraternam decuerat caritatem, fidei nostræ*

C

D

Beatus Gregorius, cum esset adhuc Diaconus, conscripsit. Nemo quidem eam legens, nisi in Sancti Gregorii scriptis peregrinus, (Judicium est Monachorum S. Mauri in ejus Vita Libro I. Capite VI. num. 5.) dubitare poterit, an sit ipsius fœtus; quippe sapit Gregorianam phrasim, & explicandæ Sacræ Scripturæ methodum. Addunt ibidem: *Idem sit de duabus aliis criterium*. Dixerant vero num. 2. *Unum est trium illarum Epistolarum argumentum, unus scopus, stylus plane non absimilis; proindeque idem omnium scriptor Gregorius, a quo unam saltem scriptam esse, Pauli constat testimonio*. Consentiunt quique Viri docti.

ITAQUE datæ tres illæ Epistolæ sunt, postquam Apocrisiarii munere Constantinopoli functus, Romam redierat Gregorius. Legatum Regiam in Urbem ipsum jam Diaconum ordinatum Pelagius anno circiter 578. miserat; nec enim licet pro temporum obscuritate certum annum decernere, (admonentibus Monachis Benedictinis, Vitæ ejus Scriptoribus, Libro I. Capite V.) quo hæc illi Provincia demandata fuerit. De anno, quo Romam reversus est, cognoscendo sic dissero. Epistolam recitat Joannes Diaconus in Vita Gregorii Libro I. num. XXXII. a Pelagio ad ipsum Constantinopoli morantem scriptam, datamque *quarto Nonarum Octobrium Indictione tertia*. Data igitur est anno 584. a cujus Septembri Mense *tertia* cœpit *indictio*. Cujusdam *Presbyteri* in ea mentionem facit, quem ad se *transmittere festinet*, Gregorium postulat Pelagius. Hunc esse *Maximianum Siculum, qui postea Syracusanus Episcopus extitit*, atque tum Monasterio a Gregorio Romæ extructo præerat, narrat ibidem Joannes. Unde anno eodem cadente 584. aut insequentis initio, Maximianum rediisse Romam, quem pro mandatis Pelagii, sine mora transmittere debuit Gregorius, dicendum est. Cum eo iter aggressum esse Gregorium, scribit Pagius ad Annum D.LXXXIV. num. XIII. & D.LXXXVI. num. III. Fallitur vero. Maximiani namque reditum describere pergit Joannes Diaconus, tem-

Hanc epocham ulterius confirmo. In eadem Pelagii ad Gregorium Epistola anno 584. cadente data, quam recitat Joannes Diaconus, commissum eidem legimus mandatumque, ut cum Imperatore *tractaret* de subsidiis contra Langobardos Italiam vastantes transmittendis: *Quia ita coangustata est Respublica, ut nisi Deus piissimi in corde Principis inspiraverit, ut insitam sibi misericordiam suis famulis largiatur .... in omni simus angustia destituti; quia maxime partes Romanæ omni præsidio vacuatæ videntur, & Exarchus nullum nobis posse remedium facere scribit*. Anni 584. & superiorum tumultus habes. Ait vero Pelagius idem in Epistola I. ad Eliam: *Quod ... nostra tardius scripta dirigimus .... temporalis qualitas, & hostilis necessitas hactenus impedivit*. Ait rursus: *Postea ergo ... per labores atque solicitudinem ... Smaragdi Exarchi ... pace interim vel quiete donata*, se *cum omni solicitudine festinare præsentia* ad ipsum ejusque collegas *scripta dirigere*. Hæc orta quies erat ex induciis, quas cum Smaragdo fecere Langobardi, Francorum expeditionem in Italiam metuentes. Pax etiam cum Francis ab illis constituta fuit, quam juxta Calculos Gregorii Turonensis anno 584. illigat Pagius, & juxta Paulum Diaconum anno 586. Itaque jam anno antecedente 585. quieverat Italia, partesque Romanæ non amplius Langobardorum armis vexabantur. Eodem igitur anno animum Schismaticis ad Ecclesiæ unitatem revocandis applicuit Pelagius, prima Epistola ad Eliam *cum omni solicitudine* scripta.

V. Probat hæc eadem Epistolarum Pelagii epocha ac evincit, Eliam ad meliorem mentem non rediisse extremis vitæ ac sedis annis; cum obierit ipse anno 586. quo, vel antecedente tertia ejusdem Pelagii Epistola data est ad eumdem in Schismate jacentem. Rejiciamus ergo, quæ scripta legimus in Chronico Aquilejensi his verbis: *Hic* (Elias) *quia tria Capitula Chalcedonensis Concilii* (eorum scilicet damnationem in Synodo quinta firmatam) *suscipere noluit, tamquam hæreticus reprobatus est. Sed Pelagius Papa II. eidem misit Epistolam satis utilem, quam B. Gregorius, dum adhuc esset Cardinalis* (Diaconus) *Catholico, & Romanæ Ecclesiæ communicante, in quibus ... recitatur Epistola Pelagii* B *Papæ ad Eliam, qua conceditur, ut Gradum loco Aquilejæ teneat; sitque eadem Metropolis, quæ & nova Aquileja ab ipso est nuncupata*. Synodi Gradensis Acta, quæ circumferuntur, Capite sequente dabimus, ac illis Epistolam Pelagii insertam, qua votis Eliæ annuisse fertur Pontifex. Hanc vero dari potuisse homini Schismatico, non putat Baronius: adeoque Eliam eo tempore Catholicum facit, & Romanæ Sedi Apostolicæ obsequentem.

Plura occurrunt, quæ Catholicam Eliæ cum Romano Pontifice communionem assertam convellunt. Ejus mentio nulla, vestigium nullum est tribus in Epistolis a Pelagio ad ipsum scriptis. Nihil in eis prætermittit Pastor vigi- C lantissimus, ut Metropolitæ pervicaciam emolliat. Divisionem ejus deplorat, suspicionem de fidei suæ integritate amolitur omnem, propositas explanat difficultates, deceptionis causas aperit; Synodi locum, ubi quæstio ventiletur, pro placito eligendum finit. Nihil erat quoque argumento magis accommodatum, quam veritatem antea cognitam ipsi opponere, eique revocare in memoriam communionem cum Romana Sede paucos ante annos habitam. Id præstitit Gregorius Magnus in Epistola, quam Pontifex creatus dedit ad Severum Eliæ successorem, ut infra videbimus. Cur id tam alto silentio de Elia præterierit Pelagius? Siluit nempe, quod scribere non po- D tuit, nec unquam fuit.

Octo circiter Pontificatus anni fluxerant, cum Pelagius anno 585. Eliæ & collegis Epistolam primam dedit, ut eos ad unitatem revocaret. Atqui ea Pontifex in Epistola scribit plura, quæ satis indicant, hactenus laborasse Schismatis morbo Eliam. Sequentia profero. *Quod ad dilectionem vestram*, ait ille, *Fratres Filiique carissimi, nostra tardius scripta dirigimus, non malevolæ voluntatis, aut dissimulationis, vel negligentiæ fuisse credatur: sed sicut nostis, temporalis qualitas, & hostilis necessitas hactenus impedivit*. Cum dicit, se *tardius scripta* ad eos *dirigere*, nihil ad eosdem scripsisse præcedentibus Pontificatus annis, aperte significat. Cum certiores illos fa-

SYNODUS Gradensis, quæ circumfertur, anno 579. coacta dicitur. Baronio si credimus, Elias tunc Romanæ Ecclesiæ communicabat. Tunc ergo beneficia, a Pelagio votis ejus annuente accepta, magis magisque reddere ipsum Sedi Apostolicæ addictum debuerant; ut scissam nonnisi multo post tempore unitatem ab ipso, dicendum foret. Verba tamen pugnant Pelagii in Epistola secunda, ubi diuturnum scandalum divisionis toto cordis dolore deplorat. Ait enim: *Renovatus est* (dato ab Elia ad priorem Epistolam contumaci responso) *dolor cordis nostri, quando diuturnæ divisionis scandalum minime tanto fidei fulgore superatur*. Communionis Eliæ cum Romano Pontifice vestigium nusquam apparet: *diuturnum*, ac perpetuum ejus Schisma indicant omnia.

AD hæc, Macedonium, & Paulinum Schismatis incentores pervicacissimos vidimus. Paulinus idem Schismatis furore abreptus, coacta Synodo, privata auctoritate cum suffraganeis Episcopis, generalem dijudicare Synodum ausus est. An verisimile fuerit, Schismaticos eosdem, quotquot electioni Eliæ adfuerunt, sibi Metropolitam præficere voluisse, quintæ Synodi veneratorem? Imo perfidiam suam in unum scribit Eliam deceptum, sed ipsum ejusque collegas Episcopos. An dicendum fuerit, non Eliam duntaxat, sed alios quoque suffraganeos, Venetos, & Istros, aliosque, cum Romano primum communicantes Pontifice, Schisma prius ejuratum instauravisse? At illos deceptos ait, quod *scripta diversis infecta contagiis direxerint;* quod *in Epistolis Patrum quædam testimonia, non incongrua solum, sed nec ad causam pertinentia tentaverint inserere*. Decepti ergo Schisma fovebant, non ante ejuratum instauravere.

PELAGII Epistola opponitur, qua Eliæ votis annuens concedit, *ut Gradum loco Aquilejæ teneat, sitque eadem Metropolis*. Quomodo Schismaticus tunc ille fuerit, quem Pontifex tam præclaro exornat privilegio? Præsto est Norisii responsio in Dissertatione citata de Synodo quinta Capite IX. §. IV. Scilicet, Pelagius ut principem Schismaticorum collatis beneficiis reverentiorem erga Sedem Apostolicam faceret, Eliæ precibus annuit; confidens quoque facilius ad obedientiam ipsum, utpote sub Romano Imperio viventem, revocari posse. Hæc illis repono, qui germanam credunt Pelagii Epistolam, ac legitima Synodi Gradensis Acta.

CAPUT XXVII.

Exhibentur Synodi, quam celebrasse dicitur Elias, Acta ex Chronico Danduli. Eadem promuntur ex Chronico Gradensi cum variantibus lectionibus, & Codicum discrepantia. Nota Chronica incerta.

I. SATIS mihi suspecta Pelagii II. Epistola qua Sedis Aquilejensis translatio confirmatur, itemque suspecta videntur Synodi Gradensis Acta. Ne alibi quærantur, eadem hoc loco describere, pretium est operæ; variasque diversorum Codicum discrepantias adnotare. Quæ referunt Aquilejensia Chronica, ante præmitto. Nempe *de prædicti Papæ Pelagii consensu, viginti Episcoporum Synodum convocavit* Elias; *& Gradensem Insulam, quæ ut prædicitur nova Aquilegia appellata fuit, totius Venetiæ instituit esse Metropolim*.

IPSIUS Acta Synodi cum epistola Pelagii hæc

„ *mio*, *Virgilio*, *Joanne*, *Clarissimo*, *Patricio*, & reliquis Episcopis, & Sacerdotibus, „ quorum nomina subscriptiones propriæ ma- B „ nifestant, in concilium convenissent, & in „ nova Basilica sanctæ Venerabilis Martyris „ Euphemiæ consedissent, sedentibus quoque „ Presbyteris plurimis, adstantibus Diaconi- „ bus, propositis in medio sacrosanctis Eccle- „ siæ Evangeliis, Helias primæ sedis Episco- „ pus dixit. Ineffabilia sunt opera Domini „ nostri Jesu Christi, quibus misericordia & „ benignitate fragilitatem nostram sustentare „ dignatur, Sanctissimi Fratres. Nam inter „ angores, quibus Ecclesia Domini circum- „ quaque depressa suspirat, & gentium fero- „ cissimas clades, quæ miseræ nostræ Provin- „ ciæ reliquias quatere ac devastare non ces- „ sant, fateor, me non præter spem, sed vel, C „ ut verius dicam, supra spem meam ad hunc „ venerabilem cœtum vestram invitasse san- „ ctissimam caritatem. Angebat enim, ne „ quid undecumque votis communibus obsti- „ tisset; verum quia, ut præfatus sum, Je- „ sus Christus verus Deus & Dominus noster, „ supra quam credidimus & speravimus, præ- „ stitit ut vestra nunc in illo præsentia per- „ fruamur, dignum duxi, Carissimi fratres, „ mansuetudini vestræ commemorare, quod „ ut prælibavimus, intervenientibus malis „ nostris, quotidie hostile perpatimur flagel- „ lum. Jam pridem ab Attila Hunnorum Re- „ ge Aquileja civitas nostra funditus est de- „ structa: & postea Gothorum incursu, & cæ- „ terorum barbarorum quassata vix respirat; D „ etiam nunc Longobardorum nefandæ gentis „ flagella sustinere non valens. Si ergo con- „ sensu Beatissimi Apostolicæ sedis Papæ Pela- „ gii, cui jam ante communem nostram de- „ scripsimus necessitatem, vestræ Sanctitati „ placeat, hanc civitatem Gradensem nostram „ confirmare perpetuo Metropolim, novam- „ que eam appellare Aquilegiam.

„ Sancta Synodus dixit: Quæ vestra pro- „ posuit Beatitudo, omnes pari confirmamus „ assensu.

„ Si vestræ sanctitati placeat, Beatissimi „ Papæ Pelagii privilegium pro hac ipsa in-

„ ... congrua devotione impertiri animum. „ Ex hoc enim lucri potissimum a conditore „ omnium procul dubio promerebimur, si ve- „ nerabilia loca, opportuno transmutata tem- „ pore, nostro fuerint studio ad meliorem si- „ ne dubio statum perducta. Igitur quia peti- „ sti a Nobis per missa tuæ Venerandæ Fra- „ ternitatis brevia, consentientibus in eis suf- „ fraganeis tibi Episcopis, quatenus Graden- „ se castrum totius Venetiæ fieri & Istriæ Me- „ tropolim, ad regendam sanctam Ecclesiam, „ atque cum timore Dei dispensandam, mis- „ sa præceptione concedere deberemus. Qua- „ propter vestro compatientes mœrori, neces- „ situdinem, imo etiam rabiem furentium „ perpendentes Longobardorum, inclinati pre- „ cibus vestris, per hujus præcepti seriem su- „ prascriptum castrum Gradense totius Vene- „ tiæ fieri cum omnibus vestræ Ecclesiæ per- „ tinentibus, etiam Istriæ Metropolim, per- „ petuo confirmamus. Statuentes eapropter „ Apostolica auctoritate, sub interminatione „ futuri judicii, nulli licere nostrorum Suc- „ cessorum, vel alii cuilibet, hæc quæ a no- „ bis decreta sunt, in quoquam destruere aut „ convellere: quæ potius firma stabilitate in- „ convulsa manere definimus, atque sub ana- „ thematis vinculo perpetuis temporibus ob- „ servanda. Quamobrem hortor te semper „ relevare oppressos, semper corripere inquie- „ tos, ut zizania dominicam non possint suf- „ focare messem. Gratia Domini nostri Jesu „ Christi, & omnis caritas Dei sit semper vo- „ biscum. Data XII. Kal. Maii, imperante „ Tiberio Constantino Cæsare Augusto.

„ Quo perlecto, universi Episcopi voce „ compari clamarunt: Exaudi Christe, Pela- „ gio vitam: omnes uno consensu Sanctissimi „ Pelagii præceptionem, & vestram sequimur „ confirmantes sententiam. Observandam e- „ nim Apostolicam auctoritatem decernimus, „ hanc Gradensem Civitatem vestram Metro- „ polim perpetuis temporibus esse. Quicum- „ que vero confirmationis hoc nostræ violare „ decretum præsumpserit, anathema. San- „ cta Synodus ter affirmavit: fiat, fiat, fiat.

„ Helias primæ sedis Episcopus dixit. „ Si vestræ Beatitudini placet, recitentur etiam

„ ne-

„ Marciani congregata est apud Chalcedo- [B] „ niam, Metropolim Bythiniæ provinciæ, in „ (1) Atrio ſanctæ & venerabilis Euphemiæ, „ definivit ſubter annexa. Dominus noſter & „ Salvator Chriſtus notitiam fidei confirmans, „ diſcipulis ſuis ait: *Pacem meam do vobis*, „ *pacem meam relinquo vobis*; ne ullus a pro- „ ximo ſuo diſſonam doctrinam pietatis oſten- „ dat. Quoniam vero non quieſcit nequiſſi- „ mus ſuam zizaniam ſpargere, novi aliquid „ contra veritatem ſemper inveniens, ob hoc „ conſuete Dominus noſter providens huma- „ no generi, piiſſimum & fideliſſimum Prin- „ cipem ad zelum fidei ſuſcitavit. Qui undi- „ que Sacerdotum principes ad ſe convocavit, „ qualiter gratia Domini feliciter imperrata, [C] „ ab ovibus Chriſti dogma quidem mendacii „ ſubmoveret, germen autem pietatis & ve- „ ritatis pingue efficeret. Quod quidem & fe- „ cimus communi decreto, dogmatum fugan- „ tes errorem, integram vero Patrum revo- „ cantes fidem, trecentorum decem & octo „ Patrum ſymbolum prædicantes; & tanquam „ domeſticos, (2) quod pietatis hujus compo- „ ſitionem receperunt, Patres adſcribentes, „ qui poſtea apud Conſtantinopolim convene- „ runt centum quinquaginta, qui & ipſi eam- „ dem fidem ſubſignaverunt. Definimus igi- „ tur, ordinem & omnem formam fidei (3) „ conſervamus nos quoque. (4) Apud Ephe- „ ſum olim facta eſt Sancta Synodus, in cujus [D] „ congregatione (5) Præſules fuerunt, ſan- „ ctæ memoriæ Cæleſtinus Romanæ urbis An- „ tiſtes, & Cyrillus Alexandrinæ Eccleſiæ Præ- „ ſul. (6) Egere quidem rectæ & immacula- „ tæ fidei expoſitionem CCC. XVIII. Patrum „ apud Nicæam ſimul cum piæ recordationis

„ nienſis his &c.

„ Petrus Epiſcopus S. Eccleſiæ Altinatis „ his &c.

„ Vindemius Epiſcopus S. Eccleſiæ Ceneten- „ ſis his &c.

„ Virgilius Epiſcopus S. Eccleſiæ Patavinæ „ his &c.

„ Joannes Epiſcopus S. Eccleſiæ Celejanæ „ his &c.

„ Clariſſimus Epiſcopus S. Eccleſiæ Con- „ cordienſis his &c.

„ Patricius Epiſcopus S. Eccleſiæ Emonen- „ ſis his &c.

„ Adrianus Epiſcopus S. Eccleſiæ Polenſis „ his &c.

„ Maxentius Epiſcopus S. Eccleſiæ Julien- „ ſis his &c.

„ Severus Epiſcopus S. Eccleſiæ Trieſtinæ „ his &c.

„ Solacius Epiſcopus S. Eccleſiæ Veronenſis „ his &c.

„ Joannes Epiſcopus S. Eccleſiæ Parentinæ „ his &c.

„ Aaron Epiſcopus S. Eccleſiæ Avoricienſis „ his &c.

„ Marcianus Presbyter locum faciens Viri „ Beatiſſimi Ingenuini Epiſcopi S. Eccleſiæ ſe- „ cundæ Rhetiæ his &c.

„ Agnellus Epiſcopus S. Eccleſiæ Triden- „ tinæ ſuperveniens his geſtis ſubſcripſi.

„ Vigilius Epiſcopus S. Eccleſiæ Scaraven- „ ſis his geſtis ſubſcripſi, ſuperveniens in San- „ cta Synodo, his geſtis mihi relectis.

„ Laurentius Presbyter ſuperveniens in San- „ cta Synodo, locum faciens Viri Beatiſſimi „ Fonteii Epiſcopi S. Eccleſiæ Feltrinæ, his „ geſtis mihi relectis ſubſcripſi.

„ Mar-

(4) Quatuor antiquas hujus definitionis Actione V. Concilii Calchedonenſis latæ interpretationes dedit Petrus Crabbus, quas etiam Baluzius memorat in nova Collectione Conciliorum pag. 1255. Prima eſt, quam legimus in editionibus Romana, & Labbeana. Extat altera in Collectione Iſidori, & in Appendice Concilii Calchedonenſis apud Baluzium pagg. 1389. 1390. Tertia in Actione ſexta ejuſdem Synodi apud laudatum Baluzium pag. 1267. (ubi in noviſſima Veneta editione omiſſa eſt,) & in codice Canonum Eccleſiæ Romanæ. Quarta demum in Codice Canonum, quem vulgavit Queſnellius, & apud Baluzium in Appendice. A prima, ſecunda, & quarta longe differt hæc verſio, Synodo Gradenſi adjecta: magis conſonat cum tertia, ſed etiam in pluribus differt, ut eas invicem comparanti perſpicuum fiet; unde quinta dici poſſe antiqua definitionis Calchedonenſis latina interpretatio videtur.

(1) *Martyrio.*
(2) *Qui.*
(3) *Conſervantes.*
(4) *Nos quoque ejus, quæ apud Epheſum.*
(5) *Præſides.*
(6) *Præſul; præfulgere quidem.*
(7) *Obtinere.*

sensu Beatissimi Apostolicæ Sedis Papæ Pelagii, cui jam ante communi nostrum intuitu descripsimus solicitudinem, si vestræ placeat sanctitati, hanc Civitatem Gradensem nostram perpetuo confirmare Metropolim, novamque vocare Aquilejam. Quoniam, ut prælibavimus, intervenientibus malis nostris &c. Attilæ, Gothorum, & Langobardorum infestationes direptionesque narrantur; iterumque loqui Elias inducitur in hæc verba: *Ex consensu Beatissimi Apostolicæ sedis Papæ Pelagii, cui ja n ante descripsimus necessitudinem, si vestræ placent sanctitati &c.* Eodem in Codice sic incipit epistola Pelagii. *Convenit Apostolico moderamini, pia religione pollentibus.* In subscriptionibus Vindemius dicitur *Episcopus S. Ecclesiæ Cæsen.* vel ut alia lectio habet in margine, *Cesensis*. Inter Virgilium Patavinum, & Patricium Emonensem solus mediat *Clarissimus*: isque dicitur *Episcopus S. Ecclesiæ Celicanæ*; errore admisso, qui corrigi ex initio Actorum debet, ubi legimus, Eliam in Concilium venisse *eum Virgilio, Joanne, Clarissimo, Patricio*. Alia marginalis lectio *Celejanam* habet, non *Celicanam* Ecclesiam: itemque Aaron Episcopus nuncupatur *S. Ecclesiæ Aventien*. Appellaturque Vigilius *Ecclesiæ Searavacien*. Antistes; atque demum inter hunc, & præcedentem Marcianum desideratur *Agnellus Tridentinus*.

EADEM profert Acta Ughellus in Patriarchis Gradensibus, ex vetusto eruta Chronico Bibliothecæ Barberinæ, quod inscriptum est: *De singulis Patriarchis novæ Aquilegiæ, quæ Gradensis Ecclesia vocatur, a tempore Domini Heliæ*. Chronicon Gradense dici solet. Hæc in eo habentur. " Temporibus Tiberii Constantini Augusti, Helias Patriarcha Aquilegiensis in Gradensi Castro Ecclesiam S. Euphemiæ fabricari præcepit, ibique Synodum congregavit. In qua Synodo quidquid de Chalcedonensi concilio dubitabatur, pulsa dubitatione confirmatum est. Ibique statuit Ecclesiam Gradensem caput, & Metropolim totius Provinciæ Histriensium, & Venetiarum. Cujus Venetiæ terminus a Pan-

B

„ Ecclesiam. Cui succedens memoratus Helias Patriarcha hæc quæ supra scripta sunt, „ ordinavit ... Asserens in synodo supra statuta: Carissimi Fratres, intervenientibus malis nostris, cotidie hostile perpatimur flagellum. Et jam pridem ab Attila Hunnorum Rege Aquilegia civitas nostra funditus destructa est: & præterea Gothorum incursu & cæterorum barbarorum quassata vix aspirans, scilicet & nunc Longobardorum nefandæ gentis flagella sustinere non potest. Quapropter dignum duxit mansuetudo nostra, si vestræ placeat sanctitati, in hoc castro Gradensi nostram confirmare Metropolim. Quo dicto, omnibus placuit Episcopis. Et facto libello statutæ suæ .... (*a*) demonstrata Chalcedonensi synodo, & de hac

C

„ ipsa sede, subter manibus suis subscripserunt. Idest primus *Helias Patriarcha*, deinde *Marcianus Episcopus S. Ecclesiæ Opiterginæ, Leonianus Episcopus Tiborniensis, Petrus Episcopus Altinatis, Vindemius Episcopus Cenensis, Bergullus Episcopus Patavinæ Ecclesiæ, Joannes Episcopus Celejanæ, Clarissimus Episcopus Concordiensis, Petrus Episcopus Emonensis, Adrianus Episcopus Polensis, Maxentius Episcopus Juliensis, Severus Episcopus Ingestinus, Solacius Episcopus Veronensis, Joannes Episcopus Parentinæ Ecclesiæ, Aron Episcopus Avoriciensis, Ingenuus Episcopus secundæ Rhetiæ, Agnellus Episcopus Tridentinus, Vigilius Episcopus Caravasiensis, Fontejus E-*

D

„ *piscopus Feltrensis, Marcianus Episcopus Petenensis*. „

INVICEM si comparentur Acta primum recitata, eorumque Fragmenta in Chronico Gradensi, haud levia, quæ sequuntur, apparent discrimina. In illis passim & ubique *Civitas Gradensis* habetur: in istis *Castrum Gradense*. Relatis cladibus, quas Attila cum Hunnis, & Gothi intulerant, inferebantque Langobardi, sic ait Elias in Editione Mediolanensi: *Si ergo consensu Beatissimi Apostolicæ sedis Papæ Pelagii, cui jam ante communem nostram descripsimus necessitudinem, vestræ Sanctitati pla-*

(a) Hæc eadem Acta ex ipso codice Barberino descripta obtinuit Philippus a Turre, quæ mihi inter ejus schedas videre licuit. Hic vero locus ita suppletur: *Facto libello statutæ suæ de memorata Chalcedonensi synodo.*

quarti decimi, in quo ejusdem Synodi Acta recensentur, in eisque non pauca deprehenduntur lectionum discrimina. Codicem servant Contareni *ad Caritatem* Patricii Veneti. Præfari in Synodo ad Patres inducitur Elias, prout in Chronico Danduli apud Ughellum: nonnihil tamen differt orationis finis, ubi hæc habentur: *Ex consensu Beatissimi sedis Apostolicæ Papæ Pelagii proponitur vobis, quod diximus*. In Epistola Pontificis, quæ sequitur, desunt illa verba, *Nostro fuerint studio;* & illa, *Per missa tuæ venerandæ Fraternitatis brevia*; rursus, *Missa præceptione concedere deberemus*; itemque, *Per hujus præcepti seriem*; & illa demum, *Eapropter Apostolica Auctoritate*. Incipit vero: *Convenit Apostolico moderamini* C *pia religione pollentibus*. Non *opportuno transmutata tempore* legimus, sed *opportunitate temporum transmutata*: ac demum ubi Pontifex ait, *Quæ a nobis decreta sunt*, duo verba interferuntur, *Quæ a nobis pia intentione decreta sunt*. Translatione sedis adclamatione Patrum adprobata, subjiciuntur Episcoporum subscriptiones, recisa Actorum parte, in qua de fide deque Synodo Calchedonensi agitur.

EORUMDEM Actorum Fragmentum exhibet Synodus Mantuana *pro causa sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ* anno 827. celebrata; ac paucis in verbis plura quoque offendimus discrimina, sequente capite exhibenda. Interim Acta sua testatur Dandulus, *in authenticis & vetustissimis codicibus* quos nactus fuerat, reperiri: quæve recenset Benintendus, deprompta scribit *ex vetustis & authenticis codicibus*: itemque fragmentum Synodo Mantuanæ insertum dicitur *authenticum*, quod *in archivio Ecclesiæ* Gradensis adservatur. Mirum est, eadem Acta, in quibus tot occurrunt vitia, ac lectionum discrepantiæ, authentica dici posse! Hæc vero interpolata saltem fuisse, puto, negaverit nemo: an etiam conficta dici

B mi varie censent. Itaque Synodus Gradensis celebrata statuitur die tertia Novembris, dataque epistola Pelagii die vigesima Aprilis eodem anno 579.

MIRUM est, in hisce litteris Pelagii, Diem consignari, ac Mensem, quo datæ sunt; imperium vero exprimi Tiberii, & annum imperii reticeri; ejusdemque consulatum silentio præteriri. Hisce vero cum notis *Dici*, ac *Mensis* certo conciliari non potest Pelagii Chronographia. Fatis ipsum concessisse anno 590. colligunt Chronologi ex Gregorio Turonensi, aliisque exploratis ejus ævi documentis. Diem emortualem Anastasius Bibliothecarius notat VI. *idus Februarias*. Sedis denique ejus annos numerant *decem*, *Menses duos*, & *dies* item *decem* Codices omnes Anastasii, omnesque Pontificum catalogi, quibus consentiunt sequiores Chronistæ, Ordericus, Liutprandus, Abbo, Reghino, Hermanus contractus, & alii. Si decem prædicti dies, menses duo, ac decem anni retro numerentur, incidit eorum initium in finem Novembris anni 579. Pontificatum ergo auspicatus nondum fuerat Pelagius *sub die* III. *Nonarum Novembrium*, quo Synodus Gradensis celebrata dicitur, eoque minus XII. *Cal. Maii*, cum ejus litteræ ad Heliam datæ leguntur. Pelagio quidem *undecim* tribuit Sedis *Annos* Abbas Biclariensis, qui ævo illo florebat; unde regimen Ecclesiæ capessivisse di- D cendus esset aut ineunte anno 579. aut cadente præcedente. At unius scriptoris auctoritas elidere aliorum calculos non posse videtur: ac præterea obstinatius contenderit nemo, undecim illos annos intelligi debere completos. Hinc vero ut minimum sequitur, incertam esse chronicam notam, qua synodi Acta, & Epistola Pelagii consignantur. Hocce primum esto argumentum, quo eadem possunt Acta, ac certe Pelagii epistola in suspicionem revocari.

CA-

etiam suspicor canonicam, quæ nocte tempore Schismatis profertur, Sedis Aquilejensis translationem in insulam Gradum, fictam Synodum hac de re ab Elia Metropolita celebratam, fictamque Epistolam Pelagii translationem confirmantis. Quæ sequitur Actorum pars altera, supposititia est: eaque potius Schismaticæ Paulini Synodo, *ad dijudicandum generalem Synodum* habitæ, convenire videtur. Hanc ingerunt mihi suspicionem insignia diversorum codicum discrimina, similes vulgatæ id genus fabellæ, Schismaticorum hominum conditio, Schismatis in Synodo apertissima confirmatio, temporum repugnantes circumstantiæ, repugnantia quoque Pelagii II. dicta, altissimum denique Scriptorum silentium, qui minime id præteriissent. Singula argumenta latius expono.

MIRATIO primum subit, nullam Synodi hujus, ac Epistolæ a se datæ mentionem fecisse Pelagium in tribus Epistolis, quas ad Eliam scripsit postremis vitæ ac Sedis ejus annis. Hoc illi privilegium tam prompto concessum animo significasset procul dubio Pontifex, ut memoria collati beneficii excitatus, meliora sentiret Elias, ac debitum Sedi Apostolicæ præberet obsequium. Tam aptum argumentum, quo Metropolitam Schismaticum pulsaret, prætermittere voluisse Pelagium, difficile creditu. Deinde Synodus illa Gradensis, aut Schismatica dici debet; aut non, ut Baronio placet. Quæcumque fuerit, eam Eliæ objecisset vigilantissimus Pastor, ut vel ipsum ad obedientiam Sedi Apostolicæ pridem in Synodo præstitam revocaret; vel ejus argueret pervicaciam, qui Synodo coacta, rebellionem firmare ausus fuisset. Paulini Synodum Schismaticam non præterit Pelagius I. sed vehementissime insequitur: similemque Eliæ Synodum Pelagius II. dissimulasset?

ADMIRATIONEM auget silentium quoque Diaconi historici. Memorat ille Paulini Langobardorum impetus metuentis ex urbe Aquileja migrationem, Ecclesiæ suæ thesauro exportato, ad Insulam Gradum. Cur novæ Metropoleos institutionem, si hanc Elias obtinuisset, ac privilegium Sedis Apostolicæ, si Pelagius illud esset largitus, alto silentio presserit? Meminit Paulus prolixæ Epistolæ a Pelagio cum successor Probino datus est, cum Pelagii accepit Epistolam a Magno Gregorio scriptam, cum mortem denique obiit: ejusque Synodum, viginti Episcoporum numero celebrem, ac in ea decretam, ut fertur, canonicam Sedis Aquilejensis translationem, nulla facta mentione, omnino præterit. Tam alto silentio diserte proditur diu post excogitatum commentum.

PELAGIUS ipse nedum silet, sed aperte
B rejicere videtur, quæ ipsi tribuitur inter Acta Synodi Gradensis, Epistolam ad Eliam. In prima ejusdem genuina ad ipsum Metropolitam scripta Epistola testatur, se nullas præcedentibus Pontificatus annis litteras ad ipsum misisse. Ait enim: *quod ad dilectionem vestram, Fratres Filiique carissimi, nostra tardius scripta dirigimus, non malevolæ voluntatis, aut dissimulationis, vel negligentiæ fuisse credatur.* Cum *tardius* dicit sua se *scripta* ad Eliam & Collegas *dirigere*, aperte significat, non antea se ad ipsum scripsisse. Hinc pro summæ humanitatis officio dilationem excusat; crimenque a se repellit *malevolæ voluntatis, dis-*
C *simulationis, negligentiæ*. Quænam malevolæ voluntatis in Pelagio suspicio obtendi poterat, si paucos ante annos Eliæ postulatis annuens, præclaro ipsum exornasset privilegio? Quæ negligentia excusanda fuerat, si vel ipso Pontificatus anno primo, Metropolitæ preces peramanter suscepisset, ac eidem humanissimam dedisset Epistolam? Dissimulationis potius, quam negat, incusandus foret, utpote qui in Epistola, quæ tribuitur eidem, *pia religione petentes*, aut *pollentes* appellet eos; quorum ipsi rebellio notissima erat. Hæc sane repugnant.

EXCUSATIONIS causam affert Pontifex
D temporum arduitatem: *Sed sicut nostis*, inquiens, *temporalis qualitas, & hostilis necessitas hactenus impedivit*. Hinc aliud suspicionis argumentum sequitur. Inducitur quidem in Actis præloqui Elias: *Præter spem, ac supra, inter angores, & gentium ferocissimas clades*, tot potuisse ad Synodum convenire Episcopos: re tamen ipsa id fieri potuisse, factumque, vero minime simile est. Testatur Pelagius, *ob temporalem qualitatem, hostilemque*

reliquias quatere ac devastare non cessant? Constat enim, Alboino, & Clephone Regibus defunctis, Aristocratiam cœpisse anno 575. triginta Ducum, eamque per decem durasse annos: quo tempore eo licentius Langobardi sæviebant, (ut notat Baronius ad annum D. LXXIII. num. 7.) quo ex crudelitate quisque Ducum potentior videri vellet, cum neminem haberet, qui patratorum scelerum ultor judex existeret. Tunc enim *spoliatas Ecclesias, Sacerdotes interfectos, civitates subrutas, populos extinctos*, narrat Paulus Diaconus. His ducibus furentibus, inter armorum strepitus, inter angustias & clades, Aristocratia vix cœpta, anno 579. viginti Episcoporum Synodum, absque ullo impedimento, ab Elia celebrari in insula Grado potuisse, quis credat? Plenam quidem sub Elia Synodum celebrari posse, optabant collegæ ejus: quæ tamen temporali qualitate cogi nunquam potuit. Unde in sæpe laudato libello preces Imperatori Eliam obtulisse legimus: *Ut expectata Dei misericordia*, (quæ grassantes hostes comprimeret,) *revocatis omnibus consacerdotibus Synodi nostræ in potestatem Sanctæ Reipublicæ*, (pulsi enim suis de Ecclesiis, extorres vagabantur,) *ad vestræ clementiæ veniretur* per Legatos, quos dirigeret Synodus, si haberi quidem posset.

SYNODUM ipsam Gradensem, quæ circumfertur, diligentius contemplemur. Sedis Apostolicæ Legatus, *Laurentius Presbyter*, præsentia sua Synodum condecorasse dicitur. Quisque credat, id illi munus injunctum, ut ab Elia aliisque Episcopis cautiones reciperet, quarum usus obtinebat: eoque reverentiæ & catholicæ communionis officio gratum animum Pontifici pro novæ Metropoleos institutione concessa ipsi ostenderent. Permitti illis potuit prudenti œconomia, ut Synodum quintam prætermitterent, ac tria relinquerent in medio Capitula. Aliæ saltem cautionum formulæ, quibus profiterentur, se in unitate Ecclesiæ, & communione Sedis Apostolicæ permanere velle, exposci debuerant. Utrumque genus matica est. Hinc nemo credat, eisdem Actis *Laurentium Presbyterum Sedis Apostolicæ Legatum* subscripsisse: nemo credat, Eliam congregatosque Episcopos Privilegii diplomate a Romano Pontifice, a quo sejuncti erant, donatos esse. Principium, unde prædicta consectaria fluunt, profero. Verba sunt Eliæ in Actis: *Si vestræ Beatitudini placet, recitentur etiam necessariæ causæ ad Ecclesiæ statum pertinentes, pro quibus vestram unanimem Sanctitatem ad nos usque similiter fatigari rogitavimus*. Pro causa ad Ecclesiæ statum pertinente ad Synodum vocantur Episcopi. Ipsum erat Aquilejensium, aliorumque Venetiæ & Istriæ Episcoporum Schisma, quod Ecclesiæ pacem turbabat. Synodi quintæ receptio, quam urgebant Pontifices, ac trium Capitulorum damnatio, cui præstandus ab Episcopis consensus exposcebatur, ad Ecclesiæ statum pertinebant. Quid egerint vero Episcopi in Synodo Gradensi congregati, jam expendamus. Catholicam fortasse instauratam communionem quispiam colligat ex illis verbis, in quæ, lectis Pelagii Litteris, perhibentur Patres exclamasse: *Exaudi Christe, Pelagio vitam: omnes uno consensu Sanctissimi Pelagii præceptionem, & vestram sequimur confirmantes sententiam*. Nihil minus. Digna sunt animadversione Chronici Gradensis verba, quæ lucem Actis afferunt: *Facto libello statutæ suæ de memorata Chalcedonensi Synodo . . . subter manibus suis subscripserunt*. Hoc est; rejecta Synodo quinta, decretum est, ut uni Synodo Calchedonensi subscribendum foret. Illa quoque verba præteriri non debent: *In qua Synodo* (Gradensi) *quidquid de Chalcedonensi Concilio dubitabatur, pulsa dubitatione confirmatum est*. Hoc est; dubitabatur de Synodo quinta, num ob trium Capitulorum damnationem Synodum læderet & labefactaret Calchedonensem. Pulsa dubitatione, confirmatum est, Calchedonensi adversari Synodum quintam; ac illi, non isti subscribendum. Nemo igitur non videt Schismaticam Synodum. An ergo Pelagius, privilegio quod postulaverant concesso, furentibus fave-

gimus, iidem ipsi sunt, qui in Synodo Marianensi, ut postea dicemus, Severum Eliæ successorem ad vomitum redeuntem receperunt; quive Schismaticum Mauricio Imperatori libellum dedere. Quinam fuerint ipsi, quisnam Elias, in citato libello palam iidem profiteri non erubescunt. Inquiunt enim: *Licet Imperiali pondere ad consensum damnationis Capitulorum paulatim singuli* aliarum Provinciarum Episcopi *tunc fuerint coarctati: nostrarum tamen Provinciarum Decessores*, (maximeque Metropolitæ Aquilejenses Macedonius, Paulinus, Probinus, Elias, qui e vita migraverant, cum hæc scribebant Schismatici successores)... *ad hoc inclinari nullo modo potuerunt*. Itemque: *A communione damnantium* tria Capitula, *cum divina gratia abstinere dignoscimur*. Ac demum: Romanæ Sedis *communionem ab initio motionis causæ hujus*, (quæ ad tria Capitula spectabat,) *usque nunc Decessores nostri, & nos cum omni populo evitamus*. Hæc vero, quæ certissima sunt, quis cum Actis Synodi Gradensis, cum Epistola Pelagii conciliaverit? Produnt Acta, Pelagio Pontifici scripsisse Eliam, Sedis Aquilejensis translationem obtinuisse, datum a Pelagio diploma, in Synodo lectum, congregatos Episcopos veluti pia religione pollentes commendatos, Legatum Pontificis interfuisse, Pelagii vitæ communi voce adclamatum. Hæc sunt insignia catholicæ communionis testimonia; a qua tamen *cum divina gratia se abstinere*, quam etiam *ab initio motionis causæ hujus evitasse*, nimia gloriantur audacia Episcopi, quos ita Romano Pontifici obsequentes, ejusque auctoritatis veneratores exhibent Synodi Acta. Hæc absona sunt, quæ invicem componi nulla ratione possunt.

QUID? quod similes aliæ vulgatæ fabellæ suspicionem tot hactenus munitam argumentis confirmant. Magnus Gregorius apud Dandulum proditur juxta vota Severi, qui Eliæ successit, *novæ Aquilegiæ Sedem per privilegium confirmavisse:* quod commenti loco habendum, infra dicemus. Fertur etiam ab Ughello in Solacio Veronensi *Pelagii universalis Episcopi* diploma, quo *Paulo Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Patriarchæ* subjicitur Vero-

ipsum *Pseudepiscopum*, non *consecratum*, *sed execratum*, *& Aquilejensis Ecclesiæ invasorem:*
B qui demum solum anno 569. in sedem conscendit Aquilejensem. Scriptum denique Diploma legitur *per manus Laurentii Presbyteri S. Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarii:* ejusdemque nominis *Laurentius Presbyter*, legatione Sedis Apostolicæ ad Synodum Gradensem, qua de agimus, decoratus inducitur.

SIMILES alias festivas lepidasque narrationes refero, ad hanc Metropolitanæ Aquilejensis Ecclesiæ translationem in Insulam Gradum exornandam ineptissime confictas. Codicem vetustum legere licuit, mihi summa Illustriss. Apostoli Zeno humanitate communicatum, in quo rerum Venetarum chronicon habetur, a *Joanne Sagornino*, qui prima XI. seculi medietate vitam agebat, satis apte & concinne
C compositum. Chronici hujusce fide sæpius infra utemur. Alia subjiciuntur historiarum frusta, quorum latet Auctor. Agitur ibidem de novæ Metropoleos institutione in Insula Grado, quæ novo describitur inducto figmento. Hæc ibi perhibentur: *Beatum*, *Ducem Metamaucensium*, *cum quibusdam Tribunis & nobilibus suis*, *ad universalem Romanæ Sedis Pontificem*, *nomine Benedictum*, *iter aggressos esse:* ab eo *fusis precibus* postulasse, *quatenus Gradense castrum*, *novam Aquilejam institueret*, *& totius Venetiæ & Istriæ Metropolim ordinaret*: Sanctissimum Pontificem *benignitatis clementia motum dignis eorum condescendisse precibus in Concilio triginta novem*
D *Episcoporum:* datam *Clero & populo eligendi Patriarcham facultatem*, datamque *præfatæ regionis Duci investitionis potestatem:* electum vero fuisse *Paulum quemdam S. R. E. Cardinalem ab ipsis Tribunis*, *& Nobilibus*, *qui cum Beato Duce* (Romæ) *aderant*, *qui ab ipso Duce investitionem accepit:* ipsumque demum *a Pontifice consecratum*, *cum Pallii benedictione in novam Aquilejam cum eisdem fuisse remissum*. Quam varia, longeque diversa sunt, quæ pro genio excogitantur! His Elias est primus novæ Aquilejæ Metropolita: his Paulus. Ab Elia diploma Pontificium impetratum, proferunt alii: aliique, Ducem & Tribunos ipsos Romam profectos, ut id impetra-

cet verba, tot pene commenta; e quibus colligere jam licet, quam labili fide Synodus Eliæ Gradensis innitatur.

II. QUÆ cum ita se habeant, dici tamen *vetustissimi codices* potuerunt, qui Pelagii Epistolam, & Acta Synodi complectebantur; cum eadem vulgata jam fuerint anno 827. in Concilio Mantuano, cujus hac de re judicium postremo loco proferendum. Maxentius, Aquilejensis Metropolita, Episcopos Istros ad suam Provinciam, a qua sejuncti fuerant, revocare studens, Concilium Mantuæ cogi, in quo dirimeretur inter ipsum, & Gradensem Episcopum quæstio, ab Eugenio II. Romano Pontifice obtinuit.

ACTA cum notis edidimus ad Annum DCCC. XXVII. Tomo IX. Conciliorum edit. Venetæ, ac infra emendatiora dabimus. Pontificis nomine præfuerunt *Benedictus Episcopus*, & *Leo Diaconus*: aderant *Sicardus Palatinus Presbyter*, & *Vir spectabilis Theoto*, a Ludovico, & Lothario Imperatoribus missi: Episcopi interfuerunt trium Provinciarum, *Æmiliæ*, *Liguriæ*, & *Venetiæ*. Maxentii libellus oblatus est, in quo ipse postulabat: *ut suæ Provinciæ Ecclesias, quas Barbarorum incursus a sua Matrice segregaverat, auctoritate canonum, jam pacis tempore, percipere mereretur ad propria*. Hæc in eo inter alia expende verba: *Eo tempore, quo Longobardi Italiam invaserant .... Aquilejensi Civitati ejusque populo Paulus Patriarcha præerat: qui Longobardorum barbariem, & immanitatem metuens, ex Civitate Aquilejensi, & de propria Sede ad Gradus Insulam plebem suam confugiens, omnem thesaurum, & Sedes Sanctorum Marci, & Hermagoræ secum ad eamdem insulam detulit: idcirco non ut Sedem, aut primatum Ecclesiæ suæ, suæque Provinciæ construeret inibi; sed ut barbarorum rabiem posset evadere. Qui duodecim annis Sacerdotium gerens, ab hac luce subtractus est, regendamque Ecclesiam Probino reliquit. Isto quoque Aquilejæ defuncto, præfatæ Aquilejensi Ecclesiæ Sacerdos Elias præficitur: & hoc quoque mortuo,*

B *nus, & Oeconomus Ecclesiæ Gradensis, a Venerio ejusdem castri Episcopo missus*. Quibus ille documentis causam suam peroraverit, videndum. Rogavit, *ut auctoritates, quas pro sua Ecclesia duxerat, in præsentia Synodi legerentur*. Atenim *relectis omnibus*, (verba Synodi sunt) *reperimus, exemplaria nullius manu esse roborata; & quamvis ita sint seu essent firmata, magis Aquilejensi Ecclesiæ, quam suæ pertinerent*. Habes exemplaria pro Gradensi Ecclesia producta: sed *nullius* erant *manu roborata*. Cur autographa translationis documenta non protulerit Tiberius? Subolet impostura. Num authentica in Archivo Ecclesiæ monumenta adservarentur, postulatum est.
C Dignum protulit animadversione responsum Tiberius: *Respondit, nihil amplius habere, nisi Synodum ab Elia Aquilejensi Patriarcha in Castro Gradensi, quod plebs ejus erat, actam fuisse*. Ecce prima Synodi Gradensis mentio. Hanc allegans ille, *cum nihil amplius haberet*, satis indicat, infirmo niti causam suam argumento.

INITIUM recitat Tiberius Actorum: *Cujus*, inquiens, *Synodi initium est. Cum in castro Gradensi, ac plebe sua, Helias Patriarcha sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ cum Marciano, Leoniano, Petro, Vindemio, Virgulo, Joanne, & reliquis consacerdotibus suis consedisset &c.* Actorum discrepantiæ heic occurrunt. Idem
D initium aliter in Codicibus suis legebat Dandulus: *Cum in Civitate Gradensi Helias Episcopus sanctæ ejusdem novæ Aquilegiensis Ecclesiæ, una cum Marciano, Leoniano, Petro, Vindemio, Virgilio, Joanne, Clarissimo, Patricio, & reliquis Episcopis & Sacerdotibus, quorum nomina subscriptiones propriæ manifestant, in concilium convenissent &c.* Tiberius dicit *Castrum Gradense*: Codex alius *Civitatem Gradensem*. Addit ille *Plebem suam*: quæ duæ voces prætermittuntur in isto. Legit Tiberius, *Consedisset*: in isto legimus, *Convenissent*. Istic *Episcopos*, & *Sacerdotes* distinctos habes: illic solum *Consacerdotes*. Ibi Elias appellatur *Patriarcha sanctæ Aquilegiensis Ecclesiæ:*

nique movent, ut confictam epistolam Pelagii, Sedis Aquilejensis translationem, ac Synodum Gradensem sub Elia existimemus.

SUBSCRIBENTES eidem synodo Episcopos exhibeo, prout in Synodo Mantuana recensentur. *His gestis apud nos habitis subscripserunt Marcianus Opitergensis, Leonianus Tibornienfis, Petrus Altinatis, Helias S. Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha, Vindemius Cessensis, Vigulus Pataviensis, Joannes Celejanensis, Clarissimus Concordiensis, Patricius Emonensis, Hadrianus Polensis, Maxentius Juliensis, Severus Tergestinus, Joannes Parentinus, Aaron Avoriensis, Materninus Sabionensis, Flaminius Tridentinus, Vigilius Scaravansiensis, Laurentius Feltrinus, Marcianus Petenatis.* Nullus autem apparet *Laurentius Presbyter Apostolicæ Sedis Legatus.*

HINC tempus, & causa confictionis satis aperta nobis videntur. Commentum scilicet erupisse credimus post obitum Pauli Diaconi, qui rerum hujusmodi mentionem nullam habet. Hoc tempore frequentes erant inter Aquilejensem, & Gradensem Metropolitam lites; illo pro viribus contendente, ut ad Provinciam suam & Metropolim Aquilejam redirent Episcopi qui Gradensi parere cogebantur, ac ipsa Gradensis, quæ post obitum Severi Metropolis evaserat, extingueretur. Epistolam Pelagii, & Synodi Acta primi protulere Gradenses, ut quod sibi jus tribuebant, auctoritate Apostolica, & Synodi Provincialis consensu firmatum, ratumque habitum ostenderent. Sed *exemplaria nullius manu roborata* rejecerunt Synodi Mantuanæ Patres.

III. SEQUITUR pars altera Actorum quæ Dandulus vulgavit, ubi de Fide agitur. In Chronico Benintendi eadem desideratur: quam ego quo diligentius expendo, eo libentius feror ut credam Actorum fragmentum exhiberi schismaticæ Synodi, quam a Paulino celebratam fuisse, testimonio Pelagii I. certo discimus. Hinc etiam suspicio est, his Paulini Actis fabulam suam adjecisse Gradenses, ut alterius partis veritate fidem alteri conciliarent.

DISERTE docet laudatus Pontifex: *Particularem* fuisse a Paulino *Synodum congregatam ad dijudicandum generalem synodum.* Hoc-

nodo quinta, & Capitulorum damnatione, uni Synodo Calchedonensi hærendum esse censuerunt. Quod perinde est, ac Synodum particularem coactam fuisse ab Aquilejensibus, *ad dijudicandum Synodum generalem*: eademque habita sub Paulino fuit, non sub Elia.

B

IV. SUBSCRIPTIONES Episcoporum, quæ scilicet difficultatem ingerunt, jam expendo. Tertius occurrit apud Dandulum Provinciæ Aquilejensis Episcopus *Leonianus Tibornienfis*. At proditur in sæpe citato Schismaticorum libello, Teurniam ad Gallos Metropolitas transiisse, idque Justiniani Imperatoris tempore factum. Eorum verba, quæ Capite XXI. nu. 2. protulimus, hæc sunt. *In tribus Ecclesiis nostri Concilii, idest Beconensi, Tiburniensi, & Augustana Galliarum Episcopi constituerunt Sacerdotes. Et nisi ejusdem tunc divæ memoriæ Justiniani Principis jussione commotio partium nostrarum remota fuisset, pro nostris iniquitatibus pene omnes Ecclesias ad Aquilejensem Synodum pertinentes Galliarum Sacerdotes pervaserant.* Tempus ereptæ Tiborniensis Ecclesiæ certo definitum habes. An illa postea ad pristinam Metropolim redierit? An qui Synodi Acta procudebat, ut comprovincialium Antistitum consensum exhiberet, subscribentes induxerit Episcopos, qui ævo isto, ac remotiore Metropoli Aquilejensi parebant?

C

QUINTUS est *Vindemius* dictus *Episcopus Cenetensis*. Capite sequente plura dabimus, ut ipsum ostendamus Episcopum Istrum, ac Cessensem, sive Cissensem. Recte efferuntur sedes *Joannis* septimo loco numerati *Ecclesiæ Celejanæ* Episcopi, & *Clarissimi*, qui octavus est, *Ecclesiæ Concordiensis* Episcopi. Apud Ughellum dicitur *Ecclesiæ Celicanæ* Antistes. Norisius Dissertatione de Synodo quinta Capite IX. §. IV. legendum arbitratur, *S. Ecclesiæ Celinanæ*. Cum autem eumdem legerit in Codice suo Clarissimum, & *Concordiensis*, & *Celinanæ Ecclesiæ*, ut putat, Episcopum; ita dictum fuisse conjicit, quia Concordia ab Attila funditus eversa, hujus civitatis Episcopus *Celinam* se contulerit. De hoc oppido Celina, quod in Diœcesi Concordiensi nobile fuit circa *Maniacum* vicum (incolis *Maniago* dictum) in ripa Celinæ amnis, agit Cluverius

D

Libro

..., sed *Celejana Ecclesiæ* Episcopus appellatur. *Cileja* vero, vel *Cilia*, Plinio *Celeja* Libro III. Capite XXII. Ptolomeo *Celia* Libro II. Capite XIII. vulgo *Cilly*, antiquissima Stiriæ inferioris urbs ad amnem *Saanam* non multo post *Savo* influentem sita, a præcitatis Autoribus Norico adscribitur. Episcopali sede his temporibus exornabatur; ac modo Parœcia exstat Aquilejensi Patriarchæ subjecta.

B decimus est *Ingenuinus secundæ Rhetiæ*. In Actis Synodi Mantuanæ citatæ vocatur *Materninus Sabionensis*. Hunc Episcopum *de Sabione* vocat Paulus Diaconus, vulgo *Siben* in Rhetia secunda. Jam sedes *Brixinam* (*Bressanone*) translata est. Decimus octavus subscribit Vigilius *Scaravensis*: in aliis Codicibus dictus *Scaravasiensis*, & *Caravasensis*; quæ voces *Scarabantiam* Pannoniæ urbem videntur indicare.

CAPUT XXIX.

Severus eligitur. Ravennam ducitur a Smaragdo, ubi tria Capitula damnat: reditque ad schisma in Synodo Marianensi. De Vindemio, Cessensi in Istria Episcopo; deque Agnello Acilensi in Venetia.

I. PAULUS Diaconus Libro III. Capite XXVI. hæc habet: *His diebus, defuncto Elia Aquilejensi Patriarcha, postquam quindecim annos sacerdotium gesserat, Severus huic succedens regendam suscepit Ecclesiam*. Hunc addit Dandulus *de Ravenna ortum;* ac sedis initium consignat *anno Domini* D.LXXXVI. Sibi satis constare Chronologiam puto, quam confirmat numerus *quindecim annorum*, quos Eliæ regimini tribuit Diaconus; cum sane anno æræ vulgaris 571. incepti, anno prædicto 586. desinant.

ANNO præcedente 585. regnum Langobardorum in Italia obtinuit Autharis. Rem narrat Diaconus Libro citato Capite XVI. *Langobardi*, inquiens, *cum per annos decem sub potestate Ducum fuissent, tandem communi consilio, Authari Clephonis filium Regem sibi statuerunt*. Quæ sequuntur verba, digna sunt animadversione: *Hujus* (Autharis) *in diebus ob restaurationem Regni, Duces qui tunc erant, omnium substantiarum suarum medietatem regalibus usibus tribuunt, ut esse posset, unde Rex ipse, sive qui ei adhærerent, ejusque obsequiis per diversa officia dediti, alerentur*. Quo ex loco Langobardici in Italia Regni for-

C ma colligi facile potest. Anno 590. inter vivos desiit esse Autharis. Theodelinda uxor ejus (eodem Diacono teste Capite XXXIV.) regia in dignitate constitit: quæ tamen, consilio cum prudentibus habito, *Agilulfum Ducem Taurinatium, & sibi virum, & Langobardorum genti Regem elegit*. Pergebat Gisulfus Ducatum regere Forojuliensem. Suffectum vero Smaragdo in Exarchatu Romanum Patricium anno 587. tradunt ac probant Rubeus, Bacchinius, Norisius, & Saxius.

II. NOVUM Aquilejæ Metropolitam cum accepisset idem Smaragdus, pro tribus Capitulis acerrime depugnare, Imperatoris mandatis paulo ante acceptis, cum Elias vitam D ageret, *ne quemquam Sacerdotum* (si libello schismaticorum sæpe citato credimus) *pro causa communionis inquietare præsumeret*, dissimulatis, classem appulit eodem anno 586. ad insulam Gradum: *perque semetipsum a Basilica* Severum *extrahens, Ravennam cum injuria* (rem ita narrat Paulus Libro III. Capite XXVI.) *duxit, cum aliis tribus ex Histria Episcopis; idest Joanne Parentino, & Severo, atque Vindemio, necnon etiam Antonio jam sene Ecclesiæ defensore*. Ecclesiam, & urbem Joan-

plus nimio amplificatum Smaragdi facinus intellige. Joannes Ravennas tertius est hujus nominis Antistes, cujus pietatem commendant plures ad ipsum a Magno Gregorio datæ Epistolæ. Ravennatium rexit Ecclesiam ab anno 575. ad annum 595. juxta calculos Bacchinii, qui in Observationibus ad Agnelli Pontificalem librum, famam ejus integerrimam contra Rubeum, & Sigonium vindicat. Egregium pro eo testimonium non volens fert ipse Diaconus laudatus, dum relatis verbis ipsum exhibet *trium Capitulorum damnatorem*; hoc est, recte de Synodo quinta generali cum Romanis Pontificibus, cum toto orbe sentientem. Hinc mirum, veluti Schismaticum a Paulo posterioribus verbis traduci; quæ oscitanter ab eo scripta, Schismaticorum fabellis, quæ adhuc vulgabantur, decepto, necesse est.

MINAS, & injurias Metropolitæ Severo irrogatas, Imperatori Mauricio describunt in suo libello Schismatici: *Post hoc*, inquientes, *ordinato in Sancta Aquilejensi Ecclesia Beatissimo Archiepiscopo nostro Severo quæ contumeliæ illatæ sint, & quibus injuriis ac cæde corporali fustium, & qua violentia ad Ravennatem fuerit Civitatem perductus, atque redactus in custodiam, quibusque necessitatibus oppressus atque contritus fuerit, potuit ad Domini nostri pias aures sine dubio pervenire*. Silent ipsi initam a Severo cum Joanne Ravennate catholicam communionem, ab eodemque tria Capitula damnata. At ipsum Ravennæ ad unitatem Ecclesiæ rediisse, quam postea Schismaticis Collegis morem gerens turpissime fregit, nos docet Gregorius Magnus in Epistola, quam ad illum Pontifex postea creatus primam dedit: *Et nos*, inquiens, *quantum incorporatum te jampridem fuisse in unitate Ecclesiæ, gavisi fueramus: abundantius nunc dissociatum a catholica societate, confundimur*.

INTERIM *exempto anno*, (Diaconi verbis historiam persequor) *a Ravenna ad Grados reversi sunt*, nempe Severus Aquilejensis, ac tres comites ejus Istriæ Episcopi; *quibus nec plebs communicare voluit, nec cæteri Episcopi eos receperunt*. Hæc ad annum pertinent 587. Hoc eodem anno Constantinopolim revocatum fuisse Smaragdum, diximus: an vero post ejus

B

set, subdubitassent. Subdubitantium vero ea videntur Schismaticorum verba. *Quibus necessitatibus oppressus, atque contritus fuerit* Severus, *potuit ad Domini nostri pias aures sine dubio pervenire*. Non ajunt, Metropolitæ suo illatas injurias ad aures pervenisse Imperatoris, propter quas revocatus fuerit Smaragdus; verum eas pervenire ad aures ejus *potuisse*, confidunt.

NON diu in Catholica stetit unitate Severus: ad Schisma, quod ipse, ac tres Istriæ Episcopi, & Ecclesiæ Gradensis defensor Antonius senex Ravennæ ejuraverant, unitate discissa redierunt. Pauli Diaconi verba sunt: *Post hæc* (idem videtur annus 587.) *facta est Synodus decem Episcoporum in Mariano, ubi receperunt Severum Patriarcham Aquilejensem, dantem libellum erroris sui, quia trium Capitulorum damnatoribus communicaverat Ravennæ*. Non repudiavit errorem Severus: veritate, ac unitate Ecclesiæ repudiata, errorem & schisma amplexus est. *Nomina vero Episcoporum, qui se ab hoc Schismate cohibuerunt, hæc sunt: Petrus de Altino, Clarissimus, Ingenuinus de Sabione, Agnellus Tridentinus, Junior Veronensis, Horontius Vicentinus, Rusticus de Tarvisio, Fontejus Feltrensis, Agnellus de Acilio, Laurentius Bellunensis*. Episcopos *decem* ait in Synodo Marianensi convocatos, ac nomina eorum *decem* recenset; unde non omnes Aquilejæ suffraganeos numerare voluit Paulus, qui a communione eorum, qui Capitula damnaverant, abhorrebant; sed illos tantum, qui Severum, Synodo coacta, ad initam cum Ravennate Episcopo communionem revocandam suo impulerant consilio. Hi *decem* fuere: adeoque vitiosi sunt Pauli Codices, in quibus additi leguntur *Maxentius Juliensis*, & *Hadrianus Polensis*.

C

D

TUM Marianensi vero, cum Synodo dictæ Gradensi subscriptos legimus *Petrum Altinatem, Clarissimum Concordiensem, Ingenuinum Sabionensem, Agnellum Tridentinum, Fontejum Feltrensem*. Solacio Veronæ Episcopo defuncto subrogatum discimus *Juniorem*. Alii quatuor innotescunt suffraganei Aquilejenses, *Horontius Vicentinus, Rusticus de Tarvisio, Agnellus de Acilio, Laurentius Bellunensis*.

a Paulo, nullo poterit suaderi exemplo; unde quemadmodum Joannes Parentinus, & Severus Tergestinus ad Istriam Provinciam Venetiæ adjunctam pertinebant, ita Istrum suisse Vindemium, nullus est dubitationi locus.

In Chronico Benintendi Vindemius idem Episcopus dicitur *Cesetensis*: in Chronico Gradensi apud Ughellum *Cenensis*: in aliis Danduli Codicibus *Cesensis*, & *Cesiensis*. Legitur item *Cesiensis* in laudato Chronico Joannis Sagornini: eademque demum vox habetur in Synodo Mantuana, cujus Acta infra dabimus. Occurrit *Cisa*, parva Istriæ Insula. Ait Plinius Libro III. Capite XXVI. *juxta Istrorum*
C *agrum Cissa, Pullariæ*. Insulas quoque *in Colfo Occidentali, littore Dalmatiæ, seu Liburniæ, atque Istriæ*, numerans Anonymus, seu Guido Presbyter Ravennas Libro V. Geographiæ num. 24. inter alias *Cissam* memomorat. Itemque ejus meminit S. Hieronymus in Epistola XXXIII. edit. Veron. ad Castrutium: *Sanctus filius meus Heraclius Diaconus*, inquiens, *mihi retulit, quod cupiditate nostri Cissam usque venisses: & homo Pannonius, idest, terrenum animal, non timueris Adriatici maris æstus, & Ægæi atque Jonii subire discrimina*. Philippus Ferrarius ait: *Cissa Plinio Insula parva est ante ostia Timavi fluvii*; unde Castrutius ad illam usque videndi Hiero-
D nymi cupiditate profectus fuerat, marium pericula subire paratus. Insulam Justinopolis, quam hodie *Capodistria* vocamus, *Cissam* fuisse, putat Jo. Baptista Gagnæus Pyrrhanensis *De situ Istriæ ad Pyrrhanensium Adolescentum Academiam*. Visitur etiam ad Austrum Revi-

„ non *Mons-silicis*, ut Albertus: neque *Ce-*
„ *neta*, ut Moletius putarunt. Varie Paulus
„ scribit; etenim in Historia 3. 27. inter Epi-
„ scopos, quos ipse dicit a Schismate defen-
„ dentium tria Capitula alienos, enumeratur
„ *Angelus de Acilio*; & in Continuatione ad
„ Eutropium *Agellus de Acedo*, juxta Ptolo-
„ mæum 3. 1. sed mendose: nam Codices cor-
„ rectiores habent Ακιλον, quod *Asolo*. „ Acilensem hoc loco novit ille Episcopum, hoc est, *Asilanum*, seu *Asulanum*, & *Azulanum* in Marchia Tarvisina.

ANNO M. DCC. XXIX. aliud Vir eximius vulgavit Mediolani opus, in quo *tria* continentur *ad tres censuras Responsa*, *Belli diplomatici Historia*, & *Mantissa emendationum ac additionum*. In altero ad Censuram Anonymi Veneti responso, contra sentit, ac prius in laudata Dissertatione de Acilensi Episcopo scripserat. Ait enim §. VII. (*a*) " Dubia
„ multum est (Italica verba latine refero) le-
„ ctio Pauli. Vulgata ejus editio de gestis Lan-
„ gobardorum Libro 3. Cap. 27. (nobis 26.)
„ constanter exhibet *Agnellum de Acilio*. Fri-
„ dericus Lindembrogius in Collectione varia-
„ rum lectionum edit. Plantin. 1595. lectionem
„ eamdem intactam reliquit: quod etiam præ-
„ stitit Horatius Blanchus Romanus, qui Pauli
„ Historiam Collectioni Muratorianæ inser-
„ tam eruditissimis notis illustravit. Sed men-
„ dosa, licet communis & constans, lectio est.
„ Errorem corrigit ipse Paulus ad Eutropium
„ Lib. 18. in *Mauricio* edit. Froben. Basil.
„ 1518. & Collineanæ Parisien. 1531. ubi le-
„ gitur *Agellus de Acedo*. Hæc verissima le-
„ ctio

(a) Bensì è molto più da dubitare della lezione di Paolo. La volgata de Gest. Langobard. 3. 27. ritiene invariabilmente *Agnellus de Acilio*. Fr. Lindembrogio nella Raccolta delle varie lezioni pag. 103. Ediz. Plantin. 1595. la lascia intatta, come pure il dottissimo Giurisconsulto Orazio Bianchi, che nella Collezione Muratoriana ha eruditissimamente illustrato coll'abbondanti sue note lo stesso Paolo; è però comune e costante l'erronea lezione. Ma l'errore corregge il medesimo Paolo *ad Eutropium* Lib. 18. in Maurizio, e nell'Edizione Frobeniana 1518. Basileese, e di Parigi di Simon Collineo 1531. In questa però p. m. 40. b. ed in quella p. 555. uniformemente si legge *Agellus de Acedo*. E certamente questa è la vera lezione, non ancora osservatasi, e con cui si debbono correggere tutte le Edizioni di Paolo de Gestis &c. *Acedo* poi certamente è *Ceneda*, e non *Monselice*, non mai Vescovile. Lo che conformasi alla lezione nelle Vite de' Patriarchi d'Aquileia pag. 235. (inter Murator. Anecd. T. 4.) dove riferendosi lo stesso Conciliabolo accennato da Paolo, v'intervenne *Angelus Cenetensis*; poco quì importando la variazione del nome *Agellus*, & *Agnellus*.

gobardorum a Paulo conscriptæ editionibus, ubi constanter haberi *Agnellum de Acilio*, novit ille, ac ultro fatetur. Verumetiam Codices, quibus præstantissimi Editores usi sunt, lectionem eamdem constantissime exhibent. An tot editionum, tot codicum fides, quæ peremptoria creditur in similis argumenti causis, nihili hoc loco habenda fuerit? Venerandæ antiquitatis, & optimæ notæ Codicem memoro, in Civitate Forijulii, quam habuit patriam Paulus Diaconus, in Monasterio Fratrum Ordinis Prædicatorum adservatum, in quo scriptum legimus perspicuo charactere *Agnellum de Acilo*. Præsto quoque est Danduli Chronicon, ubi idem vocatur Antistes *de Asilo*; itemque Joannis Sagornini Chronico, ubi *Agnellus* dicitur *de Acilo*. Quid plura? Agnellus ipse, Libello Schismaticorum ad Mauricium misso subscribens, appellat se *Episcopum Sanctæ Acelinæ Ecclesiæ* apud Sirmondum, & Harduinum.

MIRUM est, hanc lectionem, veluti mendosam, ab eodem Paulo correctam dici in Additamentis ad Eutropium, quæ in editionibus Basileensi, & Parisina citatis *Agellum de Acedo* exhibent! An vero Codices omnes hujusmodi additionum præstantiores melioresque viderit lustraveritque Vir doctissimus, ut inde tuto colligat, legendum esse *de Acedo*? Cur memoratæ editiones reliquis omnibus præferri debeant? Præ manibus habeo libros Eutropii cum additamentis Pauli Diaconi *Aurelianæ* typis editos inter latinos Historiæ Romanæ Scriptores anno M. DC. XXIII. ac *Agnellum* lego *de Acilio*. Romanam consulo editionem anni M. CCCC. LXXI. in qua *Agellus* dici- Ἄκεδον, an Ἄκελον; *Acedum*, an *Acelum*? Adnotaverat ipse in Dissertatione: *Codices correctiores habere* Ἄκελον, *quod Asolo*. His præte-
B rea temporibus, quibus Conciliabulum Marianense coactum est, non *Acedum*, sed *Cenetam* appellatam esse, colligi potest ex Agathia Libro II. ubi legimus: Francos in ditionem Venetam venisse: ἐς Κενεστὰ τὴν πόλιν, *ad Cenestam urbem stationem habuisse*. Notat Cluverius, corrupte legi Κενεστὰ pro *Ceneta*. Eodem nomine Civitatem illam vocat Paulus Diaconus Libro II. Capite XIII. & ante Paulum Venantius Fortunatus Libro IV. de Vita S. Martini: *Per Cenetam gradiens, & amicos Duplavenenses*. Chronico demum Patriarcharum a Muratorio edito, quod pluribus norunt omnes scatere mendis, bene multos alios opponimus optimæ notæ Codices, vulgatas editiones, ac libellum Schismaticorum, ubi *Acelinus* Anti-
C stes constantissime proditur.

LEGENDUM itaque puto Agnellum *de Acilio*, vel *de Acilo*. Lectionem adprobat, sed innectit dubium Anonymus Venetus, cujus Censuram refellit Anonymus Mediolanensis, num *Acelum* Plinii, aut *Acilium* vel *Acilum* Diaconi dici debeat *Asulum*, aut *Asilum* Marchiæ Tarvisinæ? Si quis alius locus fuerit, gratissimam rem præstabit, qui nobis illum indigitaverit. Adnotare liceat, tum in Synodo Mantuana anno 827. subscriptum legi *Arthemium Azolen*. tum in Diplomate Ottoniano apud Ughellum in Tabulis Tarvisinis, *Asilensis* Cathedræ mentionem fieri; tum denique legitimum sensum diplomatis vindicari a laudato Mediolanensi Anonymo in Responso ad Censuram Venetam §. VIII. & IX.

CAPUT XXX.

Marianum, ubi prædicta Schismaticorum Synodus habita est, perperam confunditur cum vetere Celina, & hodierno Maniaco. Anonymi Mediolanensis argumenta expenduntur. Idem videtur esse, ac oppidum Maranum ad littus Adriaticum in provincia Forijulii.

I. LATIOREM de Synodi prædictæ Schismaticorum loco, ubi Schisma prius ejuratum novo crimine Severus am-
D plexus est, quæstionem ut instituamus, singularis laudati Mediolanensis Anonymi sententia facit. *Marianum* vocat Paulus Diaconus: eam-

Scriptor Eminentissimus, *Maranum* scribit pro *Mariano*; an Codicis, quo utebatur, fide: an minus attenta vocis inspectione, an loci ταυτότητος persuasione, mihi non constat.

HAC de re motæ instructæque litis originem narro. Cum anno 1726. Mense Novembri Mediolani essem, ibique Ambrosianam Bibliothecam summa Josephi Antonii Saxii Præfecti humanitate exceptus conspectarem, illuc advenientem Virum eximium Jo. Gasparem Berrettam agnoscere datum est, illumque obsequio & observantia colere. Initum statim colloquium, quod mihi oblectamento erat ac profectui, de pluribus quæ ad rem litterariam attinent, deque Italiæ Chorographia medii ævi, de qua dissertationem prelo parabat sapientissimus Benedictinus. Tunc audire primum contigit, *Marianum* Pauli Diaconi non esse *Maranum* oppidum ad littus, sed ipsum quærendum ad *Celinæ* fontes. Nova displicuit opinio, unde argumenta Viro doctissimo objectabam, ut fieri solet, quæ memoriæ ac menti occurrebant. Officiolæ disputationis capita duo fuere; tum *Marianum*, Conciliabuli Schismaticorum locum, quærendum non esse juxta *Celinam* amnem; tum ipsum distingui non oportere a *Marano* ad littus.

ALIQUOT post menses, jam cœpto anno 1727. prodiit in lucem insignis prædicta de *Tabula Chorographica medii ævi* Dissertatio, quam Venetias transmissam avidissime legere cœpi. Quæ de *Mariano* scripserat Auctor, attentiore mente considerabam, ut novæ sententiæ argumenta intelligerem. Levia mihi videbantur, atque propositæ rei conficiendæ parum nihilque apta. Obviæ occurrebant oppositæ rationes, quas privatis Epistolis Clarissimo Saxio exposui. Vidit eas doctissimus Benedictinus: easque refellere voluit in Scheda primum ad me transmissa, deinde in *Mantissa emendationum & additionum*, quæ cum belli diplomatici Historia, aliisque Responsis ad Censuras Anonymorum, edita est Mediolani anno M. DCC. XXIX.

II. PRO sententia, quæ animo insederat, urget ille primum in Dissertatione num. 77.

B *Ergo rudiori & barbaro sermone Maranum, nonne? Cur non ita in antiquis Codicibus adhuc MSS. legitur? Serenissimus Dandulus, qui scribebat Seculo* XIV. *quo nondum typographia adinventa, sane usus est Codice barbaro MS. Tunc sermo rudis, & impolitus. Cur scribit: Facta est Synodus* X. *Episcoporum in Mariano? Marianum itaque dictum antiquitus, non Maranum.* Lubens fateor, *Marianum* dictum antiquitus. Probandum Scriptori Mediolanensi, *Marianum* antiquitus dictum, illud idem non esse oppidum, quod postea hodieque *Maranum* appellatur. Ultro consentio, molliorem esse *Mariani* pronunciationem, ac *Marianum* dici politiore sermone. Ostendendum
C foret, elegantius idem nomen, quod sono vocis delicatiore profertur, in Codicibus barbaris, aut ævo barbaro scriptis adhiberi non potuisse. Scripsit *Marianum* Paulus Diaconus, eamque vocem retinuit Dandulus. An vero novum est, *paulatim vulgo permutante litteras*, ut ait Seneca, aut adjiciente, aut detrahente, dici postea potuisse *Maranum*? Frequentissima cuique nota sunt exempla. Pauca subjicio, quæ ad Civitates vel loca pertinent Provinciæ Aquilejensis. Olim *Acilium* vel *Acilum*, postea *Asilum*, *Asulum*, & *Azulum* dictum est. *Sabio* latinis, incolis *Saben* aut *Seben*. Legimus *Emoniam*, & *Emonam*. Codex alter *Patavinam* Ecclesiam exhibet, alter *Patavienseṁ*. Cur non etiam *Marianum*
D Pauli fuerit, jota uno detracto, *Maranum*? Sed unum eumdemque locum in Monumentis vetustis aliquando *Maranum*, frequentius *Marianum* scribi, latius infra ostendendum.

CUM legerit ille apud Norisium, *Marianum*, ubi Schismaticorum Conciliabulum habitum fuit, ad *Celinam amnem* situm esse, ita scribere pergit in Dissertatione: "Id sane, „ (*Marianum*) medii ævi nomen, antiqui- „ tus *Celina* Plinio ... Quid modo, & ubi „ *Celina?* Respondent Lexicographi: In ejus „ ruinis inest vicus *Maniacus* (Popularibus „ *Maniago*) prope oppidum *M. Regalis* ad „ fluvium *Celinæ* etiam dictum .... Igitur „ *Mariani*, olim *Celinæ*, nunc *Maniaci* Con- „ ci-

[illegible], quod ipse [illegible] vocat, ac fluvio *Zelina* sic habet ibidem pag. 16. & 17. *Ab Aquileja præaltis Amphora ripis, & ad perpendiculum directis in mare labitur... Post hunc Alsa fluvius.... Ad fauces Alsæ Serviana est insula. Ab hac Zelina parvus amnis ex palustribus circa Castilonium aquis originem trahens... Sequitur Mutianus, & Tornianus, qui uno ostio in paludem decidunt..... Mutiani, Zelinæque mediam littoris crepidinem tenet Marianum, vetustum Provinciæ oppidum, & Concilio contra Severum Patriarcham Scriptoribus inclitum.... Ultimus ordine eorum, qui Marianam paludem ingrediuntur, Stella fluvius est.* Tabulæ Topographicæ loco diligentissimam Palladii descriptionem Scriptori Mediolanensi legendam proposueram. Admonebam, non a Paulo Diacono, non a Duce Dandulo, non a vetere probato Scriptore *Marianum* dici ad *Celinam amnem* situm. Id in Norisio legimus, aut certe mendo typorum, aut ipsius Auctoris lapsu; cum *Maranum stagnis Adriatici maris*, ut scribit ille, *fere circumdatum in Forojuliensi littore*, ad *Zelinam* amnem positum, vel Mutianum inter & Zelinam in media littoris crepidine jaceat. Unde colligebam, sine causa *Marianum* quæri juxta *Celinam*, ubi nunquam inveniri poterit.

Quod habet in Mantissa responsum, profero. *Video*, inquit, *in Tabula Magini, Maranum esse inter Musonellam, & Nujarum: nulla Celina, vel Zelina ibi picta.* An diligentissimæ Provinciæ Forojuliensis, urbium, locorum, fluviorumque descriptioni a peritissimo Viro Palladio expositæ Magini Tabulam quisque præferat rerum æquissimus æstimator? De *Marani* situ agitur, Popularibus cunctis notissimo, prout a Palladio describitur, quem Tabulæ nullæ Geographorum mutare possunt. Miratio imo subit, *nullam Celinam, vel Zelinam ibi* (in Tabulis Magini) *pictam* dici. An tabulas viderit editionis Venetæ M. D. XCVI. & M. D. XCVIII. In his e converso *Zelina* picta est: *Nujarus* amnis non visitur. Res ita se habet. Ultra Zelinam versus Aquilejam pagus *Nujarum* occurrit, incolis *Nojan*; labiturque prope fluentum, quod Alsæ fluvio in-

Hæc in eo leguntur verba: *Item vero Arbitri sæpe dicti eidem Domino Artuico dederunt quandam quantitatem paludis de Castellono* (Castilonium vocat Palladius) *pertinentem ad Capitulum, scilicet a Sclusa* (locus est, ubi concluduntur aquæ) *veteris Zelinæ usque ad Levatam* (aggerem) *per quam itur Marianum, recta linea versus Occidentem.* Chartam debeo Illustrissimo Domino Francisco Florio, Aquilejensis Ecclesiæ Presbytero Canonico & Theologo. Hoc habet in loco Scriptor Mediolanensis *Marianum ad Zelinam:* jamque tuto addisci potest, *Marianum* idem esse cum oppido *Marano*.

Quæ cum ita sint, in auras abit conclusio, quam idem Scriptor colligebat: *Igitur*, inquiens, *Mariani, olim Celinæ, nunc Maniaci, Conciliabulum Schismaticorum coactum.* Quis non mirabitur, *Marianum* vetus, tot licet permutatio literarum fieri debeat, hodiernum *Maniacum* ab Adversario dici, qui tam ægre fert, in *Maranum* unius duntaxat jota detractione commutari? Ita quidem conjiciebat ille lapsu Norisii deceptus, qui *Maranum* aut *Marianum ad Celinam* amnem collocat. Errorem notum fecimus, compertumque; unde vestigium tollitur omne, quo ducti *Marianum* investigemus juxta *Celinam*.

Hæc insuper in Dissertatione Chorographica habet ille: " *Marianum* recenset inter urbes Provinciæ Aquilejensis Ecclesiasticæ Carolus a S. Paulo in Geogr. Sacr. annuente Holstenio hac nota: *Paulus Diaconus Lib. 3. Cap. 27. ad sinistram Zelinæ fl.* " Cum vero Marianensis Episcopi nuspiam in Synodis Aquilejensibus appareat subscriptio, concludit ille: *Clarissimum*, (qui dicitur Episcopus *S. Ecclesiæ Celicanæ*, seu ut Norisius legendum putabat, *Celinanæ*,) dicendum ejus loci Antistitem, qui Plinio *Celina* dicitur, *Maniacum* hodie, ævo medio *Marianum*. Quid non excogitat humana mens, ut sententiam, quæ semel placuerit, tueatur? *Mariani* vocem, quam adhibet Carolus a S. Paulo, negotium facessere nullum, satis ostendimus: id enim quæritur, an *Marianum* antiquitus dictum a *Marano* distingui debeat? Ipse non distinguit Sacer Geographus, cujus auctoritas objici-

nensis in Mantissa? Ait ille: *Negat* (ego ipse negabam) *Marianum habuisse Episcopum Aquilejensis suffraganeum: at unde Carolus a S. Paulo, annuente Holstenio, ipsum hausit?* Unde illum hauserit? Fontem, quem attigisse credidit, aperit ipse. Laudat Diaconum Historicum, qui Synodum *in Mariano* celebratam scribit: ac *Donatum* profert *Episcopum Marianensem;* ac inde colligi posse putavit, *Mariani* aliquando sedisse Episcopum, Aquilejensis Metropolitæ Suffraganeum. Nominari *Marianum* a Paulo, ubi Schismaticorum Synodus habita est, reposueram ego: nullum ejus tamen loci Episcopum indicari; illumque *Donatum* Sedem habuisse, non *Mariani* in Venetia, sed *Marianæ* in Corsica. Cum ergo fundamenta labantur, quibus Episcopatum *Marianensem* in Venetia super struxerat Carolus a S. Paulo; & ipsum quoque cadere Episcopatum, cujus alibi vestigium nullum, legitima consecutio est.

NEQUE præbent idoneum munimen, quæ subjicit verba Adversarius: *Ut ostendat*, (quam ego rationem adduxeram, convellere nititur,) *Marianum Venetiæ caruisse Episcopo, subdit, Donatum Marianensem subscriptum in Concilio Lateranensi sub Martino I. Episcopum fuisse Marianæ in Corsica. Id scio, ipsumque video scriptum inter Episcopos, Pisanum, & Alerinum apud Labbeum, de quo & Ughellius Tom. 4. Verum ad quid hæc?* Ad quid? Ut pateat, errasse Carolum a S. Paulo, qui *Marianensem* in Venetia Episcopatum numerat, eoquod in Conciliis subscriptum legerit *Donatum Marianensem*. Ad quid? Ut etiam pateat, eodem errore captum esse Mediolanensem Adversarium, qui cum laudato Sacræ Geographiæ Scriptore *Marianum* Venetiæ credidit Episcopalem Aquilejensis Provinciæ urbem. Sed ait ille: *Is ne alterum inhibet, alteriusque nominis?* Nemo est, qui plurium, ac diversarum urbium cognomines Episcopos inficietur. Inficior ego, *Donatum Marianensem Episcopum, qui subscripsit Concilio Late-*

Norisius, qui censet, Episcopum Concordiensem, ejus urbe ab Attila destructa, *Celinam* se contulisse, dictumque a novo loco *Celinanum*. Verum labitur etiam Norisius; cum *Clarissimus* dici debeat Episcopus *Concordiensis:* & alius distinguatur Joannes S. Ecclesiæ, non *Celicanæ*, nec *Celinanæ*, sed *Celejanæ* Episcopus, ut Capite XXVIII. num. 4. ostendimus, fide adhibita Synodi Mantuanæ, Chronici Gradensis, Chronici Danduli editionis Mediolanensis, ipsiusque vitiosi Codicis apud Ughellum.

III. HÆC, ut puto, satis evincunt, nihil a Mediolanensi Scriptore productum, quo *Marianum* Pauli Diaconi a *Marano* hodierno distingui debeat. An idem reipsa fuerit locus, utroque nomine appellatus, positusque ad littus Adriaticum in Provincia Forojuliensi, dubium fortasse videri potest nondum satis explanatum. Obstare primo videtur, quod *Marianum* Codices omnes habent, non *Maranum*: quod etiam Schismaticis non adeo tutum esset Oppidum *Maranum*, ubi sub oculos Catholicorum & Exarchi Synodum celebrarent, cogerentque Severum Metropolitam, ut firmatam Ravennæ Capitulorum damnationem repudiaret. Unde concludit Benedictinus in Mantissa: *Illuc* (Maniacum) *se contulisse Schismaticos decem Episcopos illos, probabilius semper censebo, ut ad remotiorem a frequentia Catholicorum recessum.*

PRIMÆ ut faciam difficultati satis, vetusta Monumenta objicio, in quibus Oppidum, quo de agimus, ad littus Adriaticum situm, positumque ad amnem Zelinam, tum *Maranum* aliquando, tum frequentius *Marianum* appellatur; ut omnino concludi debeat, *Marianum* idem esse ac *Maranum*. Primum affero donationis a Patriarcha Popone Capitulo Aquilejensi factæ documentum apud Ughellum Tomo V. pag. 52. edit. Ven. quod actum dicitur *Anno Dominicæ Incarnationis* M. XXXI. *Indictione* XIV. *tertio Idus Julii*. Hæc in eo leguntur verba: *Villam de Castellone .... Villam etiam de Mariano, & Villam de Carlinis, & Vil-*

lam etiam de Mariano, & Villam de Carlinis, & Villam S. Georgii, & Villam de Mutiana. Apud eumdem pag. 67. simile extat diploma Friderici I. Imperatoris *Anno Dominicæ Incarnationis* M. C. LXXVII. *Indictione decima*; in eoque habemus, *Villam de Manario, & de Carlinis, & Villam de Mutiana, & Villam S. Georgii*; ubi *de Mariano* legendum esse cuique patet, ac monet Florius. Ævo barbaro hæc Instrumenta data fuere, quæ constanter *Marianum* exhibent, ipsissimum Oppidum, quod hodie *Maranum* appellamus.

B

INNUMERAS id genus Chartas in Aquilejensi Tabulario servari, admonuerunt humanissimi Viri, laudatus Florius, & Comes Franciscus Beretta, Patricii Utinenses, bonis Musis addictissimi, in quibus frequentius *Marianum* occurrit, aliquando *Maranum*. Instrumentum profero superius ex parte descriptum, *actum in Palude de Castello, anno* M. CC. XXXIX. *Indictione* XII. *die* XVI. *exeunt. Jan.* Bis *Marianum* legitur: *Zelina* parvus amnis occurrit; situsque *Marani* hodierni aperte describitur. Verba hæc sunt: *In primis præceperunt Domino Artuico prædicto sub pœna centum Marcharum denariorum Aquilegiensis monetæ, quod omnia prata, quæ sunt juxta Levatam, per quam itur de Castello Marianum, versus Occidentem sita &c. Quod omnia, quæ de novo extirpata erant ab hominibus de Castello, sive a suis, juxta aquam Zilinæ versus Occidentem &c.... Item vero arbitri sæpe dicti eidem Domino Artuico dederunt quandam quantitatem paludis de Castello pertinentem ad Capitulum, scilicet a Sclusa veteris Zilinæ usque*

C

tati minus commodum fuisse, postremum est Adversarii argumentum. Nihil eis timendum fuisse, censeo. Jam enim mandaverat Mauricius Imperator, dum adhuc in vivis erat Elias Metropolita, ne quid ageretur contra Istros, Venetosque Episcopos, trium Capitulorum defensores. Imperatoris mandata neglexisse videtur Smaragdus Exarchus, qui Ravennam traxit Severum Eliæ successorem cum tribus Istriæ Episcopis: at ille Synodi Marianensis tempore, jam Constantinopolim evocatus perrexerat. Datus illi successor Romanus Patricius, pace sua fruentes reliquit Schismaticos, nihil intentare contra ipsos voluit, animumque gessit a Magno Gregorio, ac etiam fortasse a Pelagio II. Pontificibus alieno. Imo tandem locus aptior non erat, quam *Marianum*, aut *Maranum* positum ad littus Adriaticum, Synodo celebrandæ, cui interesse debebant non solum Venetiæ Episcopi, sed ipse Metropolita Severus, qui redierat in insulam Gradum, & Istriæ Episcopi comites ejus. Communi ergo, & vulgatæ hæreo persuasioni, quæ Schismaticorum Conciliabulum coactum credit *Marani* in Provincia Forojuliensi ad littus. Hæc a nobis jam edita in Dissertatione de Schismate Ecclesiæ Aquilejensis anno 1732. legerat expenderatque Doctissimus Saxius, dum eruditissimis notis Sigonium de Regno Italiæ illustraret; ubi sententia relata Jo. Gasparis Berrettæ sibi *amore conjunctissimi*, lectorem admonet, me *contra ipsum valide pugnasse*. Doctissimo Viro grates habeo, quod actam veritatis amore concertationem pro egregia, qua pollet, adprobare voluerit humanitate.

CAPUT XXXI.

Severum vocat Romam Gregorius Magnus ad Synodum. Tres ad Mauricium Imperatorem contra Pontificem libellos mittunt Severus ipse, Istriæ Episcopi, aliique Venetiarum & Rhetiæ secundæ: quibus idem favet Imperator. Schismaticorum libellus, & Imperatoris ad Gregorium Magnum Rescriptum.

I. DEFUNCTO Pelagio II. initio anni 590. Gregorius Magnus in Romanum Pontificem eligitur; qui

D

cum pro summa reluctaretur modestia, ac Imperatoris consensus expectandus foret, non ante Septembrem mensem ordinatus est. Scissuram

per scribit: *juxta Christianissimi, & Serenissimi rerum Domini* (Mauricii Imperatoris) *jussionem, ad Beati Petri Apostoli limina, cum tuis sequacibus venire te volumus, ut Auctore Deo, aggregata Synodo, de ea quæ inter nos vertitur dubietate judicetur*. Ad Synodum vocatur Severus: idque sua mandabat imperator jussione, quam ab eo acceperat Gregorius.

HAC recensita S. Pontificis Epistola, sic ait Joannes Diaconus in ejus Vita Libro IV. nu. 38. *At Severus, Apostolica simul, Imperialique jussione coactus, imminente Smaragdo Exarcho, simulque Antonino Ecclesiæ Romanæ defensore, Ravennam perducitur. Ubi veritus cum Gregorio Synodalem subire conflictum, ad unitatem S. universalis Ecclesiæ, mediante Joanne Ravennate Pontifice, remeavit. Sed cum post anni spatium ad propria rediisset, ab aliis Schismaticis persuasus, non solum ad pristinum vomitum rediit: verum etiam Mauricii Deo semper adversi jussione surrepta, qua jubebatur, ut Schismatici redire ad unitatem Ecclesiæ minime cogerentur, reliquis Episcopis Ecclesiæ se jungentibus, maximas seditiones conflabat*. Tempora, & Historiæ facta confundit Joannes. Constantinopolim jam redierat Smaragdus anno 587. ejusque ante discessum, Pelagio II. Sedem Romanam tenente, Ravennam tractus fuerat Severus. Antoninus, quem *Antonium* vocat Paulus Diaconus, Gradensis, non ejusdem Romanæ Ecclesiæ defensor erat: isque cum eodem Severo, ac tribus Istriæ Episcopis ad Urbem Exarchi perductus fuerat. Non erat Severo timendum, *cum Gregorio Synodalem subire conflictum*; nondum enim Romanam regebat ille Ecclesiam: ac Pontifex creatus Metropolitam Schismaticum *ad Beati Petri Apostoli limina*, non Ravennam, invitavit ad Synodum. Redierat ille *ad pristinum vomitum* ante Gregorii Pontificatum; unde Sanctissimus Pontifex in citata Epistola de relapsu ejus dolens, gaudium significat quo se affectum sensit, cum *incorporatus jampridem* (temporis notam animadverte) fuerat *in unitate Ecclesiæ*. Quæ demum refert *de*

B tropolitæ significarunt, ne quid absentibus illis, de communi causa Ecclesiæ definiret. Verba eorum temeritate plena sunt: *Quod audientes, quamvis certi essemus, talem jussionem Domini nostri specialiter adversariorum improba importunitate subreptam, contabuimus, & contriti, atque luctu gravissimo sauciati ad ultimam desperationem pervenimus, ut ad illius judicium Metropolita noster cogeretur accurrere, cum quo causa ipsa esse dignoscitur: & cujus communionem ab initio motionis causæ hujus usque nunc Decessores nostri, & nos cum omni populo evitamus. Et quidem memoratum Beatissimum Archiepiscopum nostrum frequenti contestatione convenimus, ne nobis absentibus,* C *& a se ad præsens divisi, de communi causa Ecclesiæ aliquid audeat definire*.

ID vero tandem consilii captum, transmitti ad Mauricium oportere supplices libellos a Severo, ab Istriæ Episcopis, a cæteris Venetiarum & Rhetiæ, ut sibi gratiam Augusti conciliarent, Gregorii solicitudinem eluderent, ac Romanum Exarchum propitium habere pergerent. Libellorum numerum discimus ex Imperiali Rescripto, quod infra subjicimus. Libelli duo perierunt Severi, & Episcoporum Istriæ: alius extat a Venetis Rhetisque datus, quem a Fabro acceptum edidit Baronius, & ex Sirmondi schedis Harduinus. Quo in loco prædicti Venetiæ Rhetiæque Epi- D scopi, qui decem subscripti leguntur, congregati fuerint, libellumque dederint Mauricio, non constat. Constat vero, labi Antonium Pagium, qui ad annum D. XC. num. II. conventiculum istud cum Marianensi conciliabulo confundit. Nota est utriusque Synodi longe diversa causa: neque iidem sunt Episcopi, qui interfuerunt.

FAVIT illis Mauricius. Rescripta dedit tum Gregorio Pontifici, tum Romano Exarcho, ne ullum Schismaticis negotium inferretur. Primum ad nos pervenit, non alterum. Utriusque meminit Sanctissimus Pontifex in Epistola ad Joannem Ravennatem scripta, *Indictione decima*, idest anno 592. quæ Libro II. recen-

... nihil faciebat. Ex his demum colligitur, libellos a Schismaticis anno 591. ad Mauricium transmissos esse: ejusque Imperatoris Rescripta anno insequente ad Gregorium, & Romanum Exarchum pervenisse.

III. SCHISMATICORUM libellum subjicere præstat, ut quæ hactenus ex eo loca pro texenda historiæ serie defloravimus, conjuncta conspici queant; eorumque pateant preces, ut Principis gratiam captarent. Titulus est: „ Suggerendum Domino nostro Clementissimo ac piissimo D. Mauricio Tiberio; humiles Venetiarum, vel secundæ Rhetiæ, Ingenuinus, Maxentius, Agnellus, Fontejus, Laurentius, Agnellus, Felix, Augustus, Junior, & Horontius Episcopi. (*Deest primus* Agnellus *apud Baronium.*)

ITA vero scribunt: „ Pietatis vestræ est, Clementissime Dominator, preces humilium Sacerdotum Imperiali dignatione suscipere: quod etiam supplices deprecamur per Dominum Deum nostrum Jesum Christum Salvatorem omnium, per fidem catholicam, & regnum quod meruistis a Deo concessum, atque salutem Dominorum filiorum vestrorum, cum quibus perpetuum imperium Deo gubernante permanet; ut aditum inveniat supplicatio nostra apud pias aures vestras, & cum fiducia recurrentes ad principalia remedia mereamur quæ petimus impetrare. Nam etsi nos peccata nostra ad tempus gravissimo jugo gentium summiserunt (*Langobardorum innuunt dominationem, quorum alii gentiles ac pagani, alii Ariana peste infecti erant,*) nullo pondere pressurarum ab integritate catholicæ fidei invenimur ullo modo titubare. Deinde nec obliti sumus sanctam Rempublicam vestram (*Ita græcum in Italia imperium vocabatur*) sub qua olim quieti viximus, & adjuvante Domino redire totis viribus festinamus.

CAUSAM trium Capitulorum enarrant, memorantque Vigilii Papæ scripta pro illis. „ Et licet, *inquiunt*, postea Imperiali pondere ad consensum damnationis Capitulorum ipsorum paulatim singuli tunc fuerint „ rum ipsorum & reverentiam exhibemus, & a communione damnantium cum divina gratia abstinere dignoscimur.

QUÆ gesta sunt sub Elia, narrare pergunt. „ Et dum Smaragdus gloriosus Chartularius Patrem nostrum sanctæ memoriæ Heliam Archiepiscopum Aquilejensis Ecclesiæ pro causa ipsa vicibus (*a*) contristaret; cum nostro omnium consilio atque consensu direxit ad pia vestigia Principatus vestri preces; supplicans, ut expectata Dei misericordia, revocatis omnibus consacerdotibus Synodi nostræ in potestate sanctæ Reipublicæ, ad vestræ Clementiæ præsentiam veniretur, & vestrum in causa ipsa expectaretur judicium. Quod pietas vestræ mansuetudinis ad mercedem & laudem imperii sui clementi dignatione suscipiens, missionem suam (*b*) dedit ad prædictum gloriosum Smaragdum, ut nullatenus quemquam Sacerdotum pro causa communionis inquietare præsumeret: sed Dei misericordia operante sustineretur, quousque compressis gentibus ad libertatem omnes Sacerdotes nostri Concilii sub Sancta Republica pervenirent. Deinde defunctus est memoratus Archiepiscopus noster Helias. Nos vero pro imperatis precibus ejusdem cum omnibus populis nostris ardentibus devotiores effecti, si fieri potuisset, eisdem diebus ad vestra certabamus redire vestigia: & gratias Deo retulimus, & pro vita Imperii vestri, sicut ipse novit Dominus, assiduas preces ejus obtulimus majestati.

AD ea procedunt, quæ sub Severo contigere, Pelagio II. impellente. „ Post hoc, ordinato in Sancta Aquilejensi Ecclesia Beatissimo Archiepiscopo nostro Severo, quæ contumeliæ illatæ sint, & quibus injuriis ac cæde corporali fustium, & qua violentia ad Ravennatem fuerit civitatem perductus, atque redactus in custodia, quibusque necessitatibus oppressus atque contritus fuerit, potuit ad Domini nostri pias aures sine dubio pervenire. Nos autem tam inauditis calamitatibus Patrem & Archiepiscopum nostrum, quod nunquam sub christianis Principibus factum dinoscitur, cognoscentes af-

(a) Apud Baronium, *pluribus vicibus*.

(b) Apud Baron. *jussionem suam*.

„ quo causa ipsa esse dinoscitur, & cujus communionem ab initio motionis causæ hujus usque nunc Decessores nostri, & nos cum omni populo evitamus. Et quidem memoratum Beatissimum Archiepiscopum nostrum frequenti contestatione convenimus, ne nobis absentibus, & a se ad præsens (*ob Langobardorum tumultus*) divisis, de communi causa Ecclesiæ aliquid audeat definire. Quoniam, piissime Domine, sic accensi sunt omnes homines plebium nostrarum in causa ista, ut ante mortem perpeti, quam ab antiqua catholica patiantur communione divelli. Revera, Clementissime Dominator, fidem catholicam conservantes, & Chalcedonensis Concilii definitiones in omnibus venerantes, ut quibuslibet occasionibus contristentur, nec Deo nec vestræ Pietati placere, credendum est. (*Obfirmatum in schismate animum, ipsiusque Schismatis prætextum habes.*)

En vero consilium ab eisdem Schismaticis, Venetis, Rhetisque Episcopis captum. „ Ergo, mitissime Dominator, totius Concilii nostræ parvitatis hæc est deliberatio, sicut & eidem Patri & Archiepiscopo nostro scripsimus (*Ad nos literæ non pervenerunt, quas innuunt:*) ut pro reddenda ratione communionis nostræ, contrito Dei judicio (*a*) in jugo barbarico, opportuno tempore ad vestræ pietatis vestigia occurramus; habentes præ oculis exempla fidelia, quibus edocti sumus, cum omnes intentiones sopitæ sunt. (*Exempla nonnulla proferunt.*) Hoc tantum prostrati deposcimus, ut quia misericordia Dei circa sanctam Rempublicam operante, in meliore statu Italiæ partes, laborante fideliter glorioso Romano Patricio, dignanter perduxit; & credimus nos celeriter, devictis gentibus, ad pristinam libertatem reduci; cesset violentia militaris, quam vestro felicissimo tempore Deus fieri non permittat. Sint induciæ, & cum jussione sacratissimi Imperii vestri, parati „ stitiæ, sed tantum pondus gravissimæ violentiæ. (*Schismaticorum more, subterfugientes judicium Ecclesiasticum, ad Imperatorem provocant, parati coram ipso fidei & communionis reddere rationem.*)

Mauricii propitiam voluntatem sibi ut concilient, hæc rursus subjiciunt: „Suggerimus etenim, pie Dominator, quia tempore ordinationis nostræ, unusquisque Sacerdos in sua Sede Aquilejensi cautionem scriptis emittimus, studio (*b*) sed fide Ordinatoris nostri, nos fidem integram sanctæ Reipublicæ servaturos; quod ipse novit Dominus, nos fideliter toto corde servasse, & hucusque jugiter conservare. (*De fide Imperatori servanda contra Langobardos Aquilejensi Metropolitæ Ordinatori Sacramentum emittebant suffraganei, qui sacra ordinatione initiabantur.*) Si conturbatio ista & compulsio præsentibus jussionibus vestris remota non fuerit; si quem de nobis, qui nunc esse videmur, defungi contigerit, nullus plebium nostrarum ad ordinationem Aquilejensis Ecclesiæ post hoc patietur accedere. Sed quia Galliarum Archiepiscopi vicini sunt, ad ipsorum sine dubio ordinationem occurrent, & dissolvetur Metropolitana Aquilejensis Ecclesia sub vestro Imperio constituta. Quod ante annos jam fieri cœperat (*Egimus hac de re Capite* XXI.) & in tribus Ecclesiis nostri Concilii, idest Beconensi, Tiburniensi, & Augustana, Galliarum Episcopi constituerant Sacerdotes. Et nisi ejusdem tunc divæ memoriæ Justiniani Principis jussione commotio partium nostrarum remota fuisset, pro nostris iniquitatibus pene omnes Ecclesias ad Aquilejensem Synodum pertinentes, Galliarum Sacerdotes pervaserunt.

Finem denique libello imponunt. „Ergo, Domine pie, quia semper piissimorum Principum fides pro tranquillitate Ecclesiæ vigilavit; & hoc studio, repensante Deo, contrariæ gentes divina manu compressæ sunt: „ merea-

(a) Apud Baron. *contenti Dei judicio &c.* Forte delendum illud *in*.

(b) Apud Baron. *studiose de fide*. Forte *studio & fide*.

„ [illegible] Aquilejensis Ec-
„ clesiæ Sacratissimis jussionibus releveтur; pro
„ incolumitate Domini nostri, ac Dominorum
„ Filiorum vestrorum, Domino Deo nostro
„ jugiter supplicemus. „

SUBSCRIBUNT; *Ingenuinus Episcopus Sanctæ Ecclesiæ Secundæ Rhetiæ hanc relationem a nobis factam subscripsi. Maxentius Episcopus S. Ecclesiæ Juliensis, ut supra. Laurentius Episcopus S. Ecclesiæ Catholicæ Bellunatæ, ut supra. Augustus Episcopus S. Catholicæ Concordiensis Ecclesiæ, ut supra. Agnellus Episcopus S. Trejentinæ Ecclesiæ, ut supra. Agnellus Episcopus S. Acelinæ Ecclesiæ, ut supra. Junior Episcopus S. Ecclesiæ Catholicæ Veronensis, ut supra. Fontejus Episcopus S. Feltrinæ Ecclesiæ, ut supra. Felix Episcopus S. Tervisianæ Ecclesiæ, ut supra. Horontius Episcopus S. Catholicæ Ecclesiæ Vicentinæ, ut supra.* Novem Subscriptiones numerantur apud Baronium; deest enim *Agnellus S. Ecclesiæ Acelinæ*. Agnellum alterum, qui dicitur Episcopus *S. Ecclesiæ Trejentinæ*, appellat idem Baronius in margine *Parentinæ* Ecclesiæ Antistitem. Error est, cum subscribentes in titulo dicantur, *Venetiarum vel Rhetiæ secundæ* Episcopi; *Parentium* autem ad Istriam pertineat. Legendum ergo, *Tridentinæ Ecclesiæ*, cujus Antistitem nomine *Agnellum* subscriptum legimus in Synodo Gradensi, & Mariana. *Rustico* Tarvisino, & *Clarissimo* Concordiensi defunctis, *Felicem*, & *Augustum* subrogatos discimus.

SCHISMATICORUM querelis permotus Mauricius, diligentiore non habito de veritate examine, rescripta dedit pro votis rebellium ad Gregorium Pontificem, & Romanum Exarchum. Primum a Fabro acceptum An-

B [illegible] *ad Nos directos suggestiones nobis transmiserunt; unam Episcoporum civitatum & castrorum, quæ Longobardi tenere dinoscuntur; aliam Severi Aquilejensis Episcopi, aliorumque Episcoporum, qui cum illo sunt; & tertiam solius ejusdem Severi. In quibus omnes dixerunt, tuam Beatitudinem milites ad illos transmisisse cum uno Tribuno & Excubitore, necessitatem imponentes præfato Reverendissimo Severo, & omnibus Episcopis, ut ad tuam Beatitudinem perveniant propter diversam voluntatem, quam habent, ad Sacra & Catholica dogmata Sacrosanctæ nostræ Ecclesiæ. Et supplicaverunt Nos,* C *inducias ad hoc sibi fieri, & nullam eis interim necessitatem imponi ad vestram Sanctitatem pervenire: & licenter quod tempore opportuno ad hanc Sacratissimam urbem* (Constantinopoleos) *accedentes per se ipsos, suggerere nobis habent, quæ sibi obstare videntur. Quia igitur & tua Sanctitas cognoscit præsentem rerum Italicarum confusionem, & quod oportet temporibus competenter versari; jubemus, tuam Sanctitatem nullatenus molestiam eisdem Episcopis inferre: sed concedere, eos otiosos esse, quousque per providentiam Dei, & partes Italiæ pace aliter constituantur, & cæteri Episco-* D *pi Istriæ seu Venetiarum iterum ad pristinum ordinem redigantur. Tunc enim perfectius omnia pro pace, & diversitate dogmatis cum antecedentibus tuis orationibus corrigentur. Divinitas te servet per multos annos Sanctissime ac Beatissime Pater.* Istrienses provincias Imperator appellat regiones varias, Noricum, Rhetiam secundam, Venetiam, & Istriam, in quibus Metropoleos Aquilejensis suffraganei degebant: tresque libellos memorat, ad se transmissos, quibus eadem, ut ex Rescripto colligitur, omnium Schismaticorum inerat sententia.

CAPUT XXXII.

Schismaticos insequitur Gregorius. Eorum Epistolis grave reddit ipse responsum, quod perperam inscribitur ad Hiberniæ aut Iberiæ Episcopos. Theodelinda Langobardorum Regina, ejusdem Gregorii opera, non recedit ab unitate. Istrorum conversioni sedulo invigilat idem Pontifex. Episcopatus Caprulensis origo.

I. SCHIS-

ritate, aut humanitate promptissima, ut Schismaticos aut frangeret, aut emolliret. Pro Severo Aquilejensi flagitaverat a Gregorio subsidium eleemosynæ laudatus Joannes Ravennas, quod ejus incensa Civitate, ipse & cives ejus rerum inopia premebantur. Durius agendum cum Metropolita Schismatico, ac hoste infensissimo, censuit Pontifex. Joanni respondet in Epistola sæpe citata in hæc verba: *De hoc, quod dicitis, incensæ civitati Severi Schismatici eleemosynam esse mittendam, idcirco vestra Fraternitas sentit, quia quæ contra nos præmia in Palatium mittat*, (imperialem intelligit aulam Constantinopoleos, libellosque illuc transmissos,) *ignorat. Quæ etsi non transmitteret, nobis considerandum fuit, quia misericordia prius fidelibus, ac postea Ecclesiæ hostibus est facienda.*

II. Ad ipsum Gregorium litteras mittere Schismatici ausi sunt, quibus divisionem tueri, in qua ab unitate Ecclesiæ discissi jacebant, summa temeritate nitebantur. Gravem se pati persecutionem expostulabant: eamque pati pro fide gloriabantur; addebantque, a tempore quintæ receptæ Synodi cum trium Capitulorum proscriptione, inter alias Provincias maxime flagellari Italiam. Hæc discimus ex ejusdem Pontificis Epistola *Indictione* x. signata, quæ Libro II. habetur num. 51. Similia jactaverant ipsi in Libello ad Mauricium transmisso: Initio scribunt: *Nullo pondere pressurarum ab integritate catholicæ fidei ullo modo titubasse*. Ajunt etiam in calce: *Suspicionem* dari *evidenter*, *Christianis fieri persecutionem*. Hæc vetus erat eorumdem querela, quam Pelagius I. compressit in Fragmento Labbeano num. 3. *Non vos* (ad Narsetem scribit) *hominum vaniloquia retardent dicentium, quia persecutionem Ecclesia faciat*.

Grave responsum dedit Pontifex, quod est Epistola citata Libro II. num. 51. *Indictione* x. anno Christi 592. Sic ille Epistolam orditur: *Scripta vestra summa cum gratulatione suscepi: sed erit in me uberior valde lætitia, si mihi de vestra contigerit reversione gau-* B barbarorum flagello maxime conteri: *non hoc*, inquit, *ad ejus debet intorqueri opprobrium, quoniam scriptum est:* (Ad Hebr. Cap. 12. v. 6.) *Quem diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit*. Sed futilem, vanam, temeramque consecutionem his verbis probat: *Postquam recordandæ memoriæ Vigilius Papa in urbe Regia* (Constantinopoli) *constitutus contra Theodoram tunc Augustam* (Justiniani uxorem) *vel Acephalos damnationis promulgavit sententiam;* (Damnaverat scilicet Vigilius Theodorum Cæsareensem Episcopum cum suis Acephalis, quorum partibus Theodora Augusta impense favebat:) *tunc Romana urbs ab hostibus* (Gothis) *adita, & captivata est. Ergo bonam causam habuerunt Acephali, & injuste damnati sunt, post quorum damnationem talia contigerunt? Absit. Hoc enim nec vestrum quempiam, nec alios, qui Catholicæ fidei mysteriis instituti sunt, dicere vel aliquo modo confiteri convenit.*

C

Schismaticis cum esset lapis offensionis Capitulorum damnatio, opportunum ac saluberrimum judicavit Gregorius, ut eorum satisfaceret dubietati, *Librum* ad eos iterum transmittere, *quem de hac re sanctæ memoriæ Decessor ejus Pelagius Papa scripserat;* tertiam nimirum Epistolam *ad Eliam & Episcopos Istriæ*, nomine Pelagii II. ab eodem Gregorio, cum adhuc esset Diaconus, conscriptam. *Quem* (librum, inquit ille) *si deposito voluntariæ defensionis studio, puro vigilantique corde sæpius volueritis relegere, eum vos per omnia secuturos, & ad unitatem nostram nihilominus reversuros esse confido.*

D

Hujusce Epistolæ non unus titulus est in MSS. & excusis. Data in aliquibus legitur, *Universis de trium Capitulorum causa:* in aliis, *Universis defensoribus trium Capitulorum*. At certe non universis data Epistola est, sed illis, quorum *scripta* Gregorius susceperat. Habent Codices alii, & editiones, *Universis Episcopis per Hiberniam*, aut *Iberiam*. Ita legendum esse contendunt Antonius Pagius ad Annum D. XCII. num. II. & Franciscus ejus Nepos

re. Hinc Joannis Diaconi verba corrigenda, quæ Libro III. Vitæ ejusdem Gregorii num. I. habentur: *Jam Ligures, Venetos, Iberos, aliosque a Schismate sub libello confessos, Chalcedonensem Synodum venerari compellens, ad unitatem Sanctæ Ecclesiæ revocarat* Gregorius. Non revocabantur Schismatici ad venerationem Synodi Calchedonensis, cum illi potius errore ducti metuentes, ne prædicta Synodus trium Capitulorum damnatione labefactaretur, Gregorio & Ecclesiæ Catholicæ contradicerent. Hic error primus Joannis: alter, dum Schismaticis jungit *Iberos;* unde corrigi debet ex Epistola Pelagii I. ad Narsetem, ubi Schismatici Episcopi numerantur *Ligures, Veneti, Istrii*.

III. MAGNI Gregorii conatus, laboresque, ut divisione Schismaticorum sublata, unitas Ecclesiæ instauraretur, produnt quamplures ejus Epistolæ, quin unquam Iberorum aut Hibernorum mentio occurrat. Caritatis ejus insignis præda fuit Theodelinda, Langobardorum Regina, Autharis primum, deinde Agilulfi, barbaræ gentis Regum, uxor prudentissima. A Schismaticis decepta, habere communionem detrectabat cum Constantio Metropolita Mediolanensi, qui Synodum quintam receperat, triumque Capitulorum damnationem Sacramenti religione firmaverat. Sanctissimi Pontificis prudenti œconomia factum, ut Capitulorum negotio dissimulato, Ecclesiæ unitatem Regina servaret. Hæc nos docent Epistolæ II. & XXIX. ad Constantium Mediolanensem, & IV. ac XXXVIII. ad ipsam Theodelindam, quæ extant Libro IV. novissimæ editionis. Datæ sunt *Indictione* XII. anno scilicet æræ vulgaris 594. Indictiones ævo Gregorii a Septembri Mense numerabantur. Si certa esset nota Mensium, quibusdam adjecta Epistolis, certa anni cadentis, & insequentis differentia statui posset. At eorumdem Mensium notas, quæ in editis leguntur, in quampluribus Codicibus MSS. non inveniri, adnotant Monachi novissimæ ejusdem editionis auctores: unde cadentis anni Mensibus prætermissis, annum illum indicare satis fuerit, cujus majorem partem Indictio afficit; nec enim diligentiorem hoc loco tenemur Chronologiam consectari.

nium dubia dirimeret. Reginæ votis tam cito satisfacere podagræ infirmitate laborans non potuit Gregorius. Ait vero: *Eam tamen Synodum, quæ piæ memoriæ Justiniani tempore facta est, per latores præsentium transmisi, ut prædictus filius meus* (Secundinus) *dilectissimus ipsam legens, agnoscat quia falsa sunt omnia, quæ contra Sedem Apostolicam, vel catholicam Ecclesiam audierat.*

IV. TAM præclaro sapientissimæ Theodelindæ exemplo permoti, meliora sentire cœperunt Schismatici. Putat verisimile Bollandus ad Diem V. Februarii in Vita S. Ingenuini Sabionensis in Rhetia secunda §. V. numer. 33. eumdem Antistitem, quem Sanctorum fastis adscriptum colit Ecclesia, *maxime postquam Theodelinda Regina, primum in partes defensorum trium Capitulorum perducta, deinde studio S. Gregorii ad communionem catholicorum erat revocata, & ipsum quoque dedisse veritati manus, cum esset cæteroqui vir bonus, & misericordiæ operibus deditus.* Idem de aliis conjectant alii.

SCHISMATICORUM sane plures, Episcopos, Clericos, ac de plebe fideles expugnare valuit, adjuvante Numine, solicitudo Gregorii. Strenuam illi commodabant operam Magistri Militum, Viri Illustres, Basilius, & Mastalo. Scriptas ad eosdem Epistolas legimus Libro V. num. 46. & 47. *Indictione* XIII. idest anno 595. quibus eorum zelum pro Ecclesiæ unitate maxime commendat: illosque vehementer urget, ne operis arduitate a procuranda *Histricorum* reversione deterreantur. Titulo *Magnitudinis* Basilium exornat, ejusque filiorum meminit. Mastalonis quoque socium nominat Theodosium, *boni cooperatorem studii*, cum eoque *in solicitudine lucrandarum animarum solerter invigilantem.*

EODEM anno data est Epistola LI. ejusdem Libri, *Petro, & Providentio* (Prudentius in editis legitur) *Episcopis Histriæ*. Eorum intellexerat Summus Pontifex desiderium *veniendi* Romam, *si promissum fuerit, quia nullam molestiam sustinerent.* Lubens pollicetur illis, quod exposcebant; atque ut Romam omni timore deposito veniant, eos adhortatur; *quia plus persona præsens, quam Epistola satisfacit.* Provinciæ Istriæ a Venetia distinctæ Epi-

ne illos permansisse, colligi potest ex Epistola citata Joannis ad Agilulfum, ubi hæc legimus: *Petrus*, *Providentius*, *seu Agnellus*, *Episcopi Istriæ*, *qui adhuc fidem Sanctam tenebant* (errorem vocat fidem Sanctam Schismaticus homo) *& Candidiano nondum consentiebant*, *de Ecclesiis suis a militibus tracti*, *& cum gravi injuria & contumeliis ad eum venire compulsi sunt*. Quidni vero oggerat mendacia Schismaticus Metropolita? Forte militibus ad custodiam stipati prædicti Istriæ Episcopi, non ad injuriam, ad Insulam Gradum venerant. Certe catholico Candidiano consensere. Id *per vim* factum, spargebant in vulgus homines a catholica communione extorres.

DUAS habemus Gregorii Epistolas *Indictione* XIV. anno *596*. Libro VI. num. 39. & 47. ad *Cyprianum Diaconum*, & *Leonem Episcopum Fanensem*, quibus commendatur eisdem *Joannes* quidam *Religiosus*, *ex Histricorum Schismate ad sinum Sanctæ Ecclesiæ*, *Deo revelante*, *accepta ratione reversus*. Istrum, aut Venetum fuisse Joannem, non adsero. Nam *Istrium Schisma* per antonomasiam dicebatur, quod maxime Veneti & Istri, Aquilejensi Metropolitæ subjecti, fovebant; licet eodem alii quoque implicarentur in aliis Provinciis, qui redeuntes ad Ecclesiam, ab *Histricorum Schismate* reverti dicebantur.

ANNO 597. functo vita Romano Exarcho, supremam Italiæ Præfecturam pro Græco Imperatore capessivit Callinicus. Gregorii vigilantiæ operam suam adjungebat ille, ut a rebellione Schismaticos revocaret. Hi rem suam sedulo curantes, aut nova obtinuerunt, aut jam obtenta a Mauricio Augusto edicta, Callinico porrexere, ne ulla afficerentur molestia. Principis jussionem Gregorio significavit Exarchus: qua illum minime terreri debere, Pontifex respondit; *quia quamvis jussio ipsa surrepta est*, *non tamen in ea vobis præceptum est*, *ut venientes ad unitatem Ecclesiæ repellatis* (ita jussionem rectissime interpretabatur Gregorius;) *sed ut venire nolentes hoc incerto tempore minime compellatis*. Data hæc

B revertentium protectionem adhortatur. Data est, quæ sequitur XCIV. ad Romanum Defensorem, ut *Histrios ad Episcopum suum*, *qui in Siciliæ degebat partibus*, venientes adjuvet: ac ipsi Episcopo, qui *pro unitate fidei* ad Gregorium *habebat desiderium veniendi*, Romanam profectionem, suppeditato viatico, persuadeat. Nonagesima quinta, & nonagesima sexta Mariniano Ravennati inscribitur, quorum favorem & beneficia efflagitat Pontifex pro redeuntibus ad Ecclesiæ unitatem.

EPISTOLA sequitur *Indictione* V. anno Christi *602*. Libro XII. num. 33. ad *Firminum Episcopum Histriæ*. Tergestinæ civitatis Antistitem fuisse, discimus ex alia Epistola C mox referenda. Litteris ejus acceptis, quibus favente Numine Schisma significabat se ejerasse, gratulatorias humanissimas reddit Pontifex: *quod* revocatus esset *divina gratia ad unitatem Ecclesiæ*, *a qua pertinacium & imperitorum hominum instinctione disjunctus* fuerat. Gravi sententia monet ipsum, *scutum constantiæ contra jacula antiqui hostis præparare*, *ut illisa frangantur*, *& vim interius penetrandi non habeant*. Illi demum *studiosissime vigilandum*, *& laborandum* indicit; *quatenus damna*, *quæ aversionis exemplo commiserat*, *non solum reversionis bono resarciat*, *sed etiam lucrum exhibeat*. Accidit vero, ut prænunciatas a Gregorio molestias, auctore Severo Metropolita D Schismatico, pati cogeretur Firminus. Qua de re Gregorius idem Epistolas dedit *Indictione* VI. anno *603*. Libro XIII. num. 33. ad Smaragdum Callinico Constantinopolim revocato anno præcedente suffectum, ubi hæc habentur: *Severus*, *Gradensis Episcopus*, (ita dictus, quod Gradum, incensa Aquileja, incoleret) *ejusdem caput Schismatis*, *eum diversis primum cœpit*, *si posset*, *suasionibus a bono revocare proposito: quod dum perficere*, *Deo auctore*, *minime valuisset*, *seditionem illi suorum civium excitare non timuit*. Hinc Smaragdum iterum Exarcham litteris humanitatis & efficaciæ plenis hortatur, ac urget Gregorius, ut validissime Tergestinum Episco-

ties cordis oculus nube erroris obductus &c. Præcipuam ejus partem Capite XXII. descripsimus. Definit: *Acta in loco illo, die, & Consulibus suprascriptis*. Ipsa demum subscriptio sequitur: *Ego ille Episcopus civitatis illius, huic confessioni promissionique meæ, præstito de conservandis suprascriptis omnibus sacramento subscripsi*. Hanc a Firmino datam esse promissionem, censent Viri docti, quibus repugnare nolim: arbitror tamen, dici eam debere formulam & normam professionis, quam ederent ævo illo, quicumque errore deposito catholicæ jungebantur communioni. Id satis indicant subscriptio, titulus, & finis.

V. AD annum regredior 599. quo duæ a Gregorio datæ Epistolæ, altera jam citata ad Callinicum Italiæ Exarchum, altera ad Marinianum Episcopum Ravennæ, Episcopatus Caprulani originem patefaciunt. Prioris verba sunt; *Quæ autem de Insulæ Capritanæ ordinatione decreverim, per Reverendissimum Fratrem, & Coëpiscopum nostrum Marinianum vestra Excellentia agnoscet*. Habetur Libro IX. *Indictione* II. num. 9. Hæc Insula Capritana, seu Caprulana in intimo recessu Sinus Adriatici posita est, littori Marchiæ Tarvisinæ, & Forojuliensis Provinciæ proxima, Insulanis *Caorle* dicta.

REM totam aperit Pontifex in altera ad Marinianum Epistola num. 10. quam adnotationibus illustratam pene integram subjicio. *Latores*, inquit, *ad nos præsentium*, *Viri clarissimi*, *Vicedominus*, *atque Defensor venerunt*. Hi erant Œconomus, ac Procurator ejusdem Ecclesiæ Caprulanæ. *Asserentes*, *quia in Castello quod Novas dicitur*, *Episcopus quidam*, *Joannes nomine*, *de Pannoniis veniens*, *fuerit constitutus: cui Castello eorum insula*, *quæ Capritana dicitur*, *erat quasi per diœcesim conjuncta*. Habemus 1. Joannem Episcopum, qui de Pannoniis venerat, in Castello, quod *Novas* dicebatur, sedem statuisse. 2. Non longe dissitas esse Caprulas in æstuariis, eidemque junctas Castello intra justæ diœceseos fines. Idem vero castrum adnotant Carolus a S. Paulo, & Lucas Holstenius in ora Marchiæ Tarvisinæ situm esse.

PERGIT Gregorius: *Adjungunt autem*, B *Caprulani. Qui cum illic cum eis degeret*, *in errore se Schismatis detinere noluit: atque cum omni plebe sua Excellentissimo Filio nostro Callinico Exarcho petitionem dedit*, *ut catholicæ Ecclesiæ cum omnibus*, *qui cum ipso erant*, *uniri debuisset*. Ejurato Schismate, ipse & populus Capritanus Callinici patrocinium implorant, ut redeuntes ad Ecclesiæ unitatem protegat, ac tueatur. *Qui*, *ut ajunt*, *a Schismaticis persuasus*, *post semetipsum rediit*. A catholica nuper inita communione, Schismaticorum opera recessit, & abiit ex Insula. Hinc populus Caprulanum, se *protectione Sacerdotis privatum esse* dolebat: *sibique ordinari alium debere*, postulabat. Votis eorum annuit Gregorius, ac Mariniano Ravennæ Episcopo mandat; ut *ad eumdem* (Joannem) *Episcopum mittat*, *cumque reverti ad Ecclesiæ catholicæ* C *unitatem*, *& ad propriam plebem admoneat*. *Qui si admonitus redire contempserit*, *grex Dei* (inquit ille) *decipi non debet in errore Pastoris*. Idcirco quæ Marinianus agere debeat, constituit Pontifex: *Sanctitas tua*, inquiens, *illic Episcopum ordinet: eamdemque Insulam in sua Diœcesi habeat*, *quousque ad fidem catholicam Histrici Episcopi revertantur*. Ordinandum Episcopum Ravennati Metropolitæ subjicit, donec Istri Episcopi, eorumque Metropolita, qui Gradum insulam incolebat, deposito errore, Schismate extincto, Romanæ Apostolicæ sedi conjungerentur. Hæc eadem compendio collecta in alia Epistola legimus ad ipsos Caprulanos data Libro eodem num. 97.

D TAM evidentia ac certa Episcopatus Caprularum initia, mirum est, ignorari potuisse ab Ughello, aliisque. Veram Episcopatus originem intellexit, docuitque Norisius, qui tamen labi videtur, dum hæc scribit in Dissertatione sæpe citata Capite IX. §. IV. *Ex Gregorio*, inquiens, *qui primus Caprulæ sedis Episcopus*, *ex Pannoniis veniens renunciatus fuerat: at eodem Episcopo violenter expulso*, *alius illic fuerat ordinatus*. Sensum reddunt hæc verba: Joannem ex Pannoniis ad Insulam Caprularum venientem, renunciatum fuisse Episcopum: eidemque ex Insula violenter pulso, alium illic Antistitem subrogatum. Imo narrat Gregorius: Joannem Episcopum de Pannoniis

I. MIGRAVIT e vita Sanctissimus Pontifex Gregorius Magnus anno 604. Mense Martio. Pontificum Successorum Chronographia hæc est. Septembri Mense ejusdem anni Sabinianus ordinatur die 13. idemque mortem obiit anno 606. die 22. Februarii. Post plurium mensium Interpontificium eligitur Bonifacius III. & anno incepto 607. die 19. Februarii consecratur. Bonifacius IV. Successor inauguratur anno 608. die 25. Augusti: tenuitque Romanam Sedem usque ad septimam diem Mensis Maii anno 615.

NON diu post Gregorium obiit Schismaticus Metropolita Severus. Chronicon Gradense apud Ughellum, & Dandulus eidem tribuunt *viginti & unum* sedis *annos*, & *unum ac triginta dies*; unde cum regendam susceperit Aquilejensem Ecclesiam anno 586. mortem ipsum obiisse dicendum anno 607. quo etiam Bonifacius III. Romæ cathedram conscendit.

PAULLO diversa videtur esse Pauli Diaconi Chronographia. Severi annos non numerat: ipsum tamen supremum clausisse diem anno 606. satis indicat. Mortem refert Magni Gregorii Libro IV. Capite XXX. quam anno 604. Mense Martio contigisse, communi Peritorum calculo diximus. Narrat ille Capite XXXI. *Sequenti æstate Mense Julio* (eodem scilicet anno) *puerum* Adaloaldum Regni Langobardici consortem cum Agilulfo patre Mediolani declaratum: eique desponsatam, promissamque futuram sponsam Regis Francorum Theodeberti filiam. Hanc epocham amplectitur Bacchinius in Agnello, tutamque arbitratur Saxius in Notis ad Sigonii Libros de Regno Italiæ. Ait etiam Capite XXXIII. *Sequenti Mense Novembrio Regem Agilulfum pacem fecisse cum Smaragdo in annum unum*; adeoque usque ad Novembrem anni 605. Pergit: *Civitates quoque Thusciæ, hoc est, Balneum-Regis, & Urbs vetus a Langobardis invasæ sunt.* Hæc scilicet acciderunt elapso induciarum anno. *Tunc etiam Mense Aprili, & Majo* (anni 606.) *apparuit in cælo stella, quam Cometem dicunt. Dehinc Agilulfus Rex iterum fa-*
B *cit pacem cum Romanis tribus annis.* Obitum Severi narrat Capite XXXIV. *His diebus*, inquiens, *defuncto Severo Patriarcha &c.* eodemque in Capite subjicit: *Rursum Mense Novembrio, & Decembrio stella Cometes apparuit.* Unde jam colligi posse videtur, post Majum, & ante Novembrem Mensem anni 606. ad manes concessisse Metropolitam Aquilejæ Severum, Romana Sede post mortem Sabiniani vacante.

OBIIT obfirmato in Schismate animo: qua de causa Gregorius Magnus vel postremis vitæ annis negat illi eleemosynæ subsidium, quod Joannes Ravennas efflagitaverat; illatas memorat arguitque injurias, quas idem Firmino
C Tergesti Episcopo aliisque ad unitatem Ecclesiæ revocatis inferre audebat; movetque demum in ipsum ad tuitionem catholicorum Smaragdi iterum Exarchi virtutem, & iram. Quæ cum ita se habeant, nemo credat, ita Severo indulgere voluisse Gregorium, ut eidem *scribens*, *novæ Aquilejæ Sedem per privilegium confirmaverit*: quod narrant posteri. Privilegium, quod innuitur, nullum exhibetur: neque illud Severo in Schismate ferocienti concesserit unquam Gregorius.

II. Successorum seriem hanc profert Dandulus. *Hic Severus*, inquit, *Patriarcha*, *cum sedisset annos* XXI. *dies* XXXI. *mortuus est... Marcianus novæ Aquilegiæ Patriarcha ordinatus est anno Domini* DC. VII. *Hic ex Pirano,*
D *oppido Histriæ, ortus, & ab Helia Patriarcha edoctus, Presbyterque consecratus, in Synodo Gradensi translationem Sedis cum cæteris approbavit, posteaque sub Severo gradatim ascendens, nunc illo defuncto, Patriarcha unanimiter est electus.... Hic Marcianus Patriarcha plenus dierum, elapsis in sua Sede annis* III. *mense* I. *diebus* V. *in Grado mortuus est.... Candianus novæ Aquilegiæ Patriarchatum obtinuit anno Domini* DC. X. *Hic natione Annoniensis* (Ariminensis) *de vico Candiano a Provincialibus Episcopis, Clero, & populo in Grado electus & confirmatus est hujus Ecclesiæ Patriarcha.... Post hos dies Gisulfus Forojulianus*

putu, qui in devotione Romanorum existebant, Patriarcha in Grado electus; & propterea Gradensis deinceps appellatus est .... Et sic hoc tempore, sicut Paulus Historiographus Longobardorum refert, *duo Patriarchæ esse cœperunt*. Eamdem seriem exhibet Chronicon Gradense..

SEVERI post obitum produnt Catalogi omnes Aquilejenses dissectam Aquilejæ Metropolim in duos Metropolitanos: eidemque Severo in Vetere Aquileja successorem immediatum numerant Joannem, postea Marcianum; in insula vero Grado Candidianum, deinde Epiphanium. Eadem Maxentius narrat in Synodo Mantuana: *Defuncto itaque Severo*, inquiens, *ordinatur loco ejus Joannes Patriarcha in Aquileja eo tempore, quo Agilulfus Rex Longobardorum regnabat: in Gradu quoque ordinatus est hæreticus Candidianus Antistes*. Synodi quintæ venerator Candidianus communi Schismaticorum voce *Hæreticus* appellatur. Sed unanimes elegisse Candidianum Provinciales Episcopos omnes, difficile dictu, cum illorum neminem, qui degebant in Langobardorum ditione, a Schismate hoc tempore revocatum sciamus. Quatuor ut summum Episcopos Istriæ, Schismate deposito, ad unitatem Ecclesiæ venisse, colligimus ex Epistolis Gregorii Magni, Petrum, Providentium, Firminum, & illum qui propria sede relicta, in Siciliæ partibus degebat: unanimemque prædictum Episcoporum consensum inficiatur Maxentius in eadem Synodo Mantuana: *Hic enim*, inquiens, *Candidianus nec per consensum Provincialium Episcoporum, nec in civitate Aquileja ... ordinatus est*.

III. PAULI, & Joannis, utriusque Diaconi, auctoritate hanc Historiæ partem exsequimur. Hæc illius verba sunt Libro IV. Capite XXXIV. *His diebus defuncto Severo Patriarcha, ordinatur Joannes Abbas Patriarcha in Aquileja vetere cum consensu Regis, & Gisulfi Ducis: in Grados quoque ordinatus est Romanis* (catholicis quintæ Synodi veneratoribus) *Candidianus Antistes .... Candidiano quoque defuncto, apud Grados ordinatur Patriarcha Epiphanius, qui fuerat Primicerius Notariorum, ab Episcopis qui erant sub Romanis*. (Hos a jam revocati: eisque favebat Smaragdus Exarchus. Parti Schismaticorum, qui erroris complicem optabant, patrocinium præstabat Gisulfus, Dux Forojuliensis. Hi successorem eligendum in vetere Aquileja, consensu Regis Agilulfi, constituerunt: sibique Joannem Abbatem, in errore & Schismate socium, præfecere. Elegerunt illi Candidianum Catholicum in Insula Grado.

SUAS egisse partes Romanum Pontificem, testatur Joannes Diaconus loco citato his verbis: *Denique Severus, quia ad unitatem sanctæ universalis Ecclesiæ redire non meruit, ad scindendam quoque suæ ipsius Diœcesis unitatem Romanum Pontificem sua vecordia suscitavit*. Obiit Sabinianus Pontifex anno 606. die 22. Februarii: eidemque non successit Bonifacius III. nisi incepto anno sequente 607. Hunc intelligi crediderim a Joanne Diacono: adeoque Joannis in vetere Aquileja, & Candidiani in Insula Grado electio ad annum spectat 607. At Paulus Diaconus, utriusque electione recensita, hæc habet: *Rursum Mense Novembrio, & Decembrio, stella cometes apparuit. Candidiano quoque defuncto &c.* Menses illos, Novembrem ac Decembrem, ad annum 606. pertinere, admonuimus num. I. unde videtur eidem anno illiganda utriusque Antistitis electio, uniusque Metropoleos Aquilejensis in duos Metropolitanos divisio, Romana Sede vacante. In hac unius anni discrepantia, integrum diligenti lectori esto, quam maluerit sententiam amplecti.

IV. DISSECTAM Metropolim Aquilejensem dolebat Schismaticus Joannes, turbas ubique ciebat cum suis, Regiam familiam querelis pulsabat, catholicosque insequebatur velut hæreticos. Fragmentum Epistolæ ab ipso datæ ad Agilulfum Regem legimus in Synodo Mantuana sæpe citata; quo etiam ex fonte Baronius eam hausit, ac profert ad annum DC. V. num. 6. Quo tempore scripta fuerit, non constat.

VERBA sunt: *Qualis autem unitas dicitur facta, ubi spata, ubi claustra carcerum, ubi flagella fustium, & ubi longa exilia, crudeliumque pœnarum discrimina parabantur. Et mise-*

anathematis interpositione obligatus est, ne ad potiorem gradum unquam accederet, quoniam a se (ab ipso Severo) *eique corde faventibus, in prædicto Gradensi Castro adulterium matri Ecclesiæ improbe ingerens .... ordinatur Episcopus*. Schismaticam cum Severo Metropolita communionem fregerat Candidianus; adeoque velut adulter Ecclesiæ Aquilejensis traducitur a Schismaticis. *Et Petrus, Providentius, seu Agnellus, Episcopi Histriæ, qui adhuc fidem sanctam tenebant, & Candidiano nondum consentiebant, de Ecclesiis suis a militibus tracti, & cum gravi injuria & contumeliis ad eum venire compulsi sunt: si enim ei recte consentientes essent, voluntarie illi consentire debuerant, non per vim*. Schismatico Joanni non credimus Petri, Providentii, Agnelli Istriæ Episcoporum Schismaticam communionem, quam asserit; neque injurias & contumelias Episcopis illis a Smaragdo irrogatas, quas narrat.

CÆTERIS prætermissis, Epistolæ finem proferunt Acta Mantuana: *Laborate, & agite, quatenus & fides catholica* (scilicet error, & Schisma) *vestris augeatur temporibus: & in Gradensi Castro, postquam infelix Candidianus de hoc seculo ad æterna supplicia transmigraverit*, (hæc sunt Schismatici hominis vota) *altera iniqua ordinatio ibi minime celebretur, nec populus in amplius tribuletur. Et vere si hoc, Deo auxiliante, egeritis, quod primum est, Christus Deus pietati vestræ erit bonorum omnium retributor*.

V. ALIA iniqua Schismaticorum facinora colligimus ex Epistola Columbani ad Bonifacium IV. quam refert Patricius Flamingus in Collectaneis Operum ejusdem Sancti Viri, eamque transtulerunt in Tomum XII. Bibliothecæ Sanctorum Patrum Lugdunenses Editores. Data est anno 612. vel insequente, quo prima vice, vel iterum in Italiam ingressus est Columbanus, ut varie opinantur Viri docti. De gemino ejus in Italiam adventu eruditissimam dissertationem publici juris fecit Petrus Aloysius a Turre Monachus Cassinensis, deque tempore conditi Monasterii Bobiensis. Ad ipsum Columbanum scripsere Schismatici, quem in

B Venetis, ac Istris, aliisque Episcopis; sed Hibernis in trium Capitulorum Schisma prolapsis fieri sermonem, contendunt Antonius Pagius ad Annum DC. XII. num. 2. & Franciscus ejus Nepos in Breviario Romanorum Pontificum in Vita Gregorii Magni num. XII. Ex hac *constat*, inquit Franciscus, *Hibernos in Schisma defensorum trium Capitulorum lapsos esse; cum in ea S. Columbanus se, & suos Hibernos trium Capitulorum defensores prodat; & queratur, quod ipsemet Bonifacius Synodum quintam admiserit*. Inficior ego, Hibernos prodi Capitulorum defensores in Epistola Columbani. Sanctum Virum pro Capitulis eisdem ad Bonifacium scribere, dubium nullum est: at Schismaticorum Italiæ, non Hibernæ gentis,
C mentem aperit, sensusque vindicat. Ait ille: *Populus, quem video, dum multos sustinet hæreticos, zelosus est, & cito tanquam grex pavidus turbatur: & inde non cito securus est, quia tantos Italia lupos habuit, quorum catuli vix possint toti elidi*. Italiam proprio nomine appellatam legis, hæreticis ac lupis plenam, ut spargebant Schismatici. *Multi per securitatem Pastorum in his regionibus dejecti sunt ... In hac Regione, in hoc spirituali bello victi sumus, etiam christiani, vitiis primum carnalibus*. Non aliam intellexit Columbanus regionem, nisi Italiam, in quam prima vice, vel iterum pervenerat, vitamque agebat in Monasterio Bobiensi, cui Agilulfus regia munifi-
D centia largitus prædia amplissima fuerat. *A Rege cogor, ut singillatim suggeram tuis piis auribus sui negotium doloris*. Hic est idem Langobardorum Rex Agilulfus. Dolor autem Regis erat *Schisma populi pro Regina, pro Filio, forte & pro se ipso*. An Hiberni populi Schisma fuerit? Quid vero Hibernia cum Agilulfo, cum Theodelinda, cum Adaloaldo, cum familia Regis? Schisma est Venetiæ, Istriæque Antistitum, aliorumque in Italia, qui regiam Familiam adversum Synodi quintæ receptores tota movere contentione nitebantur. *Si qui sunt rebelles contra veritatem vestri Comprovinciales*. Italos Episcopos intelligit, quos vocat Comprovinciales, hoc est, ejusdem provin-

deceptus est.

Hæc fuerant paullo attentius utrique Pagio expendenda, ne verbis Epistolæ, quæ post initium leguntur, prima specie ambiguis & obscuris, tam facile caperentur. Ait Columbanus: *Nos enim Sanctorum Petri & Pauli, & omnium discipulorum, divinum canonem Spiritu Sancto dictante scribentium, discipuli sumus, toti Hiberi, ultimi habitatores mundi, blasphemant vos, & Hæreticorum receptores ac schismaticorum vocant.* Acsi & ipse ab Italiæ schismaticis deceptus non fuisset, sed Iberus totus, ultimi habitator mundi, nihil extra Evangelium & Apostolicam doctrinam sapiens, Bonifacio scribit, ejusque animum se fortius flectere posse confidit. Italorum ergo schismaticorum iniqua facinora patent: deceptumque habes malis eorum artibus Columbanum.

CAPUT XXXIV.

Gisulfo Duci Forojuliensi perempto succedunt Taso, & Caco ejus filii, ac deinde Grasulfus. In Insula Grado eliguntur Catholici Aquilejæ Antistites, Epiphanius, & Cyprianus. Gradensem Ecclesiam occupat Schismaticus Fortunatus: quo pulso, Honorii Pontificis opera, succedit Primogenius. Septuaginta Schismatis anni explicantur. Aquilejæ Joanni sufficitur Marcianus, & huic prædictus Fortunatus. Agrestinus Schismaticus rejicitur.

I. Annus æræ vulgaris 615. (Sigonii calculos amplector) memoranda Forojuliensibus clade per Hunnos inlata insignis est. Hanc late describit Paulus Diaconus Libro IV. Capite XXXVIII. Cacano Regi cum expeditis militibus Venetiæ fines penetranti obviam occurrit Gisulfus. Pugna commissa est; virtutemque fortuna destituente, Ducatum ille & vitam amisit. Romilda uxor, ac Filii quatuor, Taso & Caco adolescentes, Radoaldus & Grimoaldus adhuc in puerili ætate constituti, totidemque filiæ in *Forojulianum Castrum* se receperant. Insano illa Regis, quem e muris conspexerat, amore capta, *Civitatem* tradidit. Fuga arrepta, vitam servarunt filii: filiabus virginibus, cognito eximio pudicitiæ studio, pepercerunt Hunni: Mater in proditionis pretium nocte una uxoris loco a Rege habita, duodecim inde Hunnis ad libidinem exsatiandam prostrata, palo demum erecto infixa est.

Ut cognoverunt filii Gisulfi, hostes e finibus abiisse, continuo domum repetivere, e quibus Taso, & Caco, qui cæteros ætate antecedebant, paternam ditionem administrandam susceperunt. Refert Diaconus Capite XL. prædictos Duces *Sclavorum regionem, quæ Zellia appellatur, possedisse*. An hæc intelligi debeat, quæ postea Ciliensis Comitatus nomine innotuit? In Synodo Gradensi sub Elia subscriptum legimus Joannem *Sanctæ Celejanæ Ecclesiæ* Episcopum. Anno insequente perempti sunt Forojulienses Duces dolo *Gregorii Patricii*, qui Opitergium ac alia circumposita loca Græco Imperatori subjecta administrabat, simulata amicitia, ac more, qui tunc obtinebat, cædendæ barbæ ad nefarium consilium adhibito. Hunc Gregorium Ravennæ Exarchum fuisse, eaque de causa *Patricium* dictum, credidit Hadrianus Valesius in Notis ad Berengarii carmen, eique ambas manus dedit Justus Fontaninus, Archiepiscopus Ancyranus in Præfatione ad Commentarium S. Columbæ. Hunc etiam Præsul Doctissimus eumdem censet, atque Gregorium Exarchum, quem ex Agnello Ravennate supplevit Bacchinius. Alia est sententia Anonymi Mediolanensis in praeclarissima Dissertatione Chorographica Italiæ medii ævi num. 80. Ejus accipe verba: " Non „ observavit, a Gregorio Pauli ad Gregorium „ Agnel-

„ *Præsidio.* „ Addit plura, quibus *Patricii* dignitatem cum *Exarchorum* munere perperam confundi ostendit.

INFELICI Tasonis & Caconis morte accepta, *Dux Forojulianus* (ait Paulus Capite XLI.) *Grasulfus Gisulfi germanus constituitur.* Patrui Imperium despicantes Radoaldus & Grimoaldus, ad Arichim Ducem Beneventanum nutricium nuper suum se contulere. Ad annum usque *661.* Ducatum Forojuliensem administravit Grasulfus. In Appendice Operum Gregorii Turonensis in editione Theodorici Ruinart extat Epistola num. V. Romani Exarchi, data Childeberto II. Francorum Regi anno 590. ubi significata *Montenæ*, (seu *Motinæ*, aut *Mutinæ*,) *Altini*, *Mantuæ*, atque *Æmiliæ* receptione, hæc habet: *Ravennam remeantes, in Histriam Provinciam contra hostem Grasoulfum deliberavimus ambulare. Quam Provinciam venientes, Gisoulfus vir magnificus Dux filius Grasoulfi in juvenili ætate, meliorem se patre cupiens demonstrare, occurrit nobis, ut cum omni devotione Sanctæ Reipublicæ se cum suis prioribus & integro suo exercitu, sicut fuit, subderet.* Hunc eumdem puto Grasulfum, Gisulfi Ducis Forojuliensis *germanum* ut ait Diaconus, alterius Gisulfi patrem, qui Provinciam Istriam Græco Imperatori eripere vano conatu nisus fuerit; ipsumque demum Forojuliensem Ducatum post necatos Tasonem & Caconem obtinuit. Nomen, ac tempora conveniunt.

II. AD Aquilejæ Antistitum successionem accedo. Severo Dandulus numerat successorem Marcianum anno Domini DC. VII. Imo successor constitui debet Candianus, sive Candidianus, in Insula Grado a Catholicis eodem anno electus. Quinque Sedis ejus anni numerantur. Succedit Epiphanius. Hunc *Episcopum laudatum esse*, scribit Dandulus, *anno Domini* DC. XV. Nutat Chronographia, propterea quod post Severum, & ante Candidianum, fide Codicis Gradensis, collocatus fuerit Marcianus: quo tamen adempto cum tribus Sedis annis, infulas accepisse Epiphanium anno 612. dicendum est.

HUNC narrat Diaconus Libro IV. Capite XXXIV. *fuisse Primicerium Notariorum*, B *Primicerius* dicebatur *Notariorum*, hocest, eorum primus aut princeps. Hocce munere, & honore potiebatur in Ecclesia Gradensi Epiphanius, quo ipsum *a Severo Patriarcha* exornatum, narrat Dandulus; unde colligi potest, Schismati prius addictum, ac Severo Schismatico communicantem, Ecclesiæ postea unitatem amplexum esse.

INTEREA *Epiphanius* (Chronistæ Veneti verba sunt) *cum sedisset anno uno, mensibus* III. *diebus* II. *moriens, suam Ecclesiam heredem instituit, & in ea Sepulturæ traditur.* Cypriani successoris electionem illigat *anno Domini* DC. XVI. Semoto vero purgatoque Chronographiæ vitio jam indicato, annus Christi numerandus est *613.* *Hic in Pola civitate Istriæ natus*, inquit ille, *puritate mentis, & integritate corporis huic Sedi præpositus est ...* C *Subsequenter* XV. *anno suæ Sedis, humanæ sortis tributum solvit: & in Gradensi Ecclesia Sanctæ Euphemiæ sepellitur.* Quo tempore post Romanos Pontifices Decessores, Bonifacium IV. Deusdedit, & Bonifacium V. clavum Ecclesiæ Christianæ regebat Honorius a die 27. Mensis Octobris anni 625.

III. POST Cyprianum *Fortunatus quidam hæreticus* (verbis utor Chronici Gradensis apud Ughellum) *Pontificatum arripuit, qui quintam Synodum minime credens, ob sui erroris piaculum pavens, totam Ecclesiam Gradensem Metropolitanam denudans in auro, & vestibus, vel ornamento, similiter & Ecclesias baptismales Provinciæ Istriæ, & Xenodochia, quæ* D *ad eamdem Ecclesiam Gradensem pertinere videbantur, fugam in Longobardiam petiit, apud Castrum Cormones super civitatem Aquilejam Milliario* XV. Eadem habet Dandulus, additque: Fortunatum *Longobardorum audacia* Sedem Gradensem occupasse: eumque post fugam *in Castrum Cormones, ibi pestilenter sedem tenuisse.* Errorem ergo & Schisma, quo tenebatur, simulans Fortunatus, Langobardis opem suppeditantibus, infulas rapuit Gradenses. Suæ conscius pravitatis, non ita celari eam posse veritus est, quin Gradensibus demum nota fieret. Hinc expilatis Gradi & Istriæ Xenodochiis & Ecclesiis, arrepta fuga, condignam pœnam evasit. A Langobardis Foroju-

Venetiarum & Istriæ ad Honorium scripsisse legis, eos intellige qui errore & Schismate deposito, ad unitatem Ecclesiæ redierant.

HONORII Epistolam recitat Dandulus, & post ipsum Baronius ad Annum DC. XXX. num. 14. " Honorius Episcopus servus servorum Dei, dilectissimis Fratribus universis „ Episcopis per Venetiam, & Istriam constitutis &c.... Et suademus, & decretales „ apices Fraternitati vestræ dirigimus, per „ quas expetimus, ut in loco Judæ (*Fortunatum intelligit*) alius vitæ probabilis ad regendum gregem Dominicum promoveatur. „ Et non immerito is, qui dejectus est, & Judæ actibus comparatur & moribus; nam „ quod ille in capite (*Christo Jesu*,) hoc iste „ videtur exercuisse in corpore (*quod est Sancta Christi Ecclesia*.) Primogenium itaque „ Subdiaconum, & Regionarium nostræ Sedis, Gradensi Ecclesiæ Episcopali ordine „ cum Pallii benedictione direximus consecrandum. Oportebit ergo, Fraternitatem „ vestram juxta legem Ecclesiasticam cuncta „ disponere, capitique vestro sinceram obedientiam exhibere. Nos enim dirigentes „ homines nostros ad Excellentissimum Longobardorum Regem, injunximus, ut eumdem Fortunatum, uti relicta ab eo Republica, ad gentesque prolapsum, & abnegata concordiæ unitate, Deo rebellem & perfidum, necnon res quascumque secum aufugiens abstulisse monstratur, expetere & „ repetere non moretur; ut & hi, a quibus „ hæc repetuntur, a partibus Christianissimæ „ Reipublicæ parem justitiam consequantur. „

PLURA discimus. Fortunato Schismatico pulso, Catholicus Primogenius in Insula Grado, Honorii Pontificis opera, Episcopus initiatur. Regionarios extitisse in Ecclesia Romana Diaconos, Subdiaconos, Notarios, Defensores, res notissima. Septem duntaxat ex quolibet ordine assumebantur, quibus hac dignitate ac nomine auctis aditus patebat, ut ad Sacra simul cum Pontifice convenirent. De his agit Baronius ad Annum D. XCVIII. num. 16. Eo inter Subdiaconos honore pollebat Primogenius. Consecrandus dirigitur ad Insulam Gra-

stianissima, quæ nunquam erroribus implicita, neque ullo divisa Schismate, Christianam fidem illibatam jugiter servavit, ac unitatis centro Sedi Apostolicæ firma semper adhæsit. Falli tamen Baronium, prædictamque Rempublicam intelligi debere Græcorum dominationem in Italia, existimo. Tunc enim Græcis Istria, ac Opitergium cum Venetiæ continentis parte suberant, ac præterea Ravenna cum Exarchatu, atque Roma; eorumque dominium passim Respublica, & Sancta Respublica vocabatur. Pervia, ac plurima exempla prætereo. Satis fuerit Romani Exarchi testimonium in Epistola citata ad Childebertum Francorum Regem, & Schismaticorum Venetiæ Rhetiæque in Libello ad Mauricium Imperatorem. Hæc habent isti: *Tempore ordinationis nostræ, unusquisque Sacerdos in Sancta Sede Aquilejensi cautionem scriptis emittimus, studio & fide Ordinatoris nostri, nos fidem integram Sanctæ Reipublicæ servaturos*. Ait ille: *Gisoulfus .... meliorem se patre cupiens demonstrare, occurrit nobis, ut cum omni devotione Sanctæ Reipublicæ se cum suis prioribus & integro suo exercitu, sicut fuit, subderet*.

IN Codice Ambrosiano, quem referunt Mediolanenses Danduli Editores, eadem Honorii Epistola his verbis desinit: *Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi Fratres. Datum* XII. *Kal. Martii, Regnante D. D. piissimo Augusto Heraclio anno* XVIII. Imperium capessiverat Heraclius die 5. Octobris anno 610. unde annus ejus decimus octavus incepit die eadem Octobris anno 627. ac majori cum parte anni insequentis 628. concurrit. Hinc Primogenium colligimus, Sedem Gradensem conscendisse eodem anno 628. Quem etiam annum designant anni Sedis Candidiani *quinque*, Epiphanii *unus*, & Cypriani *quindecim* simul collecti, iidemque numerati ab anno 607. quo Candidianus Catholicus in Insula Grado electus est.

LITTERAS memorat Honorius ab se datas ad Regem Langobardorum, ut Schismaticus Fortunatus, qui expilatis Ecclesiis Gradi, & Istriæ in ditione aut Republica Græcorum, ac onustus rapinis ad Langobardos fugerat, pro

curreret, dilucide patet, incepisse Adaloaldum imperare anno 615. Narrat Paulus Diaconus Libro IV. Capite XLIII. Adaloaldum, *cum eversa mente insaniret, postquam cum Matre decem regnaverat annis, de regno ejectum esse, & a Longobardis in ejus loco Arioaldum substitutum*. Decimus ille Regni annus incipit anno 624. ac anno insequente 625. definit, At eo dementiæ vitio non laborasse Adaloaldum, vel ab eo morbo convaluisse, colligimus ex Epistola Honorii ad Isaacium Exarchum, Eleutherii successorem, qua ipsi pro viribus curandum mandat, ut ad Italiæ Imperium Adaloaldus, pulso Arioaldo, revocaretur. Has litteras recitat Sigonius: easdemque diversis verbis recenset Ivo in Decreto Parte XII. de juramento & Perjurio Capite XXV. Suo redonatum regno Adaloaldum, contendit Pagius, vitæque ipsius tempus differt ad annum 628. Inanes Pontificis & Exarchi curas, ut pristinum ille regnum reciperet, cecidisse, communior est Scriptorum sententia. Pagio favere videtur nota Chronica Epistolæ Honorii ad Episcopos per Venetiam & Istriam constitutos, quæ annum prædictum 628. designat; nec enim scripserit Pontifex ad Arioaldum, Arianæ impietatis professorem, perfidum regni Adaloaldi occupatorem, quem ejici debere, legitimo Rege restituto, datis ad Exarchum litteris, pro sua virili studebat. Utut sese res habeat, constitutæ Gradensium Episcoporum Chronographiæ, initæque a Primogenio Sedis calculis hærendum censeo.

IV. CONFIRMATIO accedit. Epigramma legitur in laudem Honorii Pontificis apud Gruterum Tomo II. pag. MCLXIII. num. 5. in quo nota Chronica indicatur animadversione digna. Carmina hæc sunt:

Histria testatur possessa hostilibus armis
Septies & decies Scismate pestifero.
Esset ut impletum Hieremiæ voce canentis
Ultio captivis tam numerosa fuit.
Sed bonus Antistes, Dux plebis, Honorius armis
Reddidit Ecclesiis membra revulsa piis.
(al. *suis.*)

obtinuit.

ITA vero septuaginta numerandi anni sunt. Aquilejense & Istricum Schisma, Macedonio Sedem tenente, incepit. Sed illud maxime erupit, cum incentore Paulino Synodus coacta est *ad dijudicandam generalem Synodum*, ut ait Pelagius I. Eam Schismaticam Synodum celebratam diximus anno 557. quo Suffraganei Aquilejenses Episcopi, consensu Romani Pontificis insuper habito, Paulinum Schismaticum elegerunt Metropolitam. Hinc septuaginta anni si numerentur, annum habemus 627. Quo circiter tempore, scilicet anno insequente, in Ecclesiæ unitate Gradensium & Istrorum animos, quos dimovere curaverat Schismaticus Fortunatus, consolidavit Honorius, misso ad Gradenses Catholico Primogenio *cum benedictione pallii*,

ITAQUE plerosque, aut omnes Istriæ Episcopos, & aliquos etiam Venetiæ hoc tempore, Honorii Pontificis optimi studio & solicitudine, ad unitatem Ecclesiæ revocatos, addiscimus. Quod insuper memorat aliud Epigramma apud Aringhum in Roma subterranea Libro II. Capite VIII. Sequentia carmina decerpo:

Utque sagax animo divino in carmine pollens
Ad vitam Pastor ducere novit oves.
Histria nam dudum sævo sub Schismate fessa
Ad statuta Patrum teque monente redit.

V. FULGENTISSIMÆ huic luci claudentes oculos Metropolitæ, qui in vetere Aquileja eligebantur, pertinacissimi in Schismate jacebant. Post Joannem Catalogi Aquilejenses numerant Marcianum, deinde Fortunatum. Successores omnes usque ad Petrum alto silentio præterit Paulus Diaconus; puduit enim fortasse ejus Provinciæ Scriptorem, ejusque Ecclesiæ olim Diaconum, Episcopos memorare, qui ab unitate Ecclesiæ pertinacissime abhorrebant, vitamque obscuram miseramque infelicissime traduxere.

JOANNIS post Severum electi annos nec Diaconus, neque Catalogi indicant: Octo vero,

... Quæ omnia diligentius expendens, conjectandi ansam arripio, Fortunatum Aquilejensem dici eumdem debere, qui Gradensem Ecclesiam occupaverat, ac inde fugiens apud Langobardos profectus, in Castro demum Cormoni sedit.

An idem Fortunatus jam fuerit Aquilejensium aut Langobardorum Metropolita cum Sedem Gradensem occupavit; an potius pridem ejectum Grado, sibi post Marciani obitum præfecerint Schismatici, quæri potest. Priori parti Petrus Calo Ordinis Prædicatorum favet in Historia Translationis S. Hermagoræ inter Acta Sanctorum Tomo III. Julii. Ait enim: *Quo* (Cypriano) *mortuo*, *eamdem* (Sedem Gradensem) *invasit Cyprianus* (leg. *Fortunatus*) *hæreticus*, *qui apud Forumjulii usurpaverat Sedem Pontificatus*, *fulsus Longobardorum audacia*. *Hic invasit Metropolim* (Gradum) *& spoliavit*, *eique subjacentes Ecclesias baptismales Provinciæ Istriæ ac Xenodochia: & remeavit ad Castrum Blemanense* (Cormonense) *in Longobardorum confinio situm*, *ubi cathedram pestilentiæ tenebat*. Partem alteram verissimam puto. Fortunatum Gradense Chronicon, antequam simulato orthodoxiæ studio, in sedem conscenderet, veluti *quendam hæreticum* exhibet, privatum scilicet hominem, nulla dignitate fulgentem. Post rapinas in Grado, & in Istria peractas, ipsum *fugisse* narrat *in Longobardiam apud Castrum Cormones*: neque pristinæ, quam regeret apud Langobardos Forojulienses, Ecclesiæ mentionem injicit. Ait etiam Honorius Pontifex in citata Epistola: Fortunatum rapinis onustum, *relicta Republica*, *ad gentes prolapsum esse*. Cur diceretur Rempublicam deseruisse, atque prolapsus ad gentes, idque vocaretur in crimen, si antea Aquilejæ sedisset Longobardorum Metropolita?

Itaque Grado fugiens, a Langobardis exceptus est in Castro Cormoni. Post obitum Marciani infulas obtinuit Aquilejenses: ac fortasse primus fuit, qui sedem eodem in Castro locavit. Quo id anno factum, dubium incertumque: certum vero & exploratum id accidisse post annum 628. quo Primogenius in Insula Grado sacra ordinatione initiatus est. Hinc

B

to. Schismatica præterea Aquilejensium Antistitum facinora per hæc tempora insignis repræsentat locus in Actis S. Eustasii Luxoviensis Monasterii post Columbanum Abbatis. In eisdem Actis, quæ inter Bedæ opera extant, ubi de Agrestino Monacho agitur, qui spretis paternis Eustasii admonitionibus e Cœnobio discesserat, hæc habentur: *Ad Aquilegiam transit: Aquilejenses etenim discordabant a communione Sedis Apostolicæ . . . ob trium Capitulorum dissensionem; quæ præsenti operi necessarium non duximus inserere*. Bollandi Continuatores eadem Acta ex Codicibus MSS. *primigenia phrasi*, ut ajunt, ediderunt ad Diem XXIX. Martii, in quibus textus integer ac sincerus his verbis exhibetur: *Deinde vero ad Aquilejam pertransiit: Aquilejenses etenim desciscunt a communione Sedis Apostolicæ . . . ob trium Capitulorum defensionem*, *ex qua discordia in longum incrementa manarunt: quod præsenti operi non est inserendum*. Differentia patet hæc inter, ac priora Eustasii Acta. Hæc deinde habentur: *Itaque veniens Aquilejam*, *socius statim Schismatis effectus*, *Romanæ Sedis a communione sejunctus ac divisus est; quicumque Romanæ Sedi conjungeretur*, *damnans*, *& in sola Aquileja orthodoxam fidem retineri docens*. Plenos istos didicerat temeritatis ac audaciæ sensus a Schismaticis Aquilejensibus Agrestinus. *Quo Schismate imbutus*, *Epistolam venenosam*, *increpationibus plenam*, *ad Beatum Attalam per Aureum Adalualdi Regis Longobardorum Notarium dirigit*. Hinc ab Agrestino scripta Epistola est post annum 615. & ante annum 624. Eam refert Mabillonius ad Annum 621. in Annalibus Benedictinis. Acta citata Jonas Monachus scribebat post annum 646. cum S. Eligii Episcopi Veromandensis anno eodem 646. electi, velut adhuc superstitis, mentionem ingerat. Hinc Schisma hac ætate Aquilejæ efferbuisse colligimus ex illis Jonæ verbis: *Aquilejenses etenim desciscunt a communione Sedis Apostolicæ*; & illis, *Discordiæ in longum incrementa manarunt*.

C

D

Hæc cum legeret de Agrestino apud Sigonium, vel in Actis inter Opera Bedæ Hieronymus Megiserus, Agrestinum credidit Aquilejen-

mo Antistiti, tribuit Dandulus *Sedis annos* XX. *menses* III. *dies* VII. Ejus electionem consignaverat *anno Domini* DC. XXX. unde supremum diem clauserit ille *anno* DC. L. quo etiam *Maximum Patriarcham Gradensem approbatum esse*, narrat idem Chronista Venetus. Initium sedis Primogenii retrahendum ad annum Christi 628. confecimus Capite praecedente ex Epistola Honorii Papae, aliisque conjecturis; unde sequitur, tum ipsum e vita migrasse, tum eidem suffectum Maximum anno circiter 648.

ANNO insequente Gradensem jam regebat Ecclesiam Maximus, quem subscriptum legimus in Secretario I. Synodi Lateranensis sub Martino I. celebratae anno 649. his verbis: *Residentibus etiam Viris venerabilibus, pariterque cum eo* (Martino) *audientibus, Maximo sanctissimo Aquilejensi Episcopo &c.* Ibidem inter Acta inducitur *Maximus* idem *Venerabilis Episcopus Aquilejensis Ecclesiae* ferre sententiam contra Monothelitarum haeresim; ac inter caetera pro Synodo quinta ita pronunciat contra tria Capitula: *Contra Theodorum autem, & Origenem in Sancta quinta Synodo accusator quidem nullus; sed tantummodo eorum conscripta ad accusationem ipsorum, & reprehensionem suffecisse noscuntur*. In aliis Secretariis nomen ejus legitur, ac sententia.

HUNC *origine Dalmatinum* vocat Dandulus, *Virum justum, & pium*. Narrat etiam: *Patriarcham factum Monasterium S. Mariae de Barbano in Territorio Tergestino plurimis possessionibus dotavisse*. Locus etiamnum extat intra Gradensis Ecclesiae fines. Ait denique: *Hic Maximus, postquam annis* XX. *Gradensem rexit Ecclesiam, moriens in Grado in Ecclesia* S. *Euphemiae tumulatur*, anno Christi 670. Biennium detrahendum est, ut saepe admonuimus; unde Sedis annis retentis, emortualis annus fuerit 668.

II. INTER haec vices suas passus est Ducatus Forojuliensis. Grasulfo defuncto anno 661. juxta Sigonii calculos, Ago successor praeficitur, Capite XVII.) *usque hodie domus quaedam intra Forumjulii constituta, domus Agonis appellatur*. Usque ad annum 663. tenuit Ducatum, ac post ipsum *Forojulianorum Ductor Lupus efficitur*. Tunc regnum Langobardorum administrabat Grimoaldus, quem post Arioaldum praecesserant Rotharis, Rodoaldus, Aripertus, Pertharitus & Gundebertus fratres.

LUPUS idem, Aquilejensis Episcopi voris, ut puto, morem gerens, *in Grados insulam, quae non longe ab Aquileja est*, (verbis utor ejusdem Diaconi loco citato) *cum equestri exercitu per stratam, quae antiquitus per mare facta fuerat, introivit: & depraedata ipsa Civitate*, C *Aquilejensis Ecclesiae thesauros exinde auferens deportavit*. Hanc viam, sive aggerem in mari stratum olim extitisse, non ita facile credunt alii. In praedictum Aquilejensis Ecclesiae thesaurum dudum in Gradum Insulam translatum primus injecerat sacrilegas manus Fortunatus Episcopus. An ejusdem Sedem adhuc Aquilejae tenentis consilio, novum facinus molitus fuerit Lupus, incertum. Hac data occasione Codicem Evangelii S. Marci, Forumjulium a Lupo delatum esse, putat Basilius Zancarolus in ejusdem Civitatis Forijulii Antiquitatibus in Lupo. Fabellam authenticis documentis rejecimus Capite II.

DEFECTIONEM Lupi a Rege Grimoaldo, Cacanum Hunnorum Regem in excidium D Ducis vocatum, Forojuliensem regionem late populationibus ac incendiis direptam, Lupum denique in pugna peremptum, narrat Paulus Diaconus Libro V. citato, Capitibus XVIII. XIX. XX. & XXI. Post obitum Patris, Sclavis, qui Carinthiam incolebant, in auxilium advocatis, Ducatum occupare tentavit Varnefritus, ut pergit Historicus referre Capite XXII. Grimoaldus, eo deleto, Vectarim Vicentinum suffecit. Haec anno 664. contigerunt. *Hunc* (Vectarim) *cum audisset Sclavorum gens* (verba sunt laudati Diaconi Capite XXIII.) *Ticinum profectum esse, congregata valida multitudine, voluerunt super Forojulianorum Castrum*

(Dignum est animadversione, Patriarchæ nomen adhibitum fuisse a Sclavis; jam enim colligi potest, Episcopum Aquilejensem vulgo per hæc tempora eo titulo appellatum finitimis populis jam noto.) *Qui cum ad pontem Natisonis fluminis, qui ibidem est, ubi Sclavi residebant, propinquasset; cassidem sibi de capite auferens, vultum suum Sclavis ostendit, erat enim calvo capite.* (Etiamnum tertio a civitate Forijulii milliario in angustiis Natisonis amnis pons lapideus occurrit.) *Quem dum Sclavi, quia ipse esset Vectari, cognovissent, mox perturbati Vectari adesse clamant.* In fugam irruunt: Dux eos insequitur, ac ultima internecione profligat.

III. AD catholicos Metropolitas Aquilejæ, qui eligebantur in Insula Grado, revertor. Post Maximum *Stephanus secundus* (verba Danduli sunt) *Patriarcha creatus est anno Domini* DC. LXX. Biennio dempto, annus Christi *668.* numeratur. *Hic Parentio civitate Istriæ natus, ab Episcopis, Clero, & populo novæ Venetiæ, & Istriæ, qui a Longobardorum jugo exemti erant, Patriarcha electus & consecratus est... Finitis annis* V. *mensibus* II. *in Ecclesia sua moritur, & in capella S. Joannis in eadem urbe sepultus est*; anno Christi juxta calculos Chronistæ *675.* at biennium si dematur, *673.* Obierat anno precedente Grimoaldus Langobardorum Rex. Garibaldus puer successit: quo mox exturbato, Pertharitus iterum obtinuit regnum cum filio Cuniperto usque ad annum *688.* Josephi Antonii Saxii calculos in Notis ad Sigonium de Regno Italiæ consectari satius est.

METROPOLITÆ Stephano sufficitur Agatho anno Domini *673.* quem designavimus. *Hic in Justinopoli* (sic ait Dandulus) *civitate Istriæ natus, his diebus electus Patriarcha a suffraganeis suis novæ Venetiæ & Istriæ consecratur.* Interfuit cum suffraganeis Romanæ Synodo, quam contra Monothelitas anno *679.* celebravit Agatho Papa. Subscriptum legimus Epistolæ *ipsius Agathonis & Romanæ Synodi, quæ fuit velut instructio Legatorum, qui missi sunt ad Synodum sextam celebrandam,* his verbis: *Agatho Episcopus Sanctæ Ecclesiæ Aquilejensis, Provinciæ Istriæ, in hanc suggestionem, quam pro Apostolica nostra fide unanimiter con-*

...nenatus Episcopus Sanctæ Ecclesiæ Opitergiensis provinciæ Istriæ &c. Ursinianus Episcopus Sanctæ Ecclesiæ Paduanæ provinciæ Istriæ &c. B *Paulus Episcopus Sanctæ Ecclesiæ Patavinæ provinciæ Istriæ &c. Paulus Episcopus Sanctæ Ecclesiæ Altinensis provinciæ Pentapolis.* Ejusdem Pentapoleos provinciæ Episcoporum nomina sequuntur. Menda irrepsere, quæ corrigenda sunt. Postremus Paulus non *Altinensis* Ecclesiæ, sed *Ariminensis* Episcopus dicendus. In textu græco legitur ἐκκλησίας Ἀριμίνου. Pentapolis provincia errorem manifestat. Paulus, qui præcedit, diciturque *Patavinæ*, appellari debet *Altinensis* Ecclesiæ Antistes, ut in græco habetur Ἀλτινίνου. Nullus Ursinianus hac ætate *Paduanam* regebat Ecclesiam; unde legendum, *Ecclesiæ Petenensis.* Andreas non *Vejentanæ*, sed *Celejanæ Ecclesiæ* Episcopus dicitur in textu græco, ἐκκλησίας Κελαιάνης; C sed omnino legendum *Veglentanæ*, & in græco Βεγλιάνης, adnotat Lucas Holstenius. Errorem puto in Ecclesia Ursini Episcopi, quæ *Cenetensis* dicitur. Civitatis illius Sedes hoc ævo Episcopalis mihi dubia, cujus ante hanc ætatem nulla certa mentio. In græco legitur, ἐκκλησίας Κένευ. An fuerit *Cesensis* in Istria Episcopus?

JAMVERO sex Episcopi ad Istriam Provinciam pertinebant, quæ Græco suberat Imperatori: iidemque Gradensem Episcopum agnoscebant Metropolitam. Ad Ecclesiæ namque unitatem redacti catholico, qui eligebatur in Insula Grado, Antistiti parebant: eosque ut retraheret a Primogenio Gradensi, frustra Fortunatum Aquilejensem pertentasse, jam vidi- D mus. Digna est animadversione *Provinciæ Istriæ* appellatio, siquidem *Longobardi hoc tempore* (verba sunt Danduli Libro VI. Chronici Capite VII. Parte XVII.) *totam terrestrem Venetiam possidentes, excepta Istria, illam vocare cœperunt Longobardiam*; unde non ea solum ratione Istriæ Provinciæ dicuntur Episcopi, quod eadem Provincia pars maxima esset Diœceseos, quam catholicus Metropolita Gradensis regebat; verum fortasse etiam ut ab Episcopis *Longobardiæ*, seu Venetiæ continentis a Langobardis occupatæ distinguerentur.

DUO supersunt Episcopi, Opiterginus, & Altinas, quorum Civitates in Venetia exta-

IV. ATTENTIORE mentis indagine digna est tum Maximi in Concilio Lateranensi, tum Agathonis in Romano subscriptio, qua *Sanctæ Ecclesiæ Aquilejensis* Episcopi dicuntur. Arbitrantur nonnulli, Episcoporum, qui eligebantur Aquilejæ, seriem augeri utroque adjuncto oportere: & hoc etiam ævo Schisma Aquilejæ extinctum, Norisio placuit in Dissertatione citata Capite IX. §. VI. Utrumque rejicimus. Ad Sergii Romani Pontificis tempora Schisma Aquilejense perdurasse, Capite sequente ostendendum. Ejusdem vero Ecclesiæ catalogi nec Maximum, nec Agathonem exhibent. An Episcopos orthodoxia claros, doctrina illustres, ac ævo illo præstantissimos neglexerint Aquilejenses, eosque impune rapuerint Gradenses?

MIRANDUM non est, *Aquilejenses* dici Maximum, & Agathonem; erant enim Ecclesiæ Aquilejensis catholici Metropolitæ. Rem hactenus non observatam declaramus. Nondum Aquilejæ Metropolis in duas diffecta fuerat: quod accidisse Gregorii II. auctoritate post Schisma sublatum, Capite sequente dicemus. Una Metropolis erat, quæ Schismate lacerabatur: unum corpus cum duplici Capite, altero Schismatico, altero Catholico: ac alteri sana membra adhærebant, alteri morbosa. Catholicus Metropolita eligebatur in Insula Grado, adeoque Gradensis dictus: Schismaticus appellatus est Aquilejensis, quod Joannes, catholico Candidiano oppositus, in vetere fuerit ordinatus Aquileja. Uterque se gerebat pro Aquilejensi, ac sibi jura in totam Metropolim vendicabat. Favore Langobardorum fruebatur Schismaticus: Catholico favebant Romani Pontifices, Exarchi, & Venetorum Christianissima Respublica. Id erat vero Sedis Apostolicæ consilium, ut sanato Capite, in reliqua membra sanitas diffunderetur: ac monstroso Capite altero reciso, omnibusque demum Provinciæ Episcopis ad unitatem Ecclesiæ catholicæ revocatis, unitas quoque fieret in Metropoli Aquilejensi. Res hæc seipsa patet, ex hactenus dictis sponte fluit, ac magis infra declaranda.

JURE itaque ac merito Maximus, & Agatho, quanquam in Insula Grado electi & or-terranea Libro II. Capite VIII. & Gruterus Tomo II. pag. M. CLXIX. num. 6. Id sane perfecit Honorius, cum diris devoto Fortunato Schismatico, catholicum Primogenium in Insula Grado consecrandum designavit Metropolitam, dictum ex loco ordinationis & incolatus Gradensem, re tamen ipsa Aquilejensem.

V. PRÆDICTI Antistites Gradensem Ecclesiam dum regerent, sibique in communione catholica adhærentes haberent Provinciæ Istriæ Episcopos, ac Venetiæ nonnullos, Schisma retinebant Aquilejenses, quorum seriem hac ætate sic exhibent Catalogi: *Fortunatus Patriarcha sedit annis* III. *Felix annis* XIV. *Joannes annis* IX. *Joannes alter annis* X. Sedis annos curet nemo; vitio siquidem certissime laborant. Felicis cujusdam Diaconi Grammatici hoc tempore florentis meminit Paulus Libro VI. Capite VII. his verbis: *Eo tempore floruit in arte Grammatica* (seu disciplinis liberalioribus) *Felix*, *patruus Flaviani præceptoris mei*, *quem intantum Rex dilexit*, *ut ei baculum argento auroque decoratum*, *inter reliqua suæ largitatis munera condonaret*. Tam munificus Rex videtur esse Cunibertus, de quo Paulus præcedente Capite agit. Regnum tenuit ille cum Patre Pertharito ab anno 673. usque ad 690. vel 688. ac inde regnavit solus usque ad annum 692. quo Alachis Imperium invasit. In Regiam, qua exturbatus fuerat, reductus Cunibertus, obiit anno 703. ut Sigonio placet, vel 700. ut probat Saxius. Hæc porro Cuniberti Regis tempora Sede Felicis Aquilejensis posteriora sunt; unde cum Felice Grammatico confundi non debet Præsul Aquilejæ.

NULLA præsto sunt vetusta documenta, quibus eorumdem Antistitum Chronotaxis digeri, ac illustrari queat. De initio Sedis Petri successoris, ac anno emortuali, Capite sequente dicendum: indeque satis constare poterit spatium temporis, quod ab eisdem implendum fuerit. An demum *Joannes alter* distingui debeat, dubium oritur ex Codicum discrepantia. Deest ille in Catalogo Muratoriano, & apud Ughellum. Idem recensetur in Chro-

I. POST Agathonem numerat Christophorum successorem Dandulus his verbis: *Christophorus Patriarcha Gradensis inthronizatus est anno Domini* DCLXXXV. *Hic natione Polanus, vir in pauperes pius, & in fabricandis Ecclesiis studiosus, hoc tempore Patriarcha factus est.* Hactenus Chronista Venetus libros Chronici & Capita ordiri ex Antistitum Gradensium Sedis initio consuevit. Consilio & ordine mutato, Librorum deinceps & Capitum sumit initium a Ducibus Venetiarum. Librum Septimum inchoat, primumque Caput a Paulutio Duce. Parte XXV. hæc pergit de Christophoro narrare: Is *anno* XXXII. *suæ Sedis in Grado mortuus est, & sepultus in Ecclesia S. Joannis Evangelistæ.* Sedis anni, quos numerat Dandulus, desinunt anno æræ vulgaris 717. vel 715. si biennium dematur, ut frequentius admonuimus. Donatus Patriarcha successit. Hic *natione Placentinus* (Chronistæ verbis utor) *sedit annis* VII. *moriensque in Grado in Ecclesia S. Euphemiæ sepultus est.*

JOANNE III. Aquilejensi defuncto, successorem datum *Petrum* exhibent Catalogi: eidemque *anni* XIII. tribuuntur. Hujus obitum memorat Paulus Diaconus Libro VI. Capite XXXIII. *Mortuo denique*, inquiens, *his diebus Patriarcha Petro, Aquilejensis regimen Ecclesiæ suscepit Serenus.* Ex ejus anno emortuali, cum cætera desiderentur monumenta, Sedis ejus tempora definienda sunt. Cum ait Paulus, *His diebus* vita functum Petrum esse, obitus ejus annum indagandum relinquit ex iis, quæ antea narraverat, ac postea narrare pergit. Itaque Capite præcedente XXXII. de Philippici Imperatoris adclamatione agit, deque cæde Justiniani Junioris, postquam iterum Augustus Orientem administravit: & Capite sequente XXXIV. Philippicum narrat *in Sede Imperiali confirmatum.* Hæc periti Chronologi contigisse docent anno 711. quo etiam e vita migrasse Petrum, credi debet. Tredecim in Catalogis numerantur Sedis ejus anni, quibus subductis annus Christi habetur 698., quo

B regimen susceperit ille Ecclesiæ Aquilejensis. Sed fidem Catalogorum in annis dubiam vitiatamque supplet Dandulus Libro VII. citato Capite I. ubi Parte V. *Absimarus*, ait, Tiberius dictus, *creatus est Imperator anno Domini* DCXCIX. Id anno præcedenti consignat Pagius. Deinde ait Parte VIII. *Eodem tempore Petrus Aquilejensem gubernabat Ecclesiam.* Quæ verba clare indicant, ad superiores annos illius esse institutionem referendam.

II. AD ea devenimus tempora, quibus, aspirante Numine supremo, vetus Aquileja, errore deposito, Schismate ejurato, ad veritatem rediit ac unitatem Ecclesiæ Catholicæ. Quanquam Honorii ætate Schisma illud omnino ex-
C tinctum non est, Schismaticorum tamen æstus deferbuit: & quæ primum pertinacia fuerat, annorum decursu imperitia facta. Quod incepit Gregorius, quod Honorius Apostolica solicitudine persequutus est, perfecit denique Sergius, revulsis membris Ecclesiæ Catholicæ compagi restitutis. Rem narrat Venerabilis Beda in Chronico, sive Libro de sex ætatibus mundi, his verbis: *Tiberius* (Absimarus) *annos* VII. *Synodus Aquilejæ facta ob imperitiam fidei, quintum universale concilium suscipere diffidit, donec salutaribus Beati Papæ Sergii monitis instructa, & ipsa huic cum cæteris Christi Ecclesiis adnuere consentit.*

VITA functus est Beda anno 735. Absima-
D rus adeptus fuerat imperium anno 698. cum Sergius annum ageret XII. in Sede Romana; unde rei testimonium perhibet Venerabilis Abbas, quam viribus, ætate, doctrina florens optime nosse ac scire potuit. Qui Honorio Schismatis extincti meritum & gloriam attribuunt, responsa varia excogitarunt. Putant nonnulli, errasse Bedam. Alii interpretatione adhibita, ejus verba declarant. Plerique demum existimant, post Honorii ætatem, non Episcopos, sed aliquos de plebe homines, adhuc hæsitantes, verum dogma a Sergio accepisse: vel etiam virus illud, quod animis Aquilejensium insederat, sæpius recruduisse.

SPONTE cadunt levitate sua hæc omnia. Dici

centor Schismatis, coëgit celebravitque *ad Synodum generalem dijudicandam*, ut scribit Pelagius I. Quis enim cogitet, aut scribat, Sergii Papæ monitis instrui potuisse Synodum a Paulino congregatam, seculo integro ac rursum fere dimidio anteriorem?

DECEPTUS dicitur Beda. Quo jure, qua ratione? Deceptionis & erroris argumenta postulamus. Illi consentit Paulus Diaconus Libro VI. Capite XIV. ubi ejus verba transcribit: *Hoc tempore*, inquiens, *Synodus Aquilejæ facta, ob imperitiam fidei quintum universale Concilium suscipere diffidit; donec salutaribus Papæ Sergii monitis instructa, & ipsa cum cæteris Christi Ecclesiis annuere consentit*. In Civitate Forijulii natales habuit Paulus, ubi Sedem præsertim post Calistum plures tenuerunt Aquilejenses Metropolitæ: Aquilejensis Diaconus fuit, floruitque ac vita functus est Seculo Ecclesiæ Christianæ octavo: ac Bedam in regione procul dissita Scriptorem, si in errorem incidisset, sine dubio emendasset. Sed alius quoque ejusdem rei testis adest, Scriptor coævus Vitæ Sergii apud Anastasium. Verba ejus sunt: *Hujus* (Papæ Sergii) *temporibus*, *Aquilejensis Ecclesiæ Archiepiscopus*, *& Synodus quæ sub eo congregata est*, *qui Sanctum quintum universale Concilium utpote errantes suscipere diffidebant*, *ejusdem Beatissimi Papæ monitis atque doctrinis instructi*, *conversi sunt; iidemque venerabile Concilium cum satisfactione susceperunt*. Clare & perspicue docemur, non aliquos de plebe, sed Archiepiscopum Aquilejæ cum Suffraganeis in Synodo congregatis, quintam generalem Synodum cum damnatione trium Capitulorum, errore fugato, Sergii studio & opera, amplexum esse.

ARCHIEPISCOPUM Aquilejensem, quo sedente & consentiente hæc facta sunt, Petrum exhibent notæ Chronicæ. Arripuit Imperium Tiberius Absimarus anno 698. cum in Sede Romana duodecimum annum ageret Sergius: eodemque anno Aquilejæ Cathedram aut conscendit, aut certe tenebat Petrus. Romanam rexit Ecclesiam Sergius usque ad Septembrem

citato) *ac omni simplicitate præditus*, *& ad Christi servitia pronus*, *qui sedit anno uno*. Cum Petrus e vita migraverit anno Christi circiter 711. tum etiam Sereno gregem Aquilejensem commissum, aperte conficitur. In Sedis tempore certissime cubat error.

EXTAT Epistola Gregorii Papæ II. *Dilecto Fratri Sereno* inscripta, quam numero sequente integram recensemus. Hæc in ea leguntur verba: *Ad cumulum tui honoris*, *precibus eximii filii nostri Regis flexi*, *plurimum etiam pro rectitudine fidei*, *per quam te tuamque Ecclesiam amplecti agnovimus*, *provocati*, *pallium tibi direximus*. Plura discimus. Error est, ut monuimus, in Catalogis Aquilejensibus, in quibus unus tribuitur Sereno Pontificatus annus; nam Petro successit ille anno circiter 711. & Romanam Cathedram non conscendit Gregorius II. ante annum 715. Itaque post hunc annum Sereno pallium concessit Gregorius; quo prætereca ipsum non exornasset Pontifex, nisi precibus Langobardi Regis constrictus. Illud enim Romanorum Pontificum consilium fuerat, ut Schismate extincto, Aquilejensis Metropolis non scinderetur; unus esset totius Provinciæ Metropolita, qui usque modo in Insula Grado eligebatur; eique se Episcopi ad unitatem revocati subjicerent, ipsumque pro vero Archiepiscopo Aquilejensi agnoscerent. Hinc etiam Sereno, minime Decessori Petro, licet illum instauratæ Catholicæ unitatis meritum commendaret, concessum est pallium; idque factum, nonnisi rogante Langobardorum Rege: ne scilicet duo fierent Archiepiscopi, neque in duas scinderetur Metropolis Aquilejensis.

IS erat Rex Langobardorum Luitprandus, qui post Cunipertum, Luitpertum, Aripertum II. & Asprandum, Regnum Italiæ administrandum assumpserat anno 712. Hildebrandus nepos ejus anno 736. Regni Socius adscitus est, ut Diplomatum notis Chronicis probat sæpe laudatus Saxius: Patruoque defuncto anno 743. solus regni habenas moderatur usque ad annum sequentem 744. Motus ergo

Gre-

tropolitam data occasio, quæ solum diuturno post tempore sedari ac tolli potuerunt. Catholicus Aquilejæ Archiepiscopus, veluti jure postliminii, sibi totam pristinam Aquilejensem Provinciam subjicere nitebatur; sibique ab Istris Episcopis, qui Gradensi Metropolitæ parebant, præstari obedientiam debere contendebat. Egit Serenus hac de re contra Donatum, quem in Insula Grado electum anno circiter 715. adnotavimus. Ad Gregorium querelas, & preces transmiserunt Gradenses & Istri, ut Aquilejensem Antistitem cohiberet: eorumque *Suggestionem* Tiberius Diaconus & Œconomus Ecclesiæ Gradensis memorat in Synodo Mantuana anno 827. celebrata, his verbis: *Item Excerptum ex suggestione Histriensium, & Venetiarum ad Papam Gregorium missa, quam præfatus Tiberius Synodo obtulit, cujus initium est: Suggerendo ter Beatissimo, atque Apostolico, totiusque orbis terrarum Capiti, D. Gregorio universali Papæ, cuncti Episcopi Histriensium, & Venetiarum Provinciæ, seu cuncta generalitas Populi Gradensis oppidi & plebis, ultimi servuli vestri*. Ubi Venetiarum nomen cum legis, Venetiam maritimam intellige, non terrestrem aut mediterraneam; *Longobardi* enim *hoc tempore* (verba Danduli sunt Libro VI. Capite VII. Parte XVII.) *totam terrestrem Venetiam possidentes, excepta Histria, illam vocare cœperunt Longobardiam: maritima vero regio ab eorum jugo exempta, Venetiæ nomen antiquum obtinuit, certis limitata confiniis a Grado usque ad Caput-Aggeris*.

METROPOLITÆ Gradensis, ac Istrorum votis annuens Pontifex, litteras dedit Sereno, aliasque Donato & Marcello Duci Venetiarum. Recitat eas Dandulus Libro VII. Capite II. & post ipsum Baronius ad Annum DCC. XXIX. num. 3. & 4. Litteræ priores sic habent: " Gregorius [*a*] Episcopus servus „ servorum Dei, Dilecto Fratri Sereno &c. „ dictionem cujusquam, sed his esses contentus, quæ usque hactenus possedisti. Nunc „ vero, ut cognovimus, Gradensis Patriarchæ „ niteris pervadere jura, atque ex his quæ possidet [*f*] nunc usque, usurpare. Ne ergo „ in quoquam existas temerator, ex Apostolica auctoritate præcipimus, ne ullo modo „ terminos ab eo possessos excedas, sed [*g*] „ in his habeto, quæ usque modo possedisti; „ nec amplius [*h*] quam in finibus procul „ dubio gentis Longobardorum existentibus „ gressum tendere præsumas, ut non injuste „ suscepisse te gratiam collatam pallii ex præsumptione ostendas; & de Apostolici [*i*] „ rigore Concilii, si inobediens fueris comprobatus, ultione dignus judiceris. „ Dissectam habes Metropolim Aquilejensem, utrique Metropolitæ suas Provinciæ partes adsignatas; intra fines gentis Langobardorum existentem, quæ Aquilejensi contigit; hunc demum prohibitum, ne jura Gradensis invaderet. Titulum *Patriarchæ*, quo idem Gradensis, nempe Donatus, insignitur, interpolatrice manu adjectum puto, ut postea dicendum.

DE Epistola ad Serenum data litteris aliis certiores facit Pontifex prædictum Donatum, ac Marcellum Ducem Venetiarum. Eas referunt laudati Auctores Dandulus, & Baronius: „ Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, „ Dilectis Fratribus Donato Patriarchæ, & „ Episcopis, & Marcello Duci, & Plebi Venetiæ & Istriæ. (*Hoc etiam loco titulum* „ Patriarchæ, *adjectum putamus*.) Quanquam „ ex ministerio, quod miseratione suprema „ gerimus, quidquid provide [*k*] deliberandum peragere absque obstaculo conveniat; „ attamen ne frustra judicium egisse [*l*] videamur, illa cupimus prosequi, quæ non „ ad læsionem cujusquam, sed potius ad immunitatem respiciant: & illa satagere, unde non ex potestate divinitus concessa supplicia, sed præmia sperentur. Convenit „ enim,

[a] Apud Baron. deest *Episcopus*.
[b] *Etenim pastorales*.
[c] *Spernendas*.
[d] *Quid habes, quod non accepisti? & si accepisti*.
[e] *Plurimum Ecclesia*. Locus depravatus.
[f] *Omne usque*.
[g] *De his*.
[h] Deest, *Quam*; adeoque locus corruptus.
[i] *Vigore*.
[k] Apud Bar. *Deliberatum*.
[l] *Videremur*.

„ gnes cavete, & potius soliciti de vestra post „ divinum præsidium [*b*] percogitate salu- „ te; quia illud non occasione agitur, sed ubi „ possunt Deo eis non resistente virtuti obtem- „ perare [*i*] nituntur. Optantes, vos [*k*] „ de reliquo in amore Domini nostri Jesu Chri- „ sti pollere, & ab omni immunes adversita- „ te manere. Bene valete. „

V. De anno, quo prædictæ a Gregorio II. datæ sunt Epistolæ, sic differit Baronius ad Annum Christi DCC. XXIX. num. 2. *Hoc tempore, nempe triennio antequam successor hujus* (Gregorii II.) *itidem Gregorius, tertius ejus nominis dictus, sederet, contigerunt justæ querelæ Donati Gradensis Patriarchæ adversus Serenum Forojuliensem Antistitem, cujus rei causa reperiuntur a Gregorio Pontifice scriptæ Epistolæ* superius recitatæ. Mense Martio anni 731. creatus Pontifex est Gregorius III. unde triennium elapsum anno 728. inceperat. *Hoc* igitur *tempore* (verba sunt ejusdem Baronii num. 3.) *præerat Serenus Episcopus Ecclesiæ Forojuliensi*.

Labitur ille. Hocce tempore (ut primum momentum proferam) jam migraverat e vita Donatus. In Cathedram Gradensem conscenderat ille juxta calculos Danduli anno 717. vel si biennium dematur, anno 715. Sedem ipse tenuit, eodem Dandulo teste, *annos septem;* unde fatis concessit vel anno 722. vel 724. Hunc, vel insequentem statui debere emortualem ejus annum, ponunt extra controversiam ejusdem Gregorii II. Epistolæ, *Episcopis & cuncto a Deo servato populo Venetiæ seu Istriæ* datæ, quæ leguntur apud Ughellum Venetæ editionis in Gradensibus Patriarchis, ex insigni Trivisaneo Codice depromptæ. Hæc legimus, cæteris prætermissis: *Dudum namque factus superbiæ præludium . . . Petrus Polensis Antistes, canonica despiciens statuta, ab hac luce subtracto Fratre nostro Donato Gradensi* dice Ambrosiano: *Extant litteræ Pontificiæ sub Leonis anno* IX. Calendæ Martii, & octava indictio annum designant 725. Eisdem Kalendis Martiis adhuc anno sequente in cursu erat annus nonus Leonis usque ad diem 25. Martii, & sextus Constantini usque ad diem 31. ejusdem Mensis, ut probat Pagius. Itaque datæ sunt a Gregorio Epistolæ die prima Martii anni 726. vel præcedentis: adeoque supremum clauserat diem Donatus ante Martium Mensem anni 726. vel 725. Similes Diplomatum clausulas referunt & expendunt Cangius in Dissertatione de Inferioris ævi Numismatibus post Glossarium num. XLIII. & C Mabillonius Libro VI. de Re diplomatica Corollario III. docentque, loco *Pacis* legendum P. C. idest, *post Consulatum*. Cur vero Constantinus Leonis filius, & Imperii consors appelletur *Major*, certo definiri non potest.

Neque solum protrahi ullo modo potest ad tempus, quod Baronio definire placuit, Sedes ac vita Donati; verum etiam mortalitatem longe antea Serenus Aquilejensis expleverat. Pauli Diaconi calculos profero. Refert ille Libro VI. Capite XLIV. Theodonis II. Bajoariæ Tetrarchæ profectionem, *orationis gratia*, ad urbem Romam. Tum Capite sequente XLV. de Sereni obitu agit: *Apud Forumjulii*, inquiens, *sublato e rebus humanis Patriarcha* D *Sereno, Calistus Vir egregius, qui erat Tarvisianæ Ecclesiæ Archidiaconus, annitente Liutprando Principe, Aquilejensem Ecclesiam regendam suscepit*. Saracenorum memorat irruptionem in Hispanias Capite XLVI. ac *decem post annos* in Gallias: & Capite XLVII. obsessam narrat ab eisdem Saracenis Constantinopolim. Atqui Romam profectum esse Theodonem anno 716. perspicue ostendunt Pagius, & Marcus Hanzisius Tomo I. Germaniæ Sacræ in S. Ruperto, primo Salisburgensium Episcopo: eumdemque designat annum *lunaris* Ec-

[a] *Alterius*.
[b] In Cod. Ambr. *Legatione*.
[c] *Cupiebat*.
[d] *Sed*.
[e] *Ecclesiæ*.

[f] *Denique*.
[g] *Injuria quadam*.
[h] *Cogitare*.
[i] *Nitantur*.
[k] Deest, *Vos*.

[illegible] Narratque demum Capite LI. inimicitias Pemmonis Forojuliensium Ducis contra Calistum: quæ omnia satis indicant, per hæc tempora, non Serenum, sed Calistum Aquilejensem rexisse Ecclesiam.

Itaque colligi tuto potest, Gregorii secundi Epistolas ad Serenum, ac Donatum Gra- cere cuique libet, donec certiores notæ Chronicæ innotescant. Sive Danduli tamen, sive Diaconi calculos amplectaris (quod in re obscura integrum est,) habes inde argumenta, quæ statutam a Baronio epocham convellunt ac elidunt.

CAPUT XXXVII.

Calistum successorem cohibet Gregorius III. ne jura invadat Gradensis Ecclesiæ. Ducum Forojuliensium series. Julii Carnici Episcopos, quibus Pemmo Dux favebat, e Civitate Forijulii pellit Calistus: ibique Sedem ipse constituit. Ecclesiam S. Joannis Baptistæ in Civitate Forijulii instaurat. Ejusdem obitus.

I. Calisti post Serenum successionem, Regis Luitprandi favorem ut in Sedem conscenderet Aquilejensem, dignitatem Archidiaconi qua pollebat in Ecclesia Tarvisina, ejusque demum egregiam indolem, paucis verbis superius descriptis memorat Paulus Diaconus. Sedis epocham quibus potuimus conjecturis assecuti sumus, certo anno minime definito, sed spatio temporis indicato, quo labente ad regimen Ecclesiæ vocatum illum fuisse, verisimillimum est. Sedem procul dubio tenebat Calistus anno 734. quo litteras dedit illi Gregorius III. Titulus est: *Gregorius Episcopus servus servorum Dei Calisto &c.* Incipiunt: *Jam triennium evolutum Decessoris nostri tempore.* Hæc verba sic emendari, ac legi debent: *Jam triennium evolutum a Decessoris nostri tempore.* Itaque triennio evoluto post obitum Gregorii II. prædictæ Calisto datæ sunt a Gregorio III. Epistolæ. Migravit ille e vita anno 731. mense Februario; unde anno currente 734. ad Calistum scripsit Gregorius.

Loca nonnulla, quæ ad Ecclesiam Gradensem pertinebant, sibi Calistus vendicabat, pervasitque: ipsumque Gregorius III. cohibet, cogitque ad restitutionem. Integram Epistolam profero ex Dandulo, & Baronio ad Annum DCC. XXIX. num. 6. " Gregorius Episcopus servus servorum Dei, Calisto &c. Jam triennium evolutum (*a*) Decessoris nostri tempore. (*desunt plura.*) Cognovimus enim, quia aviditate devictus abusu illicito pervaseris possessiones, quæ Centenaria, & (*b*) Musiones nuncupantur, pertinentes Monasterio Sanctæ Dei Genitricis sito in Insula Barbiana, quas prisco & longo tempore possidet (*c*) sancto jure Gradensis Ecclesia, & ejus hactenus fuerat ditionis: quod quia aliena nulli licet invadere, præcipue Sacerdotibus, quia contra Deum est; præcipimus Beati Petri Apostolorum Principis auctoritate, cui a Domino & Salvatore nostro ligandi atque solvendi in cælo terraque potestas concessa est, ut ea quæ pervadere contra legem ausus es, in præsente cum omnibus pertinentibus Gradensi Patriarchæ restituere debeas, cujus ditioni pertinere videtur. Scias enim, si extiteris temerator, & reddere distuleris aliena, Apostolicæ sententiæ canonicæ te subjacere correctioni atque pœnitentiæ, dum justa fueris condemnatus sententia. " Dandulus testatur: *receptis admonitionibus Papalibus ad cor redeuntem* Calistum, *invasas Insulas Ecclesiæ Gradensi resignasse.*

II. Egit

(a) Apud Bar. *Prædecessoris.* (b) *Masiones.* (c) *Sancta.*

gubernavit, ut narrat Diaconus Libro VI. Capite III. Intra idem temporis spatium successit Ferdulfus *de partibus Liguriæ homo lubricus & elatus*, qui Sclavos temere aggressus, cum tota se Forojuliensium nobilitate pessumdedit, solo exitium evadente Munichi, *Ursi Cenetensis*, & *Petri* postea *Forojuliani Ducum* patris. Corvulus suffectus est, *qui pauco tempore Ducatum tenens*, *dum Regem* (Aripertum II.) *offendisset*, *evulsis oculis dedecorose vixit*. Hæc narrat Diaconus Capite XXIV. & XXV.

AD Pemmonem præfectura, ac ditio anno circiter 705. traductæ sunt. *Fuit homo ingeniosus* (Pauli verba refero Capite XXVI.) *& utilis patriæ. Hic patre genitus Billonense, qui de Belluno fuerat; sed propter seditionem, quam illic fecerat, in Forumjulii post veniens, ibi pacifice vixit*. Ex Ratberga uxore filios tres, Ratchim, Ratchaitum, & Aistulfum suscepit. Sacri donarii Langobardicum titulum servat Civitas Forijulii in Æde olim S. Joannis Baptistæ, nunc Sancti Martini trans fluvium Natisonem; ex quo colligimus, Altare construi cœptum a Pemmone, & a filio ejus Ratchisio in Ducatu successore, & postea Rege Langobardorum, absolutum. Inscriptionem latinobarbaram refert Illustrissimus Justus Fontaninus in Disco Argenteo Votivo Veterum Christianorum Commentario illustrato Capite XII. In quatuor Mensæ seu Altaris partes unica linea circumducta est, quam ad hunc grammaticum sensum reducit laudatus Auctor: ✠ *De maximis donis Christi claro & sublimi concessis Pemmoni, ubique dirutum formaretur ut Templum; nam ei inter reliqua solarium Beati Johannis ornavit pendula cruce ex auro pulchro; altare ditavit marmoris colore Ratchis Hidebohobrit*.

III. HUNC Pemmonem Ducem inter, & Calistum Aquilejensem Metropolitam grave dissidium erupit anno circiter 737. Causam narrat Paulus Diaconus Libro VI. citato Capite LI. Verba refero: *Causa autem hujus discordiæ ista fuit. Adveniens anteriore tempore*

peculiares Civitatis Forijulii Episcopos credidit *Fidentium*, & *Amatorem*: quos ibi tamen precario resedisse, antiqua sede relicta, disertissime docet Diaconus, qui *Castrum Juliense* in Carnis, unde discesserant, distinguit a *Forojuliano Castro*, ubi *cum voluntate Ducum superiorum* sedem illi posuere. Prioris loci Antistes erat Maxentius *Episcopus Sanctæ Ecclesiæ Juliensis*, cujus subscriptionem in Synodo Gradensi, & in Libello Schismaticorum ad Mauricium Imperatorem alibi expendimus. Inter Maxentium, & Fidentium temporis diuturni spatia decurrunt, quæ inter utrumque alios extitisse, quorum excidit memoria, Julii Carnici Antistites evincunt.

METROPOLITÆ Aquilejenses *propter Romanorum incursionem habitare* Aquilejæ *minime poterant: sedemque non in Forojulii, sed in Cormones habebant*. Romanos incursantes intellige Græcos, qui Langobardos, & Aquilejæ Antistites insectabantur. Tutum ergo quærentes locum, Cormoni, quod est oppidum XV. circiter M. P. supra Aquilejam, sedem posuerunt. Hunc locum securitatis causa fortasse primus delegerat, incoluitque Fortunatus, qui Insulæ Gradi ac Istriæ Provinciæ expilatis Ecclesiis apud Langobardos fugerat. Sed etiam Forijulii aliquos ante Calistum Metropolitas domicilium habuisse, quæ de Sereno decessore legimus evincere videntur; cum ipsum *Forojuliensem Antistitem* appellet Gregorius II. in Epistola ad Donatum data, eumdemque *apud Forumjulii* migrasse e vita narret Paulus. Eadem in Civitate sedem stabilem collocavisse Calistus videtur. Ægre namque ferebat, tum Amatorem suffectum Fidentio inibi sedem tenere cum Duce & Langobardis intra fines Diœceseos; tum Metropolitam, præcipua ejus dignitate neglecta, ad vitam Cormoni, in obscuro loco, traducendam cogi. Egit ergo adversus Amatorem, sibi suæ Diœceseos jura vindicando, ne violarentur ab alieno Episcopo: ipsumque loco expulit, ubi sedem ipse constituit, quam Successorum plures tenuere.

IRA

lus Libro citato VI. Capite LII. qui sex adjunctis Capitibus ad extremos Luitprandi Regis annos pertinentibus, Historiæ de gestis Langobardorum finem imponit. Post Luitprandum Ratchisio Regnum ob ejus virtutis præstantiam detulerunt Langobardi anno 744. quam epocham strenue vindicat Saxius in Notis ad Sigonii Libros de Regno Italiæ. Peremptorium argumentum suppeditat ipse Ratchisius, qui in Prologo legum, quas condidit vulgavitque *Calendis* (al. II. *die Calendarum*) *Martii, Indictione* XIV. idest anno Christi 746. se tunc agere profitetur *annum Regni secundum*. Itaque initium Regni ad annum 744. referendum.

IV. RELIQUA Calisti gesta recenset Chronicon Aquilejense his verbis: *Post hæc Patriarcha ad Civitatem rediens, ibi Ecclesiam, & Baptisterium S. Joannis, atque Palatium Patriarchale construxit: & Regis* (Luitprandi) *suffultus favore, Ecclesiam strenue gubernavit. Post hæc vero* XL. *ordinationis suæ anno, felici pace quievit; cujus corpus in prædicta, quam construxit, Ecclesia quiescit.*

HÆC vetusta a Calisto posita monimenta, & alia quam plura, seculo quintodecimo cadente, ac sequiore ætate exitium passa sunt, cum novum Templum, illudque elegantissimum, a fundamentis excitatum est. Chartam vidimus *anno* M. CCCC. XCIV. *Indictione* XII. *die* V. *Mensis Aprilis* confectam *in Civitate Austriæ*: qua Hieronymus de Nordis Decanus aliique Canonici, & Fridericus de Formentinis & Guarnerius de Manzano *Provisores Terræ Civitatis Austriæ* conventionem ineunt *cum Magistro Alberto de Monte, & Magistro Francisco ejus Nepote*, pro novo prædicto Templo erigendo. In calce vetusti Necrologii, quod in Archivo Canonicorum adservatur, hæc Nota legitur: *Anno Domini* 1634. *die Jovis* 16. *mensis Martii. Processionaliter invocato subsidio Beatæ Virginis Mariæ Tutel. Ecclesiæ nostræ Collegiatæ Civitatensis, appositæ fuerunt primæ petræ fundamentales pro construenda Turri magna nova apud Ecclesiam Magnam prædictam, ubi erat jam Ecclesiola S. Antonii, quæ unita cum Ecclesia antiquissima Sancti Joannis Baptistæ, commemorata in scripturis antiquis,*

quoque ambitum plerumque extitisse Baptisteria prope januam ad lævam. Hunc locum tenet recens in eadem Civitatis Forijulii Ecclesia Baptisterium, ex magna vetusti parte constructum. In superioribus Octogoni lateribus linea ducitur, quæ sequentem exhibet epigraphem: *Quos regat Trinitas vera ✠ ex aqua & Spu renatus fuerit nisi testante vitam Do quis non videbit æternam mysticum baptismate sacrabit veniens xps. hoc in Jordanem nitens piorum patuit regnum tegurium cernites vibrante marmorum scema quod Calisti Beati ornabi.* Visuntur animalia, Evangelistarum symbola, quæ volumen tenent: ac singulis apposita sunt sequentia Carmina ex Poëmate I. Paschali Cœlii Sedulii decerpta: ✠ *Hoc Matthæus agens hominem generaliter implet.* ✠ *Marcus ut alta fremit vox per deserta leonis.* ✠ *Jura Sacerdotis Lucas tenet ore juvenci.* ✠ *More volans aquilæ verbo petit astra Johannes.* Discrepantiæ apparent in Baptisterio nostro: legimusque, *Fremens, Diserta, Tenis, Juvinci, Juhannis.* Inter hæc mediat Carmen aliud. ✠ *Hoc tibi restituit Sigvald Baptesta Johannes.* Denique hæc habentur exarata: M. iiiiLXIII. *fuit reædificatum hoc Baptisterium, & denuo e Sacrario dejecto huc translatum* M. DC. XLV. *Pont. Max. Innocentio X. anno* II. *Patriarcha Aquilejensi Marco Gradonico, anno Patriarchatus* XIII. *Decano Forojuliensi Francisco de Brandis.*

HANC S. Joannis Baptistæ Ecclesiolam potius instauratam, ornatamque a Calisto, quam a fundamentis erectam puto, cum pridem Pemmo Dux altare in ea construxerit superius memoratum: idemque evincere videtur Epigraphes marmori incisæ pars, cujus verba jam descripsimus, *Quod Calisti Beati ornabi.* Hæc porro, quæ in Civitate Forijulii, postmodum *Civitate Austria*, nunc *Cividale* servantur Pemmonis Ducis, & Calisti Patriarchæ vetusta monimenta, Jo. Francisci Palladii lapsum diserte probant, in Forojuliensi Historia scribentem: Utinum incoluisse Pemmonem, Utino pulsum fuisse Amatorem, ac Utini sedem positam a Calisto; ipsumque Forumjulium non aliam esse Civitatem, nisi Utinum.

V. QUO is obierit anno Patriarcha, latet: neque

Series Ducum Forojuliensium: donumque Ecclesiæ Forijulii ab Urso Cetenensi oblatum. Sigualdo regimen traditur Ecclesiæ Aquilejensis; ejusque diploma recensetur ad Brixianas S. Salvatoris Virgines. A Gradensi Patriarcha secedunt Istriæ Episcopi. Eadem Provincia Istria a Langobardis vexatur, non eripitur Græco Imperatori. Rotgaudo Duce ob rebellionem interfecto, præficit Forojulio Marcarium Carolus Magnus: ac deinde Istriæ Joannem. Migrat e vita Sigualdus. Joannes Patriarcha rejicitur.

I. QUATUOR per hæc tempora Duces B Forojulienses a Scriptoribus memoratos legimus. Petri meminit Paulus Diaconus Libro VI. Capite XXIV. in clade Ferdulfi Ducis: *Unus e Langobardis*, inquiens, *nomine Munichis, qui pater post Petri Forojulianorum, & Ursi Cenetensis Ducum, solus fortiter & viriliter fecit*. Exhibet alium nomine Anselmum, postea Abbatem Nonantulanum, Vita ejusdem edita a Mabillonio inter Acta Sanctorum Ordinis S. Benedicti seculo quarto, & a Bollandianis in Appendice Tomi I. Martii. Capite primo dicitur ille *olim* C *Dux*, cujus sororem Giseltrudam matrimonio sibi junxerat Aistulfus Rex; & Capite sexto hæc habentur: *Denique cum idem gloriosus Pater, adhuc in militari habitu Monarchiam Forijulii strenue rexisset, & præfati Regis* (Aistulfi) *cognatus, ejus polleret agminibus*. Ipsum Aistulfum ante Regiam obtentam dignitatem, Forijulii Ducem vocat Dandulus Libro VII. Capite IX. Parte XI. *Aistulfus*, inquiens, *qui Dux Forojulii erat, Fratre Rachis facto Monacho, hoc tempore in Regno Langobardorum succedit*. Denique *Irprandus* recensetur apud Leandrum Albertum in Descriptione Italiæ in D Regione XVIII. ubi inter postremos Duces Langobardos memorat *Pemmonem*, *Ratchisum*, *Irprandum*: quem Anselmo suffectum conjiciunt Bollandi Continuatores ad Diem III. Martii in Synopsi Historica S. Anselmi num. 5. & Mabillonius in Observationibus præviis ad Vitam ejusdem Anselmi.

DE serie Ducum nostrorum *Irprandum* pellendum esse, nullus dubito; cum ejus mentio nulla apud vetustos probatosque Scriptores, nullum vestigium. Idem esto judicium de Aistulfo. Post Ratchisium ad Regnum Italiæ evectum, *Anselmo* traditum esse Ducatum Forojuliensem, non inani conjectura confici posse videtur ex ratione temporis, quo Ratchisii Regis, a Zacharia Pontifice in Monachum attonsi, nobile exemplum secutus & ipse Anselmus, nuncium seculo misit. Hæc habentur in ejus Vita Capite I. *Igitur anno Dominicæ Incarnationis* DCC. XLIX.... *Vir gloriosissimus Aistulfus, Germano suo* (Ratchisio) *suasu Domini Zachariæ Papæ facto Romæ Clerico* (idest Monacho,) *sceptrum Langobardorum strenue regens, cui Giseltruda Excellentissima Regina, Anselmi præclari Viri, Abbatis, olim Ducis, soror dignissima, conjugio hærebat: cujus interventu idem Aistulfus Rex in primo anno Regni sui per suum Præceptum concessit Venerabili Viro Anselmo locum, qui vocatur Fananus*, (a Mutina urbe XXII. M. P. in Meridiem) *in quo idem Vir Dei Anselmus Monasterium ad honorem Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi construxit, & Monachos ibidem regulares constituit; atque hospitium ad suscipiendos hospites, & peregrinos magno cum studio illic ædificavit: de quibus illi* (Anselmo) *die noctuque cura maxima & solicitudo fuit, ut nullus sine refectionis misericordia abire posset*. Aistulfus Regni, quod Ratchisius abdicaverat, administrationem suscepit anno 749. ut ex verbis



LITTERAS in Crucis brachiis exaratas ita lego: *Mulier en filius tuus: Apostole ecce Mater tua*. Hanc a pace, quam in actione liturgica adprecari solemus, *Pacem* vocant Forojulienses ab Urso Duce donatam. Petro Duci suffectus est Rorgaudus, de quo inferius agendum.

II. INTER hæc regimen Ecclesiæ Aquilejensis post Calistum capessiverat Sigualdus. Hic dicitur in Chronico sæpe allegato *natione Civitatensis* (seu Civitatis Forijulii) *de genere Grimoaldi Regis; ibique* (Forijulii) *habitavisse, & Ecclesiam prospere gubernasse*. Sigualdi mentio habetur in insigni vetusto documento Abbatiæ Sextensis, quod integrum Capite sequente dabimus, confecto anno æræ vulgaris 762.

IN Bullario Cassinensi Tomo II. num. 19. Privilegium recensetur, ab eodem Sigualdo datum ad Virgines Deo famulantes in Brixiano *S. Salvatoris* Monasterio, quod etiam titulo *Sanctæ Juliæ* nuncupatur. Incipit, *Sigualt Servus Servorum Domini Patriarcha*.

B Postulaverat *Anselberga Abbatissa*, ut suum communiretur Gynæceum *privilegiis Sedis Sanctæ Aquilejensis*. Morem Sigualdus gerit, declarans dato diplomate, quacumque Ecclesiastica servitute illud immune: Clericos etiam eidem loco deservientes a quocumque Antistite Sacris initiari posse Ordinibus, indulget: tum constituit, Abbatissam ex ejusdem Parthenonis gremio eligendam fore: ac demum bonorum alienationem sub anathematis inhibet pœna.

CONSCRIPTA est *hujus Privilegii series anno invictissimorum Principum*, *Desiderii*,
C *& Adelgis*, XVI. & XIV. *sub Indictione* XII. *Data Ticino in Urbe Regia* III. *Idus Octobris*. Mendum esse in *Indictione* XII. monet Joannes Andreas Astesatus in Dissertatiuncula II. adjecta Commentariis in Historiam Evangelistæ Manelmi; ejusque loco juxta fidem vetusti Apographi, quod in eodem adservatur Parthenone, reponendam *Indictionem* XI. a præcedentibus Calendis Septembris deductam. Hæc annum Christi 772. indicat. Annum eum-

aut in Regno confirmatus est. Ab hac epocha Regni sui annos numeravit idem Desiderius, incerta die Januarii Mensis, aut Martii, ut adnotat Astesatus: quo etiam Auctore, socius in Regno adscitus fuit Adelchisius anno 759. inter Junium, & Augustum. Itaque anno Christi 772. in cursu erant Mense Octobri annus *sextusdecimus* Desiderii, & *quartusdecimus* Adelchisii.

SUBSCRIBIT Sigualdus hoc modo: *Sigoald gratia Dei Patriarcha in hoc Privilegii textu a nobis salubriter elimatum manu propria subtus scripsi*. Sequuntur *Apollinaris Christi misericordia indignus humilis Episcopus, Otto in Dei nomine Episcopus, Julianus humilis Episcopus, Felix humilis Episcopus, Felix peccator Episcopus*. Regiensem Apollinaris Cathedram, & Placentinam tenebat Julianus. Sedes incertæ sunt Ottonis, ac utriusque Felicis. Longe vero familiare hoc ævo erat apud Episcopos, ut subscribendo Conciliis, ac in Epistolis inscribendis subscribendisque se passim *Peccatores* appellarent. Denique *Anselberga*, quæ præerat Gynæceo, postulavitque privilegium, Desiderii & Ansæ Reginæ erat filia.

Ex hoc documento conjicit Astesatus loco citato, Nota 5. in Diploma Henrici Imperatoris, Aquilejensi Metropolitano hac ætate paruisse Brixianam Ecclesiam. Anceps hæreo. Imo feliciorem puto Joannis Mabillonii conjecturam Tomo II. Annalium Benedictinorum ad Annum DCC. LXXIV. num. XLIII. hoc Virginum Brixianarum Monasterium ex eorum fortasse numero fuisse, quæ ex voluntate Conditorum alieno seu extraneo Episcopo subjiciebantur, quin Ecclesia Brixiana Aquilejensi Metropoli subjecta dici debeat.

III. CÆTERA Sigualdi gesta persequor. Jus in Istriam, quod sibi Serenus & Calistus Decessores vendicaverant, postulabat etiam Sigualdus, cui Langobardi, eorumque Rex Desiderius impensius favebant. Ex Libello Maxentii Synodo Mantuanæ anno 827. oblato novimus: *Populi Polensis, quæ Civitas Caput est Istriæ, Decretum ab universo & cuncto populo missum ad Sigualdum Patriarcham...* Provinciam: *insuper & fidem pastoralem rectitudinis in ipsa Istriensi Provincia abdicarunt*, Episcoporum animis minarum violentia a proprio Metropolita alienatis: quem impediunt, *Ordinationes Ecclesiasticas perficere:* ipsosque demum *protervos prævaricatores Episcopos magis magisque contumaces consistere, & contraria gerere*. Rogat enixe, *ut de manibus gentis Longobardorum eripiatur* eadem Provincia cum grege Christi: *& jam amplius ab ipsis perfidis Longobardis Sanctorum Patrum non prævaricetur canonica norma*. Tum denique significat: *Populum Istriæ Provinciæ redemptionem, & protectionem a Deo, & Beato Petro per Apostolicam dispositionem desiderare, & expectare: cognoscentes*, (inquit,) *magnam & ineffabilem Dei nostri misericordiam, quam erga Ravennatium Civitatem, ejusque pertinentibus oppidis & finibus, per vestram Apostolicam auctoritatem & defensionem ostendere dignatus est*. Ex his conjicere tuto possumus, datas a Joanne Epistolas anno circiter 770. quo *redditæ sunt* a Desiderio, ut referunt Continuator Fredegarii, & Annalista Petavianus, *Civitates plurimæ Sancti Petri*, opera Bertradæ, Pipini Regis Francorum uxoris, in eo quod eodem habuit anno cum Rege Langobardorum in Italia colloquio.

JOANNI Gradensi responsa dedit Stefanus, quæ recitat Dandulus Libro VII. Capite XII. Parte IX. Quæ ad nos attinent, hæc sunt: *Nos, carissime Frater, Deo propitio, totis viribus inhianter satagimus decertandum, sicut Prædecessor noster Sanctæ recordationis Dominus Stephanus Papa, ut vestra sit redemptio, atque salus, & immensa securitas*. Is est Prædecessor Stefanus, ejus nominis II. quem alii *tertium* vocant. Ait etiam: *Quoniam in nostro pacto generali, quod inter Romanos, Francos, & Longobardos dignoscitur provenire, & ipsa vestra Istriarum Provincia constat esse confirmata, atque annexa simul cum Venetiarum Provincia*. Cave, intelligas Venetiam continentem, aut Maritimæ partem, quam Respublica Venetorum tenebat. Pacti generalis, quod indicat Pontifex, meminit sæpe Anastasius

jurejurando Beato Petro Apostolorum Principi, ut sicut hanc nostram Romanorum Provinciam, & Exarchatum Ravennatium, & ipsam quoque vestram Provinciam pari modo ab inimicorum oppressionibus semper defendere procurent. Istriam ergo occupaverat Aistulfus, eamque opprimere non intermisit Desiderius. At percussum fœdus erat, quo Reges Langobardi cedere tenebantur Pontifici Romano Exarchatum, ac Istriam Græco dimittere Imperatori: ac utramque Provinciam defendere ab oppressionibus inimicorum, pollicitus erat Pipinus.

AD Episcopos Istriæ quod attinet, eorumque temerarios ausus, hæc subjicit Pontifex: *Petisti etiam, Sanctissime Frater, corripi Episcopos Istriæ, ut a tanta & iniqua resipiscant temeritate. Quod quidem tuis annuentes votis, nostra Apostolica scripta eisdem contumacibus Episcopis direximus.* Hæc memorata scripta Apostolica ex codice Trivisaneo vulgata sunt in Tabulis Gradensibus apud Ughellum Venetæ editionis. Facinus eorum diserte narratur his verbis: *Pervenit ad nos nuncio procurrente, quod vos omnes Episcopi ipsius Istriæ Provinciæ constituti, qui Canonica traditione a priscis temporibus sub jurisdictione, ac consecratione S. Gradensis Ecclesiæ Archiepiscopatus esse videmini, nunc (quod eum magno cordis dolore dicimus) secularibus convolantes auxiliis, ab eadem Episcopatus Sede, protervo spiritu inflati, recedere præsumpsistis: & inter vos, quod numquam auditum est, unus alterutrum vosmetipsos consecratis.* Eorum protervіam pro meritis castigat Pontifex, ac obedientiam Gradensi Metropolitæ præstandam interminato anathemate imperat.

AT *Episcopi Istriæ* (Danduli verba sunt Parte X.) *receptis Papalibus admonitionibus, seculari contagione polluti, resipiscere noluerunt.* Tulit opem, quam poterat, Gradensi Præsuli Mauricius Dux Venetiarum, legatione directa ad eumdem Romanum Pontificem, ut pergit narrare Dandulus Parte XIII. his verbis: *His diebus Mauricius Dux Venetiarum, & Imperialis Consul jam effectus, compatiens Istriensi populo, & dolens de minoratione Gra*geretur Regno patris anno circiter 789. ut laudatus adnotat Pagius. Rem docet Dandulus Libro VII. Capite XV. Parte VIII. *Provinciæ quoque Istriæ*, inquiens, *ab Imperio Constantinopolitano subtractæ*, (non a Regno Langobardorum,) *Joannes per Carolum Dux ordinatus est.* Id antea in Vita Caroli Magni tradiderat Eginardus, ubi ait: Sibi Carolum obnoxias fecisse *oppositam in altera Danubii ripa Daciam, Histriam quoque ac Liburniam, exceptis maritimis Civitatibus;* quas Imperio Constantinopolitano reliquit.

ALIUD extat insigne vetustum Monumentum lati sub Carolo Magno judicii, quo liberantur Istri populi acerbis petitionibus Joannis Ducis, injustisque tributis ab eo impositis. In Tabulis Gradensibus in Fortunato Patriarcha editum habetur ex Codice Trivisaneo apud Ughellum. Incipit, *In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Cum per jussionem piissimi atque Excellentissimi Domini Caroli Magni Imperatoris, & Pipini Regis Filii ejus, in Istria nos servi eorum directi fuissemus, idest Azzo Presbyter, atque Cadolao, & Ajo comites &c.* Invicem comparantur quæ novus Dux tributa exigebat cum iis, quæ Græcorum tempore solvebantur: nec ulla dominatus Langobardorum mentio injicitur. Capite primo inter Episcoporum querelas hæc verba legimus: *Quando Missi Imperii veniebant, in Episcopio habebant collocationem:* & Capite nono, *Nos interrogastis de justitiis Dominorum nostrorum, quas Græci ad suas tenuerunt manus.* Deinde pecuniaria tributa numerantur, quæ solvebat *Pola, Ruvingium, Parentium, Tergestum, Albona, Pedena, Montonna, Pinguentum, Civitas nova:* eaque dicuntur, *tempore Græcorum in Palatium portata.* Hæc item legimus Capite secundo inter acerbas exactiones: *Ab antiquo tempore* (scilicet ante annum 789.) *dum fuimus sub potestate Græcorum Imperii.* Et infra: *Græcorum tempore omnis Tribunus habebat Scusatos quinque.* Itemque: *Tempore Græcorum colligebamus semel in anno, si necesse erat, propter Missos Imperiales.* Denique, *Etiam Græci, sub quorum*

Desiderium in Gallias misit, veterum documentorum fide fultus docet. Priorem quoque epocham admitti oportere, consentit: eamque repetendam censet ab anno superiore 773. ante undecimam Septembris diem. Quod ut confirmet, vetusti documenti fidem allegat: notatque, Carolum eodem anno circa prædictum tempus, Verona capta, fugato Adelchisio, ac redactis in potestatem *diversis ultra Padum Civitatibus*, ut Anastasius narrat, jam aliquam Regni Langobardici partem occupavisse: adeoque merito *Regem Langobardorum* nuncupatum esse, ac inde Epocham Regni ejus aliquando duci cœptam.

INTERIM Langobardi Duces, clementiam potius Caroli, quam vim experiri cupientes, ejusdem se fidei dediderunt. Legimus enim in Fragmento Annalium Francicorum apud Canisium Volumine II. Parte II. editionis Basnagii ad Annum DCC. LXXIV. *Longobardos venientes de Civitatibus Italiæ, subdidisse se in dominio gloriosi Caroli*. Hinc Rotgaudo, vel Ruotgaudo, qui Petro Duci successerat, Forojuliensem Ducatum permisit Carolus, antiquo beneficii seu feudi jure erga se, quemadmodum erga Reges Langobardorum fuerat, sibi servato.

RES novas moliri ausus est Dux Langobardus, Regnumque affectare. Rebellem Ducem, ejusque complices ultimo supplicio affecit Carolus. Annalista Petavianus ad Annum DCC. LXXVI. sic habet: *Perrexit Domnus Rex Carolus in Italiam, & occiso Hrotgaudo, obsederuntque Stabilinium Socerum suum Tarviso Civitate. Eo capto, dispositisque omnibus, prosper redit cum suis in Franciam*. Latius hæc narrantur in Fragmento superius citato ad eumdem Annum: *Tunc Carolus Rex Italiam ingressus est, per partes Forijulii iter peragens. Ruodgandus occisus est, & Dominus Carolus Rex apud Tarvisium Civitatem Pascha celebravit: & captis Civitate Forojulii, Tarvisio, cum reliquis Civitatibus, quæ rebellarant... disposuit eas omnes per Francos*. Paria scribunt, eumdemque annum definiunt cæ-

Deo protectæ Excellentiæ aures pervenit de Episcopo Mauricio Histriensi, qualiter dum eum fidelem Beati Petri, & nostrum cognovissent nefandissimi Græci, qui in prædicto ibidem Territorio residebant Histriensi; & dum per Ex. V. dispositus fuit prænominatus Mauricius Episcopus, ut pensiones Beati Petri, quæ in superius nominato Territorio jacebant, exigeret & eas nobis dirigere deberet: zelo ducti tam prædicti Græci, quam ipsi Histrienses, ejus oculos eruerint, proponentes ei ut quasi ipsum Territorium Histriense vestræ sublimi Excellentiæ tradere debuisset. Propterea petimus a Deo protectam Excellentiam vestram, Fili & Magne Rex, ut jubeas dirigere Marcario Duci præcipiendum, ut jam fatum Mauricium Episcopum... in suo Episcopio reverti faciatis; eoquod ipse jam dictus Episcopus ad nos properavit, & nos eum iterum direximus ad Marcarium Ducem Forojuliensem. Data Epistola est post annum 781. quo Pipinus ab Hadriano Papa in Regem Italiæ inunctus fuit. Data etiam dici debet ante annum 789. quo Istriam idem Pipinus Regno Italiæ adjunxerat, cum Mauricio Episcopo crimini verteretur, ac si *Territorium Histriense* Pipino *tradere debuisset*. Mauricius creditur Civitatis Novæ Episcopus. Marcarius denique habetur Dux Forojuliensis.

ANONYMUS Mediolanensis in Dissertatione Chorographica Italiæ medii ævi num. 39. quærit, ac hæsitat: *an quidam Marcarius æque Forojulii, & Histriæ, vel illi soli præfuerit?* Reponam ego, Forojulio præfuisse, dubio procul Ducis titulo Marcarium, antequam Istria in potestatem Francorum redigeretur; ac deinde Istriæ Græcis ereptæ statim præfectum fuisse Joannem Ducem, de quo egimus numero superiore.

VI. MORTALITATEM prædicto anno 776. puto Sigualdum Patriarcham explevisse. In Libello Maxentii, qui lectus est in Synodo Mantuana, idem Sigualdus dicitur *usque ad Francorum tempora vixisse*. In ejusdem Synodi editione, quæ inter Concilia a Labbeo collecta Venetiis cusa, & in calce Dissertationis de

pienda sunt: neque oriente Francorum in Italia Regno, statim necesse est occubuisse Sigualdum.

AD annum 776. vitam ejus prorogandam, docet Monachus Sangallensis apud Canisium Volumine II. Parte II. editionis Basnagii Libro II. de Gestis Caroli Magni num. 27. *Exin ad ulteriora*, inquiens, *progressus, venit Religiosissimus Carolus ad Urbem Furiolanam, quam qui sibi scioli videntur Forum Juliense nuncupant*. At Forumjulium vocavere scientissimi Scriptores Plinius, Ptolomeus, Cassiodorus, Paulus Diaconus, aliique. *Contigit autem, ut eodem tempore Episcopus Civitatis illius, aut (ut Modernorum loquar consuetudine) Patriarcha occasui vitæ appropinquaret. Ad quem cum Religiosissimus Carolus visitandi gratia properaret, ut Successorem suum ex nomine designare deberet, ille religiose admodum ex imis præcordiis suspiria trahens: Domine, inquit, Episcopatum istum diu sine aliqua utilitate, vel profectu spirituali retentum, judicio divino, & vestræ dispositioni relinquo, ne ad cumulum peccatorum, quem vivens exaggeravi, etiam mortuus aliquid superinjicere apud inevitabilem & incorrumpendum Judicem deprehendar. Quod Sapientissimus Carolus ita cepit, ut eum antiquis Patribus non immerito coæquandum judicaverit. Cum autem in eadem Regione aliquantisper demoratus esset ... donec Episcopo decedente, dignum ei substitueret &c.*

HUNC Sigualdum fuisse probant circumstantiæ temporis, Episcopatus *diu retentus*, ac novi Italiæ Regis arbitrio Successoris designatio relicta. Hinc Maxentii verba superius relata sic intelligi debent, ut vitam protraxerit idem Sigualdus usque ad Regis Francorum in Provinciam Forojuliensem adventum, ejusque dominationem ibidem contra rebelles firmatam. Sigualdi sedis anni in Chronico Aquilejensi numerantur *quadraginta duo*: sed etiam Calisto Decessori anni *quadraginta* tribuuntur, qui nulla conciliari ratione possunt. Constat vero, *diu* Sigualdum Aquilejensi Ecclesiæ præfuisse: sed annus latet, quo ipse inauguratus est, quove obierit decessor Calistus.

VII. PER hæc tempora Joannes quidam Pa-

pellam in Sclaviniæ partibus ad Curtem nostram, quæ Lubnia, vel Lurna vocatur, consistentem, quam Zacharias Papa ob hæreses quasdam illis in partibus obortas necandas illo veniens, Johanne Aquilegiensi assistente, in honore S. Petri consecraverat, Pipini Regis ob amorem, cum omnibus appendiciis suis ad præfatam S. Dei Genitricis Ecclesiam, electumque Christi Confessorem Corbinianum, qui ibi corporaliter requiescit, perpetualiter consistendam tradidimus. Zacharias Romanam Cathedram conscenderat anno 741. eamque tenuit usque ad annum 752. Hinc Joannis, si quis umquam fuit, locus patet post Calistum, & ante Sigualdum. Adhuc vero prædictam *Sancti Petri* Capellam existere, Morocutus adnotat, in Carinthia superiore ultra flumen Dravum.

IN Catalogo Patriarcharum, sola eorumdem nomina exhibente, quem in Appendice num. I. vulgamus, recensetur *Joannes* post Petrum, & ante Serenum, qui ejusdem nominis *quartus* esset: at ejusdem mentio nulla in Chronicis Aquilejensibus, editis, ac manuscriptis, cæterisque legitimis monumentis. Nutat etiam diplomatis Arnulfini fides. Namque Zachariam Pontificem in illas Carinthiæ partes aliquando profectum, vetusta non produnt authentica monumenta. Perperam quoque Sclavæ gentes, quæ Regionem illam incolebant, dicuntur obortis hæresibus ævo illo implicitæ, quas potius Pagana superstitio tenebat. Manu demum interpolatrice pericopem illam, in qua legitur *Joannes Aquilejensis*, colligimus adjunctam in apographis, queis Gewoldus, & Morocutus usi sunt, cum idem Diploma absque verbis illis proferat Historicus Frisingensis apud Hanzisium Tomo I. Germaniæ sacræ, in Sancto Vigilio Salisburgensi num. 30. Nempe, *Quamdam juris nostri Capellam in Sclaviniæ partibus, ad Curtem nostram, quæ Liburna vocatur, consistentem cum appendiciis suis ad Ecclesiam Sanctæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ, electumque Christi Confessorem Corbinianum, qui ibidem corporaliter requiescit, perpetualiter consistenda tradimus*. Joannem ergo de serie Metropolitanum Aquilejensium pellendum, liquido constat.

CA-

Numini supremo deserviunt modo Vallumbrosani Monachi sub Abbate Commendatario: ejusque mentio frequens occurrit in vetustis Membranis. Alterum, quod erectum fuit prope Torrentem *Turrum*, ut conjicitur, in cujus ripa adhuc existit villula, nomine *Salto*, quarto fere milliario ab Utino, translatum postea fertur in Civitatem Forijulii, nuncupatumque *Monasterium Sanctæ Mariæ in Valle*. B Vetusta documenta desiderantur, quæ id confirment. Locum vero *Saltum* nuncupatum puto a *Saltu*, qui locum notat pascuum & silvosum.

PIÆ fundationis auctores dicuntur in Documento, *Erso*, *Zanto*, & *Marcus*. Non *Zantonem*, sed *Antonium* legendum, malunt nonnulli. Fratres erant, eorumque ibidem memoratur *Domina*, *& Genitrix Piltruda*. Hanc Petri Ducis Forojuliensis uxorem, ferunt Nostrates: illosque ejus filios. Viros absque dubio fuisse de spectatissimo genere ortos, ac prædivites, idem evincit documentum. Alia in C Notis plura dabimus.

PRIMUS easdem Tabulas typis edendas anno 1735. curavit Basilius Asquinus Utinensis, Clericus Regularis S. Pauli, in calce Opusculi, quod Italice inscripsit: *Cent' ottanta e più Uomini illustri del Friuli*. Exemplum, quod profert, collatum fuisse adnotat *cum alio educto ab Originali, quod asservatur apud Moniales S. Mariæ in Valle, a Bernardo Maria de Rubeis*. Ego ipse pro eo, quo erga amicos uti debemus officio, lubentissimo animo ipsi Asquino perlegendum exemplum tradidi, quod, humanissime annuente Maria Teresia a Turre Abbatissa, pluries attentiore oculo inspexeram, propriaque manu descripseram. Cæte- D rum non ipsum autographum, seu *Originale* documentum fundationis in Tabulario Monialium Sanctæ Mariæ in Valle adservatur; cum solum vetusto ipsæ apographo potiantur, ut etiam prima Tabularum verba declarant.

S. Mariæ in Valle descriptum. Non solum invicem, si conferantur, hæc duo discrepant exempla: sed illud ipsum, quod veluti *Civitatense* profertur, nimium differt ab apographo, quod ipsi inspeximus, atque descripsimus, ut dispendium operæ non fuerit, si jam tertio Lectorum oculis, atque judicio illud subjiciamus, omnino consonum exemplari.

EXEMPLUM *cujusdam Privilegii de Fundatione aliquorum Monasteriorum in Patria Forijulii, transcriptum per me Bernardinum Ameliensem, Coadjutorem in Cancellaria Abbatiæ Sextensis, prout inveni nihil addendo, mutando, vel corrigendo*. Jamdudum animis no-
„ stris inserit, Monasteriorum singulare propo-
„ situm declarare, atque omnium meritorum
„ præconia recensere, quo & ipsi majore stu-
„ dio in Domino crescamus, & aliis formam
„ esse possimus ad exemplum, & quibus gene-
„ ratim fundamentum omne atque profectum
„ Dominum Christum esse, Apostolos [1]
„ contestatur dicens: Fundamentum aliud ne-
„ mo potest ponere præter id quod positum
„ est, quod est Christus. Sicut itaque intra
„ mentis humana [2] arcana fundatis statim
„ universa vitia cedunt, & omnes corruptele
„ carnis velut cera sumpta igni [3] liquescunt:
„ ita temptationes, atque omnes versutias [4]
„ Diaboli continue extinguuntur; nec ultra
„ potest resistere, ubi virtus, quam possidet,
„ non invenerit locum. Quia tamdiu in homi-
„ ne dominatur Satanas, quamdiu instrumen-
„ tum possessionis suæ cognoscit: depulsis au-
„ tem partibus inimici ab homine christiano,
„ Templum incipit esse Dei; & tanquam pul-
„ cherrimum habitaculum, Spiritus Sanctus
„ exultans ingreditur. Quapropter Erso, Zan-
„ to, seu Marco [5] germani, in Lauro no-
„ stro [6] constitui (A) divina inspirante
„ gratia, edificavimus Monasteria dua [7] in
„ finibus Forojulianensibus: unum in locum
„ [8] qui vocatur Sexto, ad honorem sem-

per-

[1] *Apostolus.*
[2] *humanæ.*
[3] *consumpta igne.*
[4] *versutiæ.*

[5] *Marcus.*
[6] *Laura nostra.*
[7] *duo.*
[8] *loco.*

„ ad Animam humanam :) Audi Filia , &
„ vide, & inclina aurem tuam , & oblivisce- B
„ re populum tuum ,& domum patris tui ; hanc
„ nos secuti vocem, eximimus de terra, & de
„ cognatione nostra : & disposuimus habitare
„ in Tuscie partibus . Sed quia de has nomi-
„ natas Monastrias [4] nos , homines nostri
„ [5] ac Fratres, quos in Monasterio relin-
„ quimus, inquietari [6] non dissimulent [7]
„ quod in nostra potestate eos habuimus ; ideo-
„ que providimus nos Erso , & Marco [8]
„ quamvis indigni Abbates, per hanc præsen-
„ tem paginam omnes res nostras indicare , seu
„ in supradicta Monasteria dispensare , & do-
„ no nostro decernere . Primum omnium in
„ Monasterio in Ripa Salto , ubi Domina &
„ Genitrix nostra cum reliquas Monachas [9] C
„ esse dignoscitur, donamus atque concedimus
„ Curte nostra [10] ubi ipse [11] Monasterium
„ a nobis fundatum est , cum omni laboratio-
„ ne sua , terris aratoriis, vineis, pratis, pa-
„ scuis, silvis astalariis : & medietate [12] item
„ de Casteneto in Aulemano ; (unde relique
„ medietates [13] in Monasterio Sexto dona-
„ vimus.) Necnon Mulino in Palaciolo me-
„ dietatem, & medietatem in Monasterio præ-
„ dicto Virorum : ita tamen, dum Domina &
„ Genitrix nostra advixerit, ipsum frumen-
„ tum in integrum in ejus pertineat potestate ;
„ grano vero rustico [14] equaliter amodo di-
„ vidant. Post ejus vero disceffo, [15] omnia
„ communiter de ipso Mulino habeant . De
„ monte in Carnia , quæ [16] ad nos pertinuit, D
„ Itaque [20] concedimus in redito [21] ipso,
„ quod annuatim debent dare. Casas [22] in Ra-
„ mattieto, & terras, & vineas, [23] vel pra-
„ ta quod [24] habemus in Daunino: & quid-
„ quid habere visi sumus in Coloniola, & vi-
„ nea in Grobagnis, quem [25] tenent Filius
„ & nepotes Antonii. Et addemus [26] item
„ Curte nostra [27] in Medegia cum omni per-
„ tinentia sua, scilicet casas in Cisiattio , se-
„ cundum qualiter cartas [28] eorum conti-
„ nent. C. amphoras vino ad ipso Monasterio
„ Puellarum vegant [29] : quod superfuerit an-
„ nue , concedimus nostri Monasterio Sesto
„ [30]. Feno faciant in Mariano, & ad Moli-
„ no laborent in Palaciolo, sicut consueti sunt :
„ simulque habeant [31] silvas in Verretto,
„ & Cornariola Puellarum Monasteris [32].
„ Porci de Sinodochio, qui [33] prope est po-
„ situs (B) sine omne sentiro [34] cum pote-
„ state [35] de prædicto Monastero pabulent. In
„ Monasterio quidem Virorum in Sexto volu-
„ mus, ut dono nostro habeant inter fluvio Ta-
„ liamento, & fluvio [36] Liquetia, quidquid
„ inter ipsos ad nostram potestatem pertinere
„ dinoscitur: sive Curte [37] in Sexto, ubi
„ ipsum Monasterium edificavimus: sive Cur-
„ te in Laurentiaca , cum Oratorio Domini &
„ Salvatoris, qui [38] ibi situs est: seu & Cur-
„ te in Sancto Fochato , cum casis, Curtis,
„ campis, pratis, vineis, silvis, astalariis ,
„ montibus, rivis, pascuis, ac paludibus: nec-
„ non Molinos, seu mobilia & immobilia, quid-
„ quid ad ipsas Curtes super narratas, & no-

[1] *aliud Monasterium.*
[2] fortasse *Turrum* torrentem, *ad Dei.*
[3] *Monacharum.*
[4] *De his nominatis Monasteriis.*
[5] *nostros.*
[6] supple, *nolumus.*
[7] Forte, *ne quis dissimulet.*
[8] *Marcus.*
[9] *cum reliquis Monachabus.*
[10] *Curtem nostram.*
[11] *ipsum.*
[12] *medietatem.*
[13] *reliquam medietatem.*
[14] *granum vero rusticum.*
[15] *discessum.*
[16] *qui.*
[17] *de Casis quidem massaritiis.*
[18] *quod.*
[19] *Case*, & sic deinceps.
[20] *Item.*
[21] *reditu.*
[22] *Case.*
[23] *& terre & vinee.*
[24] *que.*
[25] *quam.*
[26] *addimus.*
[27] *Curtem nostram.*
[28] *Carte.*
[29] C. *amphore vini ad ipsum Monasterium puellarum veniant.*
[30] *nostro Monasterio Sexti.*
[31] *habeat.*
[32] *Monasterium.*
[33] *Xenodochio, quod . . . . positum*
[34] *Senterio*, idest *semita*, Italice *sentiere*. Vide Cangê Glossarium.
[35] Forte, *cum porcis*,
[36] *Fluvium Tiliamentum, & fluvium Liquentiam.*
[37] *Curtem* & sic deinceps.
[38] *quod ibi situm est.*

„ omni pertinentia sua, & medietatem de Ca-
„ steneto in Ausimano, & medietate de Mu-
„ lino in Palaciolo, sicut superius definivimus,
„ & [9] monte in Carnia, qui ad nos perti-
„ net, medietatem in omnibus ipsa Monaste-
„ ria equaliter possideant. De servis nostris,
„ vel ancillas, aldiones, vel aldionas, [10]
„ utriusque sexus, omnes liberas, liberos di-
„ misimus, & cartas eorum de libertate feci-
„ mus. Similiter & de Casaria [11] ipsorum,
„ seu & ad eos dicti [12] jam antea liberi fue-
„ runt, fecimus cartas: & volumus, atque
„ definimus, ut nullus eorum super impositio-
„ nem faciant, sed sicut eorum continent car-
„ te, ita facere debeant. Abbas vero, vel
„ successores ejus, qui pro tempore in ipso C
„ Monasterio in Sexto ordinatus fuerit, regu-
„ lariter cum ipsis vivat Monachis, & ordi-
„ nando atque disponendo: de Monasterio fe-
„ minarum in Salto, seu in Sinedochio regen-
„ te, atque disponente ipso Abbate. Abbas
„ vero cum Monachis sibi commissis regulari-
„ ter vivere debeat: & sub nulla deinceps no-
„ stra, vel heredum nostrorum redigatur po-
„ testate; sed superfit suis ipse [13] Mona-
„ sterio Virorum excepto [14]. Defuncto Ab-
„ bate, jusso Domini [15] fieri solet, Mo-
„ nachi unum consensum [16] in unum con-
„ cordare personam, aut quod absit [17] ma-
„ lum elegerint Caput, tunc Sedis Aquilejen-
„ sis Pontifex eos ad una redeant concordia D
„ [18]. ac meliorem de ipsis Monachis consti-
„ re juvant [23]. Quod si contempserint, cor-
„ repti iterum atque iterum sub allegatione
„ ejus distringi debeat [24]. Et si (quod non
„ optamus) in deterius irruerint qui de eodem
„ Monasterio, tunc mutetur ipse [25] Mo-
„ nasterium in Sinedochio [26], regente at-
„ que disponente ipso Abbate una cum con-
„ sensu Sedis Aquilejensis Pontificis, sicut su-
„ perius diximus de Monasterio Puellarum:
„ nam alias in ipsis rebus, vel Monachis, seu
„ Monachas [27] nullam faciat lesionem.
„ Te vero, qui præsens Pontifex & Deo di-
„ gnus esse [28] & dignosceris, Domine Si-
„ guald Patriarcha, per Patrem & Filium &
„ Sanctum adjuramus Spiritum, & per Bea-
„ tum Petrum Principem Apostolorum, ut nul-
„ las eis, vel earum permitti patiaris violen-
„ tias, nec ipse facias: sed hanc certam [29]
„ perpetualiter firma sit sub anathemate scri-
„ pto, ut tui Successores majorem habeant cu-
„ ram, & tibi magna merces accrescant [30].
„ Quod si facere contempseris, Dominum cum
„ suis Angelis formida. Hanc cartam ad nos
„ facta [31] Ansperto Monacho [32] scri-
„ bere rogavimus. Hoc actum ad Monaste-
„ rium (D) Sanctorum omnium Apostolo-
„ rum, sito [33] Nonantula Territorio in
„ notinense [34]. Anno Dominorum nostro-
„ rum (E) Desiderii & Adelchis Regibus [35]
„ sexto, tertio, Mense Madio, Indictione
„ quintadecima. ✠ Ego Erso indignus Mo-
„ nachus in hanc cartam a me factam manu
„ mea

[1] *de nostro jure.*
[2] *fluvium Tiliamentum.*
[3] *vel quidquid Esvita conjux mea habere videbatur.*
[4] *Vegariam*, idest Vicariam, ac jurisdictionis munus. Vide Cangium.
[5] *considerationem suam ipse Abbas.*
[6] *Missis.*
[7] *persolvat.*
[8] *Et casas in Carnis, in Vincaretto, seu & Casam nostram.*
[9] supple *de.*
[10] *ancillis, aldionibus vel aldianis.*
[11] An *Casata?* pro familia rustica servorum, & colonorum.
[12] seu *de ante dictis, qui jam.*
[13] Supple *in Monasterio.*
[14] An *exempto?*
[15] Supple *ut fieri.*
[16] *uno consensu in unam concordent personam.*
[17] Supple, *si.*
[18] *ad unam reddat*, aut *reducat concordiam.*
[19] *debet.*
[20] *quæ est*, nempe Abbatissa, *quam una* omnes *concordes elegerint.*
[21] *ipse.*
[22] *nullam aliam habeat* Patriarcha scilicet Aquilejensis.
[23] *sicut condecet, vivant.*
[24] *debeant.*
[25] *ipsum.*
[26] *in Xenodochium.*
[27] *Monachabus.*
[28] *es.*
[29] *hæc carta.*
[30] *accrescat.*
[31] *a nobis factam.*
[32] *Anspertum Monachum.*
[33] *situm.*
[34] *Mutinense.* [35] *Regum.*

„ Ego beatus indignus indignus Diaconus Sanctorum Apostolorum rogatus ab Erfone manu mea ss. ✠ Ego Theophilus indignus Monachus Sanctorum rogatus ab Erfone pro jussu Domini Silvestri Abbatis in hanc cartam manu mea subscripsi. ✠ Ego Anselmus (F) licet indignus Monachus, Sanctorum omnium Apostolorum rogatus ab Erfone . . . Abbate, & jussione Domini Silvestri Abbatis hanc cartulam donationis atque definitionis ad Monasterium Monachorum in Sexto conscripsi; similique alia carta [2] pari tenore & sensu, quem [3] debent habere Monasterius Monacharum in Salto: unde & reliquas duas cartas, una [4] per Ursone Presbytero [5], & alia [6] per Beato Diacono [7] scripta [8]: quod [9] insimul sunt quatuor. Ista data est ad Monasterium in Sexto, & alia data est ad Monasterium Feminarum in Salto, tertia in Monasterio Domini Victoriani Abbatis in Monasterio S. Archangeli Michaelis, quarta quidem in Monasterio Domini Erfonis in Tuscia; ut absque aliqua fraude perhenniter ipsi verendi loci [10] persistanr. Explicit. Deo gratias. Amen: Orate pro nobis omnes Sanctos.

II. (A) Itaque in *Laura* constituti *Erfo*, *Zanto*, *& Marcus*, duo supradicta loca, Monachorum Cœnobium *in Sexto*, & Monasterium Puellarum *in Salto*, erigenda curarunt. Jam enim *exeuntes* pridem *de terra & cognatione sua*, Monasticæ disciplinæ se tradiderant *in Tusciæ partibus*. Cum vitæ communis & Cœnobiticæ muneribus egregie defuncti essent, in cellas Lauræ se receperant, vitam separatam & quietam cum Anachoretis agentes. Hoc *Lauræ* discrimen est a Cœnobio. Cangium Vide, qui plura docet in utroque Glossario, Latino, & Græco. Jam erectis Monasteriis, de proventibus annuis constituerunt, latifundiis & juribus dono traditis, quæ in ipso Documento recensentur. Pagorum, villarum, locorum-

bro III.

(C) Conjugem in seculo habuerat Erfo, quæ semel *Esvita* appellatur, bis *Esinda*. Ejus quoque bona ac jura Cœnobio Sextensi traduntur: ipsiusque Abbatis relinquitur arbitrio ac prudentiæ, ut *pro anima Esindæ* quidpiam *in eleemosyna*, *vel Missis*, *aut psalmodia annue persolvat*.

(D) Actum est Documentum in Monasterio Nonantulano *Sanctorum omnium Apostolorum*. Sub hoc titulo Templum Cœnobii Nonantulani positum ab Anselmo Duce Forojuliensi, discimus ex ejus Vita, ubi Capite II. dicitur *Templum*, *& Altare consecratum fuisse ad nomen & honorem Sanctorum omnium Apostolorum*.

(E) Annum æræ vulgaris, quo prædictæ Tabulæ confectæ sunt, designat septingentesimum sexagesimum secundum *Indictio quintadecima*: eumdemque definiunt *sextus* Desiderii Regis annus, & *tertius* Adelchisii in Regni consortium adsciti. Utriusque epochæ initia designavimus Capite XXXVIII. num. 2.

(F) In Apographo, quo utimur, Tabularum scriptor hoc loco vocatur *Anselmus*: superius rogatum legimus *Anspertum*, ut scriberet. Annon potius retinendus *Anselmus*, pridem Dux Forijulii, Monasterii Nonantulani fundator, Abbas, & Monachus, & hac etiam ætate vitam agens?

III. A VETUSTO hocce documento nolim manum subducere, quin ex eodem argumentum proferam adversus Bartholomæum Germonium, qui temere veteribus chartis bellum indixit. Contendebat ille: *cujusque diplomatis autographum raro geminum*, sed *fere semper unicum* fuisse; ut inde colligeret, autographis semel excisis nonnisi adulterina in eorum locum supponi potuisse. Imo frequentius gemina, neque raro plura, scribebantur ejusdem tenoris autographa, ut pluribus exemplis evincunt Mabillonius de Re Diplomatica Libro I. Capite II. num. 7. & Justus Fontaninus

[1] *Zanto.*
[2] *Similemque aliam cartam.*
[3] *Quam debet habere Monasterium.*
[4] *Unam.*
[5] *Ursonem Presbyterum.*
[6] *Aliam.*
[7] *Beatum Diaconum.*
[8] *Scriptam.*
[9] *Quæ.*
[10] *In ipsis venerandis locis.*

sa potest præter Schisma. Solvuntur objecta. Hanc denique ratam habent Romani Pontifices appellationem.

I. Cum singulari prærogativæ ac honoris titulo Metropolitanos Episcopos utriusque Ecclesiæ, Aquilejæ, & Gradi, constanti ac receptissimo usu eos appellando Patriarchas, exornent Scriptores, ac Romani Pontifices hujus ævi, ad quod pervenimus; ejusdem appellationis, quæ extraordinaria videtur & insolens, non ita præteriri origo potest, quin diligentius in ipsam inquiramus. Rem pertractarunt pro viribus plerique Scriptores: proque genio & ingenio splendidissimi nominis aliam, aliamque excogitarunt causam; aut ipsum nefandum Schisma, quo Macedonius, Paulinus, aliique Successores impliciti, supremo in terris Ecclesiæ Christianæ Capiti Romano Pontifici obedientiam subtraxere; aut certe, ut nobiliorem originem inveherent, primum locum Venetiæ, ubi Aquileja consistit, attributum in Diœcesi Italiæ; aut Ecclesiasticæ Provinciæ amplitudinem; aut demum Ecclesiæ a Marco Evangelista institutæ excellentiam.

Prima Baronio placuit origo. Sic ait ad Annum D. LXX. num. 10. & 11. "Unde „ emerserit istiusmodi inauditum hactenus in „ Italia (*Patriarchæ*, quo Paulus Diaconus „ Paulinum Aquilejensem Episcopum exornat) nomen, in qua præter Romanum Pontificem, neminem ejusdem titulo apud Veteres reperies insignitum, accuratius disquiramus. Ad hæc autem primo illud dicendum occurrit, usurpatum frequenter idipsum nomen his temporibus reperiri, pro Archiepiscopo nimirum; utqui sub se alios haberet Episcopos, sicut dictus esset Archiepiscopus: item pariter ex vocis significatione Princeps patrum, & græco nomine Patriarcha nominaretur. Sunt de his plura exempla. (*Hæc nos infra dabimus.*) Constat præterea, Arianos consuevisse suos primarios Episcopos Patriarchas appellare, quod cum apud Victorem, tum apud Gregorium, B „ & alios usurpatum invenies. Factumque „ est, ut & alii hæretici, a catholica communione discissi, quem sequerentur erroris „ principem, eumdem quoque dicerent Patriarcham, ad hoc male usurpato nomine Patriarchæ, quod olim Apostolicarum tantum „ Sedium consuevit esse nomen amplissimæ dignitatis. Cæterum quod ad præsentem causam spectat, non alio præterito tempore, „ sed præsenti, cum videlicet Venetiarum & „ Istriæ Episcopi atque Liguriæ essent in Schismate, Paulinusque Aquilejensis his omnibus præemineret: placuit iisdem Schismaticis, qui ab Ecclesia Romana descivissent, C „ illum sibi loco Pontificis constituere supremum Antistitem, quem & Patriarcham „ nuncupavere. Hanc igitur putamus veram „ germanamque fuisse novi nominis causam. „ Ab hac vero diversam neque quis poterit „ somniare; cum non antea, sed tunc aucta „ sit majoris dignitatis amplitudine Ecclesia „ illa, dum esset in Schismate."

Eamdem sententiam Henricus Noris amplexus est in Dissertatione Historica de Synodo quinta Capite X. Congerit plura, ut evincat, nullo Patriarchatus Aquilejensis vel penes titulum argumento fulciri antiquitatem: adeoque ex Schismate ipsum profluxisse, arD bitratur. "Sane, inquit, post Schisma Aquilejenses, ut verbis utar Gregorii Magni, „ *omnes quatuor Patriarchas, non ratione, sed* „ *malitiosa mente vitabant*, Libro VII. Epistola V. (in postrema Editione Libro IX. „ Epistola XI.) Hinc jus Patriarchale in suum „ Antistitem transtulere. Illorum Metropolita, non secus ac Patriarchæ, a Synodo Provinciæ, a nemine licentia impetrata, eligebatur, ac nullius evocationi subjectum se „ esse dicebat: unde Severus Aquilejensis Romam evocatus morem non gessit, adeoque „ nec jurisdictioni Papali subjici patiebatur. „ Ex his patet, in Schismate Metropolitas

„ Aqui-

perpetuo dictum esse, *sive illud nomen ex Marci institutione hauserit; sive ex Sedis suæ & Civitatis splendore mox fuerit consequutus*. Putat Salmasius apud laudatum Norisium, Metropolitam, qui primam Regionis Provinciam regebat, appellatum fuisse Patriarcham: inter Italiæ Provincias primo loco numerari Venetiam cum Istria: adeoque *Aquilejensem Episcopum Patriarcham semper nuncupatum esse*. Aliorum indicat opinionem Emmanuel a Schelstrate Tomo II. Antiquitatis Dissertatione IV. Capite IX. num. 2. qui ex Provinciæ Aquilejensis amplitudine post Sirmii cladem factum existimant, *quod Aquilejensis Metropolita Patriarchæ nomen promeruit*. *Quam rem*, inquit ille, *quia solum de nomine controversia est*, *aliis discutiendam relinquimus*.

INTER varias quas allegavimus Scriptorum opiniones, fabellas quoque non præterimus, quæ nobilissimam Patriarchatus Aquilejensis pandunt originem. Illam præ cæteris profero, quam habet Honorius Augustodunensis, duodecimi seculi Scriptor, Libro I. de Antiquo ritu Missarum Capite C. LXXXVII. Tribus enumeratis præcipuis Patriarcharum Sedibus, Romana, Alexandrina, Antiochena, sic ait: *Postquam Nicæna Synodus Romano Pontifici hoc contulit privilegium*, *ut sicut Augustus præ Regibus*, *ita ipse præ omnibus Episcopis haberetur*, *& Papa vocaretur: jus Patriarchatus ad Constantinopolitanam urbem*, *scilicet secundam Romam*, *est translatum*. *Quod autem aliæ Sedes sunt mutatæ*, *hæc causa videtur esse*. *Cum Christiani*, *relicta lege Dei*, *Paganos spurcis operibus imitarentur*, *judicio Dei traditi sunt in manibus eorum*, *qui deletis Christianis possederunt loca eorum*. *Unde Antiochenus Patriarchatus est ad Hierosolymam translatus*. *Porro Alexandrinus ad Aquilejam est positus*, *quia huic Civitati primum Marcus Evangelista præsedit*, *qui postea Alexandriæ præfuit*. Eadem scribit Hugo Victorinus. Scatent omnia fabellis.

II. ABEANT commenta. Varias ad examen liceat revocare productas opiniones, eamque seligere Patriarchatus Aquilejensis originem, quam solidiores fulciunt conjecturæ.

demque titulo Actione II. exornarunt Primates, aut Exarchos Dioeceseon, quæ pluribus constabant Provinciis, ac Metropolitanis Episcopis. Dicuntur enim Πατριάρχαι διοικήσεως, *cujusque Diœceseos Patriarchæ*. Ævo suo Gregorius Magnus, furente scilicet in Aquilejensi Ecclesia Schismate, quatuor numerat, ac etiam quinque Patriarchas, Romanum, Constantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, Hierosolymitanum.

NIMIUM præjudiciis occupatus foret, ipsamque fulgentissimam veritatem ejuraret, qui Ecclesiæ Aquilejensi, vel primum institutæ, vel postea amplificatæ, jura Patriarchalia tribueret. Imo Sedes hæc solam obtinuit Metropolitanam prærogativam seculo quarto provecto: nec alia deinceps jura sibi vendicarunt ejus Antistites orthodoxi, nisi quæ Metropolitis convenirent. Sed etiam *Patriarchæ* titulum, qui ex Synagoga in Ecclesiam invectus creditur, Christiani fœderis Præsulibus prima vice in Synodo Calchedonensi tributum scimus Primatibus, aut Exarchis Diœceseon; unde mirum est, scribi a Palladio, & Salmasio potuisse, Aquilejæ Antistitem *Patriarcham semper ac perpetuo dictum*, *nuncupatumque esse*.

HANC puto invectam in Occidentem vocem a Gothis, eoque honoris titulo insignitos fuisse Metropoleon Episcopos. Insignis est Epistola Athalarici, qui ab anno 526. tenuit Regnum usque ad annum 534. in Italia. Joanni Papæ inscripta est apud Cassiodorium Libro IX. Variarum num. 15. Scribentem in ea Gothum Regem sic legimus: *Sanctitas vestra statuisse nos præsenti definitione cognoscat*, *quod etiam ad Universos Patriarchas*, *atque Metropolitanas Ecclesias volumus pertinere*. Et infra: *Alios vero Patriarchas*, *quando in Comitatu nostro de eorum ordinatione tractatum:* itemque, *Vos autem qui Patriarcharum honore reliquis præsidetis Ecclesiis:* demum, *Si quis Apostolicæ Præsulem Ecclesiæ*, *vel Patriarcharum Episcopum*. Ubi Romanus Pontifex appellatur *Patriarcharum Episcopus:* cæterique Metropolitæ, ac ipsi fortasse simplices Episcopi honoris gratia dicuntur *Patriarchæ*. Id ab illis factum puto, quod eisdem familia-

de Pepusa Phrygiæ Patriarchas.

FACTUM esse propterea, animadvertit Theodoricus Ruinart in Notis ad Librum II. citatæ Historiæ, ut in illis regionibus, quas Barbari incolebant, nomen Patriarchæ usurparent Catholici, eoque Metropolitas & Primates suos exornarent. Gregorius Turonensis Libro V. Historiæ Francorum num. 21. de Synodo Lugdunensi agens, quæ anno 567. habita fuit, scribit: *Conjunctos Episcopos cum Patriarcha Nicetio* causam discussisse. Priscus Lugdunensis, Nicetii successor, in Synodo Matisconensi II. anno 588. celebrata, *Episcopus Patriarcha* dicitur in Præfatione; quanquam solo Metropolitani nomine appelletur Canone XX. his verbis: *Et hoc adimplere, sollicitudinis sit Metropolitani Lugdunensis Episcopi*. Datur idem honoris titulus Sulpicio Bituricensi in Epistola Desiderii Cadurcorum Episcopi, & Chelidonio Vesontiensi in Vita S. Romani Abbatis Jurensis. Primatem quoque Toletanum dictum fuisse Patriarcham, ostendit Norisius ex Luitprando in Chronico, & Primatem Cantuariensem ex Villelmo Malmesburiensi.

AD Italiæ Metropolitanos accedo. Laurentius adest Mediolanensis, qui ab anno 573. rexit Ecclesiam ad annum 592. Ad hunc vero nuncupatum *Patriarcham Laurentium* habetur Epistola Childeberti Regis Francorum apud Ruinartum in Appendice Operum Gregorii Turonensis num. 4. Donationis diploma Capite XXI. protulimus a Maximiano Ravennæ Metropolita datum, in quo Macedonius Aquilejensis vocat ipsum Patriarcham. Verba sunt: *Macedonius Episcopus S. Catholicæ Aquilejensis Ecclesiæ, rogatus de præsenti a Domino Fratre meo Beatissimo Viro Maximiano Patriarcha S. Ecclesiæ Raven*. Ex quibus omnibus colligendum est, non ipsos Metropolitas eo *Patriarchæ* titulo, qui honoris causa usurpabatur, se umquam hoc ævo appellasse, sed ab aliis insignitos fuisse. Porro nullus dubito, quin eodem nomine Episcopi nostri Aquilejenses exornarentur. Desiderantur exempla,

C

D

ni, & Petri de Marca. Ait ille Parte I. Veteris & Novæ Ecclesiæ Disciplinæ Libro I. Capite XXI. num. 5. *Debet Patriarcha Aquilejensis in Italia aut exortum suum aut incrementa ei Schismati, quod e trium Capitulorum in Quinta Synodo condemnatione initium sumpsit. Gothorum Reges in Italia, ut clares ex Athalarici ad Joannem Papam Epistola, ditionis suæ Metropolitanos Patriarchas appellabant. Non parciores fuere Longobardi in Episcopis suis nominum saltem gloria ornandis: quibus postea in Schisma abreptis, visum est Patriarchæ nomen & rebellioni fovendæ accommodum, & ei potestati confirmandæ, quam ab aliis liberam nec cuiquam obnoxiam sibi sumpsissent*. Ait Petrus de Marca in Dissertatione de Primatibus num. 20. *Dictus vero est Patriarcha* (Aquilejensis,) *eo quod Reges Gothorum Italici Regni Episcopos Patriarcharum nomine ornarent* ... *Quare Episcopus Aquilejensis, qui post aliquot annos ab excidio Gothorum in Schisma delapsus est ob tria Capitula, una cum reliquis Istriæ Provinciæ Episcopis, liberum sibi existimavit ejus nominis usum continuare, præcipue quod ejuscemodi titulus ad suam αὐτοκεφαλίαν, qua Schismatis tempore potiebatur, multum conferret*.

ARGUMENTIS jam agamus. Verisimilis alia adduci causa nulla potest. An fuerit institutæ a Marco Evangelista Ecclesiæ prærogativa? Cur ergo ab initio neque Metropolitana illa fuit? Cur similem nominis gloriam non habuerint tot aliæ Ecclesiæ, quas ipsi Apostoli, ac Discipuli a Petro missi instituerunt? Cur tam longo post tempore vetustam originis nobilitatem voluerint Aquilejenses declarare splendore nominis, quod invexere Gothi? Cur denique Ecclesiam, licet origine nobilissimam, jure tamen nonnisi Metropolitanam, eo titulo ornaverint, quo Calchedonenses Patres Romanum Pontificem, aliosque Exarchos, qui Metropolitanis Episcopis præsidebant, insignitos voluere?

ALIAM causam proferunt alii, Primatum scilicet Venetiæ & Istriæ, cujus Metropolis

erat

…nia, quæ primo loco numeratur. Nicetium, & Priscum Lugdunenses pariter ostendimus Patriarchas nuncupatos. Id factum existimat idem Salmasius, quod primæ totius Galliæ Provinciæ illi præessent. Verumenimvero in eadem Notitia primo loco *Viennensem Provinciam* positam habemus, deinde *Lugdunensem*. Cur vero demum titulum semel habitum amiserint postea Metropolitæ, Mediolanensis, & Lugdunensis, cæterique plures; eademque manaverit appellatio in Successores Aquilejenses?

TERTIAM proferunt alii causam, Provinciæ Aquilejensis amplitudinem, maxime post Sirmii cladem. Atenim dici hactenus potuit, nondum satis evinci, ex Sirmii clade Provincias accessisse cum sedibus Episcopalibus ad Aquilejam Metropolim. Cladem Attilanam passum est Sirmium anno Christi 442. ac decennio post in eamdem miseram sortem incidit Aquileja. An ergo inter bella & clades, principe urbe solo æquata, translata Sede in Insulam Gradum donec Aquileja reficeretur, hac vero numquam in pristinum statum instaurata, Provinciæ fines dilataverit Aquilejensis Metropolitanus, nominisque gloriam præ cæteris comparaverit? Verum etiam Metropolita Mediolanensis amplissimam regebat Provinciam, quæ Liguriam, Æmiliam, Alpes Cottias, & Rhetiam primam complectebatur: aliique fuerunt in Galliis, & Hispaniis, & Anglia Antistites ob amplitudinem Provinciæ præstantissimi: neque tamen Patriarchæ titulum usurparunt, aut pro Gothorum more acceptum retinuerunt.

UNUM Schisma superest, quod ejusdem appellationis semel acceptæ, in Metropolitis Aquilejæ perennantis causam aperiat. Equidem apud illos, dum Schismate laborarent, ambitiosum nomen illud vigebat. Paulinum præcipuum Schismatis incentorem, & Eliam ac Severum Schismaticos, appellat *Patriarchas* Paulus Diaconus. Neque solum pro more ævo suo jam obtinente prædictos Antistites eo titulo exornasse videtur Historicus: imo quod ipse legerat in vetustis monumentis, aut Majorum traditione acceptum didicerat, historiæ suæ Langobardorum inserebat. Hinc pergit ille men erat Patriarchæ, quo titulo passim a suis vocabatur Antistes Aquilejensis, & a finiti- B mis gentibus. Patet ergo, appellationem Patriarchæ, quæ primum honoris causa adhibita fuit, cæterisque in Ecclesiis brevi spatio temporis occasum habuit, retentam esse, dum Schisma furebat, ab Aquilejæ Metropolitis, & ab uno ad alterum in successores promanasse.

SIBI vendicabant illi autocephaliam, refugiebantque cæteros Patriarchas, quibus tanquam præcipuis Capitibus regebatur Ecclesia Dei. In Libello ad Mauricium Imperatorem dato, effreni superbia exuberantes jactant, Decessores, Paulinum, & Eliam, *a communione damnantium* tria Capitula *abstinuisse*: maximeque Romani Pontificis, Occidentis Patriar- C chæ, & totius Ecclesiæ Capitis, *communionem ab initio motionis causæ evitasse*. Jura quoque Patriarchalia usurpabant. Paulinus enim non obtento, nec postulato Romani Pontificis consensu, manus impositionem accepit: adeoque ob vitium ordinationis vocat ipsum Pelagius I. *invasorem*, *Pseudepiscopum*, *non consecratum*, *sed exsecratum Episcopum*. Romam vocatur a Gregorio Magno Severus *ad Synodum*, ut de ea, quæ vertebatur dubietate, peremptorium judicium uno consensu proferretur: neque paruit ille, iniquissime contendens, ad illius judicium sibi *accurrendum* non esse, *cum quo causa ipsa esse dignoscebatur*. Hæc sunt, inquam, jura Patriarchalia, quæ Schismatico spiritu D usurpabant Metropolitæ Aquilejenses. Hæc igitur causa fuerit, ut etiam nominis Patriarchæ usum ipsi continuarent, quod ad jura significanda, quæ sibi vendicabant, quibusve abutebantur, maxime conferebat.

SUBDOLÆ, ac malitiosæ mentis eorum specimen habetur in Libello citato ad Mauricium. In eo Schismatici Antistitem suum semel appellant *Metropolitam*, frequentius *Archiepiscopum*. Hocce titulo Patriarchas illo ævo non raro appellatos, vetera monumenta testantur: eoque rursum exornatos legimus in Oriente Exarchas, & in Occidente Primates, ac Legatos seu Vicarios Apostolicos, qui Metropolitanis pluribusque Provinciis jus dicebant. Hinc Isidorus Hispalensis, qui seculo sexto cadente, & se-

piscopus Aquilejæ, aut Diœceseos, aut plurium Provinciarum Primas, nec vicem Apostolicam gerebat, nec Provinciis & Metropolitanis ad jus dicundum præfectus fuerat. Purus putus Metropolita unam regebat Ecclesiasticam Provinciam. Cur ergo eo titulo Metropolitanum suum Schismatici appellant? Nullus dubito, autocephaliam, quam usurpaverant Aquilejenses, eo illos nomine significare voluisse. Titulum *Patriarchæ*, Græco Imperatori scribentes, prætermittunt, quem in Oriente tributum sciebant quatuor principalium, Constantinopoleos, Alexandriæ, Antiochiæ, & Hierosolymæ, Sedium Episcopis. Minus elatum *Archiepiscopi* nomen adhibent, independentiæ significandæ satis aptum, ne Græcum Imperatorem nimia tituli pompa offenderent. Gallos etiam *Archiepiscopos* memorant, ut hujusce appellationis in Occidente exemplum proferrent: cum tamen quod Primatibus Episcopis in Austrasiæ Regno convenire poterat, sibi vendicare Aquilejensibus non liceret.

IV. Hac de re dissertationem scripsit illustrissimus æque ac Doctissimus Philippus a Turre, Romæ cum degeret sub finem præteriti seculi, ingeniique sui illustria in Academiis præberet specimina: eamque in eruditorum hominum cœtu recitavit. Exempla manuscripta circumferuntur. Originem Patriarchatus Aquilejensis ut infamiæ nota purget, nullum non movet lapidem: eoque in argumento pertractando, cæteros absque dubio eruditionis copia, & rationum verisimilitudine superavit. Ad amplitudinem Metropoleos Aquilejensis, cum civilis, tum Ecclesiasticæ, refert originem prærogativæ Sedis, ac splendidi tituli. Quas attamen causas satis rejectas profligatasque, confidimus: eaque semper difficultas manet, cur Patriarchæ nomen, quod aliis Metropolitis ob similes rationes intra & extra Italiam semel iterumque tributum defierit, in solis Aquilejæ Metropolitanis Episcopis perenne factum sit. Hujusce rei causam ex Schismate ortam novisse tandem, ac lubens amplecti videtur Vir ornatissimus. Hæc enim ejus verba gius II. in Epistola ad Eliam data, quæ inter Acta Synodi Gradensis habetur, ipsum *Patriarchæ* nomine exornat: ac tandem vel ipsi Catholici Gradi Præsules eo titulo ab initio usi sunt, ut jam colligi posse videatur, a Schismate ortum non esse Aquilejensem Patriarchatum. Paucis collecta sunt, quæ omnia lato calamo pertractat Turrius.

Ea nos disseruimus, quæ abunde satisfacere posse videntur. Titulus hujuscemodi, honoris causa a Gothis invectus, non solum Aquilejæ Metropolitis, verum & aliis intra Italiam, & extra absque ullo discrimine tribuebatur. Idem in Successores titulus non manavit reliquis in Ecclesiis Metropolitanis, origine præstantissimis, ac Provinciæ amplitudine paribus: adeoque non alia præter Schisma adduci causa potest, quod Aquilejæ duntaxat viguerit, ac perennis eadem facta sit extraordinaria appellatio. Prædictam Romani Pontifices numquam adprobarunt appellationem: eorumque Epistolæ, quæ allegantur, cum titulo *Patriarchæ*, aut spuriæ sunt, aut ut minimum interpolatæ. Synodi Gradensis Acta cum Epistola Pelagii II. ad Eliam ut minimum interpolata ostendimus; pariterque vitio laborantem aliam Pelagii (an primi, an secundi, ignotum) Epistolam *ad Paulum Aquilejensem Patriarcham*, quam exhibent Tabulæ Veronenses apud Ughellum. Scriptores coævi laudari non possunt, qui Schismatis historiam concinnaverint: scriptoque pauca sequiore ævo reliquerunt Joannes Diaconus in Vita Gregorii Magni, & Paulus Diaconus in Historia Langobardorum; eaque mendis plurimis depravata. Illud vero ex Paulo Diacono colligitur, Aquilejenses tempore Schismatis Patriarchæ nomen adhibuisse, quod cæteris in Ecclesiis aliquando auditum jam obsoleverat. Eodem denique titulo, quem Istricum & Veneticum Schisma firmaverat, utpote fovendæ Aquilejensium rebellioni accommodum, uti quoque voluerunt ab initio Catholici Gradenses honoris tantum causa, ne Sedes ipsa Gradensis ullo videretur minuta prærogativæ ornamento. Melior

ipsum Gregorium. Habentur Honorii I. Epistolæ ad *Universos Episcopos per Istriam, & Venetiam constitutos*: quibus *Gradensi Ecclesiæ Episcopali ordine* consecrandum *cum Pallii benedictione* Primogenium dirigit. Datam a Theodoro Papa Epistolam refert Dandulus cum hac inscriptione: *Theodorus Episcopus servus servorum Dei Dilecto Fratri Primogenio Patriarchæ Gradensi*; quem titulum adjectum puto a Scriptore, qui nimium Gradensibus favebat. Epistola Gregorii II. *Dilecto Fratri Sereno* inscribitur. Alia data dicitur *Dilectis filiis Donato* (Gradensi) *Patriarchæ, Episcopis &c.* in eaque Donatus ipse *Gradensis Patriarcha* appellatur. Sed interpolatricem manum ostendunt aliæ ejusdem Gregorii litteræ ad *Episcopos Venetiæ seu Istriæ* ex Codice Trivisaneo in Tabulis Gradensibus vulgatæ, in quibus Donatus *Gradensis Præsul* vocatur, ac novi *in Ecclesia Gradensi Præsulis* electio indicitur. Scribit Gregorius III. *Calisto*, scribit etiam *Antonino Gradensi Archiepiscopo* (qua voce eo tempore passim apellabantur Metropolitani:) eumdemque *Ansoninum Gradensem Episcopum* Synodo Romanæ a Gregorio celebratæ adfuisse, narrat Auctor ejus Pontificis Vitæ apud Anastasium. Stefanus denique III. *Joanni* (Gradensi) *Coëpiscopo* litteras inscribit: in eisque *Gradensis Ecclesiæ Archiepiscopatus* legitur.

NUSPIAM comparet *Patriarchæ* titulus. Inquio ego, si Patriarchatus Aquilejensis innocua origo foret, habuissetque causam aut Primatum Venetiæ inter cæteras Vicario Italiæ subjectas Provincias, aut Sedis nobilitatem, ac Metropoleos Ecclesiasticæ amplitudinem; cur ejusdem tituli tam altum silentium in legitimis per hæc tempora documentis? Dicuntur enim Aquilejæ, & Gradi Metropolitæ *Episcopi, Coëpiscopi, Præsules, Archiepiscopi*: numquam Patriarchæ. Silentii causam habeto. Nomen idem honoris causa aliquando usurpatum, tandem in aliis Ecclesiis obsolevit. Nominis usum Schismatica mente continuarunt Aquilejenses. Gradenses Catholici, ne Sedi suæ videretur aliquid prærogativæ detractum, titulum semel invectum retinuere. Dissecta Me-

B apud Canisium, ubi sic ait: *Venit Religiosissimus Carolus ad urbem Foriolanam* (quo in loco Aquilejenses Metropolitani sedebant.) *Contigit autem, ut eodem tempore Episcopus Civitatis illius, aut, ut Modernorum loquar consuetudine, Patriarcha occasui visæ appropinquaret*. Nempe extraordinaria appellatio, quæ causa honoris, ut sæpe admonuimus, primum invecta fuerat, non longe post obsoleverat. Eadem vero ab Aquilejensibus Schismatico spiritu retenta, intra domesticos lares continebatur. Langobardorum Regno extincto, foris innotuit: adeoque ab exteris hominibus, Scriptoribusque pro recenti habebatur.

MONUMENTUM præsto est, quo evinci posse videtur, Hadrianum Pontificem eamdem in Paulino, de quo sequente Capite agendum,
C appellationem redarguisse. Diploma ipse Pontifex circa annum 784. concesserat Magenario Dionysiani Monasterii Abbati, ut in eodem Episcopus institui posset. Episcopi duo, Paulinus, ac Theodulphus, qui Carolo Magno in Francia anno incerto aderant, Dionysiani Monasterii privilegiis detrahebant; quos Pontifex cohibet data ad ipsum fortasse Magenarium Epistola. Hanc refert Mabillonius Libro VI. De Re diplomatica num. 42. In ea legimus.... *lanensem Paulinum, & Theudulphum contempsisse* prædictum *privilegium*: eosque *nescio per quam phantasticam ambisionem, nomen sibi conantes imponere, similem Beati Petri Apostolorum Principis sedem, Apostolatum, ac*
D *summum Pontificatum se habere jactitare*. Hæc eadem narrat Mabillonius in Annalibus Benedictinis ad Annum DCC. XC. num. 4. & ait: *Episcopi illi forsean fuere Paulinus Aquilegiensis* (seu Aquilejanensis, aut Forojulianensis,) *& Theodulphus Aurelianensis*. Quodnam fuerit *nomen* illud, quod sibi Paulinus, ac etiam Theodulphus, conabantur imponere, quove apicem Romanæ Sedis æmulari videbantur? Non aliud sane, nisi *Patriarchæ* nomen. Hanc vero in Paulino appellationem, quam sibi pariter vendicabat Theodulphus, redarguit Hadrianus, cum unus totius Occidentis verus Patriarcha esset Romanus Pontifex.

INTERIM passim uterque Metropolita,

 Aqui-

& Gradensibus apud Ughellum.

HINC denique *Patriarchæ* nomen, quod a seculis intra Provinciæ fines popularium ora efferebant, quod foris etiam late usurpari cœptum est, illudque invalescente consuetudine

que lectori evolvendam proponimus, ut quam ejusdem Patriarchatus originem pro virili nostra aperuimus, ab ipsis quoque splendidissime patefactam conspiciat, teneatque.

CAPUT XLI.

Succedit Paulinus. An ipsi, an Paulo Diacono bona Valdandi rebellis contulerit Carolus Magnus? Synodis adest ab eodem Carolo convocatis Paulinus. Libera Successorum electio Aquilejensi Clero adseritur. Hunnici belli initium. Forojuliensis Marchæ institutio: ejusdemque Dux, & Marchio Henricus.

I. SIGUALDUM anno 776. vita functum excepit Paulinus. Eodem anno post vindictam de Rotgaudo Duce rebelle sumptam, *in Regione* (& Civitate Forijulii) *aliquantisper demorari* voluit Carolus Magnus, teste Monacho S. Galli, *donec Episcopo decedente, dignum ei successorem substitueret.* Substituit vero Paulinum, dignissimum Patriarcham, litteris, & moribus, & sanctitate conspicuum. Gesta ejus narrare pergimus.

VOCAT ipsum *natione Austriacum* Ughellus; hoc est, natum in Austria Langobardorum: qua voce tota Venetia, maximeque Provincia Forojuliensis intelligebatur. Locum originis seu natalis frequentior Popularium traditio fert *Premariacum* pagum, ad tertium circiter a Civitate Forijulii lapidem. Vulgarem traditionem, præsto nulla sunt vetusta & sincera documenta, quæ confirment: neque pluribus verbis in re obscura diutius immorari, operæ pretium est.

DEFINITUM initæ Sedis tempus vexare videtur Diplomatis epocha, quod a Carolo Magno ad ipsum Paulinum datum fertur. Illud proferunt Baronius, ad Annum DCCC. II. num. 13. Bollandus ad Diem XI. Januarii in Vita Paulini §. II. num. 9. aliique. Prædia & possessiones donantur *Viro valde Venerabili Pau-*

C *lino artis grammaticæ Magistro*, hoc est, litterarum politiorum professori: *quæ fuerunt Valdandi, filii quondam Mimoni de Labariano, quæ ad nostrum* (ut ait Carolus) *devenerunt Palatium; pro eoquod in Campo cum Rotgaudo nostro inimico a nostris fidelibus fuerit interfectus.* Datum Diploma legitur, XV. *Kal. Julii anno* VIII. *Regni nostri ex Lorea Civitate.* Annum Christi 773. intelligunt laudati Baronius, & Bollandus, qui dubio procul omni falluntur, cum solum anno 776. rebellis Rotgaudus, cum eoque Valdandus interfecti fuerint. Regni Italici a Carolo suscepti epocham intelligunt alii: adeoque hanc Regis donationem consignant anno æræ vulgaris 781. Aut
D ergo Paulinus dono regio cumulatus, alius fuerit a Paulino nostro, si anno 776. infulas ipsum obtinuisse, dici debeat: aut Sedis ejus initium post annum 781. differendum contra fidem Monachi S. Galli, & Actorum Synodi Mantuanæ. Mabillonius Libro II. De Re diplomatica Capite XXVI. num. II. adnotat: sæpe Regnum Francicum in Diplomatibus Caroli confundi cum Italico, cum istud in illo contineatur; unde nihil est impedimento, quominus *octo* illos *Regni annos* ad Epocham Regni Francici referamus. Anno 768. die 9. Octobris Rex Franciæ inunctus Carolus est. Igitur Men-

se

thelim fluvium in Ducatu Veneto. Obstare primum videtur *Civitatis* nomen ignobili & angusto tributum loco: nulla deinde suppetit ratio, cur Carolus, qui post Pascha Tarvisii die 14. Aprilis celebratum in Franciam reversus est, Loreti diversaretur die 17. Junii in Ducatu Veneto. An potius fuerit Civitas Laureacum, quæ pariter apud Scriptores dicta legitur, *Laurach*, & *Larabba*? An vero *Loriacum pagi Vvastinensis oppidum* (Lorris) situm medio ferme itinere inter Montem-Argisi, & Floriacum? Eo in loco varia a Regibus Francorum data Diplomata præsertim seculo duodecimo, adnotatum legimus apud Mabillonium de Re Diplomatica in Appendice, quam Libro VI. adjecit Theodericus Ruinart.

HINC Epocha Episcopatus Paulini nutare videtur. Ait enim Monachus Sangallensis: Carolum *in eadem regione* (Forojuliensi) *aliquantisper demoratum esse*, *donec Episcopo* (Sigualdo) *decedente*, *dignum ei Successorem substitueret*. Id ante Pascha factum videtur, quod postea Tarvisii celebravit Carolus: adeoque Paulinus, quem in Sedem Aquilejensem substituit Francorum Rex, alius fuerit a Paulino Artis grammaticæ Magistro: aut Sigualdo alius præter Paulinum successor datus. Res ita fortasse conciliari potest. Noluit Sigualdus, teste Monacho S. Galli, *Successorem ex nomine designare*: idque prudenti Regis Caroli *dispositioni* reliquit. Obiit ille: sed necesse non est, ut illico Successorem designaverit Carolus; neque enim Scriptoris verba, qui compendio plura colligit absque temporum nota, tam severe ac presse accipienda sunt. Discessit Rex, in Franciam remigraturus. Per *Civitatem Loream* transiens, Paulinum voluit Privilegio exornare, quem Sigualdo Successorem animo designaverat: ipsumque postea declaravit suffecitque eodem anno 776. provecto, aut cadente. Vero simillimæ sunt conjecturæ.

II. DIPLOMA nihilominus a Carolo datum Paulo Diacono, non Paulino Patriarchæ, scribit Joannes Candidus in Commentariis Aquilejensibus. Autographum desideratur, vel optimæ notæ apographum, in quo expendendum foret, num *Paulus*, an *Paulinus* legatur? agebat fortunæ bonis minutam; propterea quod *nihil de rebus*, *quas genitor suus habuerat*, (ipsius Pauli verba sunt) *exclusus jam ab iis*, *qui eas invaserant longa & diuturna possessione*, *conquirere potuit*. Nihil ergo facilius, quam Paulo sibi grato, ejusque familiæ largiri voluisse Carolum quidpiam levaminis de bonis ærario publico addictis; unde Diplomatis verba sunt: *Merito quidem a nobis sublevantur muneribus*, *qui nostris fideliter obsequiis famulantur*. *Et ideo si petitiones eorum*, *pro quibus nostras pulsaverint aures*, *ad effectum perducimus*, *Regiam consuetudinem exercemus*, *atque illorum animum nobis deserviendo provocamus*.

ADOLESCENS Ticinum profectus, litterarum se totum studio dedit: habuitque Magistrum *Flavianum*, nepotem *Felicis*, qui *floruit in Arte grammatica*, ut ait Libro VI. Capite VII. Liberalibus disciplinis adeo excultus fuit, ut de ipso hoc elogium scripserit Herchempertus in fusiore Historia inter Excerpta, quæ Tomo V. Collectionis Scriptorum Rerum Italicarum vulgata sunt: *In præfati Regis Desiderii temporibus*, inquiens, *floruit in Arte grammatica Diaconus Paulus*, *qui fuit ortus ex Forojuliensi Civitate*, *parentibus secundum seculi dignitatem non infimis*. Habes Paulum Diaconum, *florentem in Arte grammatica*. Habes etiam Valdandi bona *Viro valde venerabili . . . Artis grammaticæ Magistro* a Carolo dono data. Annon idem fuerit Paulus, utrobique ob eamdem Artis grammaticæ peritiam celebratus?

EGREGIIS animi dotibus, ac litterarum præstantia sibi Carolum demereri potuit, Principem imprimis eruditum: sibique sane ipsum meritis suis adeo devinxit, ut in Franciam proficiscentem Regem comitatus fuerit post accisas Langobardorum vires. Quidni id contigerit post cædem Rotgaudi? Pronum est ergo conjicere, favere Paulo regia munificentia Carolum voluisse prædicto ad ipsum dato Diplomate donationis.

CONJECTURAM confirmant verba nonnulla, quæ habentur in alio Diplomate Carolomanni, quo Aquilejensi Ecclesiæ rata ac firma

ma

chilii anno Christi 787. illigatur. Tempus habes, quo cucullum Cassini induit Paulus. Obiisse vero dicitur anno circiter 799. Tum vero bona sua Ecclesiæ, cujus fuerat Diaconus, potuit ipse offerre: quænam vero? nisi quæ Caroli munificentia ipsum accepisse, conjicimus. Quæ si valeant conjecturæ, duo sponte fluunt: tum anno 776. Mense circiter Aprili in Sedem Aquilejensem substitutum a Carolo Paulinum: tum eodem anno, Mense Junio, Valdandi bona Paulo Diacono, Regis ejusdem largitate, collata fuisse.

III. NEDUM gregi sibi concredito Præsul renunciatus invigilabat Paulinus, suæque Ecclesiæ emolumentis intendebat animum, omnemque operam conferebat: verum etiam Carolo Magno in Synodis, quas frequentius convocabat, variisque negotiis Religionis, quæ peragebantur, præsens aderat. Ipse testis est in Concilio Forojuliensi, de quo sequente Capite agendum: *sæpius contigisse, ut reverendis principalibus accersitus Imperiis, celeberrimæ Synodi Venerabilium* Patrum *adesse conventioni deberet*. Synodos frequentes a Carolo in variis ditionis amplissimæ locis convocatas, habitasque memorant Annalium Francicorum Scriptores.

INTERFUISSE videtur ille Generali Conventui, quem Aquisgrani anno 789. celebravit Carolus. Quid egerit Paulinus, colligi potest ex Hincmaro Remensi, qui in Opusculo I. quod vulgatum est in Appendice Synodi Duzicensis anno 868. habitæ, sic ait: *Cum de aliis memorabilibus Imperatoribus, ac Regibus loquimur, Avi vestri* (ad Carolum Calvum verba dirigit) *Magni Imperatoris Caroli non est prætereunda memoria. Cui cum sicut adsolet, adulantium linguis subreptum fuerit, ut Ecclesiis de rebus suis præjudicium quoddam inferret; obsistentibus Episcopis, & specialiter Paulino Patriarcha, sicut vobis bene notum esse recognosco, adeo se recognovit, & Ecclesiæ ac Episcopis satisfecit*, ut edictum tulerit, *ubi scriptum est: Quia juxta Sanctorum Patrum traditionem novimus, res Ecclesiæ vota esse fidem anno prædictum Capitulum*, Paulini consilio, editum est. Discimus etiam, vices ipsum in eodem Conventu Sedis Apostolicæ gessisse. Neque obstat titulus *Imperatoris* Carolo tributus; sic enim vocatum Carolum ante acceptam Imperii dignitatem, idemque nomen pro Rege usurpari consuevisse, pluribus ostendit Mabillonius de Re Diplomatica Libro II. Capite IV. num. I. & Capite XXVI. num. 12. Memoratum edictum refert Baluzius ad annum 802. ubi latius, quæ menti ejus insedit, sententiam versabimus.

REGINOBURGI, seu Ratisponæ anno 792. degebat Carolus. Patrum conventus habitus, C in quo *primum hæresis Feliciana*, quam Felix Urgellitanus, Jesum Christum Filium Dei esse contendens adoptivum, audacissime propugnabat, anathema subiit, ut Annales Francorum testantur. Aderat Paulinus cum Sacerdotibus Christi, qui *ex diversis Christiani Imperii partibus*, Alcuino teste Libro I. contra Elipandum, *convenerant*. Adfuit ipse Felix, hæreseos auctor; *ubi auditus est*, ut ait Eginardus in Annalibus, *& errasse convictus*. Ad hanc Synodum commode referri possunt Paulini nostri verba Libro I. contra Felicem Capite V. inquientis: *In hoc quippe gymnasticæ disputationis conflictu contigit, etiam humillimæ nostræ parvitatis personaliter præsentiam adfuisse*.

D IV. HOC anno, eodemque in loco Reginoburgi diploma obtinuit Paulinus, quo libera successorum Patriarcharum Aquilejensi Clero adseritur electio, aliæque plures conceduntur immunitates. Inscriptus legitur, *Carolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum, & Patricius Romanorum*. Incipit vero: *Si petitionibus Servorum Dei, in quo nostris auribus fuerunt prolatæ, libenter obtemperamus, regiam consuetudinem exercemus: & hoc nobis ad mercedis augmentum, seu stabilimentum Regni nostri pertinere confidimus*. Tum Sancta Aquilejensis Ecclesia memoratur, *constructa in honore Sanctæ Dei Genitricis semper Virginis Mariæ, vel Sancti Petri Principis Apostolo-*

litarem conferendo: *excepto si veniet, quod nos ipsi, aut dilectus filius noster Pipinus, vel regale reditum* (al. *præsidium*) *propter impedimenta inimicorum, partibus Forojuliensibus* (in partes Forojulienses,) *aut in fine Tarvisani* (in Fines Tarvisinos) *advenerint*.

NOTÆ Chronicæ sequuntur: videlicet, *Facta pridie Nonas Augusti anno* XXIV. & XIX. *Regni nostri*. Annus 24. Regni Francorum incepit die 9. Octobris anni æræ vulgaris 791. Hoc eodem anno ante diem undecimam Septembris inceperat. annus Regni Langobardici 19. juxta priorem ejus epocham: adeoque conficitur, Diploma Mense Augusto datum, ad annum 792. pertinere. Diploma idem dicitur *actum Regenesburg in Palatio publico, in Dei nomine feliciter Amen*. Quod inter Palatia Regum Francorum omissum observamus apud Mabillonium Libro IV. de Re diplomatica, licet ejusdem meminerint Monachi, Angolismensis, & Sancti Galli, apud Duchesnium. Ratisponæ, seu Regenesburgi *Pascha celebravit* hoc eodem æræ vulgaris anno 792. *Carolus Rex*, ut habent Annales Bertiniani: ipseque *Autumnali tempore* discessit; unde & locus constat dati Diplomatis.

V. REGIONEM Forojuliensem, aliasque Regni Francorum Provincias vexabant Hunni. Narrat Eginardus ad Annum DCC. LXXXVIII. Barbaros istos, *duobus exercitibus comparatis, uno Marchiam Forojuliensem, altero Bajoariam aggressos esse*. Verum *frustra*, inquit ille; *nam in utroque loco victi, fugatique sunt: & multis suorum amissis, cum magno damno ad loca sua se receperunt*. Ad eos subigendos convertit animum Carolus. Spe omni sanciendæ pacis præcisa, bellum indixit anno 791. quod *octo annos*, Eginardo teste in Vita ejusdem Regis, usque ad annum 799. perduravit.

ANNO primo initi belli, copias duxit ipse Carolus: hostiumque præsidiis dejectis, castellis expugnatis, vastata Pannonia, victor ad sua se recepit. Munere quoque suo, propitio Marte, defuncti sunt Pipinus filius, ac Duces duo, alter Forijulii, alter Istriæ: aciesque Ducis Forojuliensis secutus esse Paulinus videtur. Hæc discimus omnia ex Epistola ejusdem

Ill. *Dux de Histria ut dictum est nobis, ibidem bene fecit cum suis hominibus... Nos autem, Domino adjuvante, tribus diebus litaniam fecimus, idest Nonis Septembris, quod fuit Lunis die, incipientes, & Martis, & Mercoris*. Dies lunæ concurrens cum *Nonis*, seu die quinta Septembris, annum æræ vulgaris indicat ac definit 791.

SIGNUM Ill. quod inter Epistolæ verba observatur, nominis est nota, quod desideratur, aut reticetur: ipsumque, veluti pronomen demonstrativum *ille, illa*, reddiderunt ac intellexerunt in vetustis chartis minus periti. Hinc in prædicta Epistolæ parte, quam descripsimus, legi non debet, *ille Episcopus, ille Dux, ille & ille Comites*; verum signum nominis reponendum hoc modo Ill. *Episcopus*, Ill. *Dux*, Ill. & Ill. *Comites*. Ducem Istriæ nominatum legimus *Joannem* in Documento, quod ex Trivisaneo Codice vulgatum allegavimus Capite XXXVIII. num. 4. confectumque ante annum 810. infra dicemus. Ducem alium puto Henricum, Marcario suffectum, quem de Hunnis anno 796. victorem Capite sequente videbimus, & ab eisdem anno 799. apud Tersatium oppressum enecatumque. Non alius demum fuerit Episcopus, qui memoratur, nisi Paulinus, arctissimo amicitiæ vinculo junctus Henrico. Mutua eorum reverentiæ & necessitudinis officia satis indicat Alcuinus in Epistola XCIV. ad ipsum *Æricum*, sive Henricum, *Ducem* scripta. Ait enim: *Plura tibi, Venerande, de Christianæ pietatis observatione forte scripsissem, si tibi Doctor egregius, & pius cælestis vitæ Præceptor, Paulinus meus, præsto non esset: de cujus corde emanat fons viventis aquæ, in vitam salientis æternam. Illum habeas salutis æternæ conciliatorem, ne alicubi tuæ conversationis pes impingat: sed recto itinere currens, divina donante gratia, ad perpetuæ portas vitæ pervenire mereatur*. Henrici Ducis pietatem, simulque Paulini Patriarchæ doctrinam & sanctimoniam discimus.

VI. IN Eginardi verbis, quæ ad Annum DCC. LXXXVIII. habentur: *Marchiam Forojuliensem* nuncupatam legimus. Nomen istud, & hanc dignitatem Blondus, Volaterranus,

chio, sed a Marchione Marcha nuncupabatur. Invicem *Comes*, *Dux*, & *Marchio* differebant: ac nihilominus una eademque persona duplici, vel triplici hoc nomine appellari, & insi- carius, quem Rotgaudo rebelli substituit Carolus? Erat enim limitanea regio, Pannoniæ scilicet & Slaviæ contermina.

CAPUT XLII.

Felicianam hæresim profligat in Synodo Francofordiensi Paulinus. Episcopi Istriæ ad Aquilejæ Metropolim rediisse videntur. Superat Hunnos Henricus. Concilium Paulinus celebrat in Civitate Forijulii. Num idem Patriarcha Carinthiorum & Avarum conversioni operam dederit? Hostium insidiis occumbit Henricus, cui sufficitur Cadalous Marchio. An prædicto Henrico librum de salutaribus documentis nuncupaverit Paulinus?

I. FELICIS, Urgellitani Episcopi, impiam hæresim, qua Nestorii dogma instaurabatur, anathemate percussam Ratisponæ anno 792. jam memoravimus. Erroris convictus Felix, *ad præsentiam Hadriani Pontificis* (eodem anno) *Romam missus* est, (verba sunt Eginardi in Annalibus) *ubi etiam coram ipso in Basilica Beati Petri Apostoli hæresim confessus est, atque abdicavit*. Nihil non movit Elipandus, Antistes Toletanus, præcipuus alter socius erroris, ut infelicissimum Felicem ad castra impietatis revocaret. Reversus ille ad vomitum, infusum virus latius effundere cœpit; jamque damnatam hæresim ardentioribus animis tutari. Ut extrema adhiberetur morbo manus, Plenarium Concilium Francofurti coactum. Præsens aderat Carolus Magnus: adfueruntque Legati Apostolici, universique Regni Francorum, idest Italiæ, Galliæ, Germaniæ Episcopi. Annus Christi labebatur 794. quo tertium Feliciana hæresis anathema subiit.

INTER Acta *Libellus Sacro-Syllabus* habetur, a Paulino nostro Aquilejensi conscriptus *in* ipso *Concilio*, *in Suburbanis Moguntiæ Metropolitanæ Civitatis, in loco celebri qui dicitur Franconofurd*, Patrum jussu *ad Provincias Galliciæ ac Spaniarum* dirigendus, *ad noxios rescecandos errores, specialiter autem ad Elipandum Toletanæ Sedis Episcopum*. Catholicam fidem strenue vindicat Vir Sanctissimus, erroremque profligat adversum. In ejusdem Libelli præfatione sic loqui inducitur post lectam Elipandi Epistolam Rex Carolus: *Quid vobis videtur? Ab anno prorsus præterito, & ex quo cœpit hujus pestis insania, tumescente perfidiæ ulcere, diffusius ebullire, non parvus in his Regionibus, licet in extremis finibus Regni nostri, error inolevit, quem censura fidei necesse est modis omnibus resecare*. Alligatum scilicet perfidiæ fuerat ulcus anno 792. cum Felix Ratisponæ & Romæ erroris convictus hæresim ejuravit. Intumuit illud, opera Elipandi, qui Felicem ad errorem revocavit. Id accidit anno 793. quem *annum præteritum* vocat Carolus.

II. DIGNA sunt animadversione, quæ sequuntur, Paulini verba: *Quapropter ego Paulinus, licet indignus peccator, omniumque Servorum Domini ultimus servus, Aquilejensis Sedis Hesperiis oris accinctæ, cui Deo auctore deservio, nomine non merito Præsul, una cum Reverendissimo & omni bonore digno Petro Mediolanensis Sedis Archiepiscopo, cunctisque Collegis Fratribus & Consacerdotibus nostris, Liguriæ, Austriæ, Hesperiæ, Æmiliæ, Catholi-*

est, quo Italiam designari norunt omnes. Quid fuerit vero *Hesperia* a Liguria, Austria, Æmilia distincta? Legendum puto, *Histriæ*: vel B ipsa Provincia Istria *Hesperiæ* nomine intelligatur. Dicitur enim sinus Adriaticus ab Anonymo Ravennate, seu Guidone Presbytero Libro I. num. 17. & Libro V. num. 24. de Geographia, *Colfus Occidentalis*, & *Hesperius*: unde non aliam designaverit ea voce Provinciam Paulinus, quam Istriam mari Hesperio adjacentem. Præterea Episcopos *Liguriæ* intelligit, qui Mediolanensi Archiepiscopo parebant: Episcopos *Æmiliæ* memorat, Archiepiscopo Ravennati subjectos. Illi quoque Synodo Francofordiensi adfuerunt, quibus ipse Paulinus præerat, Episcopi *Austriæ*, seu Venetiæ, & *Hesperiæ* seu Istriæ.

Hinc facile crediderim, Istriæ Episcopos C hoc tempore Metropolitæ Aquilejensi, non Gradensi, paruisse. Donec Istria in Græcorum ditione fuit, jus in illam sibi quidem vendicabant Aquilejæ Antistites: at Gradensi Præsuli obtemperare ejus Provinciæ Episcopi cogebantur. Dissidia narravimus, quæ sub Sereno, Calisto & Sigualdo efferbuerunt. Verum eadem Provincia in Francorum potestatem redacta, videntur Istriani Episcopi a Gradensi transiisse ad Patriarcham Aquilejensem.

Id Romani Pontifices, ut Carolo Magno morem gererent ac probatissimo Paulino, dissimulabant: quod attamen ab eisdem minime probatum, colligimus ex Epistola Leonis III. ad Carolum apud Labbeum vulgata num. 11. D Petierat a Pontifice Rex, ut Fortunatus Patriarcha, quem Insula Grado *Venetici* expulerant, Polanam in Istria regeret Ecclesiam, dudum post Emilianum Interpontificio laborantem. Annuit Pontifex: eamdemque Polæ Sedem *ad Diœcesim prædicti Fortunati* pertinere ait. Conditionem adjicit: *Ita tamen*, inquiens, *ut si ipsi* (Fortunato) *sua Sedes* (Metropolitana Gradensis) *restituta fuerit*, *Polana Ecclesia... semper irrefragabiliter cum suo Antistite salva existere possit*. Rationem affert: *Reservatur siquidem* (eadem Polana Ecclesia) *in ipsis vestris Imperialibus apicibus* (*quomodo in Aquis Palatio nobiscum providistis de Aquilejensi Ecclesia*) *velut una*,

videtur a Carolo, ut iidem Episcopatus Istriæ a Provincia Aquilejensi avellerentur, cui, Paulino Regi carissimo inter vivos agente, subjecti fuerant. Dissidium mox emersit sub Maxentio: eique pro jure in Istriam Provinciam causa adjudicata fuit.

III. Bellum gerebat Carolus contra Hunnos per Pipinum, Henricum Ducem Forojuliensem, aliosque. Celebrem narrant Annalistæ victoriam anno *796*. relatam. Præcipuas gessit partes Henricus, qui Hunnorum locum, Rhingum vocitatum, cepit: expilatosque thesauros detulit ad Carolum. Canit Poeta Saxo:

Nam spoliata fuit Hunnorum Regia, Rhingum,
Quam vocitant. Hanc Dux Heiricus hoc ceperat anno.

Ait etiam Eginardus in Annalibus: *Magnam partem thesauri Henricus Dux Forojuliensis, spoliata Hunnorum Regia, quæ Ringus dicebatur, eodem anno* (*796.*) *de Pannonia* Regi detulerat.

Hujus Rhingi accuratam descriptionem Libro secundo de Gestis Caroli Magni inseruit Monachus S. Galli, quem Notkerum Balbulum plerique credunt, apud Canisium. Verba ejus sunt: *Terra Hunnorum novem circulis cingebatur... De circulo ad circulum sic erant possessiones, & habitacula undique versum ordinata, ut clangor tubarum inter singula posset cujusque rei significativus adverti. Ad has ergo munitiones, per ducentos & amplius annos, qualescumque omnium Occidentalium divitias congregantes, cum Gothi & Vandali quietem mortalium perturbarent, orbem occiduum pene vacuum dimiserunt. Quos tamen invictissimus Carolus ita in annis octo perdomuit, ut de eis minimas quidem reliquias remanere permiserit.*

IV. Celebrem post victoriam cum hostium irruptiones non formidaret Provincia Forojuliensis, celebrandum Paulinus in Civitate Forijulii Concilium indixit, habuitque *in Causa sacrosanctæ Trinitatis, & Incarnationis Verbi Domini*. In Actorum præfatione hæc habentur: *Anno igitur felicissimo Principatus eorum* (Caroli, & Pipini) *tertio, & vicesimo, & XV. Canonicis siquidem evocatum syllabis Fra-*

Numerum quindenarium, qui sequitur, *pro quindecim litteris Canonicis* Joannes Harduinus accipit, quas directas fuisse conjicit ad totidem Provinciæ Aquilejensis Episcopos. Sed annos intelligi debere Pipini Regis in Italia, satis evincunt illa verba: *Anno igitur felicissimo Principatus eorum*, quæ utriusque Regis, Caroli, & Pipini, annos numerari ostendunt. Pipinus Rex inunctus fuerat Romæ anno 781. in Paschate, quod incidit in diem 15. Aprilis: adeoque *decimus quintus* Regni ejus annus incipit eadem die anno 795. eademque definit die anno insequente 796. Anni Caroli Magni ad priorem epocham Regni Italici referendi sunt, quæ computari cœpit anno 773. ante diem Septembris undecimam. Hinc annus *vicesimus tertius* incipit eodem anno 795. ac insequente 796. definit ante diem eamdem undecimam Septembris. Hoc anno pascha celebratum est die 3. Aprilis: unde Paulinus Concilium habuit in *Municipio* & Civitate *Forojulii* post Pascha anni prædicti 796.

CAUSAS narrare pergit Sanctissimus Antistes in eadem Præfatione, quæ impedimento fuerant, quominus ipse superioribus annis in sua Aquilejensi Provincia Synodum juxta priscorum Canonum sanctiones celebraret. *In hac veneranda Sede*, inquit, *cui*, *Deo auctore*, *non meis meritis*, *sed gratuito me praesse munere recognosco*, *per tot temporum curricula minime reverendi Concilii sessionem celebratam esse*, *vestram scire non ambigo sincerissimam caritatem*. *Nam propter improbos*, *qui solent irrumpere*, *mundanos tumultus*, *propterque imminentia præliorum bella*, *quæ circumquaque per gyrum finium nostrorum frementi ferocitate ingruere non cessabant*, *intermissum interim hoc magnificum opus procul dubio poteris approbari*. *Verumtamen non penitus intermissum veridicis valebit assertionibus æstimari*. *Nam quoties reverendis principalibus accersiti Imperiis*, *in generali celeberrimæ Synodi Venerabilium Patrum conventione humillimam parvitatis meę præsentiam*, *quia sæpius contigit adfuisse*, *vestris est animis*, *ut opinor*, *non celatum* .... *Nunc autem*, *divina opitulante Clementia*, *attritis utique ferocium barbarorum superbiæ typho* adesse debuit. Verum *reddita quietissima pace*

B *terris* post victoriam anno 796. de Hunnis relatam, ac *paululum respirantibus regalibus jussis*, Provinciæ suæ consulere voluit Paulinus, habuitque Concilium Forojuliense.

FELICIANAM hæresim, contra quam strenue militaverat in Conciliis Ratisponensi & Francofordiensi, in calce Præfationis innuit, ac damnat his verbis: *Similiter & illis non credimus*, *qui in duos videntur Filios unum Christum Dei Filium dividere*, *dum illum naturalem*, *& adoptivum affirmare moliuntur*. Eamdem produnt hæresim, quæ in Expositione Symboli differit: *Non alter*, inquiens, *hominis filius*, *& alter Dei*: *sed unus idemque Dei hominisque filius*, *in utraque natura*, *di-*

C *vina scilicet & humana*, *Deus verus*, *& homo verus*, *non putativus Dei Filius*, *sed verus*: *non adoptivus*, *sed proprius*, *quia numquam fuit propter hominem*, *quem assumpsit*, *a Patre alienus*. Post fidei rectæ expositionem, Canones constituit sanctissimos, ad mores ac disciplinam pertinentes.

V. INTER præclara Paulini gesta recenset Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ: quod *prædicationi quoque Evangelicæ vacabat*, *qua Carinthiæ populos*, *& nationes finitimas ad fidem Christi perduxit*. Rem dubiam puto, quam paucis expedire præstat. Compendio primum accipe collecta, quæ Marcus Hanzisius Tomo I. & II. Germaniæ Sacræ, aliique probati Scri-

D ptores latius differunt de gente illa. Noricum mediterraneum, adeoque Carinthiam jam ab anno 568. una cum Hunnis aut Avaribus inundaverant Sclavini seu Winidi, cum quibus Franci, & Bajoarii multas habuere dimicationes. Plures annos iidem Sclavini in fœdere steterunt, ac sub jugo Hunnorum; donec anno Christi 622. in libertatem, Clotarii Francorum Regis opera, vindicati sunt. Hoc eorum Regnum inter Hunnorum, & Langobardorum inimicitias constitit usque ad *Boruthum*, qui anno 757. ut Pagio placet, in clientelam Bajoariæ Ducum concessit cum suis: & hocce demum circiter tempore Caranthanorum conversio cœpit, operam conferente S. Virgilio, Episcopo Salisburgensi.

IN

cessorem ad pium opus excitabat. In ejus Epistola C. XII. ad eumdem Paulinum scripta hæc legimus: *Quis se Servorum Dei pio & laudabili labori* (conversioni Sclavorum in Carinthia) *subtrahere debet, ut Diaboli diruatur sævitia, & Christi Domini crescat servitium? Sed quamplurimorum in te, Pater optime, oculi respiciunt, quid vestra veneranda Sanctitas facere velit: quia & vicinitas locorum tibi competit, & sapientiæ decus suppetit.* Hæc Paulini designatio ad Sanctum opus mire commendat doctrinæ ejus præstantiam, ac fidei propagandæ zelum. Contigit vero fors Arnoni Salisburgensi. Hanc illi vineam procurandam post Hunnos Avarosque contritos tradidit Pipinus, ut narrat Anonymus Auctor Vitæ S. Ruperti apud Canisium Tomo III. Parte II. editionis Basnagianæ: idemque Caroli Magni consilium fuit, eodem Anonymo teste, his verbis: *Interim contigit, anno videlicet Nativitatis* DCC. XCVIII. *Arnonem, jam Archiepiscopum, a Leone Papa accepto Pallio, remeando de Roma venisse ultra Padum: eique obviasse Missum Karoli cum Epistola sua, mandans illi ipso itinere in partes Sclavorum ire; & exquirere voluntatem populi illius, & prædicare ibi verbum Dei.* Abiit ille bonis avibus ad arenam Apostolicam: & *Sclaviniæ Pannoniæque*, seu Carinthiæ emensus fines, *consecravit Ecclesias, ordinavit Presbyteros, populumque prædicando docuit.* Ex hac Apostolica solicitudine argumentum sumebat Arno, ut jus Metropoliticum Salisburgense ad Carinthiam protenderetur, quam ipse ad fidem Christi perduxerat: sed jura vetera Patriarchæ Aquilejensi favebant. Hinc lis mota inter ipsum Arnonem, & Maxentium Paulini successorem de finibus Provinciæ, seu Diœceseos: quod a Carolo Magno diremptum dissidium, infra narrabimus.

VI. FINEM seculi octavi attigimus, simulque finem Hunnici belli, quod anno 791. inchoatum est, perduravitque octo annos. Eginardus in Vita Caroli sic ait: *Octavo tandem anno completum est* bellum contra Hunnos. Annus Christi 799. labebatur. Cessit Carolo completissima victoria, quæ tamen Henrico Duci & Marchioni Forojuliensi, & Gerboldo Præfecto Bajoariæ cædem attulit.

B

Gerboldus Bajoariæ Præfectus. Henrico nostro vita functo Cadaloum, quem etiam Cadolachum vocant, suffectum fuisse, vetera monumenta testantur.

VII. LAUDATO Henrico num Librum de Salutaribus documentis nuncupaverit Paulinus, locus est ut inquiramus. Prostat in Appendice Tomi VI. Operum divi Augustini *Liber Exhortationis* inscriptus, *vulgo De Salutaribus Documentis ad quemdam Comitem.* Paulino Aquilejensi idem Opus restitui certo posse ac debere, admonent Monachi S. Mauri, auctoritate ducti Codicis Colbertini optimæ notæ, & antiquissimæ Scripturæ, in quo sub hoc titulo recensetur: *Sermo Beati Paulini Forojuliensis Episcopi cuidam amico suo in seculo militanti.* Dicitur Episcopus *Forojuliensis*, eo quia in Civitate Forijulii sedem haberet.

C

HENRICO Duci dicatum librum, suspicantur Monachi editores: notantque, *Ducis & Comitis* nomina olim promiscue usurpari consuevisse. Alius hac ætate florebat Henricus, qui passim *Comes* appellatur in vetustis Documentis apud Jo. Georgium ab Eckart in Commentariis de Rebus Franciæ Orientalis: idemque amicitia Paulini facile frui poterat. Diploma Ludovici Pii Imperatoris memoro, anno 837. datum, quod ipse Eckartus profert loco citato ad Annum DCCC. LXXIX. ex quo discimus: quod *tempore Caroli Serenissimi Imperatoris* (cum adhuc Rex esset) *Berowelfus Wirceburgensis Episcopus, datis quibusdam Ecclesiæ suæ rebus ad fiscum ejusdem* (Caroli,) *&*

D

interveniente Misso illius Hunrogo Comite, alias ejusdem meriti res ad partem suæ Ecclesiæ ex potestate fisci acceperit. Hic est Henricus, quem etiam *Hunoricum*, *Hunrocum*, & *Hunrogum* vetusta monumenta appellant: neque solum *Comites* hoc ævo dicebantur, qui alicui præfecti fuerant Civitati, sed etiam Missi Regii; quo prædictus Henricus munere fungebatur in Franconia. Hunc propterea Henricum Iperius in Chronico S. Bertini Capite XIII. appellat *Comitem de militia Caroli Magni.*

PARIA videntur verba Codicis Colbertini, in quo citatus S. Paulini liber inscriptus legitur *cuidam amico in seculo militanti.* Quidni fuerit laudatus Henricus, qui *Comes erat de mi-*

Comes.

Everardus Marchio Forojul. Cœnobii Cisonienſis fundator. Uxor ejus Giſella filia Ludovici Pii.

Berengarius Dux Septimaniæ.

Hunricus, vel Henricus Comes.

Adalardus Abbas S. Bertini.

Hunroch Comes.
- N. filia rapta a Nepote Liutwardi Epiſcopi Vercellenſis.

Berengarius Dux, & Imperator. Uxor ejus Bertila.
- Giſella Adalberti Marchionis Eporediæ uxor.
  - Berengarius II. Rex Italiæ.
    - Adalbertus Rex Italiæ.

Adalardus.
- Berengarius Comes Lummenſis, ſive Namurcenſis.

Rudolfus. Abbas.

Engeltrudis.

Judith.

Heilvich ſive Hadwigis uxor Ottonis Saxoniæ Ducis.
- Henricus Rex Germaniæ.
  - Otto Magnus.

C A P U T XLIII.

Synodum celebrat Altini Paulinus. Ejus epocha inquiritur. Sponſionis formula, quam Paulino Metropolitano præſtabant Comprovinciales Epiſcopi. Ad examen vocatur Diploma Reginoburgenſe. An Synodis, quas Aquisgrani Carolus Imperator convocavit, interfuerit Paulinus?

I. DE Synodo, quam Altini celebravit B. Paulinus, temporum ordo expoſcit, ut agamus. Acta periere. Una ſupereſt ejuſdem Metropolitæ Epiſtola, quam integram typis vulgandam curavit Baluzius Libro VII. Miſcellaneorum, cum antea lacera legeretur in Eccleſiæ Annalibus apud Baronium, & in Collectionibus Conciliorum. Inſcribitur his verbis: *Catbolico ſemperque in Chriſto inclito Triumphatori Domno Carolo divi-*

in Synodo actum indicat *de causa orthodoxæ fidei, de statu quin etiam ac formosa Ecclesiastici culminis dignitate, de rerum quarumcumque dispendiosa jactura, de quibuscumque necessariis.* Ipsa demum Acta ad Regem Carolum transmittit, ut Regiæ protectionis auctoritate fulciat ac muniat executionem. *In vestro nihilominus*, inquit, *decrevimus reservare judicio; quatenus subtili libraminis vestri moderatius lance librata, si sinistro plus justo relaxante moderaminis perpendiculo, nullius esse deprehendantur momenti, vestræ auctoritatis censura abolita sopiantur: si vero alicujus fortasse utilitatis, æquo pendente libraminis disco, rata, si dici liceat, poterunt approbari, vestris fulcita fortius adjumentis vivaciter convalescant.*

In calce Epistolæ hæc habentur: *De Sacerdotibus autem plagis impositis, semique vivis relictis, vel certe Diabolico fervescente furore per ejus Satellites interemptis, non meum, sed vestræ definitionis erit judicium .... Neminem namque alium arbitrati sunt* Patres, *Sanctam Ecclesiam de inlatis injuriis tam potentissime quam Regali animadversione ulcisci.... Egrediatur quapropter, si placet, una de hac re per universam Regni vestri late diffusam Monarchiam decretalis sententiæ ultio, quam nulla umquam possit inimica veritatis, & adversatrix justitiæ, quolibet urgente refragationis instinctu, oblivio abolere. Valde enim hujus sceleris truculenta vestigia ob incuriam disciplinæ per cunctas mundi Ecclesias prævaluere partes. Unde vestri est censura Magisterii resecanda hæc noxialis morbi omnibus pestis, & potentissima docilique funditus manu extirpanda.*

Eamdem censet hanc Synodum Baluzius cum Concilio Forojuliensi, quod habitum est, ut inquit, aliquot ante annis, quam Carolus diceretur Imperator. Admonetque demum, Synodum eamdem, licet Altini celebratam, recte vocari Forojuliensem, cum habita fuerit in Diœcesi aut Provincia Forijulii. Longe aberrat a vero Vir clarissimus, ac *Forumjulium* Provinciam confundit cum *Forojulio* civitate & Municipio, ubi Synodum, quæ dici-

bitur ille apud Baronium, *Catholico semperque inclito Triumphatori Domno Carolo Divina coronante Clementia Imperatori:* simulque adnotat ipse in Margine, alios textus habere, *Regi;* quibus consentit Codex, quo Baluzius usus est. Diserte Paulinus ait: *Concilium habitum Altini fuisse sub nomine* (hoc est auspiciis, & auctoritate) *Regis:* ad quem ejusdem Acta transmittit. Ipsum infra *Venerabilem Principem* appellat. Ad ultionem nefarii sceleris, quod in calce narratur, *Regalem* incitat *animadversionem:* ultricemque sententiam expetit, quæ per *universam Regni* egrediatur *late diffusam Monarchiam*. An Imperatoris titulum, si jam insignitus fuisset Carolus, præteriisset Paulinus? Omissio foret absque exemplo, cum nullum adduci queat vetustum post ejus Romanam adclamationem aut Diplomatis ab eo dati, aut Epistolæ ad ipsum scriptæ monumentum, in quo dignitatis titulus non adhibeatur, aut ejusdem collatæ dignitatis nota non appareat.

Immane prædictum facinus intelligit Baronius inlatam Joanni Gradensi Episcopo necem, quam refert Dandulus Libro VII. Capite XIV. Parte XXIII. his verbis: *Per hos dies Joannes Dux* (Venetiarum) *sumpta occasione, Mauricium filium cum navali apparatu Gradum misit, ut Joannem Patriarcham interficeret. Mauricius autem cum furore Civitatem invasit: in qua invasione Patriarcha captus a Venetis graviter vulneratus est, & de turri altissima Palatii sui ad ima dejectus expiravit.* Id anno 802. contigisse, pronum est colligere ex Litteris Leonis III. ad Fortunatum, Successorem Joannis, quibus ad ipsum Pallium mittit Pontifex, scriptis datisque XII. *Kal. Aprilis Indictione* XI. *Imperatoris Caroli anno* III. idest anno Christi 803. ineunte. Hinc etiam necesse foret, Synodum Altinensem differre vel ad anni 802. finem, vel ad annum insequentem.

Nihil minus; cum immane prædictum facinus intelligi potius debeat, quod Romæ in Sanctissimum Pontificem Leonem III. intentatum fuit. Refert ipsum Anastasius in ejusdem Pontificis Vita: *Paschalis Primicerius... & Cam-*

deri potest quod ipse memorat flagitium ab illo, quod Anastasius describit: at longius etiam ab eo discrepat, quod narrat Dandulus. Equidem nec Romæ, nec in Insula Grado *Sacerdotes* legimus *plagis impositis semivivos relictos*, aut *interemptos;* cum unum Leonem Pontificem *semivivum* dimissum Romæ habeamus, ac unum Joannem Patriarcham in insula Grado *vulneratum*, præcipitemque *de turri dejectum*, ac interemptum. Romanum attamen scelus indicari potius existimo, quam Gradense. Refert Anastasius, Leonem *plagis & fustibus* male habitum, *semique vivum* relictum: agit quoque Paulinus *de Sacerdotibus plagis impositis semivivis relictis*. Facinoris auctores vocat *filios Diaboli* Anastasius, illosque ait *Sathanice collectos* fuisse: eisdemque utitur ferme verbis Paulinus, eos appellans *Diabolico fervescente furore Satellites*. Ad ultionem flagitio parem, quæ *per universam Regni* egrediatur *late diffusam Monarchiam*, Carolum excitat Aquilejensis Antistes: narratque Anastasius, eosdem *in Franciam missos*, exilio multatos esse.

ID anno contigit 799. ut communi calculo docent Scriptores, quo nondum Imperialem dignitatem indeptus fuerat Carolus; unde solum *Principis* & *Regis* titulis ipsum exornat Paulinus. Diem designat Anastasius, qua ingens commissum est Sacrilegium, cum scilicet Leo *more solito in letaniis, quæ ab omnibus Majores appellantur, procederet:* quæ dies est vigesima quinta Aprilis, illo anno feria quinta hebdomadæ tertiæ post pascha, quod incidit in diem 31. Mensis Martii.

HOC igitur anno Synodum celebrabat Altini Paulinus, paschali tempore, cum impium Romæ perpetratum facinus accepit. In Epistola Synodica denunciat illud Carolo *Regi* ad ultionem, neque Leone, neque nefariis hominibus proprio nomine appellatis, neque loco sceleris indicato; cum pro certo haberet, tantum flagitium, quod in Urbe Roma adversus Leonem Pontificem perpetratum fuerat, jam innotescere Carolo potuisse. Imo factum denunciat, prout fama illud vulgabat, minime circumstantiis probe & accurate cogni-

„ ne vel *Regis*, vel *Imperatoris*. Sicut enim,
B „ antequam Imperator acclamaretur, pluries
„ Imperator est dictus ..... ita post susce-
„ ptum diadema Imperii Regem dici posse,
„ non est ambigendum. Sic & in Diplomate
„ ad Fortunatum Gradensem datum *anno* III.
„ *Imperii*, (apud Ughellum in Tabulis Gra-
„ densibus,) ipse Carolus dicit, *Maximum*
„ *Regni* (non Imperii) *nostri munimentum* &c.
„ & circa finem, *Pro stabilitate Regni nostri*
„ *jugiter misericordiam Domini exorare* ....
„ Observatione dignum est, quod habet Coin-
„ tius ad Annum DCCC. III. num. LVIII.
„ *In eodem præcepto* (ait, agens de hoc ad
„ Fortunatum Diplomate) *Carolus annum*
„ *Imperii sui tertium apponit pro charactere*
„ *chronologico: & in ipso Diplomatis contextu*
C „ *misericordiam Domini non pro Imperii sui,*
„ *sed pro Regni sui stabilitate cupit exorari.*
„ *Cur autem non utrobique Imperii mentionem*
„ *faciat, hæc ratio reddi potest. Imperii no-*
„ *men perhonorificum, ditio nulla, ne vicus*
„ *quidem. Idcirco Carolus, ut tempus consi-*
„ *gnet quo præceptum emittit, annum notat*
„ *Imperii sui: sed ubi de suis agit ditionibus,*
„ *eas non Imperii, sed Regni vocabulo repræ-*
„ *sentat.* Igitur Paulinus, qui in ditione Ca-
„ roli Regis Concilium cogit, *Regem* appel-
„ lat, eadem forte ratione & ipse permotus. „
Hæc ille. An Imperii dignitas titulum Carolo sine re tribuerit, expendere non vacat. Ea argumenti nostri vis est, Diplomata a Carolo, jam Imperatore adclamato, data non esse, neque ad ipsum eadem exornatum dignitate scribi Epistolas potuisse, in quibus mentio nulla, vestigium nullum collatæ dignitatis, collatique perhonorifici tituli. Id evincit vel ipsum Diploma ad Fortunatum, quo pugnat Madrisius. Dixerit quidem in eo Carolus, *maximum* esse *Regni nostri munimentum*, itemque *stabilitatem Regni nostri:* at certe inscribitur ipse *Serenissimus Augustus a Deo coronatus Magnus & Pacificus Imperator Rom. gubernans Imperium:* datumque Diploma legitur *anno tertio, Christo propitio, Imperii*. Neque solum Diplomata dignitatis notam exhibent, verumetiam in Epistolis idem adhibe-

D

tur

... frequentius occurrunt: apex nullus habetur, quo dignitas indicetur Imperialis. Sed Carolo *Imperatori* juxta Baronium B hanc datam esse Epistolam, quispiam fortasse conjiciat ex aliis adtributis, *Catholici nempe, semperque inclyti Triumphatoris divina coronante clementia;* Imperatoris utique, non Regis. Vanam esse futilemque conjecturam evincunt paria, quæ legimus verba in ejusdem Paulini Epistola, tribus contra Felicem Urgellitanum libris præmissa, Regi Carolo, non Imperatori, scripta: nempe, *In Triumphalibus largiente Domino gloriosius insignito coronis, Domino Carolo orthodoxæ strenuissimo fidei cultori, regiique culminis altitudine sublimato.* Hæc sane omnia, si diligentius expendantur, aptissima videntur ad epocham constitutam Synodi Altinensis confirmandam; C ac cætera invicem optime cohærere ostendunt, quæ disseruimus.

Singularis epocha, quæ in eadem occurrere Paulini Epistola videtur, exponenda est. Quinto quodam anno significat ille, Altinense Concilium congregatum. Ejus verba sunt: *Ecce enim .... transmisso jam jamque alveo, promissionis terram Jesum Ducem sequentes ingressi, fructifera confestim arbusta legis studuimus plantare, cogente præcepto, quod figurata legitur nihilominus promulgatione digestum. In primo itaque, secundo, & tertio anno primordia fructuum eorum prohibiti contrectare, gustare renuimus.... Nunc autem legaliter in hoc anno de fructibus edendi* D *concessa licentia, Mosaico per omnia calamo cohibente,* (connivente, & assentiente, ut notat Cangius,) *non abs re æstimo si avidius vesci ex eis humili simplicique palato desidero... Sed hoc ipsum melius prorsus putavimus, hæc omnia in uno coacervata fasce styli nostri ferculo serenis vestris vultibus deferenda.* Ad Mosaicam legem animum intendebat Paulinus Capite XIX. Levitici a v. 23. latam his verbis: *Quando ingressi fueritis terram, & plantaveritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum: poma, quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino. Quinto autem anno comedetis fru-*

„ est idem ac si diceret, ante hoc tempus col„ ligendi arbitrium non fuisse. „ Madrisii interpretationem in re obscura apertæ non arguimus falsitatis: æquo tamen jure epochæ alicujus annos a Paulino numerari potuisse, negaverit pertinacius nemo.

Celebratam Synodum Altinensem diximus anno 799. unde hujus Epochæ initium statuendum est anno 794. Quid hoc anno acciderit, quod novæ dederit epochæ occasionem, non inepta exponi ratione potest. Synodus habita fuit Francofordiensis, in qua Paulinus cum Petro Mediolanensi aliisque Italiæ Episcopis Libellum Sacrosyllabum edidit contra Felicem & Elipandum, Jesum Christum impie Filium Dei adoptivum appellantes. Ab hac Synodo Paulinus, veluti *Jesum Ducem* depulso errore *sequens*, in *Terram promissionis*, propriam scilicet Diœcesim, vel etiam Provinciam redux, potuit voluitque epocham ducere. Cum antea regalibus Caroli jussionibus ad Concilia extra Provinciam habita evocatus operam suam contulerit, ad vineam sibi commissam diligentius excolendam post prædictam Francofordiensem Synodum animum viresque totas converterat. *Arbusta legis plantavit;* maximeque in Concilio Forojuliensi anno 796. habito fidem, moresque, & Ecclesiasticam disciplinam adseruit. Quos denique fructus collegerit, aut colligere posset, experiri demum voluit in Synodo Altinensi, quinto scilicet hujus epochæ anno celebrata.

III. Ad graviora progredimur. Occurrit formula *Sponsionis* aut Juramenti, quod Aquilejensi Metropolitano Comprovinciales Episcopi hoc ævo præstabant, chronica nota annum Christi 801. indicante consignata. Eam sub oculos ponere pretium operæ ducimus, cum præclarum sit vetusti ritus Aquilejensis monumentum. Desinit in hæc verba: *Anno Dominorum nostrorum Karoli & Pipini filii ejus, Viris Excellentissimis Regibus,* XXIX. & XIX. *sub Indictione nona feliciter.* Enormis cubat error in Regum annis, qui nulla componi ratione possunt cum Indictione. Quidni corrigendæ fuerint Chronicæ notæ ad normam *Placiti* pro Monasterio Farfensi, quod Mabillonius refert Tomo II. Annalium Benedictino-

formulam publicæ luci damus. Exemplum inter Schedas Philippi a Turre Episcopi Adriensis repertum accepimus a Laurentio Nepote, alterumque suppeditavit Eruditissimus Josephus Blanchinus Oratorii Romani Presbyter, utrumque ex Codice Vaticano 1322. ubi sunt canones Concilii Calchedonensis, descriptum.

INSCRIPTIO est: *Sponsio Episcoporum ad Sanctam Aquilejensem Sedem*. Hæc sequuntur: " Doctoris igitur mundi præcepta testan-
„ tur, oportere Episcopum irreprehensibilem
„ esse, & bonam eum famam habere ab his
„ etiam qui foris sunt, atque ad omne esse
„ opus bonum paratum: sed valde reprehen-
„ sibilem, & nimis infamiæ turpe famosum,
„ & indignæ opinionis esse obscurum videtur,
„ si perjurii crimine reus ab intus, & foris
„ quis accusetur; quatenus lingua, quæ ve-
„ ritatem quæ Christus Dominus est, sive in
„ venerandis Missarum solemnitatibus, seu in
„ utrorumque Testamentorum paginis, nec-
„ non in psalmis, himnis, & canticis spirita-
„ libus, vel etiam in cotidiana locutione,
„ limpidissimo studio prædicare (*debet*,) men-
„ dacii sit ante iniquissima fœditate polluta.
„ Unde summopere considerandum est, ac
„ tota mentis intentione studiose a Pontifici-
„ bus primæ Sedis cavendum, ne forte im-
„ moderatæ relationis zelo succensi, eos quos
„ ad Sacri Ordinis gradus sublevare festinant,
„ in foveam mendacii a qua eos ne cadant
„ debent modis omnibus retinere, in jurisju-
„ randi laqueos inevitabiliter implicatos com-
„ pellant, quantocius præcipites ut incedant.
„ Quamobrem omissis his peccatorum vincu-
„ lis, in quibus quilibet si mentis gressus im-
„ plicare non pertimuerit, nullo ab his pro-
„ cul dubio pacto, absque animæ avelli pote-
„ rit detrimento; Ego ergo Ill. præsentis tem-
„ poris ordinandus Episcopus, idcirco non jux-
„ ta aliam, sed secundum illam, quam Ma-
„ gistrum gentium didici formulam Paulum
„ religiose jurasse Apostolum; testor nunc ta-
„ ctis Sacrosanctis Evangeliis coram Deo &
„ Christo Jesu, qui judicaturus est vivos &
„ straverit facultas, pleno .... conservare.
„ Spondeo & hoc igitur solo sub hujus jurisju-
„ randi præconio, quia sine examine secun-
„ dum Canonica documenta promoveri ad Sa-
„ cerdotale culmen non debeo; idcirco præ-
„ ter illa, quæ non latentia, sed manifesta
„ sunt peccata, ut est homicidium, furtum,
„ falsum testimonium, & his similia, quæ
„ quia probari possunt, ideo de his jurare omit-
„ to. Ab his ergo capitulis, in quibus occul-
„ ta latent peccata, quæ nominatim expressa
„ leguntur, alienum me esse profiteor; idest,
„ ab impia videlicet peste Simoniaca, a primo
„ nihilominus Ecclesiæ anathematizata Pasto-
„ re, quæ nulli est incognita Canonico Viro;
C „ & a nefandissimi criminis lepra, quod pec-
„ catum non dubie dicitur Sodomitarum; &
„ a spurcissimo quadrupedum scelere, necnon
„ a maledicto alterius uxoris concubitu, vel
„ certe a corruptione Virginis Deo dicatæ.
„ De his ita sit satis. De reliquis vero diver-
„ sarum rerum negotiis jam non jurejurando
„ repromitto, sed sola litterarum conligatio-
„ ne sub hujus Chirographi titulo, Ecclesia-
„ sticis me correptionibus subdo. Et quod est
„ potius, proprii me honoris censeo periclitari
„ dispendio, ea videlicet ratione, si in his re-
„ bus de quibus accusare videar, verius me
„ temere deliquisse adprobatum fuerit, & non
D „ me justa excusatione, necessitatis scilicet in-
„ tentione compulso, offendisse defendi potue-
„ ro. Si vocatus quoque ad Synodum, cessan-
„ te prorsus justa excusatione, jactantia qui-
„ dem inflatus venire contempsero. Si secun-
„ dum virium qualitatem, & intelligentiæ
„ quantitatem, primæ Sedis Episcopo, hoc
„ est Metropolitano meo, inobediens extite-
„ ro; & non ut dignum est, saluberrima ejus
„ præcepta, quæ rectæ fidei & canonicis non
„ sunt contraria institutis, & a veritatis tra-
„ mite non divertunt, sive per verba edita,
„ sive per sacras litteras explicata, sincera
„ non obtemperavero affectione. Missos ejus
„ honorifice suscipere, & obsequium huma-
„ nitatis eis corde non renuo exhibere perfe-
„ cto.

» [illegible], secundum cano-
» nicas regulas gubernare vel disponere me
» non abjuro. Quod si de præfatis his negotiis
» per injuriam reprehensibilem me per ve-
» ritatis adprobationem exhibuero, supe-
» rius comprehensa me judico percelli vin-
» dicta. Quam vero promissionis, manum
» meam subter subscribens, vel qui subscri-
» pserint, de præsenti admonui & rogavi; &
» vobis ter Beato Paolino Patriarchæ obtuli de
» præsenti. Anno Dominorum nostrorum Ka-
» roli & Pipini filii ejus, Viris excellentissimis
» Regibus, XXIX. & XIX. sub Indictione no-
» na feliciter.

EDMUNDUS Martene De Ritibus Ecclesiæ Antiquis eruditissimo illustrat commentario ritus in ordinatione Episcoporum observari solitos. Post mortem Decessoris, electio novi Præsulis indicebatur, ad quam Metropolitani accedere consensus debebat. Electionis decretum scribebatur: ejusdemque decreti, electique Episcopi examen instituebat Metropolitanus: ipseque electus præter fidei rectæ professionem, Metropolitano suo obedientiam Sacramento emisso pollicebatur. Hujusce juramenti, aut sponsionis formulam, quæ Paulini ævo in Ecclesia Aquilejensi vigebat, monumentum exhibet quod in lucem protulimus.

IV. DIPLOMA fertur Caroli Magni Reginoburgense ad Paulinum, quo piæ Regum ac Ducum aliorumque largitates confirmantur, ac pia nonnulla loca juri addicuntur Ecclesiæ Aquilejensis. Verba quædam ex eodem descripta refert Justus Fontaninus in *Epistola delle Masnade;* unde expetitum diu fuit, ut integrum, si inveniri quidem posset, ederetur in lucem. Apographa duo nacti sumus: alterum in Archivo insignis Abbatiæ Veronensis S. Mariæ ad Organum: alterumque inter quædam Acta, quæ ad Ecclesiam Pagi *Buja* nuncupati in Provincia Forijulii spectant. Bujanum, sive Boganum profero exemplum: " In Nomi-
» ne Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen.
» Carolus Serenissimus Augustus a Deo coro-
» natus Magnus Pacificus Imperator Romano-
» rum gubernans Imperium, qui & per mise-
» ricordiam Dei Rex Francorum & Longobar-
» dorum, omnibus Episcopis, Abbatibus, Du-

» postulavit, ut sub integra immunitate, con-
» firmatione de omnibus rebus vel facultati-
B » bus ipsius Ecclesiæ, seu Monasteria Virorum
» ac Puellarum, & Senodochia vel Parochias,
» ubicumque in nostro Regno, Deo propitio
» consistentes, ad ipsam scilicet Sanctam Dei
» Ecclesiam pertinentes; seu reliquas posses-
» siones quascumque ex dono Regum, sive
» Ducum, seu reliquorum Deo timentium bo-
» norum hominum inibi conlatas esse noscun-
» tur; & præsenti tempore ipsam Ecclesiam
» Dei possidere videtur, vel quod in antea
» Divina Pietas ibidem augmentare voluerit:
» ex nostra indulgentia, plenissima delibera-
» tione, circa . . . locum cedere & confirma-
» re deberemus, itaut in villas vel curtes, seu
» quibuslibet locis ad ipsum Sanctum locum
C » pertinentibus vel aspicientibus, nullus judex
» publicus ad causas audiendum, nec freta un-
» dique exigendum, nec mansiones aut para-
» tas faciendum, nec homines servientes ipsius
» Ecclesiæ adstringendum, nec ullas redibui-
» cones requirendum, quoque tempore ingre-
» dere aut exactare deberet. Cujus petitionem
» venerabilem, tribus scilicet ex causis, no-
» lumus denegare: una videlicet pro venera-
» tione tam ipsius Sancti loci, quam ipsorum
» Sacerdotum, qui ibidem Domino Deo fa-
» mulari videntur, quatenus pro nobis, uxo-
» reque, ac filiis & filiabus nostris, & pro po-
» pulo nobis a Deo commisso jugiter Domini
» misericordiam melius implorare delectet:
» alia, ut in divinis litteris, & in doctrinis
D » spiritualibus ampliore certamen mittere pro-
» curent: tertia ejus meritis compellentibus,
» ita perstitisse, & in omnibus concessione co-
» gnoscite. Propterea per præsentem authori-
» tatem, atque confirmationis præceptum,
» concedimus atque confirmamus denominata
» specialiter loca in ipso Sancto & Venerabili
» loco: idest Cœnobium Sanctæ Mariæ sem-
» per Virginis & Genitricis Domini nostri Je-
» su Christi, quod quidem Ferox Abbas ædi-
» ficavit in Verona foras muros Civitatis, lo-
» co qui vocatur ad Organum, cum omnibus
» ad se rebus pertinentibus: necnon & Eccle-
» sia Sancti Laurentii, quæ sita est in Foroju-
» lii, loco qui nuncupatur Boga, cum omni-
» bus

„ rum, & Senodochia vel in quibuslibet locis „ Ecclesias ad præfatum locum respicientes ad „ causas audiendum, vel freta undique exigendum, nec homines ipsarum Ecclesiarum „ distringendum, nec mansiones aut paratas faciendum, nec ullas redibutiones requirendum, ullo umquam tempore ingredere aut „ exactare præsumatis: sed omnia quæ prætulimus, sub munitatis nomine, valeat memoratus Paulinus Patriarcha, ejusque Successores in omnibus locis & rebus ad se pertinentibus quieto ordine vivere & residere; „ atque pro nobis ac prole, seu & pro stabilitate Imperii nostri, Domini misericordiam „ jugiter implorare. Et ut hæc authoritas firmior habeatur, & diuturnis temporibus melius conservetur, manu propria, subscriptione confirmavimus, & de annulo nostro sigillari jussimus. Signo Caroli Gloriosissimi Regis. „ Jacob ad vicem Radoni recognovi. Data pridie Nonas Augustas, anno XXXIV. XXVIII. „ Regni nostri. Actum Reganesburg Palatio „ publico in Dei nomine feliciter Amen.

APOGRAPHO sequentia præfiguntur verba, quæ locum ac tempus notant descriptionis ejusdem ab exemplari, Palatium scilicet Aquilejense, & annum Christi 1195. *Exemplum authenticum Domini Caroli Magni Romanorum Imperatoris, actum in Aquilegiensi Palatio, anno Domini Millesimo, centesimo, nonagesimo quinto, secundo die mensis Decembris, Indictione tertiadecima*. Testes recensentur in calce, qui ad exemplar, exemplumque audiendum vocati fuere: ipsumque exemplar dicitur *Authenticum Caroli Magni Regis*: ac denique subscribit Notarius, qui exemplum confecit: *Magister Ubaldus, D. Renardus, & Petrus Aquilegiensei Canonici, necnon Vincentius Sacerdos, ac Dominicus Diaconus, ad audiendum authenticum D. Caroli Magni Regis, & hoc ejus exemplum, interfuerunt, & hujus rei rogati sunt testes. Ego Petrus Imperialis Notarius, ut vidi in authentico D. Caroli Magni, ita transcripsi, nil addens vel minuens, quod sententiam mutaret*.

B dedit ipse post indeptam Imperii dignitatem. Anni *viginti & octo* Regni Langobardici juxta priorem epocham ad annum Christi 801. pertingunt: quo tamen anno *pridie Nonas Augustas* nondum inceperat *tricesimus quartus annus* Regni Francorum. Annus Imperii, quod indeptus fuerat Carolus, desideratur. Incertum denique est, num eodem anno 801. in Palatio *Reginoburgensi* resederit Imperator.

REPONI facile hæc possunt: Carolum, *celebrato die Natalis Sancti Joannis Baptistæ apud Eporejam*, (ut Annales Bertiniani referunt ad Annum 801.) *alpes transgressum, in Galliam reversum esse*: & *Aquisgrani Palatio* C *Natalem Domini celebravisse*. Hinc probaverit nemo, Carolum post diem Natalem S. Joannis Baptistæ, & ante diem natalem Domini, plurium Mensium decursu ac intervallo, Ratisponæ seu Reginoburgi diversari non potuisse, ubi datum Diploma dicitur. Quidni mendum fuerit Apographi, quod annus Imperii inter Chronicas notas desideretur? Quanquam Goldastus Tomo III. Rerum Alamannicarum, admonente Mabillonio, documentum exhibet *datum* XLI. *anno Imperii Caroli Cæsaris*, idest anno Christi 809. ubi propria Imperii epocha prætermissa, anni duntaxat Regni Francorum numerantur. Mirum esse non debet, sphalma cubare in anno *tricesimoquarto* Regni Francorum, cum aliis plurimis Apogra- D phum, quod exscripsimus, Librarii vitio, scateat mendis; unde reponendus est annus *tricesimus tertius*. Vitio laborant quoque illa verba, *Signum Caroli gloriosissimi Regis*. At in genuinis Caroli Imperatoris Diplomatibus nedum legitur, *Signum piissimi & Serenissimi Imperatoris*; verum etiam, *Signum Caroli gloriosissimi Imperatoris*. Loco *Imperatoris* vocem *Regis* exaravit imperitus Librarius. Diploma refert Mabillonius Libro VI. de Re Diplomatica num. 50. ipsius Caroli Regis, quo varia Monasterii Dionysiani bona confirmantur, pariter inscriptum *Omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Domesticis, Graffionibus, Vicariis, Centenariis*: eodemque modo

thentiam discernendam Diplomatum, quæ Carolus condidit jam Imperator. Hoc etiam tempore *Rado* Cancellarii, & *Jacobus* Notarii munere fungebantur, ut idem docet Mabillonius: exhibetque ejusdem Caroli Diploma Libro V. in Tabella 25. datum anno *tertio* Imperii, quod *Jacob ad vicem Radoni recognovit*.

IN ipso Diplomate largitates Regum Langobardorum, Ducum, aliorumque confirmantur: ac immunitates ab oneribus publicis conceduntur, quas pariter in aliis ejusdem Caroli Diplomatis apud Cangium in Glossario, aliosque collatas legimus. Sunt vero *Freta*, seu potius *Freda*, idest multæ Fisco exsolvendæ: *Mansiones*, seu diversoria paranda Legatis & Missis publicis, qui Principis mandato ad justitias faciendas mittebantur: *Paratæ*, qua significantur voce expensæ ad hospitum, maximeque Missorum publicorum susceptiones: *Redibuicones*, seu *Redbibitiones*, hoc est tributa & præstationes. Hinc passim in id genus Chartis interdictum Judicibus & Missis publicis legitur, ne *ullas redbibitiones publicas requirant, nec exactent*.

PAULINI Patriarchæ arbitrio, ac juri Ecclesiæ Aquilejensis *Ecclesia Sancti Laurentii* adtribuitur, *quæ sita est in Forojulio* (Provincia,) *loco qui nuncupatur Boga*. Locum hunc, non ignobilem regionis pagum, vulgo appellant *Buja* Nostrates. Itemque Paulino subjicitur *Xenodochium*, *quod Dux Rodualdædificavit in* (Civitate) *Forojulii*, *vocabulo Sancti Joannis*. Forojuliensem Ducatum seculo septimo ad finem vergente Rodoaldus administrabat: hodieque in Civitate Forijulii Ecclesia existit, titulo *S. Joannis in Xenodochio* nuncupata. Hæc vero peculiari ratione addicuntur Paulini Patriarchæ juri loca, tametsi in ipsa Diœcesi Aquilejensi posita, ut omnis videlicet aut immunitas sublata, aut impedita immunitatis largitio intelligeretur, qua proprii Antistitis eximi dominio consueverant hoc ævo Xenodochia & sacra loca. Id genus alia dabimus infra exempla. Jam vero satis de Reginoburgensi Diplomate, quod severiore discutere examine Viris peritioribus integrum est.

in Conventu Aquisgranensi anno 789. celebrato.

B CONTRA differit Baluzius Tomo II. Capitularium: *In Annalibus Anionensibus*, inquiens, *& Canigonensibus a Lambecio editis, & in Chronico Moyssiacensi legimus: Carolum mense Octobri anno 802. congregasse universalem Synodum in Aquis: ibique multa statuta fuisse, tam de politicis causis, quam de Ecclesiasticis . . . Par autem est existimare, id contigisse in ista: ad eamque referendam esse legationem Paulini*. Hinc etiam sibi colligendum videtur, in errorem impegisse Librarium, qui *Hadriani* nomen in prædicta Admonitione perperam posuit, cum *Leonis* scribere debuisset. Conjecturam sumit ex Epistola XLVI. Hincmari: *Quod edictum*, inquientis,

C *ex integro Domnus Carolus Magnus Imperator cum interrogatione de Chorepiscopis per Arnonem Archiepiscopum ad Leonem Papam direxit: & ad ejus consultum aliud edictum de non dividendis rebus Ecclesiasticis, & de Episcoporum causis edidit, & Apostolicæ Sedis atque auctoritate sua confirmavit, & per omnes Metropolitanas Ecclesias Imperii sui perpetuo direxit*.

PLURA sunt, quæ hanc Baluzii sententiam infirmant. Arnonem Salisburgensem memorat hoc loco Hincmarus, non Paulinum. Romam a Carolo missum Arnonem anno 803. ob Causam Chorepiscoporum, qui disciplinam turbabant, ostendit Hanzisius Tomo II. Germaniæ Sacræ in eodem Arnone. Hujusce demum

D consultu latum dicitur *aliud edictum de non dividendis* rebus Ecclesiæ, quod ipsius Caroli, & Sedis Apostolicæ auctoritate confirmatum fuit. Hinc pronum est intelligere, idem edictum jam olim, urgente Paulino Sedis Apostolicæ legato, tempore Hadriani Papæ anno 789. latum, iterum ad Arnonis consultum, anno 803. auctoritate Caroli Magni, & Apostolicæ Sedis, seu Leonis III. *confirmatum* fuisse. Hoc enim pacto duæ Hincmari Epistolæ, & allegata admonitio, sive nota Capitulari adjecta invicem optime concilientur.

ATQUI præterea tria Aquisgrani celebrata Concilia anno 801. & 802. distinguuntur

li. Indulgeamus ergo Baluzio, qui Paulinum nostrum arbitratur, Aquisgranum hocce tempore convenisse ad Synodum: at Synodo anno 801. celebratæ ipsum adfuisse, si tamen adfuit, in eaque *de Rebus Ecclesiasticis non dividendis* actum esse, dicendum videtur.

I D colligere possumus ex Annalibus Lambecianis, & Moyssiacensibus, in quibus varia Aquisgrani pertractata negotia in unam veluti Synodum sub anno 802. congeruntur. Legimus enim: *Et Mense Octimbrio* (habent, *Novimbrio*, Annales Wirceburgenses) *congregavit universalem Synodum in jam nominato loco* (Aquis:) *& ibi fecit, Episcopis cum Presbyteris seu Diaconibus relegi universales Canones, quos Sancta Synodus recepit, & decreta Pontificum: & pleniter jussit ea tradi coram omnibus Episcopis, Presbyteris, & Diaconibus*. Hæc Synodus est anno 801. celebrata Mense Novembri. *Similiter in ipsa Synodo congregavit universos Abbates & Monachos*,

B *que hominum legem suam*. Tertium hunc intelligo conventum anno eodem mense Aprili habitum. Synodus una ab Annalistis, Lambeciano, & Moyssiacensi, indicata in tres dirimitur ab Annalista Wirceburgensi Synodos, vel in tres ejusdem Synodi præcipuas sessiones, partim mense Novembri anni 801. partim anno insequente celebratas mense Martio, & Aprili.

S Y N O D U S tertia ad Laicos pertinet: in secunda de Monastica præsertim disciplina actum est; unde prima superest cadente anno 801. convocata, in qua Paulinus, si quidem adfuit, Carolum Magnum impulerit C ad ferendum edictum *de non dividendis rebus Ecclesiæ*, quod Hincmarus memorat. Præconceptæ tamen prolatæque hæreo sententiæ. Edictum illud arbitror Hadriani Papæ tempore anno 789. latum; idemque, Arnone consulente, iterum auctoritate Caroli Imperatoris, & Leonis Pontificis anno 803. firmum ratumque habitum.

C A P U T XLIV.

Mortalem Paulinus vitam explet. Rejicitur Diploma Romanum, quod a Carolo Imperatore ad ipsum datum dicitur. Ejus Opera. Cultus ejusdem.

I. SANCTISSIMAM denique vitam cum morte commutavit ornatissimus Aquilejensis Metropolita Paulinus. Obitus annum designat Annalista Fuldensis, inquiens: *Anno* DCCC. II. *Paulinus Patriarcha Forojuliensis obiit*. Totidem habent verba Annalistæ Hildesheimensis, & Cæsareus a Lambecio editus, ac etiam Hermannus contractus juxta editionem Canisii. Consentiunt Baronius, & Pagius, qui deferendos indicunt Ferrarium, & Cointium, mortem ejusdem ad annum 804. differentes.

DIEM ejus emortualem numerant Martyrologia & alia Monumenta *undecimam Januarii* mensis. Id incertum Pagius habet, quod nempe Synodum Altini habitam eodem anno

D 802. post mensem Januarium, cum Baronio arbitratur. Eodem occupatus præjudicio Bollandus, obitum ejus differt, die *undecima* Januarii retenta, ad insequentem annum 803. Conjecturam adjicit, eo quia hujus anni 803. mensis Januarius juxta calculos Gallorum, qui annos, ut inquit, a Paschate auspicabantur, anno superiori 802. accensebatur. Fallitur Vir doctus, qui mores confundit secundæ, ac tertiæ Regum Francorum stirpis: minusque expendit, laudatos Annalistas, qui Pipini, Caroli, & Successorum gesta scripsere, non a Paschate, ut Cangius aliique adnotarunt, initium annorum sumere, sed a Nativitate Domini.

ALTINENSE demum Concilium ante in-

deptam

nas Augustas anno III. *Imperii*, idest anno Christi 803. ad Paulinum datum dicitur. Hinc vero constituta caderet epocha obitus ejus. Ad examen voco documentum. Antonius Bellonus, qui prima seculi XVI. medietate Patriarcharum Aquilejensium Vitas Utini, ubi Notarii munere fungebatur, conscripsit, Tomo XVI. Collectionis Scriptorum Italiæ a Muratorio vulgatas, hæc habet: *Romam Paulinus ad Carolum petiit, ob res gestas cognomento Magnum, ut Patriarchali dignitati, nostræque omnium securitati prospiceret. Imperator clades miseratus, Paulinum, cum summa cura laborasset ne quid suæ Ecclesiæ deperiret, novis auctum privilegiis ac honestatum dimisit. Episcopatus sex benigne ei concessit, præsente Leone III. Romano Pontifice, Concordiensem, Utinensem, Ruginensem, Penetensem, Tarsaticensem, & qui apud Civitatem novam in Istria constitutus est. Extat Privilegium adhuc litteris scriptum Langobardicis apud Basilicam Utinensem, authenticum perinde ut vetustum, & tam ubique integrum, ut ne litteræ quidem vestigium legens desideret. Inde sumptum a me exemplum litteris cultioribus Utinenses, gratia satis illustri, numeratis sex aureis exceperunt: quod quidam lynceos habentes oculos inter scribas, & Cives honoratissimi mecum percensuerunt palam, fideque optima sua subscriptione firmarunt.* Gratissimum videlicet habuere Diploma Utini cives, in quo Episcopatum *Utinensem* legebant.

IPSUM Diploma suæ Forojuliensi Historiæ Jo. Franciscus Palladius inseruit nihil hæsitans. Præstat vero, ejusdem exemplum, quod Jo. Franciscus Madrisius diligentissime transcripsit, proque sua humanitate mihi tradidit, lectorum oculis exhibere. "Carolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum ac Imperator Romanorum. Si petitionibus Sacerdotum, vel Servorum Dei, in quo nostris auribus fuerint prolatæ, libenter temperamus, & eas in Dei nomine ad effectum perducimus, Regiam consuetudinem exercemus, & hoc nobis ad mercedis augmentum seu stabilitatem nostri Regni pertinere conce, impetrare potuisse videretur. Quocirca

B justis claudere aurem petitionibus metuentes, tacita nobiscum inquirere cœpimus mente, qualiter secundum prædicti Paulini Patriarchæ lamentationem nostræ Aquilejensi Ecclesiæ succurrere pietas deberet. Tandem Papæ, cæterorumque astantium Episcoporum accepto consilio, dignum justumque fore ducimus, quosdam ad ipsius Aquilejensis Ecclesiæ consecrationem pertinentes Episcopatus Domno Paulino tribuendos Patriarchæ, suisque successoribus ad suprascriptæ Ecclesiæ Aquilejensis exaltationem; ut quæ nunc sævissima Paganorum rabie dejecta & conculcata cernitur, nostro Imperiali erigi [1] cons...tur munere. Quapropter per has præceptales litteras omnino a nostro

C nunc [2] ju...transfundimus in jus....[3] statem Domni supradicti Paulini Patriarchæ, omniu... [4] illius successorum sex Episcopatus, unum videli... [5] Concordiensem, al... [6] inensem, tertium illum qui apud Civitatem-novam Histriæ constitutus esse noscitur, quartum vero Ruginensem, quintum Penetensem, sextum Tarsaticensem. Volumus denique, ac per has nostræ Magnificentiæ litteras sancientes jubemus, ut in his prænominatis locis Episcopos ordinandi, ac regendi, sive dandi nullus jus vel potestatem habere seu exercere aliquando præsumat, præter eum qui Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ gubernacula videbitur regere. Et ut hæc auctoritas firmior habea-

D tur, ac omni tempore melius conservetur, manu propria subter firmavimus, & de annulo nostro sigillari jussimus. Signum Caroli gloriosissimi Imperatoris. Jacobus ad vicem Radoni scripsit & sub. Facta pridie Nonas Augustas anno III. Imperii nostri Indictione I. Actum Romæ in Dei nomine feliciter Amen."

QUAMPLURA videntur præsto esse manifesta νοθείας argumenta. Sumitur primum ex initiali formula. In Diplomatibus, quæ Carolus condidit jam Imperator, hanc esse veram & genuinam docet Mabillonius Libro II. de Re

[1] *consoletur.*
[2] *jure.*
[3] *potestatem.*

[4] *omniumque.*
[5] *videlicet.*
[6] *alium Utinensem.*

tio imperii, quod in Tabulis Comensibus legitur. Paria sunt cætera quæque sincera, & genuina. Hæc originem habuit formula ex ea solemni adclamatione, qua Carolum ipso coronationis die Romani salutarunt Imperatorem. Antequam ipse Imperator adclamaretur, ita inscribi solebat in Diplomatibus, quæ suspicione non laborant, ut laudatus Mabillonius adnotat loco citato: *Carolus gratia Dei Rex Francorum & Langobardorum & Patricius Romanorum*. Similem Diplomatis a Carolo *Rege* dati formulam sub oculos habebat illius consarcinator, quod expendimus: similemque formulam in usum suum imprudens traduxit; ac vocis *Patricius* loco, vocem *Imperator* ineptissime posuit.

SUSPICIONEM augent notæ Chronicæ, datique diplomatis locus. Imperatorem solemni adclamatione salutarunt Carolum Romani anno 800. Sacra die Natalis Domini: adeoque anno 802. inceperat eadem die annus Imperii tertius. Idem annus *Augusto Mense*, qui consignatus in Diplomate legitur, insequentis anni 803. in cursu erat: cum quo tamen Indictio undecima concurrebat, non *prima*. Consueta ac genuina formula, qua Caroli annus Imperii in sinceris Diplomatibus constantissime effertur, talis est: *Anno* III. (v. g.) *Christo propitio Imperii*. Hanc formulam exhibent superius memorata Diplomata, quæve Mabillonius aliique Scriptores & Collectores proferunt. Sed illa, *Christo propitio*, desiderantur verba in Diplomate, quo de agimus. Cur ita? Quod ea fortasse non legeret confictor in Diplomate Caroli adhuc Regis, quod ille sibi ad exprimendum proposuerat.

DIPLOMA dicitur *Romæ* datum. At ea in Urbe non fuit Carolus anno *tertio* Imperii, & Christi octingentesimo tertio. Annalista Bertinianus, cæterique docent: Imperatorem Carolum *celebravisse Natalem Aquisgrani anno Domini* 803. tunc scilicet incipiente, seu anno Juliano 802. sub finem: deinde profectum esse *super fluvium Sala in locum, qui dicitur Salz*, ubi Legatos Græci Imperatoris Ni-

SED initialem Carolini Diplomatis formulam, integram primam periodum, itemque clausulam, ac partem notæ Chronicæ offendimus easdem in alio Diplomate Reginoburgensi, quod anno 792. datum Paulino a Carolo Rege allegavimus Capite XLI. num. 4. Incipit enim: *Carolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum*. Patricii loco positus est *Imperator*: cætera eadem sunt. Periodus prima utrobique ipsissima legitur: *Si petitionibus Sacerdotum, vel Servorum Dei, in quo nostris auribus fuerint prolatæ, libenter obtemperamus, & eas in Dei nomine ad effectum perducimus, Regiam consuetudinem exercemus, & hoc nobis ad mercedis*
C *augmentum, seu stabilitatem Regni nostri pertinere confidimus*. Verba clausulæ postrema eadem sunt, eademque dies notatur, *Pridie Nonas Augusti*. Hæc omnia plagio accepta videntur.

AD formam Diplomatis hæc pertinent. Scatet etiam ipse contextus pluribus vitiis, quæ satis evincunt ejusdem Diplomatis suppositionem. Titulo *Domni* exornatur Paulinus, genuinis quibusque chartis repugnantibus. In Diplomate anni 792. dicitur *Vir Venerabilis*, itemque in alio Diplomate Reginoburgensi anni 801. Ursus & Maxentius, & Arno Salisburgensis appellantur *Viri Venerabiles* in Diplomate, quo lis inter eos orta dirimitur: ac
D demum *Vir Venerabilis* vocatur Fortunatus Gradensis. Obtruditur *Synodale Concilium* Romanum, in quo coram Pontifice Leone, & Carolo Imperatore, cæterisque adstantibus Episcopis querelas suas protulerit Paulinus. At Carolum anno 803. non Romæ, sed Aquisgrani, tum in loco Salz, deinde in Bajoaria, ac demum iterum Aquisgrani diversatum, certo scimus. Quid est, Carolum regio munere cumulare voluisse Paulinum, *ne obstaret tenacitatis obex?* Quid est etiam, quod *dignum justumque* duxerit Imperator, sex Episcopatus *tribuendos* Paulino, jam *ad ipsius Aquilejensis Ecclesiæ consecrationem pertinentes?* Quid est Patriarcham dolere *suam Ecclesiam* Aquilejensem

no XXXIV. *Franc. Regni*, *& Dominicæ Incarnationis* DCCC. II. *pridie Nonas Aprilis*, *Francofurti*, *anno* XXIX. *Regni*, cujus inscriptio est: *Carolus divina favente Clementia Rex Francorum*, *& Patricius Romanorum*. Nemo non videt, mendis illud inquinatum. Datum etiam a Carolo Rege, non Imperatore, evincit inscriptio. Anni Regni Franciæ, & Langobardorum corrupti sunt, suoque de loco moti. Annus æræ vulgaris redundat, vitioque laborat.

III. PRÆCLARA ingenii ac doctrinæ monumenta, quæ Paulinus reliquit, jam recenseo. Hactenus prodierunt sejuncta, variisque Auctorum Operibus inserta: eademque simul collecta, Notisque & Dissertationibus illustrata, typis vulgavit Jo. Franciscus Madrisius. Ea nostrum erit, hoc loco indicare. Exhibent Conciliorum Collectiones *Librum Sacro-Syllabum* contra Felicem & Elipandum in Synodo Francofordiensi elucubratum. Prostant etiam *Acta Concilii Forojuliensis* in causa Sacrosanctæ Trinitatis, & Incarnationis Verbi Domini. Synodi, quæ Altini habita est, una ad nos pervenit *Epistola*, qua ejusdem Acta ad Carolum Regem diriguntur. Mutila habetur apud Baronium, & Collectores Conciliorum: sed integram Baluzius edidit Tomo VII. Miscellaneorum. Habetur in Appendice Tomi VI. Operum S. Augustini Parisiensis Monachorum S. Mauri editionis, *Liber exhortationis*, *vulgo de salutaribus Documentis ad quemdam Comitem*, eidem Paulino fide Codicis Colbertini restitutus. Hæc Opera inter præclara Episcopi nostri gesta memoravimus.

HÆRESIM, quam ejuraverat in Synodo Ratisponensi Felix, percelluitque anno 794. anathemate Concilium Aquisgrani celebratum, vindicare ac propugnare perrexit infelicissimus Episcopus, edito libello, quem Alcuino Sapientissimo hujus ætatis Viro direxit. Septem reposuit libros idem Alcuinus, olim Paulino perperam adjudicatos. Verum & ipse Aquilejensis Metropolita *Libros tres adversus Felicem Orgellitanum* composuit, una cum *Epistola* ad Carolum, & *Regula fidei* metro exarata. Hoc opus in lucem edidit Andreas Duchesnius in calce Operum Alcuini. Nondum Carolus Imperialem dignitatem adeptus fuerat, cum hæ-

mana festino. De hoc igitur anno hæc ita moraliter sentiendum existimo. Allegorice autem . . . in quo XII. *Apostoli quasi duodecim*
B *Menses: omnesque electi ejus veluti multorum dierum summa per hunc sacratum numerum*, *trecentorum videlicet sexaginta & sex*, *qui quasi in uno conglutinati corpore continentur*. Bissextilem annum constituunt trecenti sexaginta & sex dies. Bissextum diem habuit annus æræ vulgaris *796*. & octingentesimus; unde fallitur Pagius, qui tres libros a Paulino scriptos anno *798*. arbitratur. Elucubratos, vulgatosque censeo anno *396*. Felix enim *anno gloriosi Principis* Caroli *tricesimo secundo . . . veniens ad Aquis Palatium*, (exeunte anno Christi *799*.) *ibique in præsentia Domini Regis*, *& Optimatum illius*, *sive Sacerdotum Dei*, *rationabiliter auditus*, *& veraciter*
C *convictus*, *atque Deo dans gloriam*, *veramque confessus fidem*, *in pacem Catholicæ unanimitatis reversus est*. Hæc scribit Alcuinus Libro I. contra Elipandum, qui Magistro suo Felice pertinacius hæresim tuebatur. Itaque anno 800. suos Paulinus contra Felicem non scribebat libros, in quibus nullam ejusdem conversionis mentionem ingerit, ipsumque adhuc *errantem*, & *fœdifragum* impugnat. Consule Caput V. libri primi.

ALIUD memorat Paulini Opusculum Flodoardus Libro III. Historiæ Rhemensis Capite XXI. ubi testatur: Hincmarum scripsisse *Vulfado Biturigensi Archiepiscopo de his*, *qui inconsulte uxores suas interficiunt; sententiam Paulini*, *quam sibi mitti petierat*, *scri-*
D *bentem*. Illud exhibet Labbeus post Concilium Francofordiense ex Codice MS. Rhemensi, collato cum Capite XL. Libri VI. Decretorum Burchardi Vormatiensis, sub hoc titulo: *Incipit Epistola Paulini Patriarchæ Forojuliensis edita in loco celebri*, *nomen Franconofurt*, *in Synodo Magna contra Felicem Hæreticum*, *de Heistulfo*, *qui uxorem suam occidit causa adulterii propter unius testimonium*. In Decreto Gratiani Causa XXXIII. Quæstione II. Capite VIII. eadem Epistola *Stefano* V. adscribitur. *Heistulfum* legunt alii, aliique *Astulfum*.

TRIA vel quatuor Præsulis nostri Epistolarum fragmenta ad Carolum, & Leonem Pon-

moratur, quod ita inscriptum produnt: *Incipiunt salutaria monita Paulini de Tractatibus Sanctorum excerpta*. Procemium Operis typis edendum curarunt cum sequente inscriptione: *Procemium Paulini ad amœna pænitentiæ nos invitantis*. Sunt vero Patres, quorum decerptis sententiis Opus conficitur, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, Chrysostomus, Efrem, aliique, ac denique Isidorus Hispalensis, qui anno circiter *636*. vivendi inter mortales finem fecit. Itaque pronum est *colligere*, (Monachorum animadversio est,) *Auctorem non esse Nolanum, neque Petracoriensem Paulinum, qui dicuntur scripsisse de Pænitentia;* utpote qui ante Isidorum, aliosque citatos nonnullos Patres floruerint, ac vivere quinto desierint seculo. Hinc Paulino nostro Aquilejensi adjudicari posse laudatum Opus conjiciunt; pluresque conjectandi rationes afferunt alii Benedictini ejusdem Congregationis alumni, qui *litterariam Franciæ Historiam* gallico idiomate publici juris faciunt. Tomo quarto de Aquilejensi Paulino, ejusque operibus agunt. Meam ego sententiam cohi-

B talem vitam cum æterna commutavit, ac Successores Aquilejæ Metropolitani. Rem indubiam faciunt vetusta Provinciæ Aquilejensis Martyrologia & Calendaria, Icon ejus inter alios cælites efficta, erectum sub ejus titulo in Ecclesia Civitatis Forijulii Sacellum frequentissime in vetustis Chartis memoratum, ac alibi etiam in ejus honorem positæ sacræ Ædes, ac lipsana ejusdem religiose adservata.

Ab vetusto memorato Sacello hæc translata fuerunt ad aram maximam in Bemate Novi elegantissimi Templi, quod initio Seculi sextidecimi erectum est. Ad Sacellum denique sub eodem Bemate positum nomine Virginis Deiparæ, titulo *Pietatis*, Laurentio a C Turre Decano & Canonicis opus agentibus, ac frequenti Procerum virorum populorumque spectante caterva, delata sunt ad piam fidelium venerationem *anno* M. DCC. XXXIV. *Indictione* XII. *die* XXVI. *Januarii*. Sacræ pompæ solemnitatem amplissime narrat Joannes Franciscus Madrisius, qui laudes Sanctissimi Paulini latine peroravit, in ejusdem Vita, quam Operibus ejusdem præfixit.

CAPUT XLV.

Cadolao Marchioni Forojuliensi Baldricus sufficitur: ipsiusque Forojuliensis Marchæ amplitudo indicatur. Eo dejecto, quatuor Comites, sive Marchiones creantur. Paulinum Patriarcham excepit Ursus, & hunc Maxentius. Inter illos, & Arnonem Salisburgensem litem de finibus Diœceseos dirimit Carolus Imperator. Ab eodem pro Ecclesia Aquilejensi restauranda subsidium obtinet Maxentius. Epistolam scribit ad ipsum de Baptismi Sacramento, ejusque ritibus. Ejusdem tutelæ subjicitur Veronense Canonicorum Collegium.

I. POST Henricum regebat Marcham Forojuliensem Cadolaus. Is adfuisse videtur celebri totius Istriæ Conventui, jussu Caroli Magni per hæc tempora habito, in quo Istriensium querelæ contra Joannem eorum Ducem auditæ sunt, ac discussæ. Vulgatum ex Codice Trivisaneo prostat Documentum apud Ughellum in Tabulis Gradensibus.

D Incipit vero: *Cum per jussionem piissimi atque Excellentissimi D. Caroli Magni Imperatoris, & Pipini Regis filii ejus, in Istriam nos servi eorum directi fuissemus, idest Izzo Presbyter, atque Cadolaus, & Ajo Comites, pro causis Sanctarum Dei Ecclesiarum Dominorum nostrorum, seu & de violentia populi, pauperum, orphanorum, & viduarum &c.* Eumdem puto Cado-

iuncto. Hic erat nempe Joannes, quem his verbis Documento subscriptum legimus: *Joannes Dux in hac repromissionis Cartula m. m. ss.* B Post Joannem nulli occurrunt Istriæ Duces; unde Provinciam illam Cadolai, vel Baldrici Successoris imperio addictam fuisse, verisimillimum est. Digna denique sunt animadversione vetusti allegati Documenti verba illa, quæ locum designant, in quem *Izzo*, *Cadolaus*, & *Ajo*, Caroli Imperatoris Missi, convenere: *venientibus nobis in Territorio Caprense, loco qui dicitur Riziano*. Territorium videtur Justinopolitanum. Numerat Plinius Libro III. Capite XIX. *oppida Istriæ Civium Romanorum, Ægidam, Parentium, Coloniam Polam, quæ nunc Pietas Julia*. Aegis, græca vox, significat latine *pellem Capræ*; derivaturque ab αἶξ αἰγός, *Capra*: adeoque & *Aegida* vocant scutum Jovis, & Palladis. Idem Oppi- C dum, *Ægida* Plinio, vocatur *Capris* ab Anonymo Ravennate, seu Guidone Presbytero in sua Geographia, qui *latinam græcorum nominum significationem*, Placido Porcheronio adnotante, *ipsis græcis nominibus substituere* plerumque solet. Eamdem superiore Langobardorum ætate obtinuisse *Capris* appellationem, dubitare non sinunt Acta translationis SS. Martyrum Firmi & Rustici, quæ Marchio Scipio Maffejus in calce Historiæ Diplomaticæ vulgavit. *Vir gentilis* erat *in Provincia Histria, nomine Terentius, in Civitate Capris*. Filius ejus Gaudentius, dum ipse ac pater in Carthaginensem appulissent Africæ Provinciam, ubi sacra eorum Martyrum lipsana adservabantur, D Dæmone quo vexabatur liberatus dicitur. Soluta pecunia, Martyrum corpora coëmpta sunt, eaque *in Oppido Capris* condita: eademque postea, cum Langobardi, maximeque *gens Avarorum* Istriam depopularentur, ex *Oppido Capris* Tergeste, deinde Veronam, *Annone* Episcopo curante, translata fuere. Hinc habes in Istria *Territorium Caprense*, & *Oppidum* aut *Civitatem Caprim* hoc ævo. Territorium hocce Caprense Dandulus vocat *Insulam Caprariam*. Verba descripsimus Capite XVIII. num. 6. Cave, putes eamdem cum Insula, quam Gregorius Magnus appellat *Capritanam*; hæc enim parva Insula est *Caprulense*. Sed enim tum *Caprim* aut *Capram*, tum *Justinopolim* proferunt monumenta seculi decimi insequentis, quæ dabimus.

FATO concessit Carolus Imperator anno 814. Successit in Regnum, & Imperium Ludovicus cognomento pius. Heristalii diversabatur anno 818. ubi *Liudevviti Ducis Pannoniæ inferioris* ablegatum excepit. Dux enim Liudewitus, *res novas moliens*, (verba sunt Annalistæ Bertiniani) *Cadolaum Comitem, & Marchæ Forojuliensis Præfectum, crudelitatis atque insolentiæ accusare nitebatur*. Scilicet Carinthiæ, quæ imperio suberat Francorum, curam gerebat Marchio Forojuliensis. Huic inhians Liudewitus, turbas movit, prætexebatque tumultus causam Cadolai insolentiam, & crudelitatem.

PALAM erupit insequente anno 819. Pannonii Ducis rebellio. Febri quoque correptus obit Cadolaus. Sufficitur Baldricus, qui Liudewiti audaciam comprimit, ejusque militum copias in fugam agit. Hæc narrat omnia laudatus Annalista Bertinianus: *Exercitus*, inquiens, *in Pannoniam propter Liudevviti rebellionem missus ... infecto pene negotio regressus est ... Exercitu vero de Pannonia reverso, Cadolach Dux Forojuliensis febre correptus in ipsa Marcha decessit. Cui cum Baldricus esset subrogatus, & in Carantanorum regionem, quæ ad ipsius curam pertinebat, fuisset ingressus; obviam habuit Liudevviti exercitum, quem juxta Dravum fluvium iter agentem parva manu aggressus, pluribus interfectis & avertit, & de illa Provincia fugavit*.

IN hujusce ævi Annalibus idem Baldricus vocatur *Marchæ Sclavicæ præfectus*; unde Carantana regio Marchionis Forojuliensis præfecturæ suberat. Anno insequente 820. secundus Baldrico favit Mars: nam *Carniolenses, qui circa Savum fluvium habitant, & Forojuliensibus pene contigui sunt, Baldrico se dederunt: idemque & pars ea Carantanorum, quæ ad Liudevviti partes defecerat, facere curavit*. Hinc vero protensiores latioresque fines habuit Marchionis Forojuliensis præfectura.

II. FEROCIENTES Bulgari, cum sedes latiores quærerent, *Sclavos in Pannonia sedentes*, (verbis utor Annalistæ Bertiniani ad Annum

rum scriptor, & Auctor Vitæ Ludovici Pii; unde mirum, a Sigonio scribi potuisse, *duodecim Comitibus* Marcham ipsam distributam fuisse.

CONJICIT Anonymus Mediolanensis in Dissertatione Chorographica Italiæ medii ævi num. 40. Venetiam continentem in quatuor Marchas divisam, *Istriam* videlicet, & *Forojulium* juxta veteres earum Provinciarum fines, *Tarvisinam* inter Tilaventum & Medoacum, ac *Veronensem* inter Medoacum & Mincium ac lacum Benacum. Aliter easdem numerat Marchas Hanzisius Tomo II. Germaniæ Sacræ in Luipramo Archiepiscopo Salisburgensi, nempe *Carinthiam*, *Pannoniam inferiorem*, *Forojulium cum Istria*, & *Carniolam cum Liburnia*. Lubens Hanzisio libensque consentio.

AIT vero: " Et Carantanis quidem, quorum Duces domestici defecerant, impositus est *Hebnvvinus* Francus: post quem *Albigarius*, deinde *Pabo* eam Provinciam rexit. Pannonia inferior *Salacbonem* Comitem præfectum accepit. Aliorum duorum de quatuor illis Comitum nomina memoriæ non sunt prodita: sed alter illorum Forojulium cum Istria, Carnioliam alter cum Liburnia videtur Provinciam sortitus. " Hæc didicit ille ex Opusculo MS. de Conversione Carantanorum, ubi recensitis Ducibus eorum domesticis, mox subditur: *Post istos vero Duces Bajoarii* (Franci intelliguntur) *cœperunt prædictam Terram habere in Comitatum Hebnvvinus, Albgarius, & Pabo*. Quam denique regiminis formam adnotat ille, perdurasse in Carinthia usque ad annum 861. quo Carolomanus *Duces limitis Pannonici, & Carantani expulit: atque per suos Marcham ordinavit*, ut ait Annalista Fuldensis. Suum quoque Ducem & Marchionem obtinuit Marcha Forojuliensis, scilicet Eberardum, de quo inferius agendum.

III. AD Aquilejenses Paulini Successores jam accedo. Ursum, quem nonnulli vocant Urbanum, ac postea Maxentium exhibet Chronicon ejus Ecclesiæ. Annum emortualem illius, ac istius initium Sedis colligere ex Diplomate

B Mauricium Augustum expendentes. Francis in ea Regione invalescentibus, eorum Episcopi prædictarum Ecclesiarum curam usurparunt, minuta Metropoleos Aquilejensis jurisdictione. Sclavi gentiles successere, qui per duo secula Christianis Pastoribus aditum intercluserunt. Sclavorum Duce ad Christum converso, partes illas procurandas susceperat Sanctus Virgilius Juvavensis: eique in eamdem potestatem successit Arno. Hinc dissidium Aquilejenses Metropolitas inter, & Arnonem motum, quod Carolus Imperator composuit.

IV. DIPLOMA primus edidit in Rebus Carniolensibus Weichardus Valvasorius: idemque postmodum inseruit Venetæ Ughellii editioni

C Morocutus. Incipit: *In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Carolus Serenissimus Augustus a Deo coronatus Magnus Pacificus Imperator Romanorum gubernans Imperium, qui & per misericordiam Dei Rex Francorum & Langobardorum*. Contendentium Metropolitarum postulata, eorumque rationes sic refert: " Notum sit omnium Fidelium nostrorum magnitudini præsentium & futurorum: qualiter Viri Venerabiles, Ursus S. Ecclesiæ Aquilegiensis Patriarcha, & Arno Juvavensis Ecclesiæ Archiepiscopus, ad nostram venientes præsentiam, non minimam inter se contentionem habuerunt de Carantana Provincia, quod ad utriusque illorum Diœcesim pertinere deberet. Nam Ursus

D Patriarcha antiquam se auctoritatem habere asserebat: & quod tempore antequam Italia a Longobardis fuisset invasa, per Synodalia gesta, quæ tunc temporis ab Antecessoribus suis Aquilegiensis Ecclesiæ Rectoribus agebantur, ostendi posset, prædictæ Carantanæ Provinciæ Civitates ad Aquilegiam esse subjectas. Arno vero Episcopus asserebat, se habere auctoritatem Pontificum S. Romanæ Ecclesiæ, Zachariæ, Stefani, atque Pauli, quorum præceptis & confirmationibus prædicta Provincia tempore Antecessorum suorum ad Juvavensis Ecclesiæ Diœcesim fuisset adjuncta. " Jura scilicet vetera proferebat Ursus: jure novo militabat Arno.

Aquilejæ tenente Maxentio. *Hac igitur*, inquiens, *definitione promulgata a nobis*, *præcipimus atque jubemus*, *ut tam præsentes Viri Venerabiles*, *Maxentius videlicet qui in locum nuper Viri Venerabilis Ursi Patriarchæ subrogatus est*, *& Arnonem Virum Venerabilem Juvavensis Ecclesiæ Archiepiscopum* (locus in Diplomate vitiatus) *decernere in futurum nulla controversia*, *aut quæstio moveatur*, *sed contenti sint*. Ubi Maxentius *nuper* Urso dicitur subrogatus. Datum est Diploma XVIII. *Kal. Junii Anno* XI. *Christo propitio Imperii nostri*, XLII. *Regni nostri in Francia*, *atque* XXXVII. *in Italia*, *Indictione quarta: actumque Aquisgrani Palatio*. Dies *quintadecima* (vel 16.) Maii, Indictio *quarta*, annus *undecimus* Imperii, & *tricesimus septimus* Regni in Italia (error est in annis Regni Francorum) annum æræ vulgaris 811. designant. Hoc anno dicitur Maxentius *nuper* Urso subrogatus: adeoque eodem anno, vel superiore obiit Ursus, ipsumque excepit Maxentius.

V. DESTITUTA jacebat, ac prostrata præteritis Gothorum Hunnorumque cladibus Ecclesia Aquilejensis. Hanc reficere votis omnibus optabat Maxentius. Subsidium postulat a Carolo, illudque obtinet eodem anno. Largitur scilicet piissimus Imperator fundos, & prædia, quæ olim pertinebant ad Rotgaudum, ejusque fratrem Felicem, Rotgaudi Ducis in rebellione socios; Regioque fisco addicta fuerant.

HÆC & alia scitu digna habentur in Diplomate, quod integrum proferimus ex Libris MSS. Marci Antonii Nicoletti de Rebus Forojuliensibus. " In nomine Patris, & Filii, & „ Spiritus Sancti. Carolus Serenissimus Augu„ stus a Deo coronatus Magnus Pacificus Impe„ rator Romanorum gubernans Imperium, qui „ & per misericordiam Dei Rex Francorum „ & Longobardorum. Quidquid enim ob amo„ rem Dei Omnipotentis, atque ad loca San„ ctorum Venerabilium, pro mercede animæ „ nostræ in augmentum cedimus & condona„ mus, hoc nobis procul dubio ad æternam „ beatitudinem pertinere confidimus. Igitur „ notum sit omnium Fidelium nostrorum ma„ gnitudini, præsentium scilicet & futurorum:

„ situdini nostræ, ut in eleemosyna nostra ad„ eamdem Sanctam Sedem, aliquam portio- B „ nem hereditatis, quam Rotgaudus Longo„ bardus, & germanus illius Felix intra Civi„ tatem Aquilejæ vel foras prope mœnia Ci„ vitatis ipsius habuerunt: & propter eorum in„ fidelitatem, quia cum Rotgaudo quondam „ infideli Duce fuerunt interfecti, in publicum „ nostrum secundum legem Francorum, vel „ Longobardorum devenerat: & post illorum „ duorum Fratrum decessum de hac luce qui„ dam fidelis noster nomine Laudula per no„ strum tenuit beneficium, & post ipsius deces„ sum Benno filius ejus, deinde Bovo hactenus „ tenere visus fuit; traderemus, vel confir„ maremus, quatenus opportunius atque de„ centius Atria vel reliquas constructiones, quæ C „ ad honorem illius loci pertinerent, secundum „ quod ipse mente provida tractaverat, etiam „ adimplere valeret. Nos vero de tam præcla„ ri operis constructione exhilarati, condona„ mus atque confirmamus supradictam portio„ nem duorum prædictorum Fratrum infide„ lium, Rotgaudi videlicet, & Felicis, quæ „ ad jus nostrum pertinere dinoscebatur, in „ eleemosyna nostra pro mercedis nostræ ani„ mæ augmento, Ecclesiæ Sanctæ Dei Geni„ tricis Mariæ, vel ad ipsam Sanctam Sedem „ Aquilegiensem, ut perennibus temporibus „ ad ipsam S. Sedem proficiat in augmentis; „ idest Domum cultilem cum sedimine, ter„ ris aratoriis, vineis, pratis, pascuis, syl- D „ vis: seu portionem illam, quam in portu „ fluminis, quod vocatur Natisonis, habere „ visi fuerunt, sicut superius comprehendimus „ quidquid intra Civitatem, vel foras prope „ muros Civitatis Ditioni nostræ ex ipsa here„ ditate pertinere videtur, tradimus atque con„ firmamus, & in perpetuum mansurum esse „ volumus. Tertius quidem Frater illorum, „ nomine Lodolfus, qui in infidelitate eorum „ non perseveravit, suam adhuc habeat por„ tionem. Per reliqua vero loca, ubi aliquod „ de supradictorum infidelium hereditate ad „ nos pervenit, nostræ Imperiali reservavimus „ ordinationi. Præcipientes ergo jubemus, ut „ nullus fidelium nostrorum, cujuslibet ordi„ nis, officii, auctoritatis, atque honoris, de-

INDICTIO *quinta* a Septembre præcedente incepta, annus Regni in Italia *tricesimus-septimus*, & Imperii *undecimus* definiunt annum Christi 811. Mendum cubat in annis Regni Franciæ, quorum *quadragesimus quartus* die solum proxime futuro Natalis Domini initium habuit. Discimus vero, cum Rotgaudo Duce Forojuliensi rebellionem plures fovisse anno 776. contra Carolum Regem inter Proceres Langobardorum. De Valdando alibi egimus. Innotescunt modo duo fratres, Rotgaudus, & Felix, quibus tertius frater Ludolfus non consenserat. Fundis, & prædiis in Civitate & in agro Aquilejensi abundabant, quæ in fiscum Regium redacta fuerant. Maxentio Patriarchæ portionem largitur Imperator ad Ecclesiæ sedisque instaurationem.

VI. HÆC satis evincunt, Maxentium nostrum Regi & Imperatori Carolo carum gratumque fuisse. Doctrinæ præstantiam, qua florebat ille, declarat ejus Epistola de Sacramento Baptismatis, ritibusque ac ceremoniis quibus in Ecclesia Christiana conficitur, ad eumdem Imperatorem scripta, quam Bernardus Pezius Tomo II. Thesauri Anecdotorum Novissimi, *ex coævo*, ut ait, *fere Codice Sanct-Emmeramensi* vulgavit. Anno circiter 812. scripserat Carolus Christianissimus, ut Pagius & Pezius in observationibus præviis adnotant, ad Archiepiscopos Regni & Imperii sui Encyclicas litteras, ut quid ipsi de Baptismo ejusque ritibus sentirent, eorum acceptis responsis certior fieret. Hac data occasione, Metropolitani, & Episcopi plures præclara eo de argumento Scripta ediderunt, quibus Maxentius Aquilejensis accensendus est.

IN Codice allegato Titulus habetur: *Maxentii Patriarchæ Aquilejensis Epistola ad Carolum Magnum Imperatorem de significatu Rituum & ceremoniarum Baptismi*. Tum Epistolæ inscriptio: *Piissimo ac Christianissimo, gloriosoque Principi, a Deo coronato & conservato, Pacifico, Victori, ac Triumphatori, Serenissimo, & perpetuo Augusto, Domno Carolo, Magno Imperatori, atque Romanum gubernan-*

omisso Patricii nomine Imperator & Augustus appellatus est. Epistola sua Imperatoris mandato, ejusque interrogationibus satis egregie fecit Maxentius.

VII. INSEQUENTE anno 813. Veronensium Canonicorum Collegium in Maxentii Patriarchæ peculiarem tutelam traditum, Veronenses apud Ughellum Tabulæ exhibent. Hanc lubens, ac volens Rotaldus Veronæ Episcopus, ut eorum commodis impensius consuleret, indulsisse fertur immunitatem. Tabulas quæ proferuntur, confectas legimus: *Regnante Domino Carolo in Italia, anno pietatis ejus quadragesimo primo, & Bernardo glorioso Rege, primo, sub die sextodecimo Kalendas Octobris, Indictione sexta*. Annum æræ vulgaris 813. indicat *sexta* Indictio a Januario Mense inchoata: eumdemque annum definiunt anni Caroli, & Bernardi. Vulgatam quippe, ac usu communiore adhibitam Regis Bernardi epocham ducunt Scriptores ab anno Christi 812. octavam inter ac decimam-octavam Novembris diem: adeoque *sextodecimo Kalendas Octobris*, seu die 16. Septembris ejusdem anni 813. *primus* Regni ejus annus in cursu erat. Eodem anno, dieque circiter undecima Septembris annus inceperat *quadragesimus primus* Caroli *regnantis in Italia*, Epocha ducta ab anno Christi 773. quam Capite XXXVIII. num. 5. proposuimus, & illustravimus. Hinc dubio procul omni Venetus Adnotator fallitur, qui Tabulas easdem ad annum 814. refert; perperamque indicit, *octavam* reponi Indictionem, vel *septimam*, a Septembri Mense computandam: jam enim mense Januario ejusdem anni 814. vitam cum morte commutaverat Carolus. In epocham vero Caroli, quæ ab anno 773. ducitur, cum non adverteret animum Jo. Andreas Astesatus, ita accipiendos esse *unum & quadraginta* adnotatos annos censuit docetque in Epistola de anno Bernardi Regis emortuali, ut anni *quadraginta* Regno Caroli tribuantur, cujus initium ab anno Christi 774. auspicatur, & ad epocham Bernardi pertineat qui superest annus, juxta morem, inquit, quorumdam hujus temporis Notariorum, qui Re-

gis

„ Patriarcham Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ, „ qui supradictam Ecclesiam B. Georgii con- „ secravit. Eo vero ordinante, ut Canoni- „ ci Sanctæ Veronensis Ecclesiæ sint liberi „ in supradicta Ecclesia sub jure & dominio „ Domini Patriarchæ, præcavens ne in fu- „ turum per decessum meum Successores mei, „ qui Episcopalem Cathedram adepti fue- „ rint, aliquam molestiam tam in Officiis, „ quam in Beneficiis illis inferre possent; „ igitur adjuvante ipso, qui nos pastores es- „ se voluit, & pascere oves suas potius quam „ nosmetipsos mandavit, una per consensum „ voluntatemque D. Maxentii Venerabilis Pa- „ triarchæ, & Guidonis Cardinalis S. Roma- „ næ Ecclesiæ, & Reginaldi Vicentini Epis- „ copi, & Lupi Tervisini Episcopi, & Oval- „ derici Tridentini Episcopi, & Georgii Man- „ tuani Episcopi, & Sigifredi Aquilejensis „ Ecclesiæ Archidiaconi, & Pacifici Vero- „ nensis Ecclesiæ Archidiaconi, & omnium „ Fratrum nostrorum, disponere & ordina- „ re de eorum libertate volumus; (&) fi- „ cut supradictus Pacificus cum cæteris Ca- „ nonicis postulat, id fieri decrevimus: id- „ est, quod ut antea, nullus ex Successoribus

legia feruntur, ad institutum nostrum perti-net aut latiore exponere sermone, aut reji- B cere, aut vindicare. Satis ea innuisse fuerit. In allegatis Tabulis inter subscriptiones, Mantuanus Episcopus vocatur *Gregorius*; & hunc primo exhibent loco Ughellianæ Tabulæ, a Leone III. sub annum 808. Mantuæ Episcopum renunciatum. Admirationem ingerat nullam *Guidonis Cardinalis S. Romanæ Ecclesiæ* appellatio. An Episcopus fuerit, an Presbyter, aut inferioris notæ Clericus Guido, qui Sedis Apostolicæ aut Romani Pontificis legatione fungebatur, ignotum. Certum vero compertumque, tum Presbyteros aliosque Clericos, qui Romæ hac tempestate Titulares Ecclesiarum ac primarii Beneficiarii instituebantur, vocari *Cardinales* C consuevisse; tum eodem insignitos nomine Episcopos Urbi proximos, qui Romano Pontifici adsistebant, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ veluti cardini adnectebantur. Latiore calamo rem hanc pertractant Baronius ad Annum DCC. LXIX. numero 12. & Thomasinus Parte I. de Vetere & nova Ecclesiæ Disciplina Libro II. Capitibus CXV. & CXVI.

CAPUT XLVI.

Aquilejensi Ecclesiæ eleemosynam testamento legat Carolus. Succedunt Ludovicus Pius, & Lotharius, qui Gymnasium instituit in Civitate Forijulii. Maxentio causa adjudicatur in Synodo Mantuana contra Venerium, Gradensem Patriarcham. Ejusdem juri addicunt Ludovicus & Lotharius Puellare Monasterium Sanctæ Mariæ in Valle. Itemque immunitates largiuntur Aquilejensi Ecclesiæ.

I. OBIIT Carolus Magnus anno 814. Aquisgrani, Mense Januario, die vicesima-octava. Magnum ipsum declarant præclarissima ejus gesta, ac virtutes eximiæ: quo tamen *Magni* titulo post ejus dumtaxat obitum uno ipsum consensu exorna- D runt Scriptores. In Diplomatibus dictus quidem *Magnus Imperator*, nunquam *Carolus Magnus*: jamque constitutum est a Viris de Re Diplomatica peritissimis, afficta illi esse ac suppositia Diplomata, in quibus idem Carolus nuncupatur *Magnus*. Testamentarias Tabu-

batur Episcopus, & Metropolitanus *Forojuliensis*, cum revera Aquilejensis foret: ita Metropolis ejus, hoc est Aquileja, dici potuit Forum-julium. Stipem testamento legat Aquilejensi Ecclesiæ, cui pariter eodem anno fundos & prædia in subsidium, petente Maxentio, largitus fuerat ad instaurationem.

II. IMPERIUM administrare post Caroli obitum cœpit Ludovicus Pius, qui anno 817. Lotharium filium Imperii consortem adscivit in Synodo Aquisgranensi. Eodem anno 817. ut Astesato placet, vel insequente 818. ut malunt Sigonius, Baronius, Pagius, aliique, vitam amisit Regnumque Italiæ Bernardus: idemque Italiæ Regnum Lothario contulit Ludovicus anno 820. ante diem 31. Maii. Hanc vocant secundam Lotharii epocham, quam plurima confirmant ac illustrant Documenta. In Italiam missus est a Patre anno 822. ut regii muneris partes obiret, corona Modoëtiæ accepta: ipseque anno insequente 823. a Paschali Pontifice Corona Imperiali imposita Imperator inunctus est adclamatusque. Hinc variæ deductæ Lotharianæ epochæ.

LEGES pro Italia tulit idem Lotharius, Parte II. Tomi I. collectionis Muratorianæ vulgatas. In Additamentis ad leges, quæ subjiciuntur, *annus primus* occurrit *Imperii Domini Lotharii Gloriosissimi Imperatoris;* hoc est, Muratorio adnotante, annus Christi 823. vel insequens 824. ad diem usque quintam Aprilis, quo adhuc decurrebat primus ejusdem Imperii annus. Inter Capitula de Episcoporum causis, quæ in Additamentis habentur, statuit Lotharius num. VI. ut in variis Regni Italici Civitatibus & Oppidis Gymnasia sive Scholæ aperirentur, in quibus *Ars doceatur*. Quod attinet ad Venetiam continentem, hæc habentur: *In Verona de Mantua, de Tridento: In Vicentia de Patavi, de Tarvisio, de Feltris, de Ceneta, de Asilo: reliquæ Civitates Forumjulii ad Scholam conveniant*. Hanc intelligi debere Civitatem *Forijulii*, quam sequiore tempore dixerunt *Civitatem Austriam*, „ bat. „ Plura congerit ille in conjecturæ confirmationem.

III. AD annum usque 827. gestorum Maxentii Patriarchæ memoria intercidit omnis. Eodem anno litem movit ipse contra Gradensem Patriarcham: victorque evasit in Synodo Mantuana. Rem totam narro. Leo III. Pontifex anno 804. in Conventu Aquisgranensi obtinuerat a Carolo Imperatore, ut ad Gradensem Metropolim redirent Istriæ Episcopi, quos juri suo vendicaverat Paulinus Aquilejensis. Hinc pro jure aquisito Fortunatum Gradensem legimus celebri Istrorum Conventui adfuisse ante annum 810. habito adversum Joannem ejus Provinciæ Ducem. His enim verbis subscribit ille: *Fortunatus misericordia Dei Patriarcha in hac Repromissionis chartula m. m. subscripsi*. Id ægerrime ferebant Aquilejenses Metropolitæ. Ursus, qui sibi jus ademptum dolebat, *primus cœpit* (ut habet Chronicon Aquilejense) *proclamationem facere de Grado Insula plebe, Synodali jure subjecta Aquilejensi Ecclesiæ*. Supprimi tollique volebat Gradensem Metropolim, ac Istriæ Episcopos Aquilejensi Metropolitanæ Ecclesiæ subjectos fore.

INTENTATAM litem ardentiore cura persecutus est, egitque Maxentius contra Venerium, qui Fortunato successerat. Extant apud Ughellum in Tabulis Gradensibus Ludovici & Lotharii litteræ, ex quibus addiscimus: delatam fuisse causam, Augustorum jussu, ad Sedem Apostolicam: Romam profectum esse Venerium, disceptaturum adversus Maxentium: non comparuisse Aquilejæ Præsulem, qui judicium Romani Hierarchæ declinabat: iterumque ab Augustis decretum, ut *tempore congruo Romæ ad præsentiam Domni Apostolici*, aliorumque, quos illuc ipsi dirigerent, *contentio juste & canonice definiatur*. Gradensibus favere videbantur Pontifices Romani: quorum declinato judicio, impetravit Maxentius, ut in Synodo Mantuæ celebranda controversia dirimeretur.

SYNO-

[illegible] *Episco-pus*, *& Leo Diaconus Bibliothecarius*, Romani Pontificis Legati: *Sicardus Palatinus Presbyter*, *& Theoto*, Augustorum Missi: Archiepiscopi, Ravennas, & Mediolanensis: ac demum Episcopi Æmiliæ, Liguriæ, & Venetiæ.

MAXENTII Patriarchæ postulatio fuit: *Ut suæ Provinciæ Ecclesias, quas Barbarorum incursus a sua Matrice segregaverant, auctoritate Canonum, jam pacis tempore, percipere mereretur ad propria*. Synodi sententia: *Statuit igitur Sancta Synodus, ut Aquileja Metropolis, quæ contra Patrum statuta divisa in duos Metropolitanos fuerat, deinceps secundum quod & antiquitus erat, prima & Metropolis habeatur: & Maxentius Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha, ejusque Successores in singulis Histriæ Ecclesiis electos a Clero & populo, ordinare Episcopos* (licentiam) *sicut & in cæteris Civitatibus suæ Metropoli subjectis, modo, & futuris temporibus habeant*. Pro Maxentii postulatis tulere sententiam Patres.

DISSIMULATO decreto, Gregorii IV. Pontificis, qui Eugenio eodem anno 827. Mense Augusto defuncto, post paucos Valentini Pontificatus dies successerat, auxilium implorat Venerius, data ad ipsum Epistola, quam e Codice Trivisaneo Venetus editor Italiæ Sacræ in Tabulis Gradensibus vulgavit. Imperialia memorat edicta Venerius, quibus mandabatur: ut Romæ lis a Pontifice dirimi deberet. Hæc vero ut *Mantuæ finiretur*, *suggessisse* narrat Maxentium. Addit, se *vocem fecisse*, ut *nullatenus de his responsum* ipse daret, *nisi coram Vicario Beatissimi Apostolorum Principis*, *in cujus sorte ligandi solvendique potestas incumbit*. Pontificem admonet: *gloriari Maxentium*, *per Præceptum Domini Imperatoris Diœcesim Istriensem habere:* ipsosque *Electos post Octavas Paschæ præparare se ad ordinationem:* idque *qualiter absque judicio factum fuerit*, se *ignorare*. Orat demum, obtestaturque, ut Summus Pontifex *tutor*, *& defensor* ejus *esse dignetur*. Hæc eadem refert Dandulus Libro VIII. Capite III. Ex Ordinationis Episcoporum definito tempore colligitur, datas a Venerio Epistolas anno 828. ante Pascha, quod anno illo incidit in diem quintam Aprilis.

Patriarcham retinebant agnoscere Præsules Aquilejæ, titulum suppressum volebant, sibique Ecclesiam Gradensem veluti plebem Aquilejensis Cathedræ adjudicari postulabant.

B

REM eamdem testatam legimus in certiore Monumento, quod est Diploma Ludovici II. in gratiam Teutimari Patriarchæ datum, suo infra loco recensendum. Narrat Imperator: *definitam* causam fuisse *temporibus B. Papæ Eugenii, qui ad suggestionem piæ recordationis Ludovici Avi nostri* (ut inquit,) *atque Domini & Genitoris nostri gloriosæ memoriæ Lotharii præstantissimi Augusti petitione*, *Synodale Concilium Mantuæ congregari præcepit: in quo sub præsentia Legatorum S. Romanæ Ecclesiæ*, *adsistente coram Maxentio Aquilejensi beatæ recordationis Antistite*, *supradicta controversia Aquilejensis*, *& Gradensis Ecclesiæ sententiis Episcoporum penitus est absoluta*. Hactenus ille de Synodo Mantuana, quam Gradenses dissimulabant. Sequuntur in Diplomate verba, quæ subinde gesta sub Gregorio IV. patefaciunt: *Deinceps quoque temporibus Beatissimi Papæ Gregorii*, *interpellante iterum contra Gradensem Episcopum supradicto Maxentio Forojuliensi Pontifice*, *eadem est quæstio retractata: & eorum judicio ad finem usque perducta*. Imperatorum scilicet Ludovici & Lotharii statuto, Synodi Mantuanæ sententiæ consono, causam hanc ad finem perductam, intelligimus; minime Romani Pontificis judicio, quem Gradensibus favisse, vetusta testantur Monumenta.

C

IV. NOVA Maxentio, Imperatorum munificentia, conlata sunt beneficia. Ejusdem solicitudini & juri, omni sublata immunitate, subjicitur Puellare Monasterium, quod Principes Langobardi in Civitate Forijulii erexerant in loco, qui dicitur Vallis: hodieque floret, in quo nobilissimæ ac probatissimæ Virgines Deo militant sub regula Sancti Benedicti. Diploma hac de re datum Mabillonius a Philippo a Turre Episcopo Adriensi, recolendæ memoriæ Viro, acceptum vulgavit Tomo II. Annalium Benedictinorum in Appendice.

D

INTEGRUM exhibeo ex scriptis laudati Marci Antonii Nicoletti in Vita Pertoldi Patriarchæ. "In nomine Domini & Redemptoris nostri Jesu Christi. Hludovicus & Hlo-

„ dicitur Sanctæ Mariæ, quod est situm juxta
„ Basilicam Sancti Joannis, constructum infra
„ muros Civitatis Forojuliensis in loco, qui B
„ dicitur Vallis, prædictæ Matri Ecclesiæ
„ S. Marci Evangelistæ, & S. Hermacoræ Martyris & Pontificis, ubi auctore Deo Ipse Patriarcha præest, traderemus. Quod ita & nos fecisse omnium vestrum cognoscat industria. Et ideo ob firmitatis studium, hos nostros Imperiales apices prædictæ Matri Ecclesiæ fieri jussimus: per quos præcipimus, atque jubemus, ut prædictum Monasterium Puellarum cum rebus, & hominibus ad ipsum juste & legaliter præsenti tempore pertinentibus, abhinc in futurum in jure & potestate præfatæ Ecclesiæ, & Rectorum ejus consistat. Ita videlicet, ut quidquid exinde Rectores, & Ministri memoratæ Ecclesiæ ob utilitatem & profectum ejus C canonice ordinare, atque disponere voluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi quidquid elegerint. Et ut hæc auctoritas largitionis nostræ firmior habeatur, & per futura tempora melius conservetur, manibus propriis subter firmavimus, & annuli nostri impressione adsignari jussimus. Signum Hludovici Serenissimi Imperatoris. Signum Hlotarii gloriosissimi Augusti. Durandus Diaconus ad vicem Fridogisi recognovi. Data III. Idus Novembris, Anno Christo propitio XVII. Domini Imperatoris Hludovici Serenissimi Imperatoris, & Hlotarii Augusti IX. Actum Niumaga Palatio Regio in Dei nomine feliciter. D

ACTUM dicitur in *Niumaga Palatio*; hoc est, Noviomagi Batavorum, vulgo *Nimega*, ubi anno 830. Mense Octobri frequentissimum Conventum habuit Ludovicus, ut Annales Bertiniani, aliique Rerum Francicarum Scriptores narrant. Durandus Notarius Privilegium recognoscit *ad vicem Fridogisi*, seu Fridugisi, qui sub eodem Ludovico Cancellarii nomine fungebatur. De Noviomagi Palatio Mabillonius agit Libro IV. De Re Diplomatica: ac Durandi, & Fridugisi mentionem facit Libro II. Capite XII.

AD Chronicas notas quod attinet; epocham Mense anni 814. quo mortem oppetiit Carolus Magnus.

V. AD annum 830. vitam Maxentii perduximus. Adhuc ipsum inter vivos egisse, Ecclesiamque Aquilejensem administrasse anno 833. evincit pars quædam Diplomatis, quam suo in *Tractatu Advocatiæ* manuscripto inseruit *Jacobus Gordinus Marianensis* (ita *Maranum* Patriam molliore sono proferendam scribebat) Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Archidiaconus, & Canonicus. Florebat Vir celeberrimus seculo quintodecimo cadente. Diplomatis hanc partem, partemque citati Tractatus Advocatiæ debeo humanitati Francisci Florii Canonici Theologi Aquilejensis, cujus in me præclara merita haud satis commemorari possunt.

GORDINI verba accipe: "Legant, qui „ adversantur, ea quæ Maxentio Patriarchæ „ Divæ memoriæ Dominus Hlotarius Augustus, Invictissimi Domini Imperatoris Hloduici Filius, post Karolum Piissimum etiam Augustum, Ecclesiæ Sanctæ Aquilejensi, quæ etiam tunc primum in honore Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, & S. Petri Principis Apostolorum, seu & Sancti Marci constructa erat, ex Privilegio illo aureo, *dato* XI. *Kal. Decembris*, *anno Christo propitio Imperii* ejusdem *Domini Hludovici Serenissimi Imperatoris* XX. *Regnique Hlotarii gloriosissimi Augusti in Italia... Indictione* XI. *Papia Civitate*, concessit. Videlicet, *Ad causas audiendas*, *vel feuda* (freda) *aut tributa exigenda*, *aut mansiones vel paratas faciendas*, *aut fidejussiones tollendas*, *nec homines ipsius Ecclesiæ tam ingenuos*, *quam suos* (servos) *super terram ejusdem commanentes distinguendos* (distringendos,) *nec ullas redhibitiones*, *aut illicitas occasiones* (forte collectiones) *requirendas*, *ullo unquam tempore ingredi audeant*, *vel ea quæ supra memorata sunt*, *penitus exigere præsumant*." Id genus immunitates Paulino largitus fuerat Carolus Magnus Reginoburgi anno 801. Porro vulgaris æræ annum 833. designat Indictio *undecima*: currebatque annus *vicesimus* Ludovicianæ epochæ, a Jannario Mense anni 814. computatæ. Anni desiderantur Lotharii Augusti.

CA-

loco, ubi adservarentur, Vallicellana Urbis Bibliotheca, in *vetusto* Codice, quo Pauli Diaconi Historia Langobardorum continetur. Exemplum Romæ propria manu desumpsit Josephus Binius, quem eruditionis præstantia, Rerumque Forojuliensium notitia, ac suavitas morum commendant: indeque descriptum Apographum mecum communicaverat Bernardinus Serlius Canonicus Utinensis, quod juris publici fecimus anno 1729. typis Venetis Sebastiani Coleti Tomo IX. Conciliorum, & anno 1732. in calce Dissertationis nostræ de Schismate Ecclesiæ Aquilejensis ex typographia Bartholomæi Giavarinæ vulgatæ.

EMENDATIORA eadem Acta damus. Apographum quibusdam mendis, quæ in editionibus exciderunt, purgatum laudatus tradidit Binius: ipsaque Acta novis curis cum Codice Baroniano, postulantibus nobis, contulit humanissimus Josephus Blanchinus Veronensis, Romani oratorii Presbyter. Monet ille, Codicem eumdem ex alio vetustiore, qui in Tabulario Ecclesiæ Brixinensis adservabatur, anno 1460. descriptum fuisse: cujus rei sequens in eodem Codice nota legitur: *Inveni in Bibliotheca Ecclesiæ Brixinensis, cujus Episcopus est Reverendissimus Dominus meus D. Nicolaus de Cusa, tituli Sancti Petri ad vincula S. R. E. Presbyter Cardinalis. Descripsi, ut vides, confuse in Brunecca Oppido Norico ejusdem Ecclesiæ Brixinensis, anno 1460. Die octava Aprilis absolvi. Deo gratias. Jo. An.*

FRAGMENTA duo vulgavit loco citato Baronius, queis fidem historiæ conciliaret, quam narrabat: tantique fecit eadem Acta Vir summus, ut scribere non dubitaverit: *Veritatem gestæ rei ex Mantuano Concilio prodi*; eademque de re nonnisi *divinantes* dicere potuisse, qui præcesserunt Scriptores. Ipsa quoque vidit Acta Hippolytus Donesmundus, eademque compendio solum ac Italica vulgari lingua collecta suæ inseruit Historiæ Mantuanæ: quod etiam post ipsum præstitit Jo. Franciscus Palladius in Historia Forojuliensi. Antistitum, qui Synodo adfuere, solum nomina recensuit Ferdinandus Ughellus in Tabulis Mantuanis: ipsumque Actorum textum, ubi Episcoporum nomina ac Sedes habentur, nihilque amplius, datum Teutimaro Patriarchæ, quod infra integrum vulgabimus, insigne pro illis testimonium perhibet: eademque satis indicat, vel nolens, Venerius Gradensis Patriarcha in citata ad Gregorium IV. Epistola. Sic enim habet: *Sed quia minime a vestra saluberrima Pietate judicari maluit* Maxentius, *Mantuæ quoque suggessit causam finiendam .... Nunc autem, sicut cognovimus, gloriatur se idem Maxentius palam, per Præceptum Domini Imperatoris Diœcesim Istriensium habere: & ipsi Electi post octavas Paschæ præparant se ad ordinationem*. Synodum aperte memorat, quam celebrari Mantuæ debere, suggesserat Maxentius, obtinuitque: sed in ea latam pro Aquilejensi Metropolitano sententiam dissimulare videtur Venerius, qui novam coram Gregorio Papa litem intentaverat, Imperialis Præcepti duntaxat mentione facta. Hæc fidem Actis conciliare, nemo non videt: eademque sane nihil complectuntur, quod negotio de quo agebatur, ac tempori optime non conveniat, ut hactenus eorum fragmenta describentes adnotavimus, dicemusque uberius in Notis.

II. IPSAMET jam accipe Acta: " Synodus, quæ acta est in Civitate Mantua pro causa Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ. Regnante Domino nostro Jesu Christo in perpetuum, anno Pontificatus sanctissimi & universalis Papæ [A] Eugenii [B] quarto, & imperantibus piissimis, Catholicis, & Dei cultoribus Cloduico & Chlottario Divis [C] Imperatoribus anno septimo & decimo, per Indictionem [D] quintam, octavo Idus Junii, secundum Dei gratiam, & sanctionem eorum congregata Synodus in Civitate Mantua, in qua adfuerunt Vir venerabilis & Sanctissimus [E] Benedictus Episcopus, & Leo reverendissimus Diaconus Bibliothecarius, Legati videlicet Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, habentes locum Beatissimi Papæ Eugenii; Sychardus Palatinus Presbyter, & vir spectabilis [F] Theoto, a præfatis Augustis directi; Petronas quoque [G] Ravennatis reverendissimus Archiepiscopus, atque [H] Angelpertus Sanctissimus Mediolanensis Archiepiscopus: Provinciæ Æmiliæ, Andreas Ferrariensis Episcopus, Leo Faventinus E-

" pi-

„ Vicentinus, Dominicus Patavensis, Adeodatus Tarvisianus, Emmo Cenetensis, Otthelbertus Bellunensis, Anselmus Concordiensis, Auratus Feltrensis, Arthemius [1] Azolensis, Andreas Archidiaconus, agens vicem Heimberti Tridentini Episcopi.

„ RESIDENTIBUS igitur in hac Synodo reverendissimis Episcopis, adstantibus Diaconibus, & cætero Clero, veniens Vir Sanctissimus Maxentius Aquilejensis Patriarcha, precum libellos pro dispersione suæ Aquilejensis Ecclesiæ obtulit, ut suæ Provinciæ Ecclesias, quas Barbarorum incursus a sua Matrice segregaverat, auctoritate canonum jam pacis tempore percipere mereretur ad propria. [K]

„ NOS qui veritate perspecta invenimus, a B. Evangelista Marco, qui spiritalis & ex sacro fontis utero, ac carissimus Sancti Petri Apostoli fuit filius, necnon ab elegantissimo [L] Hermachora Aquilejensium Ecclesiam præ omnibus Italiæ in Christi fide prius fundatam esse, & pastoralem ibi semper curam servatam, & Sanctorum Apostolorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ doctrinis imbutam, atque ipsam ejus semper fuisse discipulam, & peculiarem ac Vicariam in omnibus, quemadmodum insertum in ejusdem Aquilejensis Ecclesiæ comperimus sacris litteris.

„ RELATUM [M] igitur a nonnullis est in eadem Synodo, quod eo tempore, quo [N] Longobardi Italiam invaserant, Romanam Ecclesiam Vir Sanctissimus Benedictus Papa regebat; Aquilejensi quoque Civitati, ejusque populo Paulus Patriarcha præerat, qui Longobardorum barbariem & immanitatem metuens, ex Civitate Aquilejensi, & de propria Sede ad Gradus Insulam, plebem suam, confugiens, omnemque thesaurum & Sedes Sanctorum Marci & Hermachoræ secum ad eamdem Insulam detulit; idcirco non ut Sedem, aut Primatum Eccle- „ que ordinatus est [Q] hæreticus Candidianus Antistes. Hic enim [R] Candidianus, nec per consensum Comprovincialium Episcoporum, nec in Civitate Aquileja, sed in diocesim & plebem Aquilejensem Gradus, quæ est perparva Insula, contra canonum statuta, & Sanctorum Patrum decreta ordinatus est. Et inter alia probat hoc hujus Aquilejensis Ecclesiæ Joannis Antistitis Epistola, ad Agilulfum Regem directa, cujus textus inter cætera, ad [2] locum, talis est. [S]

„ QUALIS autem unitas dicitur facta, ubi spata, ubi claustra carcerum, ubi flagella fustium, & ubi longa exilia, crudeliumque pœnarum discrimina parabantur? Et miseri suffraganei Ecclesiæ nostræ, scilicet Episcopi [T] Histriæ, cum summa vi ac necessitate a Gradensi Castro Ravennam compulsione districtissima ducebantur Græcorum: necnon & inibi loquendi licentia negabatur. Atque Candidianus inutilis, qui se ob sui sceleris immanitatem præfatæ Sanctæ recordationis a Domno Severo Decessore nostro sub anathematis interpositione obligatus est, ne ad potiorem gradum unquam accederet, [3] quoniam a se, eique corde faventibus, in prædicto Gradensi Castro adulterium Matri Ecclesiæ improbe [V] ingerens ... ordinatur Episcopus. Et Petrus, Providentius, seu Agnellus, Episcopi Istriæ, qui adhuc fidem Sanctam tenebant, & Candidiano nondum consentiebant, de Ecclesiis suis a militibus tracti, & cum gravi injuria & contumeliis ad eum venire [X] compulsi sunt: si enim recte ei consentientes essent, voluntarie illi consentire debuerant, non autem per vim. „ (Et post pauca sic:) " Laborate, & agite, quatenus & fides catholica vestris augeatur temporibus, & in Gradensi Castro, postquam infelix Candidianus de hoc seculo ad æterna supplicia transmigraverit, altera iniqua ordinatio ibi minime celebretur, nec populus [4] in amplius tribuletur. Et ve-

„ re

[1] Baronius. *Constitueret*.
[2] *Ad locum*. Sic olim notari solebant particulæ, quæ ex alio Scripto recitabantur, aut proferebantur, ut Cangius adnotat in Glossario. Admonet ille, eadem verba non raro in textum irrepsisse, & excerpti partem occupasse. Exemplum præsto est in Novella Majoriani *De Episcopali judicio*, quæ ita incipit: *De re necessaria ad locum ad suscipiendum Clericatus officium unicuique nos optionem dedisse, non legem*. Veram, consuetamque adnotationis rationem exhibet Novella Divi Severi Augusti. Titulus habetur: *De abrogatis Capitibus injustis legis Divi Majoriani A. ad locum*: tum vero lex ipsa sequitur. In editionibus mendum excidit, cum habeatur *ad locum* pro verbis illis, *ad locum*.
[3] Baron. *quum*.
[4] Baron. *iste*.

pulsi. Antiquorum igitur recitatis historiis, Aquilejam matricem semper & Metropolim fuisse reperimus: Gradus autem plebem ejus esse, omnino comperimus. Sed & populi Polensis, quæ Civitas caput est Istriæ, decretum ab universo Clero & cuncto populo missum ad Sigualdum [Z] Patriarcham Aquilejensem, qui usque ad Francorum tempora vixit, verum & probatissimum invenimus, ut electum ab eis Episcopum ordinaret. Sed & id non omittendum, quod & Clerici & Nobiles ex laicis Viris electi ab Istriensi populo, Sanctam Synodum supplicantes venerunt, ut eos a Græcorum nequissimo vinculo liberatos ad Aquilejam suam Metropolim, cui antiquitus subditi fuerant, redire concedat, quia electi qui ordinandi sunt, prius piissimis [AA] Imperatoribus nostris, & postmodum ad partem Græcorum, fidem per Sacramenta promittunt: & ideo in hoc facto gravari se asserunt, & servire duobus Dominis non posse conclamant. [BB]

„ AUDITIS item horum precibus, sanctissimi & reverendissimi Legati S. Romanæ Ecclesiæ, Benedictus videlicet Episcopus, & Leo Diaconus, universa, quæ Maxentius Patriarcha Aquilejensis in libello obtulerat, authoritatesque veracissimas, quæ in hac Synodo prolatæ sunt, recitatis etiam canonibus, recapitulando cuncta per ordinem protulerunt; interrogatisque singulis Episcopis, utrum justa sit, an injusta Istrianorum petitio, & si secundum has authoritates Aquileja semper Metropolis fuerit, aut si Provincia, quæ contra canonum statuta in duos Metropolitanos divisa est, ad unam & primam reformari deberet; & si placet eorum petitio, clara voce proferre. Universi respondentes dixerunt: " Justa est Istrianorum petitio; & quia Aquileja semper Metropolis extitit, dominaque fuit Gradensium, novimus; & quia contra Patrum decreta divisa est, ideo authoritate Patrum ad priorem statum reformetur, omnibus nobis placet. Et illi respondentes dixerunt: Et nobis ita placet. „

nibus dicentes: " Notum sit universis præ-
B sentibus & futuris, in hac Synodo & nostris definitionibus affectum animi & consensum Domini Papæ esse Eugenii, atque piissimorum Chlodovici ac Lotharii Imperatorum, quatenus Aquilejensis Ecclesia ad pristinum reformetur decus, nunc & in perpetuum. „

„ SANE & id necessario [CC] indicandum duximus, quod Sychardus, idest, Palatinus Presbyter, & Theoto Vir spectabilis, Sacrorum Imperatorum Missi, cum essent prius in Civitate Tarvisio, ad Venerium Gradensem Episcopum suum Missum miserunt, præcipientes ut ipse ad Synodum, quæ Mantuæ futura erat, cum authoritatibus si haberet pro defensione suæ Ecclesiæ, paratus adesset: in qua ejus præstolantes adventum, diebus
C quinque resederunt. Sed propter quorumdam Episcoporum ad hostem pergentium impedimentum, jam cœpto ipsorum itinere, plus expectare nequiverunt.

TAMEN adhuc eis stantibus, & abire volentibus, tandem venit Tiberius, Diaconus & Œconomus Ecclesiæ Gradensis, a Venerio ejusdem Castri Episcopo missus, obsecrans ut authoritates, quas pro sua Ecclesia duxerat, in præsentia Synodi legerentur. Relectis itaque omnibus, reperimus exemplaria nullius manu esse roborata; & quamvis ita sint, seu essent firmata, magis Aquilejensi Ecclesiæ, quam suæ pertinerent. Cumque a Synodo sciscitaretur, utrum ho-
D rum exemplorum authentici in Archivo suæ Ecclesiæ tenerentur, necne; respondit, nihil amplius se habere, nisi Synodum [DD] ab Helia Aquilejensi Patriarcha in Castro Gradensi, quod plebs ejus erat, actam fuisse. Cujus initium est: " Cum in Castro Gradensi, ac plebe sua, Helias Patriarcha Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ cum Marciano, Leoniano, Petro, Vindemio, Vigulo, Joanne, & reliquis Consacerdotibus suis consedisset; & reliqua. „ Item subscriptiones Episcoporum hujus Synodi in plebe Gradensi actæ: " His gestis apud nos habitis subscri-

[1] Baron. *potestati.*
[2] Baron. *operum.*

[3] Baron. *existente.*
[4] Baron. *transiit.*

„ Apostolico, totiusque orbis terrarum Capi-
„ ti, Domno Gregorio, universali Papæ, cun-
„ cti Episcopi Histriensium & Venetiarum pro-
„ vinciæ, seu cuncta generalitas populi Gra-
„ densis oppidi, & plebis ultimi servuli. „

„ AD locum: cuncta liquidius in veritate
„ suggerere non omisimus. Tempore igitur
„ Aquileja civitate stante in Hesperia, illuc
„ S. Marcus Evangelista ad prædicandum ab
„ urbe Roma, scilicet a Beatissimo Petro Prin-
„ cipe Apostolorum directus est: per ejus ve-
„ ro prædicationem veracissimam orthodoxa
„ fides Christi populo commoranti inibi ab eo
„ tradita est, & usque nunc ibidem immuta-
„ bilis manet: necnon ab ea exordium chri-
„ stianitatis non sola sumpsit Italia, verum
„ etiam multæ aliæ Provinciæ. Beatissimus igi-
„ tur Marcus Evangelista Aquilejæ residens,
„ vultum Beati Petri Apostoli videre deside-
„ rans, Romam urbem regrediens, & secum
„ elegantem virum, Hermachoram nomine,
„ ab omni electum Clero & populo deferens...
„ & ab ipso Beato Petro Apostolo Aquilejæ ur-
„ bis ordinatus & constitutus est Pontifex: de-
„ inde Hermachoram Proton Italiæ Pontifi-
„ cem constituit. Pontifices adhuc Aquileja in
„ Civitate stantes, sexto milliario in loco, qui
„ Gradus nuncupatur, munitionem quandam
„ construxerunt, in qua etiam Dei Ecclesiam
„ mirifice fabricaverunt, quatenus æstivo tem-
„ pore ibi degentes Aquilejæ Pontifices, pos-
„ sent ardorem æstatis evadere. Et notandum,
„ quod omnes Istriensium Civitates, ac reli-
„ quæ quas hæc notat Synodus, Aquilejæ Ci-
„ vitati, quæ caput & prima est totius Italiæ,
„ subjectæ sunt.

„ ITEM in ultimo interrogatus est Tiberius,
„ Diaconus, & Œconomus Gradensis Ecclesiæ,
„ ut proprio ore proferret, qualis harum dua-
„ rum divisionum Sedes, quæ contra canonum
„ statuta partita est, prima & Metropolis fue-
„ rit? Qui constanter, clara voce professus
„ est: " Negare non possum, quin ego, & pe-
„ ne omnes sciunt, Aquilejam Civitatem pri-
„ mam & Metropolim esse, & a Beato Marco
„ & Hermachora in Christi fide fundatam: sed

B „ hæreticum, qui hanc divisionem cum Græ-
„ cis, qui totam Istriam suo quoque jure tene-
„ bant, gessit. Desinit Exemplar Privilegii
„ Aquilejensis Ecclesiæ.

III. [A] EUGENIUM II. intellige, non I. ut perperam contendit Scipio Agnellus Massejus in Annalibus Mantuanis, qui prædictam Mantuanam Synodum anno 655. illigat. Apertissimum putidumque errorem produnt ipsius Concilii argumentum, diffidentium Metropolitarum ætas, Augustorum denique Ludovici & Lotharii, atque Antistitum qui Synodo adfuere tempora.

[B] PASCHALI successit Eugenius II. anno 824. De mense, dieque mensis controversia est. Mensem *Majum* amplectitur Baronius, C diemque *decimumquartum* ante Calendas Junias. Papebrochio *Junius* placet, ejusque dies *quinta*. Diem Februarii *quartamdecimam* seligit Pagius. Quartus ejusdem Pontificis annus *quinta* saltem die Junii mensis hujus anni 827. incipere debuit. Hujusce anni Augusto mense consignant Eugenii obitum veteres Annalistæ ac recentes Scriptores. Dicitur vero Synodus coacta *octavo Idus*, seu die sexta Junii, cum jam *quartum* auspicatus annum fuerat idem Eugenius.

[C] LOTHARIUS, Ludovici Pii filius, dicitur *Imperator*, quod anno 817. consortem Imperii in Conventu Aquisgranensi ipsum renunciaverat Pater. Id contigisse III. *Kal. Au-* D *gusti*, scribit Baluzius in Notis ad Agobardum, allegata Annalium Ananiensium fide. Adnotat Pagius, eo anno *feriam quintam* in illum diem incidisse: adeoque Lotharium, si nuncupatus Imperator ea die fuerit, minime tamen Coronam accepisse; cum hujusmodi ceremoniæ per hæc tempora Dominicis diebus, aut solemnibus festis peragerentur.

[D] INDICTIO *quinta*, & *quartus* Eugenii Papæ annus, ac dies *octava* ante idus Junii annum æræ vulgaris Christianæ designant 827. Epocham confirmari puto ex Epistola citata Venerii, Gradensis Patriarchæ, quæ ad Gregorium IV. statim ac in Petri Sedem conscendit, data videtur, ut ab eo contra Mantuanæ Syno-

num 826. in Cremonensibus, Ferrariensibus, Parmensibus, Regiensibus, Vercellensibus ad annum 824. in Aquilejensibus ad annum 826. Annum insequentem ac verum notaverat in Bellunensibus, Concordiensibus, & Tarvisinis; quem tamen correctum, ut putaverat, legimus in ora paginæ, repositumque annum præcedentem. Synodum eamdem ad annum 835. differt Cointius; ipsamque censet, sub Gregorio IV. celebratam. Chronicon Aquilejense, & ipsius Acta Synodi, quæ minime vidit Vir doctissimus, repugnant. Annon vero faveant illi ea Venerii verba in Epistola citata ad Gregorium: *Sed quia minime a vestra saluberrima pietate judicari maluit* Maxentius, *Mantuæ quoque suggessit causam finiendam*. Detrectabat ergo Aquilejensis Patriarcha judicium Gregorii, litemque finiendam Mantuæ in Concilio suggessit. Pro certo habeo, Venerii verba, quæ ad Gregorium directa videntur, de Sede Apostolica intelligi debere, cujus judicium jam ante sub Eugenio postulabat Venerius, Maxentius declinabat. Mantuæ litem dirimendam in Synodo suggessit Metropolita Aquilejensis: quod etiam obtinuit a Ludovico & Lothario Imperatoribus, Eugenio Pontifice adsentiente. Sed hoc anno 827. a die quinto Kal. Februarias annum Imperii XIV. numerabat Ludovicus, unde Librariorum oscitantia error irrepsit in annum, qui consignatus legitur, *septimum & decimum*. Si anni prædicti ita distribui debeant, ut prior numerus Ludovici, posterior Lotharii imperio tribuatur; perperam adhuc *septem* Ludovici notantur anni: *decem* vero Lotharii, qui consors Imperii dictus fuerat, recte numerantur; decimus enim ejus annus anno præcedente 826. Julio mense cadente, aut initio Augusti incepit.

[E] ANNO præcedente 826. in Concilio Romano sub Eugenio II. subscriptus legitur *Benedictus* Episcopus Albanensis, itemque alius *Benedictus* Amerinæ Episcopus. An alteruter, an ab utroque diversus præfuerit Legatus Mantuanæ Synodo, ignotum.

[F] THEOTONEM Ludovici & Lotharii Imperatorum *Missum* nihil dubito, eumdem esse ac Theotonem, seu Theodonem, Theudonemque, qui munus Cancellarii gessit ab anno 18. ejusdem Ludovici Augusti. Vide Ma-

Ravennæ Antistes subscriptus legitur in citata Synodo Romana sub Eugenio II. anno 826. Per hæc tempora primus Italiæ Metropolita post Romanum Pontificem habebatur Archiepiscopus Ravennas. Hunc sibi primatum vendicaverat ob Exarchorum maxime Sedem in Civitate Ravenna. Carolus Magnus in suo Testamento Italiæ Metropoles hoc ordine numerat, *Romam*, *Ravennam*, *Mediolanum*, *Forumjulii*, *Gradum*. At Paulinus Aquilejensis in Sacrosyllabo edito in Synodo Francofurtensi primo loco memorat Provinciam *Liguriæ*, deinde *Austriæ & Istriæ*, ac demum *Æmiliæ*, que Ravennati Archiepiscopo parebat. Vide Norisium Differt. de Synodo V. Capite X.

[H] ANGELPERTUM, seu Angelbertum hujus nominis II. fuisse Mediolani Archiepiscopum ab anno 824. scribit Papebrochius in Tractatu II. præliminari ad Tomum VII. Maii. Sequentium Episcoporum non pauci ex hac Mantuana Synodo innotescunt, cujus fide allegata eos in propriis Tabulis recenset Ughellus.

[I] AN Arihemius *Azolensis* dici debeat Oppidi Episcopus, quod vulgo dicitur *Asolo* in Marchia Tarvisina? Numerat sane Paulus Diaconus Libro III. Historiæ Langobardorum Capite XXVI. *Agnellum de Acilio* inter Episcopos, qui Synodo Schismaticæ Marianensi interfuerunt. Vocat eumdem Agnellum *de Asilo* Dandulus in Chronico Libro VI. Capite II. Diploma fertur in Tabulis Tarvisinis apud Ughellum ab Othone I. concessum Roccio seu Rozoni Episcopo, signatum *anno Dominicæ Incarnationis* DCCCC. LXIX. *Indictione* XII. ipsiusque Othonis *anno* VIII. in quo dignitatis Episcopalis, qua fulgebat olim Asilensis Ecclesia, mentio habetur his verbis: *Offerimus Sanctæ Tarvisianensi Ecclesiæ, in honorem Beati Petri Apostolorum Principis ædificatæ, in qua Rozo Episcopus præesse videtur, castrum de Asilo cum Ecclesia in honorem B. Virginis Mariæ constructa, quæ olim caput Episcopatus ipsius loci, & domus esse videbatur*. Venetus Ughellii editor post Sigonium conjicit in Episcopatu Aciliensi, & in Sacilanensi Tomo X. Italiæ Sacræ, Agnellum *de Sacilo*, non *de Acilio* legendum esse; eumdemque Episco-

... in verbis plures B exciderunt errores Palladio. I. In aliquibus Diaconi Codicibus ultra *decem Episcopos*, quos Marianensi conciliabulo scribit adfuisse, duos addi *Maxentium Juliensem & Adrianum Polensem*, constat ex variis lectionibus, quæ in editione Mediolanensi exhibentur. *Sacilensem* vero, & *Maranensem* pro suo arbitratu adjungere Palladio placuit. II. Maxentius dicitur Episcopus *Juliensis* in Actis Synodi nostræ Mantuanæ, in Synodo Gradensi, in subscriptionibus Libelli supplicis ad Mauricium Imperatorem transmissi, & in variis prædictis lectionibus Pauli Diaconi. Ejus fuere Successores Fidentius, & Amator, de quibus hæc narrat laudatus Diaconus Libro VI. Capite LI. *Adveniens anteriore tempore Fidentius Episcopus de* C *Castro Juliensi, cum voluntate superiorum Ducum intra Forojuliani castri muros habitavit, ibique sui Episcopatus sedem statuit: quo vita decedente, Amator in ejus loco ordinatus est.* Castrum *Juliense* distinguitur a *Forojuliano* castro. Istud olim appellabatur Forumjulium, ævo medio *Civitas Austria*; nunc *Cividale* vulgo dicitur. Illud esse *Julium Carnicum*, incolis *Zuglio*, extra controversiam est. Itaque Maxentius *Julii Castri Carnorum* Episcopus erat: ipsum vero *Utinensem* Palladius creavit Antistitem. III. Nullum *Mariani* aut *Marani* sedisse Episcopum, ostendimus Capite XXX. contra Anonymum Mediolanensem. IV. Quo demum jure *Sacilanum* quoque Palladius ob- D trudat Episcopum, ipse audiendus est. Ait enim: *Sacili Episcopum fuisse, ex hoc Marianensi Concilio discimus*. At nulli sunt Codices, editi, aut manuscripti, in quibus *Sacilanus* Episcopus memoretur. *Tempore quoque Agathonis Pontificis*, (pergit ille) *Epistolæ ipsius in Concilio VI. Oecumenico Sacilanus Antistes subscripsit*. Idem ante scripserat Ughellus in Aquilejensibus. Quære, si placet. *Sacilanum* non invenies inter Episcopos, qui Agathonis Epistolæ subscripsere. Eorumdem Antistitum subscriptiones expendo Capite XXXV.

[K] HANC Synodi Actorum partem recitat

conus. Ipsa ejus verba ex Historia Langobardorum sæpe exscribuntur. Hunc eumdem locum recitat Baronius ad annum DC. V. num. 4. usque ad ea verba, *in Gradu quoque ordinatus est hæreticus Candidianus*.

[N] VERBIS ipsis Pauli Diaconi hæc narrantur in Libello cum eisdem erroribus, in quos idem impegit Historiographus. Vide Librum II. Caput X.

[O] HÆC eadem verba, & sequentia legimus in Paulo Diacono Libro II. Capite XXV. Libro III. Capite XIV. & XXVI. Libro IV. Capite XXIV.

[P] POST obitum Severi in duos Metropolitanos dissecta est Aquilejensis Diœcesis. Gradensibus Catholicum Episcopum, Aquilejensibus Schismaticum expetentibus, utrique parti suus accessit, Candidianus Catholicis, Joannes Schismaticis. Hunc tuebantur Agilulfus Langobardorum Rex, & Gisulfus Dux Forojuliensis. Illum Ravennæ Exarchus. Partes etiam habuisse in electione Candidiani Romanum Pontificem, testatur Joannes Diaconus in Vita Gregorii Magni Libro IV. Capite XXXVIII.

[Q] APPOSITE notat Baronius ad Annum DC. V. num. 5. ex hæreseos nota Candidiano afficta aperte cognosci, adversarios ejus Schismati fuisse addictos, quorum mos erat, hæreticos appellare tria damnantes Capitula; cum revera quintæ Synodo consentientes, Romanoque adhærentes Pontifici, catholici essent. Mirum vero, Maxentium in libello supplici injurias olim a Schismaticis Candidiano illatas usurpare voluisse. At easdem jam antea notaverat Diaconus, qui haud probe Schismatis causam callebat. Vetera monumenta producebat Maxentius, prout invenerat: neque ad historiæ veritatem perquirendam converterat animum, motæ causæ contra Gradensem Patriarcham præcipue intentus.

[R] HÆC eadem verba cum Epistola Joannis, Aquilejensis Metropolitæ Schismatici, ad Agilulfum Langobardorum Regem, recitat Baronius ad Annum DC. V. num. 5. & 6.

[S] SE-

quam Jacobus Gordinus, Vir celeberrimus Capite præcedente laudatus, habuit *Die Dominico* IV. *Idus Octobris* M. CCCC. XCIV. *ad Reverendissimum in Christo Patrem & Dominum D. Nicolaum Donato ejusdem S. Sedis* (Aquilejensis) *Patriarcham dignissimum ;* in qua numerans suffraganeas antiquatas Sedes Metropoleos Aquilejensis, nominat *Cessensem*. Hinc Vindemii *Cessensis* Episcopi lectio confirmatur.

[V] LACUNA videtur in textu. Laus est Candidiani, non culpa, quæ hoc loco innuitur; quod nempe Severo Schismatico, & complicibus consentire noluerit.

[X] Recte monet Norisius, in hac Joannis narratione veris misceri falsa. Petrum, & Providentium, Istriæ Episcopos Catholicam amplecti voluisse, ejurato Schismate, unitatem, colligitur ex Epistola Gregorii Magni ad eosdem data, quæ est II. alias XLIX. Libri IV.

[Y] DESINIT Epistola Joannis. Sequitur libellus Maxentii cum alterius Libelli parte, quem obtulerunt Polenses.

[Z] Sigualdus, quem etiam Siginaldum, & Signoaldum vocant, Sedem tenuit Aquilejensem juxta aliquorum calculos, referente Ughello, usque ad annum 774. quo Carolus Francorum Rex, capto Desiderio Rege, regnum sibi subjecit Langobardorum. Favere videntur sequentia Synodi verba: *Qui usque ad Francorum tempora vixit*. Sed hæc minime prohibent, quominus Sedes ejus ad annum usque 776. protendatur, quo Carolus rebellem Rotgaudum in Provincia Forojuliensi prostravit. Hoc anno decessisse Sigualdum, satis indicat Monachus Sangallensis in Libro de vita & gestis Caroli Magni apud Canisium. Auctor creditur Notkerus Balbulus.

[AA] HOC ævo in Istriam dominabantur Romani Pontificis detrectabat Maxentius. Lotharii favore munitum obtinuisse, ut Eugenio II. adsentiente, in Synodo Mantuana dirimeretur controversia, certo colligimus ex B Actis, aliisque Documentis. Ut ad Synodum veniret Metropolita Gradensis, indixerunt ipsi Imperatorum Missi, Sicardus, & Theoto: ipsumque Tarvisii cum diebus quinque expectassent, cœptum iter prosequuti sunt, ac Mantuam pervenere.

[DD] ACTA Synodi Gradensis prima vice in hac Synodo prolata sunt. Allegata fragmenta multum discrepant ab eisdem Actis, quæ Dandulus recitat. Nulla Pelagii II. Epistolæ mentio ad Eliam.

[EE] Viginti, qui laudantur Patriarchæ, sunt 1. Hermagoras. 2. Hilarius. 3. Chrysogonus. 4. Chrysogonus II. 5. Agapitus. 6. Theodorus. 7. Benedictus. 8. Fortunatianus. 9. Valerianus. 10. Chromatius. 11. Augustinus. C 12. Adelfus, seu Delfinus. 13. Maximus. 14. Januarius. 15. Secundus. 16. Nicetas. 17. Marcellianus. 18. Marcellinus. 19. Stefanus. 20. Macedonius.

[FF] QUINQUE laudati Patriarchæ usque ad divisionem Diœcesis in duos Metropolitanos, sunt Paulus seu Paulinus, Probinus, Elias, Severus, Joannes. Huic a Schismaticis Aquilejæ electo ordinatoque oppositus est in Insula Grado Candidianus a Catholicis. Ad Ecclesiæ denique unitatem redierunt Aquilejenses opera Sergii Romani Pontificis. Sereno Aquilejensi pro votis Luitprandi Regis Langobardorum concesso Pallio, Metropolis Aquilejæ divisa est. Hinc inter utrumque Metropolitam pro jure in Istriæ Episcopos orta dissidia, quæ diuturna post tempora componi potuerunt.

CAPUT XLVIII.

Forojuliensem regit Marcham Eberardus. Excipit hospitio Gotescalcum Monachum. Succedit Hunrocus seu Henricus, filius Eberardi. Hunc excipit Berengarius, alter Eberardi filius. Primordia Sacilanæ S. Nicolai Ecclesiæ.

I. BALDRICUM Ducem propter ejus ignaviam anno 828. honoribus multatum, D ejusque Marcham amplissimam in quatuor Comites divisam, narravimus. Num ipse nedum

Qui de Nobilium descendens stirpe Virorum,
Dicitur Italiæ quondam tenuisse Ducatum,
Quando Lotharius habuit Romæ dominatum.

TESTIS alius adest Andreas Presbyter, Seculi noni Scriptor, quem eumdem cum Agnello, Historiæ Ravennatum Pontificum Collectore, facit Joannes Georgius ab Eckart, in Chronico brevi apud Menckenium Tomo I. Rerum Germanicarum. Lotharii namque obitu narrato, sic ait: *Multam fatigationem Langobardi, & oppressionem a Sclavorum gente sustinuerunt, usquedum Imperator* (Lotharius) *Forojulianorum Eberardum Principem constituit.*

CONSORTEM Imperii anno 817. in Conventu Aquisgranensi Lotharium, declaraverat Ludovicus Pius: ipsumque anno 820. Regem Italiæ renunciavit. Imperii Coronam Romæ anno 823. accepit ipse a Paschali Pontifice: ac solus post Patrem imperavit ab anno 840. ad exeuntem Septembrem anni 855. An Eberardum creaverit Ducem, & Marchionem Forojuliensem Lotharius, adhuc Imperii cum Patre consors, an post ejus obitum, monumenta desunt quæ declarent. Ex Diplomate sæpe citato, quod Teutimaro datum est, colligimus, hanc ab eo administratam fuisse Provinciam, sive Marcham, Andreæ Patriarchæ tempore, quem anno circiter 846. vita functum, infra dicemus.

II. PER HÆC tempora Gothescalcus, Monachus Benedictinus in Cœnobio Orbacensi, qui peregrinatione suscepta in Urbem venerat, cum in Germaniam, solemniis ibidem de more celebratis, reverteretur, hospitio exceptus in Domo Eberardi, iter abrupit inceptum, seque diu detinuit apud Comitem Religiosissimum. Accidit, ut cum Notingo, Episcopo Brixiensi, de gemina Prædestinatione dissereret, pomumque jaceret gravissimæ discordiæ. Notingum sedisse Veronæ Episcopum, arbitratur Marchio Scipio Maffejus in Scriptoribus Veronensibus.

DE re monitus Rabanus, Moguntinus Archiepiscopus, Opusculum de Prædestinatione

B bertus Miræus anno 1624. in Codice Donationum, ac denique Lucas Dacherius in Spicilegio, mendis plurimis correctis, corruptisque vocibus emendatis. *Actum* legitur *in Comitatu Tarvisiano, in Corte nostra Musiestro, Imperante Domino Hludovico Augusto, Anno Regni ejus Christo propitio* XXIV. Non Imperii numerantur anni, sed Regni; quorum epocha ducitur a die 15. Junii anni 844. quo Ludovicus II. a Sergio Romano Pontifice Langobardici Regni Coronam accepit. Annus itaque vicesimusquartus initium habuit eadem die 15. Junii anno 867. Musiestrum in agro Tarvisino adhuc extat.

C FUNDOS, & prædia, ac bona sua, thesaurosque dividit inter Filios, Filiasque; quatuor illos, *Hunrochum*, *Berengarium*, *Adalardum*, & *Rodulfum*; tres istas, *Engeltrudem*, *Judithам*, & *Heilwvich*, sive Hadvigem, quam putat Eckartus Ottonis Saxoniæ Ducis uxorem, matremque Henrici Germaniæ Regis, Aucupis dicti. Ita vero peractam divisionem legimus: ut *Primogenitus* Hunrocus, sive Henricus *habeat quidquid in Langobardia, & in Alamania de proprietate* ad Eberardum pertinebat, *præter Balguinet*. Concedit *secundo*, videlicet Berengario, *Cortem in Hanaspio præter Grecinam, & Cortem Hildiolam in Hasbannis*. Mandat, ut *tertius*, Adalardus, *habeat Cortem in Cisonio, & Camfinium, & Grecinam*. Denique *quarto*, Rodulfo Abbati, *Vitrei vicum, & Mesfruchам* largitur. Cætera prætereo.

D ANNO 869. mortalitatem expleverat Eberardus. Id certo colligitur ex Testamento Gislæ, sive Gisellæ apud eumdem Dacherium lococitato. Illud enim jam vidua confecit; unde *Viduitati* ejus compatiens inducitur Carolus Rex, *Calvus* nuncupatus. *Actum* est *Victreiaco* (seu Vitræi, aut Vitriaci in Gallia Lugdunensi) *Villa publica* . . . XVII. *Kal. Maii Indictione* I. *in Anno* XXIX. *Regnante Domino nostro Carolo Rege gloriosissimo*. Epocha prima Regni Caroli adhibetur, quæ ducitur a Successione in Regnum paternum Ludovici Pii. Hæc anno contigit 840. die 20. Junii, ut monet

infantibus suis distribuendas indicit, *Rodulfo*, *Berengario*, *& Adelardo*. Hunrochum Filium primogenitum non memorat; unde colligit sæpe laudatus Eckartus, Hunrocum eumdem, non solum bonorum a patre Eberardo in Alemannia & Forojulio aquisitorum hæredem fuisse, verum etiam in Comitatu, & regimine Marchæ successorem. Hæc enim Gisellæ ratio fuerit, ut Filium primogenitum tot auctum divitiis, & dignitatibus cumulatum, in Tabulis Testamentariis prætermitteret. Sane Andreas Presbyter in Chronico superius citato disertissime scribit: Eberardo *defuncto*, *Unrochum filium ejus Principatum* (Forojuliensium) suscepisse.

ALIA ejusdem Gisellæ vulgatur Charta a Dacherio, qua Basilicæ Monasterii Cisoniani legantur quædam bona, consentientibus Filiis, Adalardo, & Rodulfo. *Acta* dicitur *Fivis* (quod Oppidum est Belgii prope Insulam) *Kal. Juliis anno* XXV. *Regnante Carolo Rege gloriosissimo*, idest anno Christi 874. Ait vero Gisella: *Pignora Corporis Senioris & Conjugis* sui *dulcis memoriæ Evrardi*, *per Coadjutoris Filii* sui *Unrochi solatia*, *ab Italicis partibus delata esse*: eademque in Oratorio Cisoniensi, Regis Caroli permissu, tumulo data.

IV. AD hæc igitur tempora vitam perduxit Unrochus, rexitque Marcham Forojuliensem. Eidem mox defuncto successit Berengarius, Frater Hunrochi, & Eberardi alter Filius. Hanc vexat Forojuliensium Ducum successionem, & chronographiam Constitutio Ludovici II. quæ Historiolæ ignoti Monachi Cassinensis inserta habetur apud Camillum Peregrinium in Historia Principum Langobardorum Tomo II. Rerum Italicarum.

AD Saracenos propulsandos, qui Beneventanos infestabant, bellicam paraturus expeditionem Ludovicus, Constitutionem dedit, quæ inscribitur: *Constitutio promotionis exercitus observationis partibus Beneventi sub Indictione quintadecima*. Hanc ad annum 866. referunt expeditionem Annales, & Chronica: eumdemque definit ipsa Indictio *quintadecima* a Septembre mense incepta. Missos dirigit Ludovicus in varias Italiæ regiones, hoc modo: *A fluvio Pado usque Trebia sit Missus Lotselmus: inter Macedo*, *& Vulferius*. Ministerium Berengarii intelligunt Marcham sive Ducatum Forojuliensem Ludovicus Antonius Muratorius de Antiquitatibus Estensibus Capite VI. & Anonymus Mediolanensis in Dissertatione Chorographica Italiæ medii ævi num. 38. Jamvero conficitur, Berengarium anno prædicto 866. Marcham tenuisse Forojuliensem, non Eberardum patrem ejus, neque Hunrocum fratrem.

B

PRÆTERMISSO Hunroco, difficultatem ita laudatus Anonymus putat expediri posse; ut Eberardus Vir Sanctus, anno circiter 866. abdicaverit Ducatum, & hunc in Filium Berengarium transtulerit Imperator: ille vero in Curtem Musiestri dilapsus, ut sibi suæque æternæ saluti consuleret, condito Testamento, pie postmodum obierit in Domino. Non ita se rem habuisse, conjecturam suggerit alterum in eadem Constitutione memoratum *Vvitonis Ministerium*; cum tamen Ducatum Spoletinum ab anno 861. administraverit Lambertus I. eodem Anonymo teste num. 112. usque ad annum 881. quo Ducatum ipsum regendum suscepit ipse Wito, seu Wido secundus. Itaque *Ministerium Vvitonis* non evincit, ipsum Witonem eo tempore fuisse Ducem Spoleti, & Marchionem. Fortasse Wito adjunctus fuerat Lamberto, & Berengarius Eberardo Patri, qui ministerium suum, officiumque sub ipsis Ducibus aut Marchionibus exercerent: adeoque Marchæ præfectura distinguenda hocce loco videtur a Ministerio.

C

ITAQUE Hunrocum retinendum in serie Ducum Forojuliensim post Eberardum censemus; cum ejus præfecturam, seu Marchæ administrationem perspicue exhibeat Andreas Presbyter, qui ævo illo Chronicon suum concinnabat. Hunroco successit Berengarius. Inter Epistolas Joannis VIII. Romani Pontificis inscribitur Octogesimaquinta *ad Berengarium Comitem*: eademque data est *Indictione* XI. idest anno Christi 878. Commendat Pontifex *sinceritatem*, *ac devotionem* ejus erga Sedem Apostolicam: celebratque *bonitatis decus eximium*, quod *ex moribus piæ memoriæ Nobilissimi quondam Genitoris traxerit*. Adprecatur eidem, ut *pulchræ juventutis* ejus *florem*, *de radice justa prodeuntem*, *Dominus exercituum*

D

pie-

Alteri diplomati infertum eft, quod Paganus Patriarcha dedit: *Paganus Dei & Apoftolicæ fedis gratia Sanctæ Sedis Aquilegenfis Patriarcha, Univerfis præfentes infpecturis falutem in Domino fempiternam. Univerfitati veftræ volumus effe notum, quod volentes poftulationibus fubvenire, vifo & undique diligenter infpecto quodam Privilegio b. m. Bertholdi Patriarchæ Aquilegenfis, figillo ejus cereo pendenti, non corrupto, non vitiato, nec in aliqua fui parte fufpecto, nobis per dilectum Filium Sygebaldinum Plebanum Ecclefiæ S. Nicolai de Sacilo exhibito, ipfum ad ejusdem Plebani inftantiam, & fupplicationem humilem per manum infrafcripti Notarii noftri transcribi & innovari præcipimus: volentes, decernentes, & ftatuentes, ut hoc ejus Tranfumptum, five Exemplum eamdem vim habeat, eumdemque vigorem, ac idem robur obtineat per omnia, quod Originale prædictum nofcitur obtinere, etiamfi illud nunquam impofterum appareret. Utque idem Sygebaldinus Plebanus, & ejus Succefsores eamdem a nobis authoritatem habeant, compefcendi per cenfuram Ecclefiafticam detemptores jurium & pofsefsionum dictæ Ecclefiæ, canonica monitione præmifsa; necnon violatores dictorum jurium & pofsefsionum, feu contradictores & rebelles, quam idem nofter Prædecefsor quondam Bono ejusdem Ecclefiæ Plebano, & ejus Succefsoribus per Privilegium ipfum nofcitur concefsifse, cujus tenor talis eft:* " Bertoldus Dei gratia Sanctæ Sedis „ Aquilegienfis Patriarcha, Dilecto filio Bono Plebano Ecclefiæ S. Nicolai de Sacilo falutem & benedictionem in Domino. Prudentia tua nobis cum inftantia multa fupplicavit frequenter, ut per Scripta noftra figilli noftri roborata munimine, per quæ Tibi & Succefforibus tuis, ac aliis impofterum manifefta pateret veritatis cognitio, Te cantum facere dignaremur; certificantes in illis, prout opinio noftra tenet, noftraque jura fatentur, fi Ecclefia Beati Nicolai de Sacilo prædicta, quæ immediate fpectat cum omni jure fuo ad Ecclefiam Aquilegenfem, & Nos; maxime quia inter Concordienfem Diœcefim, & Cenetenfem ibidem fita eft, „ bus fuis damnum pateretur, feu aliquod detrimentum. Nos vero devotionis tuæ fupplicationibus inclinati benigne, quas in Domino plurimum commendamus, tenore præfentium, ficut per quædam Privilegia noftra didicimus, Te ac Succeffores tuos, & Univerfos has litteras infpecturos, fcire volumus manifefte: Quod temporibus illis, quibus Vir Illuftris bonæ memoriæ Dux Henricus, qui licet de genere fuiffet Alemannorum nobili ftirpe genitus, tunc temporis dominabatur in partibus iftis, circa Liquentiæ flumen pro remedio animæ fuæ in Sacilo ad honorem B. Nicolai Gloriofi Confefforis & Epifcopi Ecclefiam inter fines Diocefis Concordienfis & Cenetenfis fundavit; fperans ibi tunc, & per fubfequens tempus, vita comite, Oppidum, feu Munitionem conftruere laudabilem, quæ fuo nomini gloriam, & magnificentiæ fuæ redderet incrementum. Idem tunc a Romana Curia videtur obtinuiffe de gratia fpeciali, ficut patet per noftra Privilegia fupradicta, quod non obftantibus Privilegiis & jurisdictionibus Diocefis Concordienfis & Cenetenfis, dicta Ecclefia B. Nicolai de Sacilo fit Baptifmalis, cimiterium habeat ac populum fibi fubjectum interius & exterius libere, quantum munitiones & clauftra dicti loci de Sacilo, & circumftans & adjacens undique Villa fibi caperet tunc, & temporibus fucceffivis. Ita tamen quod fupradictæ Diocefes, Concordienfis, & Cenetenfis, non teneant in aliquo: fed ab utroque prorfus Epifcopatu cum omnibus fuis juribus atque poffeffionibus ipfa Ecclefia fit exempta. Ita eadem Privilegia noftra teftari videntur, & afferunt: quod cum idem Vir Magnificus Dux Henricus fundavit Ecclefiam S. Nicolai de Sacilo prædictam, tunc in remiffione peccatorum fuorum ei dedit, donavit, & contulit libere prædium quoddam ad trium quantitatem agrorum, in quo conftruxit eamdem, cum quodam territorio non longe multum ab ipfa juxta ripam Liquentiæ, fimul cum Quarteriis omnibus, qui deinde per fubfequentia tempora de Novalibus certorum nemorum,

„ & aliis

„ Sacilo prædiis, possessionibus, & territoriis,
„ servis, & quartiriis dotatam prædictis, idem B
„ Vir Illustris Dux memoratus Henricus cum
„ omnibus ejusdem exemptionibus, honori-
„ bus, atque juribus, cunctisque possessioni-
„ bus, authoritate Summi Pontificis, Eccle-
„ siæ Aquilegensi supposuit cum quibusdam
„ aliis Ecclesiis, utpote ipsius, & nostra ferunt
„ Privilegia prædicta, libere penitus, & præ-
„ cise. Ut ergo conscientiæ tuæ, tuisque Suc-
„ cessoribus plenius in hac parte satisfaciant
„ Scripta nostra, volumus ut dicta Ecclesia
„ S. Nicolai de Sacilo exemptionibus, & ho-
„ noribus, jurisdictionibus, & possessionibus
„ supradictis, necnon cunctis juribus suis, tam
„ gratia prædictorum Privilegiorum Sanctæ
„ Aquilegensis Ecclesiæ, quam jure præscri- C
„ ptionis antiquæ, gaudere debeat, & uti li-
„ bere, nunc & semper, salvis tamen hono-
„ ribus circa prædicta Aquilegensi Ecclesiæ;
„ cui, ut dictum est, Vir idem Magnificus
„ eamdem supposuit Ecclesiam de Sacilo. Ad
„ hæc autem devotioni tuæ, tam per Nos,
„ quam per Successores nostros, per præsentes
„ committimus, & mandamus: quatenus di-
„ ctas exemptiones cum honoribus suis, &
„ omnia jura cum jurisdictionibus dictæ Ec-
„ clesiæ S. Nicolai de Sacilo manutenere de-
„ beas, ac Successores tui hoc modo viriliter
„ tueri; detemptores jurium & possessionum
„ ejusdem authoritate nostra, debita monitio-
„ ne præmissa, per censuram Ecclesiasticam,
„ necnon & violatores dictorum jurium atque D
„ possessionum Plebis prædictæ, seu contradi-
„ ctores & rebelles intrepide compescendo. In
„ cujus rei evidentiam, & stabilem firmita-
„ tem litteras nostras tibi, & Successoribus
„ tuis concedimus, sigilli nostri pendentis mu-
„ nimine roboratas. Data Aquilegiæ Millesi-
„ mo Ducentesimo Quadragesimo nono, Die
„ secundo intrante Novembri, Indictione se-
„ ptima. „ *Datum, & actum Utini in Patriarchali Palatio nostro, Anno Dominicæ Nativitatis Millesimo Trecentesimo Vigesimo octavo, Indictione undecima, Die tertiodecimo Mensis ba Dicti Domini Patriarchæ, Privilegium prædictum, ut præmittitur in nulla sui parte suspectum, una cum eodem Domino Patriarcha, & testibus suprascriptis, vidi & diligenter inspexi, ac de mandato ipsius Domini Patriarchæ exemplavi, innovavi, & in hanc publicam formam redegi, meque cum signi mei impositione in ejus fine subscripsi rogatus.*

Primordia sublucent Sacilanæ Sancti Nicolai Ecclesiæ, quæ licet inter Diœceseon, Concordiensis, & Cenetensis, fines constituta, juri tamen ac solicitudini Patriarchæ Aquilejensis, accedente auctoritate Apostolica, subjicitur. Henricus dicitur fundator, & auctor: idemque ipsius Oppidi, quod sepire munitionibus cogitaverat, incrementa designabat. Appellatur *Vir Illustris, & Magnificus, de genere Alemannorum nobili stirpe genitus*: atque *Dux*, olim *dominans in partibus istis*. Quæ mihi attentiore animo perpendenti ipse occurrit Henricus, seu Hunrocus filius Eberardi, & Berengarii frater. Nobilem ejus stirpem, ut cætera prætereamus argumenta, fulgentissime ostendit Regale genus Gisellæ matris, Ludovici Pii Imperatoris filiæ. Heres ipse fuit latifundiorum, quæ comparaverat, possidebatque Eberardus pater in Langobardia, in Forojulio, in agro Tarvisino ad fluvium Liquentiam. Alemannus dici potuit, quod in *Alemannia* jus dicebat, ubi amplissimam hereditatem a Patre acceperat. Ipsum denique paternæ religionis ac reverentiæ erga pia loca heredem credere par est: ejusque votis, ut erecta Sacilana Ecclesia Aquilejensi Patriarchæ subjiceretur, facile annuentes conjicimus Romanos Pontifices, qui sicuti Berengarii, ita Henrici Fratris, *eximium bonitatis decus, ex moribus piæ memoriæ Nobilissimi quondam Genitoris* eorum Eberardi promanans, commendare potuerunt. Nisi mea me fallat opinio, jam illustre præsto est documentum, quo Henrici Præfectura Forojuliana post Eberardum patrem, & ante fratrem Berengarium valido comprobari queat argumento.

annis X. *Hic, proclamantia facta de Grado, per Leonem Papam, & Lotarium Imperatorem dictam Plebem obtinuit: & adjudicata est Plebs Ecclesiæ Aquilegensi in Synodo Generali. Venantius Patriarcha sedit annis* XIII. *Tendinarus Patriarcha sedit annis* XXII. *Hic etiam sub prædicto Lotario, & etiam sub Ludovico ejus Filio Ecclesiam mirabiliter gubernavit: & pro Gradensi Plebe proclamavit, & eam obtinuit in Papia. Lupus Patriarcha sedit annis* III. *Hic a prædicto Ludovico in protectione sua susceptus est*. Eosdem numerat Patriarchas Catalogus Forojuliensis.

SEDIS eorum initia, ac vitæ finem definire non licet. Sedis anni varie numerantur in Codicibus manuscriptis Chronici Aquilejensis, qui circumferuntur; unde Patriarcharum, quos memoravimus, Chronographia incerta. Definitas duntaxat temporum notas exhibent Synodi Ticinenses duæ, ac Diploma Teutimaro datum, quæ annos æræ vulgaris indicant, intra quorum intervalla nonnullorum Patriarcharum vita, ac regimen contineri debeant.

II. EX eodem Diplomate quod Ludovicus II. Teutimaro dedit, addiscimus, Andream strenuam navasse operam, ut suum in Ecclesias Istriæ jus vindicaret: subsidium auctoritatis validissimum obtinuisse a Lothario, Rege Italiæ, & Imperatore: eidemque patrocinium præstasse Eberardum Comitem, ac Ducem. Hæc enim leguntur verba in memorato Diplomate: *Ne iterum supradicta quæstio posset emergere, & redivivas denuo Ecclesiis inducere concertationes, per Everardum Comitem supra memoratum Patriarcha Andreas Domini & Genitoris nostri* (Lotharii) *expetiit Celsitudinem, ut antiquissimum jus Ecclesiæ ejus denuo confirmaretur auctoritate*. Tempora indicantur Lotharii post annum 840. quo ipse Ludovico Pio successit. Ad hæc proximius assequenda, maxime conferunt Danduli verba in Chronico Libro VIII. Capitulo IV. Parte XXII. ubi ait: *Hic Papa* (Sergius II.) *cupiens sedare discordiam vigentem inter Ecclesiam Gradensem &*

dictæ lites debito fine terminarentur: quod morte ipsius (Sergii II.) *perfici non potuit*. Summum Sacerdotium Sergius II. auspicatus fuerat anno 844. ineunte Mense Februario: eoque defungi destitit morte sublatus anno 447. desinente Januario mense. Hocce itaque tempore vitam ducebat Andreas, tenebatque regimen Ecclesiæ Aquilejensis. Faventem Andreæ Leonem IV. Romanum Pontificem, ipsique adjudicatam *in Synodo Generali* causam, memorat Aquilejense Chronicon. Sedem Apostolicam post Sergium II. tenuit Leo IV. usque ad diem 17. Julii anni 855. quo etiam Lotharius Imperator e vivis ereptus est exeunte Septembre. Atqui Ludovicus II. filius Lotharii in allegato diplomate diserte testatur, *Andream Domini & Genitoris sui* (Lotharii) *expetiisse Celsitudinem, ut antiquissimum jus Ecclesiæ* Aquilejensis in Istriam *ejus denuo confirmaretur auctoritate*: neque tamen ulla adjudicatæ Andreæ causæ, ob eamque rem coactæ Synodi ingeritur mentio.

QUO tamen in negotio, quod inter utrumque Patriarcham, Aquilejæ, & Gradi, dissidium diu fovit, distingui necessario oportet inter Istriam Provinciam, & Insulas, Gradum, aliasque Venetiæ maritimæ, in quibus sedes erant Episcopales. Gradensem Metropolim antiquari, ipsamque veluti Plebem juri addici Aquilejæ Metropoleos, poscebant Aquilejenses Patriarchæ; neque votis eorum satis unquam factum. Dignitatem suam, auctoritatemque tutati sunt Patriarchæ Gradenses, quos etiam, cum alter alteri succederet, Pallio exornabant Romani Pontifices. Gradenses Tabulæ apud Ughellum Venetæ editionis plura docent. Jus etiam in Ecclesias Istriæ, quod in Synodo Aquisgranensi anno 804. celebrato, Leone III. postulante, & consentiente Carolo Imperatore, post obitum Sancti Paulini læsum videbatur, sibi vendicabant Aquilejenses Metropolitæ: illudque Synodi Mantuanæ, Ludovicii Pii, Lotharii, & Ludovici II. Regum & Imperatorum præsidiis fulti exercebant, quin unquam

Piissimorum Augustorum XXX. *atque primo*. Annus *primus* ad Ludovicum pertinet, *trigesimus* ad Lotharium. Ducitur ille ab anno superiore 849. quo Ludovicus, ejus nominis secundus, a Lothario Patre consors Imperii declaratus est: ad Epocham refertur alter, quæ initium sumpsit anno 820. ante diem 31. Maii, cum Lotharium declaravit Ludovicus Pius Regem Italiæ. Desinit ergo tricesimus hujus Epochæ annus ante dictam diem 31. Maii anno Christi 850. Hinc loco *Indictionis* XIV. reponenda est *Indictio* XIII. Hanc Synodum detrudere conatur ad Annum 855. Jacobus Basnagius in Editione Canisiana, quam ipse curavit, ac Monitis auxit & Præfationibus; irrito certe conatu. Jamvero Teutimarus Aquilejensem hoc anno 850. administrabat Ecclesiam: adeoque ad superiores annos regimen Venantii referendum.

CANONES quinque supra viginti prædicta in Synodo conditos legimus ad instaurandam Ecclesiasticam disciplinam. Res iterum Ecclesiasticas, pariterque politicas, quæ temporum injuria, hominumque malitia pessum ibant, diligentius procurandas idem Ludovicus indicit, edito *Commonitorio*, quod datum est *Anno Incarnationis Dominicæ* DCCC. LV. *Indictione* XIII. *Mense Februario*, *Die Mensis ejusdem quarto*. Indictio III. reponi debet. Synodus itaque habita est in eadem Civitate Ticino anno 855. Mense *Septembri*. Acta incipiunt: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis; Incarnationis Domini nostri Jesu Christi annis* DCCC. LIII. *annis Imperii Domini Ludovici Imperatoris Augusti* VI. *Indictione quarta*. Annus Imperii Ludovici *Sextus* ad memoratam referri debet Epocham, quæ secunda dicitur; initiumque ducit, auctore Pagio, & consentiente Astezato, ab anno 849. inter sextam Februarii diem, ac tertiam Octobris: quo temporis intervallo Ludovicum secundum in consortium Imperii adscivit Lotharius pater. Sextus ergo idem annus in cursu erat anno 855. usque ad tertiam diem Mensis Octobris. Hunc eumdem annum designat Indictio *quarta* a Septembri Mense incepta, quo Synodus celebrata est: unde cubat error in Infestum, ac *Andreæ* loco legi oportere Teutimarum, evincit præcedens Ticinense Concilium anno 850. celebratum: cui Teutimarus adfuit, præseditque, non Andreas. Favet etiam Diploma sæpe citatum Ludovici ad eumdem Teutimarum, actum datumque anno 855, paulo post Synodi Ticinensis celebrationem.

B

IV. AD Ecclesiæ suæ jura adversum Gradenses vindicanda, totum animum converterat idem Patriarcha: validoque Eberardi Comitis & Marchionis patrocinio adjutus, amplissimum a Ludovico Imperatore Diploma obtinuit. Typis illud vulgarunt Venetus Italiæ Sacræ editor, & Jo. Christianus Lünig Tomo II. Codicis Italiæ Diplomatici: idemque nos mendis detersum in lucem producimus.

C

„ In Nomine Domini nostri Jesu Christi Dei „ æterni. Hludovicus gratia Dei Imperator „ Augustus. Si petitionibus Servorum Dei „ Clementiæ nostræ commodamus assensum, „ & ea quæ per Viros Ecclesiasticos suggeruntur ad condignum perducimus effectum; „ profecto non solum Divinum nobis Regnoque nostro conciliamus auxilium, sed & Fidelium nostrorum animos in nostrum promptiores reddimus famulatum. Proinde omnium Fidelium Sanctæ Dei Ecclesiæ & nostrorum, præsentium, futurorumque, agnoscat devotio; quia Vir Venerabilis & Religiosus Theutmarus Aquilejensis, sive Forojuliensis Ecclesiæ Patriarcha, per Evrardum Ill. Comitem, dilectumque Compatrem nostrum, Magnificentiæ nostræ antiquas auctoritates ostendit, quibus manifestissime comprobatur: quod Aquileja Civitas ab initio fidei Catholicæ per Italiam, Germaniam, Venetiam, Istriamque regionem disseminatæ, Principatum in omni Istria Patriarchalis obtinuerit dignitatis: & post eversionem suam, aliquandiu a Gradensi Ecclesia præreptam, iterum studio suorum Præsulum, Romanorumque Pontificum favore, & Majorum nostrorum auxilio reparaverit. Siquidem cum, cogentibus peccatis habitatorum suorum, eadem Civitas Attilæ sævissimi Hunnorum Regis esset jam manibus tradita, (quo in tempore plures quoque Ci-

D

„vita-

„ Suffraganei ordine numerat, ita etiam A-
„ quilejensis, sive Forojuliensis Antistes in
„ omni Istria Patriarchatus, more Priscorum
„ suorum, sibi vendicaret auctoritatem. Quod
„ maxime perfectum, definitumque est tem-
„ poribus B. Papæ Eugenii, qui ad suggestio-
„ nem piæ recordationis Ludovici Avi nostri,
„ atque Domini & Genitoris nostri glorio-
„ sæ memoriæ Domini Lotharii præstantissimi
„ Augusti petitione, Synodale Concilium Man-
„ tuæ congregari præcepit: in quo sub præ-
„ sentia Legatorum Sanctæ Romanæ Eccle-
„ siæ, adsistente coram Maxentio Aquilejensi
„ beatæ recordationis Antistite, supradicta
„ controversia Aquilejensis, & Gradensis Ec-
„ clesiæ, sententiis Episcoporum penitus est
„ absoluta. Deinceps quoque temporibus Bea-
„ tissimi Papæ Gregorii, interpellante iterum
„ contra Gradensem Episcopum supradicto
„ Maxentio Forojuliensi Pontifice, eadem est
„ quæstio retractata, & eorum judicio ad fi-
„ nem usque producta. Sed propter quorum-
„ dam cupiditatem, & temeritatem, quia
„ metuere poterat, ne iterum supradicta quæ-
„ stio posset emergere, & redivivas denuo Ec-
„ clesiis inducere concertationes, per Evrar-
„ dum Comitem supramemoratum, Patriar-
„ cha Andreas Domini & Genitoris nostri ex-
„ petiit Celsitudinem, ut antiquissimum jus
„ Ecclesiæ ejus denuo confirmaretur auctori-
„ tate. Id ipsum etiam præfatus, & Venera-
„ bilis Theutmarus Patriarcha, per jam di-
„ ctum Evrardum Ill. Comitem, dilectum-
„ que Compatrem nostrum, nostram exora-
„ tus est Celsitudinem, ut easdem definitio-
„ nes, ac Domini & Genitoris nostri auctori-
„ tatem, morem Præcessorum sequentes, cor-
„ roborare non denegaremus. Cujus postula-
„ tioni assensum nostrum libenter accommo-
„ dantes, hos Magnificentiæ nostræ decrevi-
„ mus apices fieri; per quos statuimus, atque
„ in perpetuum sancimus, ut Antistes Aqui-
„ lejensis, sive Forojuliensis omni tempore Pa-
„ triarchalem, & Metropolitanam dignitatem
„ in ordinandis, regendisque Istriæ Episcopis,

PLURA certo [illegible], quæ latius pro-
ferre, ac declarare oportet. Diploma datum est in gratiam *Theutmari:* quod verissimum puto Patriarchæ nomen. Admitti possunt nomina, queis ille molliore sono quandoque appellatur *Teutimarus*, *Teutemarus*, & *Teodemarus:* reliqua rejicimus omnia, quibus ipsum vocatum legimus *Tendinarum*, *Hindelmarum*, *Vildemarum*, & *Euldelmarum*.

PATRIARCHÆ præsidium præstitit *Evrardus Illustris Comes:* qui non alius fuerit, nisi Eberardus, seu Everardus, Marchio & Dux Forojuliensis. Uxorem habuit ille Gisellam, Ludovici Pii filiam, & sororem Lotharii Regis Italiæ & Imperatoris, qui Ludovicum se- C cundum progenuit. Id se didicisse narrat Jo. Georgius ab Eckart in Commentariis de Rebus Franciæ Orientalis ad Annum DCCC. IX. ex Agnello, qui hoc tempore florebat, in Vitis Pontificum Ravennatum, in S. Georgio. Sic enim habet: *Antequam moreretur Augustus* (Ludovicus Pius) *divisit Imperium suum inter Reges Filios suos*. Lothario Augusto cessit maxima pars, Regnum Aquitaniæ Pipino, & Ludovico Bajoaria seu Germania: *Carolo vero* (Calvo dicto, postea Imperatori,) *plus fertilem & opimam largitus est partem: & filiam suam Gisellam tradidit Marito Eurado* (Everhardo) *nomine*. *Hunc, & hanc Judit Augusta parturiit*. D Mendum est in Agnello apud Bacchinium, ubi legimus, *Marito Curado nomine*.

NOTÆ Chronicæ ita efferuntur apud Ughellum, & Lünigum: *Calen. Novembris*, *Anno* X. *propitio Imperio D. Ludovici Piissimi Augusti*, *quinta Indictione*. Mendum rejice apertissimum. Notis Apographi nostri adhæremus. Indictio *tertia* annum 855. designat. Datum quidem est Diploma post Septembrem Mensem, abs cujus Calendis quarta eo anno initium sumebat Indictio, quæ græca dicitur: verum hanc numerandi Indictiones rationem minime constantem fuisse, Mabillonius aliique monent.

ANNUM eumdem 855. æræ vulgaris certius

CAPUT L.

Regum Italiæ, ac Imperatorum series, & Epochæ. In Sedem Aquilejensem conscendit Valpertus. Ejus famæ consulit Joannes Papa octavus. Privilegia Aquilejensis Ecclesiæ confirmantur a Carolomanno. Epistola Photii ad Valpertum expenditur. Inita pacta de non inferendis Ecclesiæ Gradensi molestiis. Metropoli Aquilejensi paret Comensis Ecclesia.

I. AMPLISSIMA Patriarchæ Successores obtinuere Diplomata a Regibus Italiæ, & Imperatoribus, quorum seriem inter varias arduasque contendentium vices, variasque pariter epochas, ut omnis confusio tollatur, primo loco paucis indicamus.

ANNO DCCC. LXXV. a Natalitiis Domini Carolus Calvus, filius Ludovici Pii, & patruus Ludovici II. Regis Italiæ & Imperatoris, Italiæ Rex, & Imperator.

DCCC. LXXVII. Carolomannus Rex Bajoariæ, filius Ludovici Regis Germaniæ, qui patrem habuit Ludovicum Pium, electus Rex Italiæ Mense Novembri. Ludovicum quoque Balbum, filium Caroli Calvi, Regem coronavit Joannes Papa VIII. non Imperatorem, ut contra Baronium disputat Pagius.

DCCC. LXXIX. Carolus Crassus, filius Ludovici Regis Germaniæ, & Carolomanni frater, Italiæ Rex: idemque anno DCCC. LXXX. Imperator.

DCCC. LXXXVIII. Post mortem Caroli Crassi, quæ accidit die 12. Januarii, Berengarius, Dux Forojuliensis, Rex: itemque Wido II. filius Lamberti, Dux Spoletinus, adversus Berengarium. Idem Wido anno DCCC. XCI. Imperator, qui Socium Imperii anno sequente Lambertum II. declaravit.

DCCC. XCIV. Berengarius Rex: itemque Lambertus II. Rex, & Imperator.

DCCC. XCVI. Iidem, & Arnulfus, filius Carolomanni, Imperiali corona redimitus.

DCCC. XCIX. Berengarius Rex solus.

CM. Idem, & Ludovicus III. filius Bosonis, Rex: qui & anno CM. I. Imperator.

CM. II. Berengarius solus. Hujus jussu Ludovicus III. luminibus privatus, Italia pellitur: quem Romani tamen usque ad obitum Imperatorem agnoscunt. Hocce infortunium anno 905. accidisse Ludovico, Diplomatum fide allegata, volunt plerique.

CM. XVI. Idem Berengarius Rex: itemque Imperator, die Sancto Paschæ, seu die 24. Martii a Joanne Papa X. coronatus.

CM. XXII. Rodulfus, Rex Burgundiæ, contra Berengarium.

CM. XXIV. Rodulfus Rex solus.

CM. XXVI. Rodulfo Italia expulso, Hugo, Dux & Marchio Arelatensis, Rex Italiæ. Aliam ejus epocham ab anno superiore ductam distinguit Saxius in Notis ad Sigonium de Regno Italiæ.

CM. XXX. Idem Hugo, & Lotharius filius in Regni consortium a Patre adscitus. Duplicem Lotharii Epocham idem Saxius patefacit: alteram ab inito Regno anno 930. alteram a coronatione anno 931.

CM. XLVI. Lotharius Rex solus.

CM. L. Berengarius II. cum Adalberto filio. Ille filius erat Adalberti Eporediæ Marchionis, & Bertilæ filiæ Berengarii Imperatoris: adeoque ejusdem Berengarii nepos.

CM. LII. Iidem in Regno Italiæ confirmati ab Ottone Rege Germaniæ, dempta Marcha Veronensi & Forojuliensi, quam ipse Otto tradidit Henrico Fratri.

CM. LXII. Idem Otto, dictus Magnus, Rex: itemque Imperator Mense Februario Romæ coronatus a Joanne Papa XII. Hactenus Regum, & Imperatorum seriem, variasque initi Regni epochas notavimus, quas Pagius in Critica ad Annales Baronii, & Saxius in Notis ad Sigonium de Regno Italiæ, ex vetustis probatisque monumentis emendatas proponunt, ac illustrant.

Kal. Januarii ab eo cum gloria magna in Ecclesia S. Petri susceptus est. Anno Domini DCCC. LXXVI. *in die Nativitatis Domini, Beato Petro multa & pretiosa munera offerens, in Imperatorem unctus, & coronatus, atque Romanorum Imperator appellatus est.*

INCARNATIONIS annos a die Natalis Christi exordiri solet Annalista; unde conficitur, coronam Imperii anno vulgari 875. cadente Carolum accepisse; ipsumque Romam profectum Decembri mense, pluribus Italiæ stipatum Proceribus. Inter istos Valpertus Aquilejensis numerari debet. Jam ergo tenebat ipse anno 875. Sedem Aquilejæ, ejusque Præcessor Lupo decesserat.

III. DUÆ ad Patriarcham nostrum inter Epistolas Joannis Papæ VIII. inscriptæ leguntur. Altera, quæ num. XLVIII. in Collectionibus Conciliorum habetur, data est *ad Joannem Ravennatem, Anspertum Mediolanensem, & Vvaipertum* (leg. Walpertum) *Aquilejensem Archiepiscopos*. Indictionem præfert *decimam*, idest annum Christi 877. Hisce litteris anathema Pontifex significat eisdem, latum contra Adelardum Veronensem Antistitem: qui *Cœnobium Nonantulæ, quod semper Apostolicæ Sedis privilegio munitum nullius invasionis usurpatione detinebatur.... subripuerat: suisque usibus, coarctatis extrema egestate Monachis, applicaverat.*

ALTERA ejusdem Pontificis extat num. LVIII. Epistola, cujus inscriptio legitur, *Ad Aquilejus*. Legendum admonent Editores, *Ad Aquilejensem*. Data legitur eadem *Indictione decima*, seu anno Christi 877. VI. *Kal. Junii*. Scribit Pontifex in hæc verba: *Novimus, vestram Beatitudinem a nonnullis de quibusdam sinisterius diffamari: quod profecto in Synodali est Conventu integrius & perfectius ventilandum, & secundum sui qualitatem regulari censura modis omnibus finiendum*. Comperta non sunt, quæ sinistre ferebantur de Aquilejensi Antistite. Eadem infra indagabimus. Synodus, quæ indicatur, eodem anno Ravennæ celebrata est mense Augusto, aut Septembri. Ex variis Joannis litteris liquido constat, diversa, & magni momenti negotia eo pertractanda fuisse in Concilio: at novemdecim duntaxat ad

B

bera Successores Patriarchas eligendi facultas Regia adseritur auctoritate, ac cætera confirmantur jam concessa ab Ducibus, Regibus, Imperatoribus, aliisque beneficia. Diplomatis partem posteritati servavit Marcus Antonius Nicolettus in Codice MS. quem Italice inscripsit, *De' costumi, e leggi antiche de' Forlani sotto i Patriarchi*: Verba sunt: " Pro firmitatis studio postulavit nos idem Dei famulus, præfatusque Patriarcha, famosissimus Valpertus, ut morem Antecessorum sequentes, nostram etiam auctoritatem circa ipsum Sanctum locum fieri decerneremus. Cujus petitionibus ob amorem Dei, & animæ nostræ salutem libenter annuimus, & hoc nostræ auctoritatis præceptum circa ipsum Sanctum locum fieri censuimus: per quod constituimus, atque perenniter firmum esse volumus, ut memoratæ Civitatis Aquilejæ Clerus, & populus licentiam habeant, secundum canonicam institutionem eligendi sibi Pontificem. " Datum actumque Diploma adnotat idem Nicolettus, *Ottingæ anno* III. *Regni in Bajoaria, & in Italia secundo*. Regni Bajoariæ Epocha ducitur ab anno 876. quo Ludovicus pater mortem obiit die 28. Augusti: & Epocha Regni Italiæ ab anno 877. mense Novembri numeratur. Hinc anno Christi 879. datum Diploma. Easdem notas Chronicas exhibet Constitutio XLI. quæ Tomo II. Bullarii Cassinensis legitur: *Data* XIII. *Idus Julias, Anno Christo propitio Regni Domini Karolomanni Serenissimi Regis in Bavaria* III. *& in Italia* II. *Indictione* XII. *Actum Adotinga Curte Regia in Dei nomine feliciter Amen.*

C

D

INTEGRUM ab humanissimo Florio acceptum Diploma, licet mendis vitiatum, pretium est operæ describere. " In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Karlomannus Divina favente gratia Rex. Si liberalitatis nostræ munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficii, & necessitates Ecclesiasticas ad petitiones Servorum Dei nostro relevamus juvamine, atque Regali tuemur munimine; id nobis & ad mortalem vitam temporaliter transeundam, & ad æternam feliciter obtinendam profuturum, liquido credimus. Quapropter noverit sagacitas om-

" nium

„ … Sedis cum Ecclesiis Baptismalibus, atque Cardinalibus, sive cum . . . & omnibus rebus, laicisque sibi subjectis sub immunitatis defensione consistere fecissent: & quod licentiam eidem Sancto loco contulissent, Clero scilicet & Populo, quandocumque necessitas pulsaverit, secundum canonicam institutionem ex se ipsis Pontificem eligendi, & in præfata Sede constituendi. Continebatur . . . ut homines ejusdem Ecclesiæ de annona, & de peculio suo decimas in partem fisci (*non*) darent: nec de peculio ipsius Ecclesiæ, quod in partes Istrienses in pascua mittebatur, ullum servarent herbaticum: & a præfatæ Ecclesiæ hominibus Mansionatici, vel Fodera nullatenus acciperentur, vel exigerentur; nisi quando Regum, vel Imperatorum ejusdem Regni, aut Filiorum suorum ad eamdem fieret Civitatem (*adventus*;) vel præsidium illic propter inimicorum insidias poneretur. Pro firmitatis namque studio postulavit nos idem Dei famulus, præfatusque Patriarcha famosissimus, ut morem Antecessorum sequentes, nostram etiam auctoritatem circa ipsum Sanctum locum fieri decerneremus. Cujus petitionibus ob amorem Dei, & animæ nostræ salutem libenter annuimus: & hoc nostræ auctoritatis Præceptum circa ipsum Sanctum locum fieri censuimus. Per quod constituimus, atque perhenniter firmum fore volumus: ut memoratæ Civitatis Clerus, ac populi licentiam habeant secundum canonicam institutionem eligendi sibi Pontificem. Præcipimus etiam atque jubemus, ut nemo Fidelium nostrorum, vel quilibet exactor, aut aliquis ex judiciaria potestate, nec de peculio præfatæ Ecclesiæ Herbaticum, nec de annona & peculio hominum ipsius Ecclesiæ Decimam, nec ab eis Mansionaticos ac foderas penitus accipere, vel exigere præsumat; nisi forte quando noster, aut alicujus Filii nostri illuc fuerit adventus; vel quando præsidium illic positum fuerit ad inimicorum infestationem propellendam. Sed & nullus ex Fidelibus nostris, vel judex publicus, in Monasteria præfatæ Ecclesiæ subjecta, & Xenodochia, … terat, sive quidquid in ipsa Ecclesia ex Regia pertinet potestate in prædicta Ecclesia, sine alicujus contradictione concedimus habendi potestatem. Necnon ex oblationibus, emptionibus, & commutationibus, vel in . . . deinceps a Catholicis Viris collatæ fuerint Ecclesiæ, ad causas audiendas, vel freda aut tributa exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, nec homines ipsius Ecclesiæ tam ingenuos quam servos super terram ejusdem commanentes vel residentes distringendos, nec ullas redibitiones aut inlicitas occasiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea quæ supra memorata sunt penitus exigere præsumat. Sed liceat præfato Pontifici, suisque Successoribus res prædictæ Ecclesiæ sub immunitatis tuitione quieto ordine possidere, & nostro fideliter parere Imperio: & quidquid de rebus præfatæ Ecclesiæ fiscus exigere poterit, in integrum præfatæ concessimus Ecclesiæ; ut nostris, futurisque temporibus in eodem loco ibidem famulantibus ad Dei servitium peragendum, augmentum & supplementum fiat. Hanc ergo auctoritatem, ut pleniorem in Dei Omnipotentis nomine obtineat vigorem, manu propria subter firmavimus, & annulo nostro sigillari jussimus. Dat. VIII. Idus Madii Christo propitio Anno III. Regni Karlomanni Serenissimi Regis in Bajoaria, & in Italia II. Indictione XII.

BARONII sententia est, Carolum, dictum Crassum, Carolomanni fratrem, jam hoc anno 879. ante diem tertiam Aprilis Italiæ Regnum indeptum fuisse. Id evinci posse arbitratur ex litteris Joannis Papæ octavi, quæ num. C. LX. recensentur, ad Carolum *Regem* datis *tertio Nonas Aprilis Indictione* XII. Baronio Pagius opponit tum alias ejusdem Pontificis Epistolas, quæ habentur num. C. LXXXVI. & insequente, ad Carolomannum scriptas eadem Indictione *duodecima*, dieque *septima* Junii, tum citatam constitutionem Bullarii Cassinensis die *septimo Idus Julias*, seu die 9. ejusdem Mensis consignatam. His accedit Diploma nostrum, quod eodem anno datum est die VIII. *Idus Madii*, seu die 7. prædicti Mensis. Hinc verif-

occurrunt Ecclesiæ, aut Baptismales, aut Cardinales, quæ & *Tituli* vocantur, ab aliis sacris ædibus distinctæ, in quibus nec baptisma celebrari, nec Sacramenta ministrari fidelibus fas erat. In his explicandis multus ac disertissimus est Cangius in Glossario. Dolendum, locorum nomina, in quibus prædictæ extabant Ecclesiæ, enormiter corrupta esse, ut quænam fuerint dignosci nequeat. Varia deinde ac multiplicia immunitatum genera Ecclesiæ Aquilejensi concessa, quæ Capite XLI. nu. 4. & Capite XLIII. num. 3. exposuimus, accedente Regia Carolomanni auctoritate confirmantur: atque demum ratæ habentur fundorum prædiorumque donationes collationesque. Benefactores, optime de eadem Ecclesia ejusque Præsulibus merentes, nominari videntur, *Albuinus*, *Teotpurge*, *Paulus Dic.* (seu Paulus Diaconus, ut videtur) *Rotcausus*, *Lupo*, *Luttinga*, *Humfredus*. Pauli Diaconi bona, quæ fuerant rebellis Valdandi, in commodum cessisse Aquilejensis Ecclesiæ alibi conjecimus. Quæ reliqua sunt sola nomina, liberales piosque benefactores haud satis, cum obvia non sint, patefaciunt.

V. PHOTII Episcopi Constantinopolitani occurrit Epistola *ad Archiepiscopum Aquilejæ, videlicet Venetiarum, de his qui blasphemo ore Spiritum Sanctum a Filio etiam procedere affirmant*: quæ num Valperto nostro directa fuerit, diligentiore cura expendendum. Eam latine redditam Baronius recitat ad Annum DCCC. LXXXIII. a num. 5. Græce & Latine eamdem vulgavit Combefisius in Auctario Novissimo. Scriptam Epistolam post annum 879. liquido patet, eo quod num. 26. apud eumdem Baronium Legatorum mentio habetur, quos eo anno Joannes Papa octavus Constantinopolim direxerat: ipsaque Synodus Constantinopolitana memoratur eodem anno habita, quæ Pseudo-Synodus Photiana appellari solet.

PHOTIO si credimus, litteras jam ad ipsum transmiserat Archiepiscopus Aquilejæ, seu Venetiarum: Legatumque direxerat, quem subdolus homo impense commendat. *Admirati sumus*, inquit, *illum, qui nobis eas attulit. Præter alias virtutes, & prudentia mentis, etiam constantia, & fortitudine præstat ..... nostras pervenit aures, effecit ut deponeremus magnam, quam conceperamus spem, & mærorem nostrum aperire tibi necessarium duximus. Delatum siquidem nobis fuit, quod nonnulli in Occidente ... Divinum & Sanctissimum Spiritum Sanctum non solum ex Deo Patre, verum etiam a Filio procedere novo dogmate introducunt.*

BARONIUS loco citato nu. 4. sic habet: " „ Legatio inter hæc decernitur ab Aquilejensi „ Patriarcha ad Photium Patriarcham, a Schismatico ad Schismaticum, & ad perfidum a „ perfido. Quo autem nomine fuerit appellatus Aquilejensis, nondum licuit scire. „ Valpertum sine dubio, si Aquilejensis Patriarcha fuit, satis designant tempora. " Iste quidem „ (pergit ille) non solum a Romana Ecclesia „ aversus, sed omnibus Ecclesiis Occidentis, „ latinis inquam omnibus, contrarius, Schismaticis Græcis adhærens, audacissime impugnabat Latinorum stabilitam per secula sententiam de Processione Spiritus Sancti. „ Ex Epistolæ titulo conjici posse autumat Jo. Franciscus Palladius, non Aquilejæ Præsulem intelligendum, sed Gradensem Archiepiscopum, qui *Venetiam* maritimam jure Metropolitico regebat; cum sane frequentius, ac facilius tum negotiorum, tum litterarum commercium habere potuerit cum Græcis Insulæ Gradi Antistes. Fuerit ergo Petrus, Joannis Marturii filius, qui hocce tempore Sedem Gradensem tenebat.

DISSIMULARE non licet, Epistolæ Photianæ inscriptionem optime Valperto Aquilejensi convenire: erat enim Aquilejæ, ac Venetiarum, seu Venetiæ continentis & mediterraneæ Archiepiscopus. Ad hæc, in græco textu apud Combefisium, nulla *Venetiarum*, solius *Aquilejæ* mentio ingeritur: Μητροπολίτῃ Ἀκυλείας. Quidni præterea quæ *sinisterius* ferebantur de ipso, in *Synodali Conventu perfectius ventilanda*, & *regulari censura* Patrum *finienda*, ut ajentem audivimus Joannem octavum Romanum Pontificem, aliquam indicent in Valperto pro Photio conniventiam? An non ipsum fama suspectum ferebat ob ejusdem cum Schismatico Patriarcha Constantinopolitano legationum & litterarum commercium?

congruere nobis visum est, ne violenter aliquis a nobis additamentum illud (Filioque) *omittere cogatur, quo Symbolum auctum fuit: sed potius prudentia & mansuetudine præparare illos, paullatim admonentes, ut a blasphemia recedant*. Quis credat sanæ mentis, blasphemum dogma a Pontifice traduci potuisse, quod ipse in Ordinatione sua semel iterumque confessus fuerat secundum morem tunc obtinentem, cujus certiores facti sumus, ex quo Liber Diurnus Romanorum Pontificum a Garnerio editus est? Esto namque nondum Romæ vox illa *Filioque* tunc temporis admissa fuerit in Symbolo; nunquam tamen Auctores hujus additionis, Gallos, & Hispanos, ceu *veræ Theologiæ & Fidei eversores*, ut in eadem Epistola legitur, Romani Pontifices judicarunt. Hanc rem diligentius pertractat Michaël Lequienus in Dissertatione I. Damascenica nu. 21. Quod porro ausus est in Romanum Pontificem impudentissimus Photius, an imponere Aquilejensi Patriarchæ erubuerit? Hinc certum videtur, compertumque, nimium præcipiti calamo scripsisse Baronium, *Schismatico* Photio legationem directam esse a *Schismatico* Aquilejensi: & hunc *a Romana Ecclesia*, ab *Occidentis* Episcopis, a *latinis omnibus* perfide aversum, Schismaticis Græcis adhæsisse.

VI. NEGOTIUM sequitur, quod inter Ursum Venetiarum Principem intercessit, ipsumque Valpertum. Gradensem Ecclesiam sibi veluti plebem adjudicari, frequentius postulaverant Præcessores Patriarchæ. Inita pacta sunt, ne deinceps eidem molestiæ inferrentur Ecclesiæ.

TABULAS refert Venetus Italiæ Sacræ Editor, notis chronicis insignitas, quæ annum æræ vulgaris 880. certo definiunt. Fides *Valperto Reverentissimo Patriarchæ* datur, *ut si nullam amplius ipse adversus Gradensem Ecclesiam subtractionem sive contrarietatem faciat, vel facere jubeat*, vicissim Dux *portum qui vocatur Pylum*, *nulla intentione claudere jusserit*.

VII. STEPHANI Romani Pontificis epistolam ad Valpertum in suo Decreto recenset, posterisque servavit Ivo Carnotensis, quæ plu-

„ mensi Ecclesiæ Antistitem protelare. Quod
„ si protelaveris, & eum consecrare toties mo-
„ nitus non maturaveris, cum ad nos vene-
„ rit, procul dubio consecratus abibit. Quia
„ licet id Apostolica authoritate facere valea-
„ mus, tuo tamen incitamur exemplo, qui
„ transgressis terminis tibi commissis, in Ec-
„ clesia Salonensi Episcopum ordinare ad in-
„ decentiam Apostolicæ Sedis præsumpsisti.
„ Quod quantæ prævaricationis sit, ipse per-
„ pende. „

HAS litteras veluti a *Pelagio Pontifice* scriptas *ad Vualbertum Aquilejæ Patriarcham* refert Christianus Lupus Tomo VI. Editionis Venetæ in Dissertatione de Romana Episcoporum consecratione Capite VI. Tum criticam ipse animadversionem appingit: *Est error*, inquiens, *in nomine ac titulo Aquilejensis Episcopi: isto enim tempore* (quo Pelagius, cum primus, tum secundus, Romanus Pontifex Christianam moderabatur Ecclesiam,) *Aquilejensis Ecclesia nullum habuit Episcopum nomine Vualbertum ; & Aquilejenses Episcopi tunc nondum sibi arrogaverant titulum Patriarchæ*. Non Pelagio, sed *Stephano* Epistolam, quam refert scriptam *Vualberto Patriarchæ*, adjudicat Ivo Carnotensis; unde Lupus, cum legeret *Pelagium*, procul dubio hallucinatus est: ejusque tota concidit censura. Ejusdem Epistolæ refert ipse pauca verba Tomo V. in Dictatu Gregorii VII. in Scholio ad Canonem XIV. *Decreto suo*, inquiens, *S. Ivo Carnotensis Episcopus inseruit Epistolam, qua Vualberto Patriarchæ Aquilejensi, ut Cumanæ Ecclesiæ Episcopum ordinet*, *mandat Stephanus IV.* Nomen Pontificis cum Ivone exprimit Lupus: notam ipse numeralem adjungit, falliturque.

ANNO æræ vulgaris 816. ad Summi Pontificatus culmen evectus fuit Stephanus IV. aliis V. vitaque excessit Januario Mense anni insequentis. Hac ætate Aquilejensis Episcopus nullus, Walbertus nomine, Aquilejæ sedebat. Sedem conscendit Apostolicam Stephanus V. aliis VI. anno 885. eamque ad annum usque 891. tenuit: ac insuper Stephanus VI. aliis VII. anno 896. suscepit Pontifi-

cet anno 879. Monet eos Pontifex, ut ad gremium Romanæ Ecclesiæ revertantur; & electus ab eis Archiepiscopus consecrationem & pallium a se, non ab alio accipiat. Renuebant Salonitani Clerici, ut electus Archiepiscopus consecrationem a Romano Pontifice acciperet. Causam aperit Joannes sequentibus verbis: *Porro si aliquid de parte Græcorum, vel Sclavorum super vestra ad nos reversione, vel consecratione, aut de Pallii perceptione dubitatis*. Schisma conflaverat ea tempestate Photius: Græcosque cum timerent Salonitani Clerici, novum quem elegerant Archiepiscopum, nolebant a Romano Pontifice initiari. Consecratum vero fuisse a Valperto Aquilejensi, docet Epistola Stephani. Neque mirum, Salonitanum Archiepiscopum accepisse a Valperto consecrationem, quem suspicione conniventiæ erga Photium laborasse, jam adnotavimus.

AQUILEJENSI Metropoli hac ætate paruisse Ecclesiam Comensem, eadem certum facit compertumque Epistola. Non solum Valpertum monet urgetque Pontifex, *ut Cumensi Ecclesiæ consecret pastorem, electum a Clero, & expetitum a populo, Liutvvardum;* verumetiam admonitionis causam exponit, eo quod *nolit* ipse Pontifex *alicujus Ecclesiæ privilegium infringere*. Scilicet Aquilejensis Metropoleos jura in Ecclesiam Comensem palam enunciantur; hæc enim infringere cum nolit Romanus Pontifex, ad consecrationem electi Præsulis Comensis peragendam Valpertum hortatur.

QUO data fuerit anno Epistola, inquirendum. Comensium Episcoporum ita digerit Chronographiam Ughellus, ut post Agilbertum anno 891. fato functum Sedem obtinuerit Liutwardus usque ad annum 901. & hunc exceperit Valpertus. An ergo Stephanus V.

B tis ad Sigonium de Regno Italiæ, quibus evincit, Ludovicum anno 900. Regem Italiæ coronatum, dictum fuisse Imperatorem anno sequente 901. post medium Januarium, & ante finem Maii. Itaque Heilbertus Præsul Comensis, annum attigit æræ vulgaris 901. eodemque anno eam administrandam suscepit Ecclesiam Liutwardus: ac eodem insuper anno Valperto Aquilejensi Epistola Romani Pontificis data est, qua monetur ipse, ut Liutwardum Comensibus consecrare Episcopum non renuat. Sed hoc anno nullus Stephanus, sed Benedictus IV. Christianam moderabatur Ecclesiam.

SED Ecclesiam Comensem ab origine Mediolanensi Metropolitano subjectam diximus C Capite XX. num. I. Suberat eidem anno 452. quo Synodo Mediolanensi ab Eusebio celebratæ subscripsit inter alios Comprovinciales Episcopos *Abundantius Comensis pro se, & Asinione Curiensi*. Quo tempore, quave data occasione in potestatem venerit Aquilejensis Metropoleos, ignotum. Jura sane Metropolitica in eam exercebat Valpertus. Neque negotium facessit Heilberti Comensis subscriptio, quæ inter Episcopos Provinciæ Mediolanensis occurrit in Synodo Ticinensi anno 876. celebrata, in qua Caroli Calvi Imperatoris electio confirmata est; fuit namque Synodus ex *Optimatibus Italici Regni* coacta, ac etiam subscriptus legitur *Adelardus Veronensis*. Post D seculum inter Episcopos *Provinciæ Venetæ*, Aquilejensi Metropoli subjectos, connumeratum legimus *Albericum Cumanum* in Synodo Romana anni 1027. cujus documentum in lucem proferimus Capite LV. num. I. ac Synodo Ticinensi anno 1046. celebratæ inter eosdem Episcopos subscribit *Liuterus Cumanus*. Hujusmodi subscriptiones deinceps frequentiores occurrunt.

CA-

Vbat Valpertus Patriarcha. Annus ejus emortualis latet: neque initium Sedis Friderici Succesſoris certo ac perſpicue ſtatui poteſt. In Chronico Aquilejenſi hæc habentur: *Iſte* (Fridericus) *mirabiliter Eccleſiam gubernavit. Hujus tempore, Imperante Karolo tertio, Ungarorum gens a Servia egreſſa in Pannoniam, quæ adjungitur finibus Eccleſiæ Aquilejenſis, primitus venit: & ejectis Avaris, ibi babitare cœpit..... Quos Federicus Patriarcha repreſsit, & longius effugavit, reddens Heſperiæ pacem.*

PRIMUM Hungarorum in Pannoniam & vicinas regiones adventum refert Pagius ad annum 889. fidem ſecutus & auctoritatem Annaliſtæ Metenſis, qui originem eorum ac irruptiones diligentius deſcribit: *Gens Hungarorum*, inquiens, *ferociſsima, & omni bellua crudelior, retro ante ſeculis inaudita, quia nec nominata, a Scythicis Regnis, & a paludibus quas Thanais ſua refuſione in immenſum porrigit, effuſa eſt.* Ejusdem cum Hunnis, quos in perniciem gentium duxit Attila Seculo quinto, profligavitque Seculo octavo Carolus Magnus, originis eſſe Hungaros, Hiſtorici probatiſſimi conſentiunt. *Ex ſupradictis igitur locis gens memorata a finitimis ſibi populis, qui Pecinaci vocantur, a propriis ſedibus expulſa eſt... Et primo quidem Pannoniorum & Avarum ſolitudines pererrantes, venatu & piſcatione victum quotidianum quæritant. Deinde Karantanorum, Marabentium, & Bulgarum fines crebris impulſionum infeſtationibus inrumpunt.... Hujus igitur neſandiſsimæ gentis crudelitate non ſolum memoratæ regiones, verum etiam Italiæ Regnum ex permaxima parte devaſtatum eſt.* Paria procul dubio ſunt, quæ paucioribus memorat Chronicon Aquilejenſe: in quo tamen vitio laborat temporis nota, quæ ex Imperio *Caroli tertii* repetitur. Hic enim eſt Carolus Imperator, nuncupatus *Craſsus*, qui ſuperiore anno 888. pridie Idus Januarias jam obierat.

ITERUM anno 900. in Bajoariam, & in Italiam Hungaros irrupiſſe, eosdemque a Chriſtianis profligatos eſse, pluribus evincit laudatus Pagius, in fidem vocatis Annaliſta Fuldenſi, Salisburgenſi Archiepiſcopo in Epiſtola ad Joannem Papam IX. ſcripta. Alia diſtinguitur immaniſſimæ gentis in Italiam irruptio, quæ ad annum 902. referri ſolet. Eam deſcribit Luitprandus Ticinenſis Libro II. Hiſtoriæ Capite XI. Si credere liceat, ferociſſimos hoſtes a Friderico Patriarcha Aquilejenſi repreſſos, fugatoſque, jam ſatis conſtat ab eo per hæc tempora Aquilejenſem Eccleſiam adminiſtratam eſſe.

II. REGNUM Italiæ per hæc eadem tempora
B moderabatur Berengarius, una primum cum Vidone, Lamberto, & Ludovico, ac deinde ſolus. Inſignibus Imperatoriis anno 916. die 24. Martii a Joanne Papa X. donatus eſt. Hanc epocham Imperii confirmat Pagius. Diploma Berengarii, *Petro Presbytero Aquilejenſi* conceſſum, profert Madriſius in Appendice II. Operum Sancti Paulini Aquilejæ Patriarchæ; quo eidem fit Petro facultas, Caſtellum *Saborniano* dictum in ejus *proprietate conſtructum, confirmandi & muniendi merulis, & propugnaculis, bertiſtis, atque foſsatis.* Publicis quibuſcum-
C que Miniſterialibus interdicitur, *inibi tenere Placitum:* hominibuſque ipſius Presbyteri conceditur, ut *ante nullum publicum Miniſterialem placitum cuſtodiant, niſi in præſentia Marchionis, qui pro tempore fuerit, tribus vicibus in anno.* Placita vocabantur publici & generales Conventus, in quibus querelæ & gravamina Populorum audiebantur; juſque dicebatur a Rege, aut Regis Miſſo ac Miniſtro, a Comite aut Marchione & Duce, eorumque Miniſtris. Illi *placita cuſtodire* dicti ſunt, qui in jus vocati a judice, placito ſeu Conventui in-
D terveniebant. His Petrus privilegiis exornatur, patrocinium præſtante *Grimaldo Marchione;* unde Berengarii verba ſunt: *Noverit omnium Fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque, præſentium, & futurorum, induſtria: Grimaldum glorioſum Marchionem humiliter noſtram exoraſse Clementiam; quatenus cuidam Presbytero Sanctæ Aquilejenſis Eccleſiæ, nomine Petro &c.*

DIPLOMA *Joannes Epiſcopus & Cancellarius ad vicem Ardingi Epiſcopi Archicancellarii recognovit.* Sequuntur notæ Chronicæ apud Ma-

annus Regni *vigesimus octavus* in cursu erat, epocha ducta non ab anno 888. quo post obitum Caroli Crassi Regnum occupavit Berengarius; sed ab anno 894. quo post mortem Vidonis, Papiam cum exercitu ingressus est, Regiamque rursus obtinuit. Annus *Incarnationis* numeratur 921. cum revera Julianus esset 922.

III. SUAM quoque erga Fridericum Patriarcham exercuit munificentiam Berengarius, tradito Castello, quod dicitur Putiolum. Diploma refert laudatus Madrisius. Idem occurrit *Grimaldus gloriosus Marchio*, qui Berengarii exorat clementiam. Hujus precibus annuens Imperator, Friderico largitur *Castellum* Putioli, *pertinens & adjacens in Comitatu Forojuliano, cum omnibus suis Appendiciis & pertinentiis, simul cum judiciariis & districtionibus, atque proprietatibus ad ipsum Castellum pertinentibus in circuitu ipsius Castelli ex omni parte, quantum extenditur ad spatium unius milliarii legitimi, sicut antiquitus & modo legaliter & rationabiliter ad ipsum Comitatum pertinuit*. Eidem regia confirmat auctoritate *omnia suarum instrumenta chartarum, quæ igne, aut aliqua negligentia, sive Paganorum incursione perdita sunt:* ratumque habet *quidquid ipse Fredericus Patriarcha juste & legaliter aquisivit, vel ei ex paterna vel materna parte succedit, aut hereditario jure a suis parentibus recte devolutum est*. Hæc vero satis evincunt, nobili de stirpe, & opulenta familia progenitum Fridericum. Hunc Patria Forojuliensem putat Megiserus: ejusque matrem, nomine Mectildem, illustrem feminam appellat. Filium nothum Caroli Calvi Imperatoris arbitrantur alii, adeoque Arnulfi Cæsaris consanguineum. Obscurissimum stemma ejus nobis divinare non licet.

RATA demum firmaque habet Berengarius quæcumque beneficia, quæ ipse aquisiverit Fridericus *sive per chartulas, sive absque chartulis usque in perpetuum, cum casis, terris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, salectis, sationibus, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, servis & ancillis, aldionibus & aldianis, montibus, vallibus, paludibus, planiciebus, omnibusque ad se juste & le-*

rii Piissimi Regis XXVIII. *Imperii autem sui . . . Indictione* X. *Actum Papiæ in Christi*
B *nomine feliciter Amen*. Indictio *decima*, si numerari eam oporteat a Septembri Mense, annum Christi Julianum 921. designat. An vero Romana indictio adhibita fuerit, debeatque annus Christi Julianus 922. computari, definiri non potest ex annorum Regni Berengarii numero, quorum initium quo anni Mense auspicari debeamus, clare certoque non liquet. Annus Imperii desideratur, quo fortasse dubium expediri potuisset.

IV. PRÆSULE nostro incentore, Festum Conceptionis Virginis Deiparæ in Sacros Aquilejensis Ecclesiæ Fastos invectum, nonnulli tradunt. Auctoritatem adducunt Anselmi Cantuariensis Archiepiscopi in Sermone, vel Epi-
C stola *De Conceptione Beatæ Mariæ*, ubi hæc habentur: *Rursum hæc solemnitas alibi alio modo declaratur. Tempore namque Caroli Regis Francorum Illustrissimi, Clericus quidam Ordine Diaconus, Ungariæ Regis Germanus, Matrem Jesu toto corde diligens, ejus horas sollicitus decantabat. Parentum autem suorum consilio, nubere volens cum quadam Adolescentula valde pulcherrima, accepta a Presbytero nuptiali benedictione, quadam die, Missa etiam celebrata, recordatus quod ejusdem Beatissimæ Virginis horas illa die juxta morem solitum non cantaverat, Sponsam domum mittens, omnes ab Ecclesia exire coëgit, & ipse juxta altare Virginis solus remansit*. Virginis Deiparæ ap-
D paritio narratur, quæ sic fata dicitur: *Si Sponsam carnalem, cui adhærere vis, amore mei dimiseris, me Sponsam in cælesti Regno habebis: & si Conceptionis meæ Festum annuatim sexto Idus Decembris solemniter celebraveris, & celebrandum prædicaveris, mecum in Regno Filii mei laureatus eris*. Pergit Auctor: *Clericus*, inquiens, *domum adire renuit, & absque parentum consilio ad Abbatiam quamdam extra Patriam illam perrexit: & ibidem Monachali habitu decoratus, & post tempus exiguum meritis Beatæ Mariæ semper Virginis, quæ quidem diligentes se decorat & beatificat, Aquilejæ Episcopus Patriarcha factus, Festum Conceptionis Beatæ Virginis die præfato, quandiu vixit, annuatim cum propriis Octavis diligenter*

genter

pi a Gerberonio curata; unde tota concidit de Festo Conceptionis ab Aquilejensi Patriarcha inter fastos Ecclesiæ suæ collocato narratio. Dignum illud animadversione: bis eamdem Epistolam editam, tum a Yenez in Appendice Tomi VII. Chronicorum Ordinis S. Benedicti, tum a Theophylo Raynaudo: ac priore quidem in Editione unam cuidam Abbati Elsino factam apparitionem referri, reliquis prætermissis, quæ de Aquilejensi Patriarcha dicuntur; unde pronum est conjicere, hujusmodi historiolas interpolatrice manu adjectas, eo fortasse tempore, quo Festum Conceptionis in Ecclesiis particularibus coli ac celebrari cœperat.

B

At eamdem narrationem, allegatæ Epistolæ consutam, ad Aquilejensem Patriarcham, ipsumque Fridericum, de quo agimus, pertinere nullo evinci potest probato teste. De Viro agitur, qui *Clericus* primum fuerit, deinde *Monachus*, postremo *Archiepiscopus:* ipsumque aliquandiu in Cœnobio Fuldæ in Germania Monachum egisse, narrant Wion & Bucelinus. Verum enim vero unum recenset *Fridericum* Jo. Fridericus Schannat in Historia Fuldensi, *Presbyterum*, & *Monachum*, & *Archiepiscopum*, non Aquilejensem, sed *Moguntinum:* quem *Virum in Sancta Religione strenuum, & valde laudabilem* commendat Continuator Reginonis: vitaque functum anno 954. narrat. An ergo ad Fridericum Moguntinum prædicta apparitio, ac Festi Conceptionis institutio referenda sit? Rem dubiam in medio relinquere præstat. Huic sane, non Aquilejensi Friderico adnotata convenit circumstantia *Caroli Regis Francorum Illustrissimi*, cujus tempore id contigisse dicitur. Is enim fortasse fuerit Carolus, dictus *Simplex*, qui Regnum Francorum ab anno 898. administravit usque ad annum 929.

C

D

Hunc denique Clericum, postea Monachum, ac deinde Archiepiscopum, Festi Conceptionis cultorem, laudatus Auctor Epistolæ, appellat *Ungariæ Regis germanum*. Heic vero hæret aqua Schonlebenio, Wioni, & Bucelino: proque genio ingenioque liberrimis indulgent illi conjecturis, ut Fridericum Aqui-

Edmundus Martene in Tractatu de Antiqua Ecclesiæ Disciplina in Divinis celebrandis Officiis, receptum quoque in Ecclesia Aquilejensi: quo tamen incentore Præsule, ignotum.

V. Locus modo patet, ut Duces Marchionesque Forojulienses recenseamus, qui hac ætate rexerunt Marcham. Dux erat & Marchio Berengarius, cum ipse aliique Italiæ Duces ac Proceres altius animos attollere ausi sunt, Italici Regni & Imperii quoque cupiditate accensi. Regnum anno 888. invasit Berengarius: habuitque adversarios, Regnum idem inhiantes, Vidonem, Lambertum, Arnulfum, Ludovicum. Initum fœdus est anno 895. inter Berengarium, & Lambertum secundum, ut ambo amicitia juncti in Italia regnarent; ac illi, qui prior mortem obiret, alter succederet. Inter utrumque Italia divisa: obtinuitque Berengarius quidquid terrarum cis Adduam, Lacum Comensem, & Padum jacet: reliqua Lamberto cesserunt.

Eodem anno, utrumque debellaturus, in Italiam descendit Arnulfus, Rex Bajoariæ, Carolomanni jam Regis Italiæ filius. Ipse vero *Vualfredo*, *Mangifredoque Comitibus*, teste Hermanno Contracto apud Canisium, & Pistorium, *Italiam cis Padum distribuit*. Forojuliensis Marcha cum Venetia continente Valfredo contigit: partem reliquam obtinuit Mangifredus. Hunc Mediolani, capitali sententia pronunciata, decollari Lambertus jussit. De illo verba faciunt, quæ non pigeat referre, Annales Fuldenses ad Annum DCCCXCVI. *Post mortem Vualtfredi Forojulii Marchensis, qui multum fideliter ad Imperatorem* (Arnulfum, cujus partes, relicto Berengario, secutus fuerat) *Veronam contendendo retinuit, illico Berengarius Regnum Italicum invasit*, seu denuo recepit: *& usque ad fluvium Adduam quasi hereditario jure contra Lambertum in participationem recepit*.

Regnante, ac Imperante Berengario, Marcham Veronensem administravit Grimaldus, qui in allegatis ejusdem Berengarii diplomatibus, *gloriosus Marchio* nuncupatur, ipsiusque Imperatoris clementiam exorat in gratiam Friderici Patriarchæ, & Petri Presbyteri

Marchiones, Henricus, frater Ottonis Magni Regis Germaniæ, ac postmodum Imperatoris, Marcham *Veronensem* dicitur *&* *Aquilejensem* (sive Forojuliensem) *excepisse* administrandam, a Continuatore Reginonis. Contulerat quippe Henrico fratri Otto Ducatum Bajoariæ anno 948. quo *accepto*, *nequaquam desidia torpuit*, (ut ait Vitichindus Libro II. Annalium) *sed abiens*, *Aquilegiam cepit*, *Ungaros duabus vicibus armis superavit*, *Ticinum transnatavit: & præda magna intra regionem hostium capta*, *exercitum incolumem in patriam reduxit*. Ob hæc merita Fratris, cum Otto anno 952. Berengarium II. & Adalbertum Filium in Regno Italiæ confirmaret, Marcham Veronensem aut Forojuliensem excepit, eidem fratri suo conferendam. Verba sunt Continuatoris Reginonis ad eundem Annum: *Berengarius*, inquiens, *cum filio suo Adalberto regiæ se per omnia in vassallitium dedit dominationi* (Ottonis:) *& Italiam iterum cum gratia & dono Regis accepit regendam*. *Marca tantum Veronensis & Aquilejensis excipitur*, *qua Henrico*, *fratri Regis*, *committitur*.

VI. HINC civitas Forijulii Comitem suum amisit, qui simul Ducis & Marchionis honore, dignitate, & auctoritate pollebat. Ipsa quoque Provincia nuncupari cœpit Comitatus Forojuliensis, aut Forojulianus. Legimus quippe in Diplomate Berengarii ad Fridericum Patriarcham, concessum illi fuisse Castellum Putiolum, *pertinens & adjacens in Comitatu Forojuliano*, *cum omnibus Appendiciis suis & pertinentiis ... in circuitu unius milliarii legitimi*, *sicut antiquitus*, *& modo legaliter & rationabiliter ad ipsum Comitatum pertinuit*.

LANGOBARDORUM ævo, pro eorum more, Civitas eadem cum Territorio magis minusque decursu temporum protenso regebatur a Duce. Sub Carolingis Regibus eidem Civitati Præfectus vocabatur tum Comes, cum Dux, & Marchio: Comes quidem ob Civitatis Præfecturam; Dux vero, quia toti Provinciæ, ac Venetiæ Continenti, ac utriusque regionis Civitatibus, earumque Comitibus dominabatur; Marchio demum, eo quia regio Forojuliensis limitanea foret. Sede Marchionis translata, Comiti distincto paruit Civitas: Vintherium. Dandulus in Chronico Libro VIII. Capite XI. Parte VI. hæc habet: *Cum Vvintherius*, *Marchio Istriæ*, *insolitas exactiones*
B *ab hominibus Venetiarum extorqueret*, *& incolis in eorum possessionibus degentibus collectas & angarias imponeret*, *& Venetis jura petentibus denegaret Justitiam ; ideo contra eum*, *& subditos suos Dux* (Petrus II. Candianus) *saluberrimum sancivit Edictum*, *inhibens Venetis ne in Istriam pergerent*, *& Istriensibus ne Venetias accedere auderent*. *Quod tandem Dux removit*, *precibus delinitus Marini Patriarchæ Gradensis*, *qui supplicatione Marchionis*, *& populi Istriæ se mediatorem apposuit ; promittentibus illis Duci*, *Venetos & eorum bona in suo districtu conservare*, *& insolitas exactiones removere ; & si jussio regalis advenerit*, *ut contra Venetos aliquid mali agatur*,
C *eos prævisos reddere*, *ne quid damni in personis*, *vel rebus suis pati valeant*.

INITÆ Conventionis Tabulas ex Trivisaneo Codice depromptas in lucem protulit Venetus Italiæ Sacræ Editor in Episcopis Civitatis-novæ. Chronicæ notæ sic efferuntur: Regnante *Ugone Serenissimo Rege anno* VII. *Lothario vero filio ejus in Dei nomine regnante anno* II. *die* XII. *Mensis Maii Indictione* VI. Annus *septimus* Hugonis ad epocham priorem spectat, quæ ducitur ab anno Christi 925. ante Mensem Decembrem: annus vero *secundus* Lotharii epocham exhibet, quæ die 14. Aprilis anni 931. incepit. Utramque erudite illustrat Saxius in Notis ad Sigonium de Re-
D gno Italiæ. Annus uterque, *septimus* Hugonis, & *secundus* Lotharii, in cursu erat anno æræ vulgaris 932. die 12. Maii. Annum insequentem designat Indictio *sexta*.

MARCHIONEM Istriæ subscriptum his verbis legimus: *Signum manus Vvintherii Marchionis*, *qui hoc fieri rogavit*. Marchæ Forojuliensi adjectam fuisse Istriam, communis est Scriptorum sententia. Verum *utique expost fuit Marcha* (verba sunt Anonymi Mediolanensis in Dissertatione sæpe citata Chorographica num. 39.) *a Forojuliensi discreta : sed quando*, *ignoramus*. *Vix enim seculo* XII. *Marchionem Istriæ invenimus Bertholdum*, *quem subscriptum legimus in Constitutione Friderici*

Aeno-

vimus, appellata *Justinopolis* hac ætate legitur. Alia in eisdem Tabulis habetur subscriptio *Andeberti Locopositi de Civitate Justinopoli*: itemque *Signum* apponitur *Maurocini de Justinopoli*, & *signum Joannis de Justinopoli*. Locopositum intellige, adnotante Cangio, *Loci servatorem*, seu *Vicarium*, seu Ministrum, qui Civitatem vice & loco Domini regebat. Res est plane digna animadversione, inter testes numerari etiam *de Civitate Capras Andicertum Locopositum*, *Andream Aquabrolum*, *Dominicum de Anastasia*, *Petrum de Zunani*. An alia Civitas *Capras* fuerit a Civitate *Justinopoleos*? An intelligi debeat Civitas seu Insula *Capritana*, & *Caprensis*, idest Caprularum, vulgo *Caorle*, in intimo recessu Adriaci maris posita? Minime gentium. Eadem est ac Civitas Justinopolis. Res ita se habet. Subscribunt prædictis Tabulis plures testes: eorumdemque testium nomina, ac Civitates repetuntur: ac sane qui primo loco dicti sunt *de civitate Justinopoli*, iidem postea nuncupantur *de Civitate Capras*; unde colligitur, eamdem Civitatem hocce tempore tum *Justinopolim*, tum *Capram* dictam. Quod ajo, nominum, quæ subscripta leguntur, conspectus evincit.

„ Signum manus D. Winticherii Marchio-
„ nis, qui hoc fieri rogavit.
„ Ego Joannes Episcopus Polanæ Ecclesiæ ss.
„ Ego Firminus Episcopus m. m. ss.
„ Signum manus Rocioni de Civitate Pola
„ ad omnia consentientis.
„ Signum manus Martini filii Constantini
„ consent.
„ Ego Andebertus Locopositus de Civitate
„ Justinopoli consentiens.
„ Signum Leonis filii Passivo consentientis.
„ Signum D. Dominici Locopositi de Trie-
„ ste consentientis.
„ Signum Jo. Filii Olive de Trieste.
„ Signum manus Anderadi Scavino filii Do-
„ mini Pepolo de Tergeste.
„ Signum manus Juliani de Magla consen-
„ tientis.
„ Signum manus Venerii de Augusto de Ca-
„ stro Piriano consentientis.

„ psi, complevi, atque firmavi.
B „ De Civitate Pola sunt Rocius, Martinus,
„ Leo filius Passivo, & Jo. Basiliacus.
„ De Parentio, Leo de Walteramo, Do-
„ minicus de Juventino, Odelricus, Theodo-
„ rus Tribunus.
„ De Civitate-nova, Leonianus, & Jo. co-
„ gnatus Firmini Episcopi.
„ De Pirano, Felix Scavineus, Andreas
„ Justulago, Bissus, Ansaldus.
„ De Civitate Capras, Andicertus Locopo-
„ situs, Andreas Aquabrolus, Dominicus de
„ Anastasia, Petrus Zunani.
„ De Mugla, Venerius Gusolinus, Domi-
„ nicus de Oliva, Antius.
„ De Tergeste, Dominicus Locopositus fi-
„ lius Senadri, Andreas filius Dominici Pepo-
C „ lo, Joannes de Olivo, Rosiderius.

INVICEM nomina, & Civitates conferamus. De *Civitate Pola* dicuntur *Rocius*, *Martinus*, *Leo filius Passivo*. Iidem sunt, quos ante subscriptos legimus; *signum manus Rocioni*, seu Rocii, *de Civitate Pola*; *signum manus Martini filii Constantini*; *signum Leonis filii Passivo*. Numerantur *de Civitate Tergeste*, *Dominicus Locopositus filius Senadri*, *Andreas filius Dominici Pepolo*, *Joannes de Olivo*. Non alios superiore loco subscriptos habes: *signum D. Dominici Locopositi de Trieste*; *signum Jo. filii Olive*; *Signum manus Anderadi*, seu Andreæ, *Scavino filii Dominici Pepolo*. Ad Civitatem *Pirani* referuntur *Felix*, aliique: subscripserat vero *Felix filius Ravenni de Piriano*. Denique subscriptum legimus *Andebertum Locopositum de Civitate Justinopoli*, itemque *Dominicum Saviro de Anastasia*: quos iterum inter homines de Civitate Capras infra memoratos habes: *De Civitate Capras*, *Andicertus* (leg. Andibertus) *Locopositus*... *Dominicus de Anastasia*. Hinc certum compertumque, eamdem Istriæ Civitatem, utroque nomine *Capras*, & *Justinopolis* appellatam fuisse: quod evincit Diploma Ottonis II. ad Rodoaldum Patriarcham anno 977. datum, quo locus ipsi regia munificentia conceditur, *qui nuncupatur Insula*, *quæ sita est in Istria .... cum suis appendiciis*, *tam infra* Civi-

primatum inter Sedes Italicas largitur Leo octavus Antipapa. Synodo Ravennati adest Rodoaldus. Monumenta Ecclesiæ Parentinæ expenduntur. Placitum Veronense celebrat Patriarcha: itemque domos & agros Ambrosio Bergomati Episcopo locat. Data Ecclesiæ Aquilejensi Diplomata ab Ottone I. & secundo. Utinum, & alia Castella idem Otto II. donat. Ducibus Carinthiæ addicitur Marcha Veronensis, seu Forojuliensis.

I. POST Fridericum regendam suscipit B Ecclesiam Aquilejensem Leo. Emortualis Friderici annus latet: *obitus* vero diem Aquilejense Necrologium notat *septimam Kal. Martii*, seu 23. Februarii in anno communi. Gesta Leonis refert Chronicon sæpe citatum: *Hic pro libertate Ecclesiastica se morti exponens, a quodam Rodaldo Longobardo occisus est. Cujus bona omnia Rodaldi Ecclesiæ Aquilejensi confiscata fuerunt per sententiam Principum.* Hæc scilicet Rodoaldo Patriarchæ pro sua Ottonem primum munificentia largitum esse, infra adnotabimus.

POST annum 921. quo vitam adhuc Fridericus agebat, sedere cœpit Leo: sedemque ac C vitam amisit ante annum 928. quo Ursus hujus nominis II. privilegiis ab Hugone Italiæ Rege cumulatur. Postulaverat ille, ut sub regia protectione Monasterium de Gazo reciperetur: benigneque annuit iste, dato Diplomate quod e Tabulario Veronensis Cœnobii S. Mariæ ad Organum profero. " In nomine Domini Dei æterni. Hugo gratia Dei Rex. Si petitionibus servorum Dei aurem nostræ Serenitatis accommodaverimus, non solum regalem exercemus consuetudinem, verum etiam & salutem animæ nostræ futuro tempore promerebimus. Idcirco noverit omnium D Fidelium S. Dei Ecclesiæ nostrorumque, præsentium scilicet & futurorum, industria: Ursum Venerabilem Patriarcham nostram humiliter adisse clementiam, quatenus pro Dei amore, animæque nostræ remedium, Monasterium ejus de Gazo, quod ad honorem Beatissimæ Mariæ semperque Virginis dicatum est, cui nunc Petrus Abbas præsidet, cum omnibus ad se pertinentibus, sub nostræ tuitionis Munburgum obtegere debuissemus. Cujus petitionibus animum nostræ benevolentiæ de more flectentes, eumdem Monasterium de Gazo, cum Ecclesia Sanctæ Mariæ de Organo, sive cum Castello de Suregada, sive cum famulis & famulabus, sive cum Aldionibus & Aldianis, seu cum omnibus, quæ dici vel nominari possunt, ad eumdem Monasterium pertinentibus vel aspicientibus, pro Dei amore, animæque nostræ remedium, sub nostræ tuitionis Munburgum defendimus, & custodimus. Præcipientes, ut nullus Marchio, nullus Dux, nullus Comes, nullus Vicecomes, nullusque Gastaldius, aut cujuslibet rei publicæ exactor in eumdem Monasterium de Gazo aliquas contrarietates facere præsumat; aut aliquas injustas & importunas exhactiones, sive exhibitiones imponere temptet; aut aliqua freda exigat. Sed liceat præfatum Monasterium, cum omnibus ad se pertinentibus vel aspicientibus, nostra eleemosyna (*clementia*) taliter vivere, qualiter permanserunt in temporibus Antecessorum nostrorum Imperatorum, sub nostræ tuitionis Munburgum. Si quis autem, quod non credimus, contra hanc nostram institutionem concessionis aliquo in tempore violator existeret; sciat, se compositurum auri optimi libras triginta: medietatem Cameræ nostræ, & medietatem Sanctæ Congregationi, quæ in eumdem Monasterium residet. Et ut hoc verius credatur, & diligentius ab omnibus observetur, manu propria subter firmavimus, & annuli nostri impressione subter sigillari præcepimus. Signum Domini Hugonis gloriosissimi Regis. Petrus Notarius ad vicem Beati Episcopi & Archicancellarii recognovi. Data anno Dominicæ Incarnationis CM. XXVIII. pridie Idus Februarii, Indictione prima, Regni vero Domini Ugonis gloriosissimi Regis

„ se-

& protectio significatur. Ipsa quoque Imperatorum, Regumque diplomata dicebantur *Mundiburdia*, queis Ecclesiæ ac Monasteria in eorum tuitione ac protectione posita declarantur. Postulante Urso Patriarcha, Monasterium de Gazo dicitur in tutelam Hugonis Regis receptum *cum Ecclesia Sanctæ Mariæ de Organo*. Quæ postrema verba, *de Organo*, Librarii vitio ac ingenio adjecta videntur; cum sane regiam Hugo Rex concesserit protectionem Monasterio de Gazo, ejusque Ecclesiæ, quæ *ad honorem Beatissimæ Mariæ semperque Virginis* dicata fuerat. Ecclesiæ duæ, duoque Cœnobia confundi non debent. Ad Cœnobium de Gazo spectat Ludovici Imperatoris, qui secundus hujus nominis intelligendus est, Diploma ab Ughello relatum in Audo Episcopo Veronensi absque notis Chronicis, in quo hæc habentur: *Quapropter omnium fidelium noverit industria, quia Vir venerabilis Romaldus, Monasterii Sanctæ Mariæ Abbas, quod situm est in Comitatu Veronensi, in loco qui dicitur Gajo &c.* Ipsius Audi supremas Tabulas Ughellus recenset, queis plura Cœnobio S. Mariæ de Organo beneficia legantur. Confecta sunt *imperante Domino nostro Ludovico Magno Imperatore anno* XI. *sub die* XV. *Augusti Indictione* VIII. Non est Ludovicus Pius, ut Ughello placuit, sed Ludovicus Imperator hujus nominis secundus: designatque annum æræ vulgaris 860. Indictio *octava*. Verba refero, quæ sequuntur: *Statuo, atque decerno .... ut deveniat pro anima mea, vel parentum meorum in Monasterio S. Mariæ, sito foris portam Organi, ubi nunc præsenti tempore Rimaldus Abbas esse videtur*. Cœnobium illud situm erat *in Comitatu Veronensi, in loco qui dicitur Gajo*: adeoque longe diversum ab isto, Veronæ posito *foris portam Organi*. An vero *Romaldus* prioris Monasterii Abbas, & *Rimaldus* Abbas alterius, diversi fuerint eodem nomine insigniti? An unus idemque, utrique Cœnobio præfectus? Aliorum cura fuerit, rem hanc illustrare, ac ipsa Documenta severius expendere.

AD Ursum Patriarcham revertor, qui " ab „ Hugone, & a Lotario ejus filio *Natissæ* am„ ne donatus est, (verbis utor Antonii Bello-

B torio vulgatum Tomo IV. Anecdotorum. Verba sunt: *In Civitate Austriæ* (Ursus) *felici pace quievit: & hoc fuit circa annos Domini* DCCCC. XXXI. Lupo, seu Lupus Successor Aquilejensem moderabatur Ecclesiam anno 944. Id certo colligimus ex vetusto Documento, quod profert Venetus Italiæ Sacræ Editor ex Codice Trivisaneo. Incipit enim: *In nomine Domini Amen. Regnante Domino nostro Rege Ugone anno* XX. *& filio ejus Lothario anno* XIV. *Indictione* II. *Mensis Martii die* XIII. *feliciter. Notum facimus nos Lupo Patriarcha Sedis Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ*. Annum æræ vulgaris 944. definit Indictio *secunda*: quo tum annus *vicesimus* Hugonis juxta priorem epocham in cursu erat, tum *quartusdecimus* C Lotharii juxta epocham ejusdem Regni posteriorem.

DISSIDIA eruperant ob ea, quæ sibi jura in Ecclesiam Gradensem vendicabat Lupo. Incendium extinguere pretium operæ duxit Patriarcha, Marino Gradensi Antistite meliora suggerente consilia, pollicitatione facta Petro Venetiarum Duci: *quod neque per nos* (ut ait) *neque per submissas personas, intra vestram Civitatem Gradensem pergere non debeamus per nullum ingenium, aut occasionem*. Tabulæ actæ sunt *in Civitate Aquileja*. Primus subscribit Patriarcha: *Ego Lupo Patriarcha in hac promissione a me facta m. m. ss.*

II. LUPONEM excepit Hengelfredus Patriarcha. Præsuli nostro, ut habet Chronicon D Aquilejense, *Berengarius II. & postea Otto I. immunitates & privilegia contulerunt*: diciturque *nobilis genere, & omni probitate conspicuus*. Anno 950. capessivit Regnum Italiæ Berengarius II. cum Adelberto filio: idemque Regnum anno 962. indeptus est Otto I.

INSEQUENTE anno 963. vitam, ac Sedem Romæ Hengelfredus amisit. In Urbem profectus fuerat ad Synodum, quam celebrandam contra Joannem Papam XII. indixerat Otto Imperator. Hæc habita est Pseudo-Synodus die 6. Novembris. Joanne dejecto, Sedem Apostolicam occupavit Leo hujus nominis VIII. natione Romanus, & S. R. E. Protoscriniarius. Inter Episcoporum subscriptiones hæc

insignia sunt hæc ornamenta, quæ vitio tamen Pseudopontificis concedentis laborant. Verba Epistolæ, quam Ughellus refert, hæc sunt: *Volumus scilicet, & Apostolica auctoritate jubemus, ut inter omnes Italicas Ecclesias Dei, Sedes prima post Romanam Aquilejensis, cui Deo auctore præes, habeatur. Sed & hoc in augmentum & decorem Ecclesiæ vestræ concedimus; ut dum, volente Deo, vos vestrique Successores ab hac luce migrare contigerit, non liceat quempiam ex aliena Ecclesia præponi: sed ex proprio sinu tam Clerici, quam Laici eligant, quem legaliter sibi Pastorem constituant.* De hocce primatu honoris, & loci egimus in Notis ad Synodum Mantuanam.

V. SYNODUM Ravennatem in causa disciplinæ Ecclesiasticæ convocavit Joannes Papa XIII. habuitque anno *967*. Adfuit Otto Imperator, ac plures Italiæ interfuerunt Antistites, fuitque præsens Rodoaldus. Animadversione dignus est subscribentium Episcoporum ordo: *Joannes S. Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ ... Signum Domini Ottonis Serenissimi Imperatoris. Rodoaldus Patriarcha Aquilejensis Ecclesiæ. Petrus Sanctæ Ravennatis Ecclesiæ. Vualpertus S. Mediolanensis Ecclesiæ.* Primum post Romanum Pontificem tenet locum Rodoaldus. Hunc ipse pridem, favente Ottone, primatum a Leone VIII. Pseudopontifice obtinuerat: ratumque videtur habuisse Joannes XIII.

VI. MONUMENTA occurrunt Parentinæ Ecclesiæ, quæ gesta nonnulla Rodoaldi Patriarchæ patefaciunt. Scatent omnia difficultatibus, quæ ad examen revocandæ sunt. Tabulas refero a Veneto Italiæ Sacræ Editore in lucem prolatas, queis dono datum Adamo Parentino Episcopo Castrum Rubini vulgo fertur. In hujus ævi Monumentis *Rubinum* legitur, & *Rubignum*, ac *Ruvinium*: idemque locus est, qui *Revignum* appellatur, Incolis *Rovigno*. Mendis quamplurimis apud eumdem Ughellum in Episcopis Parentinis prædictæ Tabulæ

„ Advocati nostri Azzonis: quamdam Terram, quæ de nostro Episcopatu nobis nostræque Ecclesiæ pertinet, Rubinensi nomine, quod etiam (heu proh dolor!) nuper a nefandis Sclavis & duris barbaris destructum est, Adam præfatæ Ecclesiæ Episcopo ejusque Successoribus præfatam nostram concedimus, & omnino in illorum delegamus potestate ac dominio, omni occasione & a nobis & a nostris remota Successoribus. *Acta dicuntur Tabulæ* die XXII. Mensis Januarii, Indictione vero octava, anno autem Incarnationis Domini nostri DCCCC. LXI. feliciter. „ Præter Rodoaldum Patriarcham subscribunt *Gauspaldus Episcopus*, *Joannes Episcopus*, *Fredebertus S. Ecclesiæ Parentinæ* (Petenensis) *Episcopus*. Non conveniunt Indictio *octava*, & annus Christi *961*. Indictionem retinere si malis, annum repone 965. Polensem hoc tempore Ecclesiam administrabat *Gaspaldus*, qui vocatur *Gerboldus Polonensis* in Synodo Ravennate, quam anno *967*. celebratam memoravimus. Florebant etiam *Joannes* Tergestinus, & *Joannes* Civitatis-novæ: itemque *Fredeberto* locus patet inter Petenenses. Castrum Rubinum Adamo Parentinæ Ecclesiæ Præsuli dono datum a Rodoaldo vulgo creditur. An vero Rubini Castrum Aquilejensi Ecclesiæ munificentia Principum jam concessum, idem voluerit Rodoaldus Patriarcha in alterius ditionem ac jura transferre, non adeo compertum. Res ita se habeat: alia tamen ex Tabularum verbis cessio subolet a Rodoaldo peracta.

AD Aquilejensis Patriarchæ Diœcesim pertinuisse hoc ævo Castrum Rubini videtur: & hunc locum de suo Episcopatu, hoc est, de sua Diœcesi detrahit Rodoaldus, ipsiusque Parentini Episcopi jurisdictioni ac solicitudini addicit. Verba profero, quæ attentiore mentis acie perpendantur: *Quamdam Terram, quæ de nostro Episcopatu nobis nostræque Ecclesiæ pertinet, Rubinensi nomine .... Adam* Parentino Epi-

nos infra ampliore commentario illustrabimus. Refert Pontifex, Joannem Patriarcham, qui Rodoaldo successit, *invasisse Ruvinii Parochiam*. Hanc Adami jurisdictioni subjecerat Rodoaldus: eamdemque invasit Joannes, ut ipsam pristinæ Aquilejensi Diœcesi restitueret. Digna sunt animadversione verba, ex Canone Africano deprompta, quibus Joannis facinus reprehenditur: *Placet, ut quicumque Episcopi plebes, quas ad suam Cathedram existimant pertinere, non ita repetant, ut causas suas judicantibus Episcopis agant*. Invaserat ergo Joannes *Parochiam Ruvinii*, propterea quod eam existimabat *ad suam Cathedram*, *ad suum Episcopatum* pertinere: adeoque Rodoaldus ipsum locum, suæ Diœcesi detractum, juribus Episcopi Parentini addixerat. In eodem Adamo refertur ab Ughello Diploma Ottonis II. datum *anno Dominicæ Incarnationis* DCCCC. LXXXIII. in quo sententiam nostram satis indicant sequentia verba: *Prætaxatæ Ecclesiæ* (Parentinæ) *prædia*, *nominatim Montona*, *Rosarium*, *Nigrignanum*, *Turrim* .... *&* *Castrum Pisinum*, *Medelanum quod a Regibus seu ab Hugone largitum est*, *& Rubignum quantum ad Episcopatum*, *sive Parentinæ Ecclesiæ donatum est a nostris Antecessoribus videlicet in loco, qui dicitur duo Castella*, *& Valles*; .. *confirmamus eidem Episcopo Adam suisque Successoribus*. Corrige corrupta verba hoc modo: *Et Rubignum quantum ad Episcopatum*, *sive* (quidquid) *Parentinæ Ecclesiæ donatum est a nostris Antecessoribus*, *videlicet in loco*, *qui dicitur duo Castella*, *& Valles*... *confirmamus*. Ubi non absolute Adamo *Rubignum* confirmatur, sed *quantum ad Episcopatum*. Habetur scilicet locus ille, confirmaturque veluti pars *Episcopatus*, seu Diœceseos Parentinæ. Ipsum ergo de suo *Episcopatu*, deque sua Diœcesi detraxerat Rodoaldus, ac in *Episcopatum* seu Diœcesim Episcopi Parentini concesso privilegio transtulerat.

MONUMENTUM sequitur *consecrationis* Ecclesiæ Parentinæ, quæ Rodoaldo tribuitur. Id ipsi *commissum* demandatumque dicitur *per SS. Patrem Dominum Joannem XII.* En Pontificis epistolas. " Joannes Episcopus Servus
„ suis justis postulationibus inclinati, auctori-
B „ tate Apostolica tibi plenarie committimus,
„ & mandamus: quatenus tibi adjunctis Ar-
„ chiepiscopis & Episcopis, sicut poteris, un-
„ decumque vocatis, dictam Ecclesiam Pa-
„ rentinam cum dictis Archiepiscopis ad hoc
„ vocatis in Domino debeas consecrare. Nos
„ autem omnibus Christi fidelibus vere pœni-
„ tentibus & confessis, qui ad dictam conse-
„ crationem, seu omni anno in Anniversario
„ Dedicationis, etiam causa devotionis acces-
„ serint, de omnipotentis Dei misericordia,
„ & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli au-
„ ctoritate confisi, plenariam remissionem
„ suorum peccatorum de injunctis sibi pœni-
„ tentiis relaxamus. Datum Romæ XII. Cal.
C „ Aprilis, Pontificatus nostri anno primo. „
Pontificiis obsequens mandatis Rodoaldus, Parentinam ritu solemni consecrat Ecclesiam. Plures adfuerunt Episcopi, qui una cum Patriarcha Indulgentiarum beneficia largiuntur. Joannis Epistolæ hæc adjecta leguntur verba apud Ughellum Venetæ editionis Tomo X. in Addendis & Corrigendis: *Consecrata fuit prædicta Ecclesia anno Domini 961. die 8. Madii, tempore D. Othonis primi Romanorum Imperatoris*. Hujusce rei Tabulæ sequentes conscriptæ feruntur. " Noverint universi, quod nos
„ Rodoaldus S. Sedis Aquilejensis Patriarcha,
„ ex voluntate & præcepto S. P. B. Joannis
„ Papæ XII. convocatis Ven. Patribus & Do-
D „ minis Gaspaldo Polensis Ecclesiæ Episcopo,
„ Joanne Tergestinæ Ecclesiæ Episcopo, Fre-
„ deberto Petenæ Ecclesiæ Episcopo, Joanne
„ Civitatis-novæ Ecclesiæ Episcopo, Alberico
„ Concordiensis Ecclesiæ Episcopo, Hergeno
„ Brixiensis Ecclesiæ Episcopo, Alberto Fel-
„ trensis Ecclesiæ Episcopo, Giraldo Vicenti-
„ næ Ecclesiæ Episcopo, Martino Trivisinæ
„ Ecclesiæ Episcopo, Milone Veronensis Ec-
„ clesiæ Episcopo, Zenone Paduanæ Ecclesiæ
„ Episcopo, una cum Ven. Patre Adam Pa-
„ rentinæ Ecclesiæ Episcopo, consecravimus
„ Ecclesiam Parentinam in honorem S. Ma-
„ riæ Virginis, & S. Mauri Martyris, &
„ aliorum Sanctorum omnium. Unde nos Ro-
„ doaldus, & quilibet prædictorum Episcopo-
„ rum

anno 961. agebat quintum, non *primum*, Pontificatus annum. In Italiam venit Otto eodem anno *post Pentecostem*, quæ incidit in diem 26. Aprilis, teste Continuatore Reginonis: Urbemque Romam intravit *post Natalem Domini*. Itaque scribere Pontifex XII. *Cal. Aprilis*, seu die 21. Martii non potuit Rodoaldo: *ad* suam *præsentiam accessisse Othonem Romanorum Imperatorem*. Sed hunc postremo corona Imperiali a Joanne XII. redimitum anno insequente 962. ante diem 13. Mensis Februarii, certum est compertumque.

IDEM Joannes XII. quem anno 963. in Conciliabulo Romæ habito Sede Apostolica depulsum memoravimus, mortalitatis fato cessit anno 964. Benedictus V. renitente licet Imperatore, suffectus est. Anno 965. obitus contigit tum Benedicti, tum Leonis VIII. Antipapæ. Joannes XIII. eodem anno 965. successit, coronatus consecratusque Pontifex die prima Mensis Octobris. An ergo Joanni XIII. adjudicanda Epistola, quæ ad Patriarcham Aquilejensem data est; adeoque anno insequente 966. XII. *Calendas Aprilis*, seu die 21. Martii, cum *primus* Pontificatus ejus annus in cursu esset, scripta fuerit? Sed hoc anno *ad præsentiam* Pontificis *accedere* non potuit Imperator. Docet enim Continuator Reginonis, Ottonem anno 964. ex Italia *post Nativitatem S. Joannis* Baptistæ in Germaniam profectum esse: neque remigrasse in Italiam, nisi *anno 966. post assumptionem Sanctissimæ Mariæ Virginis*. Quomodo ergo scribere hoc eodem anno *966. die* 21. *Martii* Joannes XIII. potuit Rodoaldo: *Accedens ad præsentiam nostram Otho Romanorum Imperator*, *humiliter postulavit?*

HÆC procul dubio cadit epocha tum Epistolæ ad Rodoaldum scriptæ, tum peractæ consecrationis Ecclesiæ Parentinæ. Rem ipsam si expendamus, referri ea posse videtur ad annum insequentem 967. Otto Imperator *Romæ* anno *966.* teste sæpe laudato Reginonis continuatore, *Natalem Domini* celebravit: eademque Urbe relicta, *Ravennam* anno *967. adiit*, *nes*. Innotescit ex hoc monumento *Fredebertus* Petenensis. Bullæ institutionis Archiepiscopatus Magdeburgensis inter ejusdem Synodi Ravennatis Acta subscribit *Elberich* Episcopus: idemque ille est, ac *Albericus* dictus Concordiensis in hocce Parentino Monumento. Negotium facessunt reliquorum Præsulum nomina, quæ non eadem Ravennæ Synodus, ac Tabulæ Parentinæ exhibent. In his occurrunt *Gaspaldus* Polensis, *Hergenus* Brixiensis, *Albertus* Feltrensis, *Giraldus* Vicentinus, *Martinus* Trivisinus, *Zeno* Patavinus: qui vocantur in Synodo *Gerboldus*, *Antonius*, *Rupertus seu Teutpertus*, *Rodulfus*, *Albertus*, *Gauslinus*. Quidni vero Librariorum oscitantia ac vitio deformata fuerint nomina? Conjecturam suggerit *Gaspaldus* loco *Gerboldi* positus, & *Albertus* loco *Ruperti* seu *Teutperti*. Denique Synodo Ravennati subscribit *Ratherius* Veronensis: at *Milonem Veronensis Ecclesiæ* Episcopum Parentinæ consecrationi interfuisse legimus. Sed etiam eumdem *Milonem* habent aliæ Tabulæ anno *966.* conscriptæ apud Ughellum. Notæ habentur in Editione Veneta, quæ difficultatem elevant verisimili ratione. Sedem Veronensem anno circiter 932. conscenderat Ratherius: ex eaque pulsus, Leodiensi Ecclesiæ anno 953. præfectus fuit. Hac etiam Sede anno 956. deturbatus, in Italiam revertitur; ac pristinam Veronæ Ecclesiam anno 957. aut insequente recuperat. Exule Ratherio, præfectoque Ecclesiæ Leodiensi, Milo Sedem Veronensem obtinuerat: ipsumque suffraganeam Ratherio restituto operam præstitisse, donec illo e vivis erepto gregis curam Successor exciperet, vel bicipitem fuisse Ecclesiam Veronensem, conjici facile potest. Hæc porro fortasse causa, cur in variis Monumentis, quæ iisdem annis eodemque tempore conscripta habemus, modo *Ratherius*, modo *Milo* memoretur. Utriusque vices Mabillonius describit in Annal. Benedictinis.

NONDUM vero suspicionis omnis labe purgatæ sunt Parentinæ Tabulæ. Novam ingerit difficultatem Indulgentiarum largitio, quæ legitur.

tint, *annum unum & quadraginta dies de injuncta sibi pœnitentia*, *auctoritate Apostolica relaxamus*. Pugnant in primis Pontificis mandatum, & executio Patriarchæ. B Relaxat ille *plenariam remissionem peccatorum de injunctis pœnitentiis*: largitur iste *auctoritate Apostolica* fultus *annum unum & quadraginta dies de injuncta pœnitentia*. Præterea invectum sequiore ætate morem sapit hujusmodi Indulgentiarum formula. Mabillonius in Præfatione ad Seculum V. Benedictinum num. 109. ad examen *Indulgentiam trium annorum*, *& trium quadragenarum* vocat, quæ a Sergio II. visitantibus Ecclesiam Sanctorum Silvestri & Martini concessa fertur: eamque pro *explorata* non habet, *cum seculo decimo Indulgentias quidem legimus*, *sed non hoc modo definitas*. Eadem animadvertit Papebrochius in Conatu Chronico-Historico Dissertatione XVII. & in Paralipomenis ad Conatum. C Dele vocem illam, *Plenariam*, in litteris Pontificis: nihilque fortasse superest, ad rem ipsam quod attinet, quod indefinitis Indulgentiis decimo Seculo concessis non conveniat. Exempla profert Mabillonius. Papebrochii denique animadversio est, hujusmodi Monumenta Indulgentiarum, quæ occurrunt, pro confictis habenda non esse; sed eadem potuisse *ex confirmatoria alicujus posterioris Pontificis extensione* interpolari. Hinc interpolata demum, librariorumque oscitantia vel audacia Parentina corrupta Monumenta, certum compertumque: an etiam conficta, aliorum esto judicium.

VII. Annus æræ vulgaris *968*. succedit, D quo Rodoaldus Patriarcha sententiam pro immunitate Veronensium Canonicorum prenunciasse fertur die 14. *Maii* Veronæ *in Monasterio Sanctæ Mariæ de Organo*, *jubente Joanne Pontifice* (XIII.) *Indictione* XI. *& Othone Imperatore anno* VII. Chronicæ notæ optime conveniunt omnes. Tabulas refert Ughellus in Episcopis Veronensibus. Privilegia sua dicuntur Canonici protulisse, aliaque jura *ducentis abbine annis* a Pontificibus & Imperatori-

Otto filio ejus Imperator. (leg. *Ottonis filii ejus Imperatoris*, vel *Ottone filio ejus Imperatore*,) *quinto sub die quarto de Mense Julio*, *Indictione quartadecima*. Annum æræ vulgaris *971*. designat Indictio: insequentem definiunt Imperatorum anni juxta eorum epochas a Pagio aliisque peritissimis Viris constitutas. Criticam expende in Annales Baronii ad Annum DCCCC. LXVII. num. II. ubi Ottonem II. filium Ottonis I. Germaniæ Regem, dictum coronatumque Imperatorem a Joanne XIII. eodem anno in Natalitiis Christi Domini, plurium Scriptorum allegata fide ostenditur.

Ad hunc annum *972*. locationis Tabulæ pertinent, quibus domos agrosque inter Adduam Olliumque fluvios Ambrosio Bergomati Episcopo locat Rodoaldus, quos antea Luizo seu Luitprandus Cremonensis conduxerat. Autographum adservatur in Archivo Capituli Civitatis Forijulii, quod plurimis, ut in aliis remotioris ævi Chartis, linguæ latinæ vitiis mendisque scatet. Illud hoc loco describere, dispendium operæ non erit. " In Christi nomine. Placuit „ atque convenit inter Dominus Rodald Patriarcha Sancte Aquil. Ecclesie, & inter „ Dominus Ambrosius Episcopus [1] S. Pergamensis Ecclesie; ut in Dei nomine debeat „ dare, sicut & in presenti dedit, ipse Dominus Rodald Patriarcha eidem Ambrosio „ Episcopus [2] ad ficto censum reddendum „ libellario nomine, usque ad annos viginti „ & novem [3] expletis, ocsulit [4] omnibus casis, & omnibus rebus gessitavis illis „ juris ejusdem Patriarchæ, quibus esse videntur in locas & fundas Cornobu Sonet Alegate, seu Isio Susianica, atque in valle, „ quæ dicitur Camorose, sive inter duas [5] „ fluminas pro singulis locis & vocabulis inter „ Adua & Olieum (*quæ*) habere & possidere visus est, atque [*6*] jam dictos servos „ & ancillas, in ipsis rebus habitantibus, & „ inde pertinentibus: nominative [7] illis „ casis, & omnibus rebus, servos [8] & an- „ cil-

[1] *Inter Dominum Rodald Patriarcham* . . . *& inter Dominum Ambrosium Episcopum.*

[2] *Episcopo.*

[3] *expletos.*

[4] Forte, *scilicet de omnibus casis*, *& omnibus rebus quibusvis aliis juris ejusdem Patriarchæ*, *quæ esse videntur in locis & fundis.*

[5] *duo flumina.*

[6] *atque etiam de servis & ancillis.*

[7] nominatim *de illis casis.*

[8] *servis & ancillis.*

„ S. Martini argenteos denarios bonos Medio-
„ lanenses solum quinque, aut de Venetia so-
„ lum decem: dari [8] ipsi denarium eidem
„ Domino Rodald Patriarche ejusque Succes-
„ sores, vel ad eorum Missos pro se ipse Dom-
„ nus Ambrosius Episcopus, ejusque Successo-
„ res, vel eorum Missis. Alia super imposita
„ eis non fiat. Per juramentum inter se po-
„ suerunt, ut quisquis eorum, ipsi, aut eo-
„ rum Successores, non compleverint omnia,
„ qualiter superius legitur; vel si tollere,
„ aut relaxare voluerint ante istis [9] annis
„ expletis, componat pars parti fidem [10]
„ servandi pena, argenteos denarios bonos so-
„ lum centum. Unde duo libelli una in ho-
„ ra scripti sunt. Anno Imperium [11] Do-
„ mini Otto Imperatoris undecimo, ejusdem
„ Ottoni filio [12] & similiter Imperator an.
„ Imperium ejus quinto, Mense Julii, in die
„ quintadecima. Ambrosius Episcopus a me
„ facta. Rambaldus Comes suus. Lanfredus
„ Notarius eorumdem Dominorum scripsi &
„ dedi. „

AUTOGRAPHA, quæ memorantur, *duo* hujusce locationis intra *horam* confecta egregium suppeditant argumentum, quo iterum opinatio revincitur Germonii constituentis, veterum Chartarum unum consuevisse fieri exemplum, ut inde ansam arriperet, vetustis eisdem bellum indicendi chartis, quæ in Archivis adservantur.

BERGOMENSIS Episcopus, qui *Pergamensis* dicitur usu jam recepto inter ævi medii Scriptores, nullus in Tabulis ejus Ecclesiæ hoc tempore apud Ughellum recensetur. Hunc Justus Fontaninus in *Epistola delle Masnade* collocandum admonet inter Olderi- *delle Masnade* admonuerat Fontaninus, adhuc ipsum anno 972. vitam egisse. Id minus accurate dictum videtur. Diserte testantur Tabulæ: *ante hos annos* domos & agros, qui Ambrosio Bergomati locantur, *detentos* fuisse *a Domno Luzbone Episcopo S. Cremonensis Ecclesiæ: & ante hos annos desertos* esse *ab isto Domno Luzbone Episcopo*. Quæ potius ante annum 972. vita functum indicant, vel etiam evincunt, quam luce fruentem, Liutprandum.

SEQUITUR locationis pretium animadversione dignissimum, quod solvendum injungitur *argenteis denariis bonis Mediolanensibus solum quinque, aut de Venetia solum decem*. Nummos Mediolanenses nullus dubito, compertumque habeo, comparari cum denariis, qui Reipublicæ Venetorum consulto, ac suprema auctoritate feriebantur, erantque in usu in Venetia Ducali a Regno Italiæ discreta. Henricus Dandulus, qui anno 1192. renunciatus Dux est, *primo fieri decrevit*, teste Andrea Dandulo in Chronico Libro X. Capite III. Parte V. *argenteam monetam, vulgariter dictam, Grossi Venetiani, vel Matapani, cum imagine Jesu Christi in Throno ab uno latere, & ab alio cum figura S. Marci & Ducis, valoris viginti sex parvulorum*. Verum suos etiam propriosque superioribus seculis & antiquitus nummos, denariosque habuisse Venetiam Ducalem, docet ipse Dandulus Libro VIII. Capite X. Parte XII. ubi refert, Rodulfum Regem in Diplomate *anno Regni* IV. æræ vulgaris 926. dato *declarasse Ducem Venetiarum potestatem habere fabricandi Monetam; quia ei constitit, antiquos Duces hoc continuatis temporibus perfecisse*. Facit vero Rodoaldus Patriarcha facultatem Bergomati Præsuli, ut annuam condictam

[1] *Lezo, Luizo.*
[2] *possessa, & deserta ab isto Domno Luzbone Episcopo.*
[3] *suique Successores.*
[4] *annos expletos.*
[5] *istas omnes casas, & res.*
[6] *de prædictis servis & ancillis.*
[7] *vel ejus Successorum.*
[8] *& dare ipsos denarios eidem D. Rodald Patriarche ejusque Successoribus vel eorum Missis pro se ipse D. Ambrosius Episcopus, ejusque Successores, vel eorum Missi.*
[9] *istos annos expletos.*
[10] *servanti pœnam.*
[11] *Imperii.*
[12] *ejusdem Ottonis filii & similiter Imperatoris anno Imperii ejus.*

... vulgavit hic anno M. DCC. XXXVII. dissertationem sub hoc titulo, *Spiegazione di tre antichissime Monete Veneziane*; ubi memoratos in prædictis Tabulis *Denarios de Venetia* intelligendos nummos docet, quorum usus erat in Venetia Ducali; ipsorumque denariorum, quos ex argento confectos bonis avibus non ita pridem aquisiverat, typum exhibet ac illustrat. Utroque pollice Præstantissimi Viri sententiæ subscribimus.

VIII. HISCE temporibus, quæ assecuti sumus, ac deinceps, Aquilejensi Ecclesiæ amplissima accesserunt splendoris potestatisque incrementa. Diploma prostat Ottonis I. in Italia Sacra vulgatum ex Codice Apostoli Zeni, æque litterarum peritia ac humanitate præstantissimi Viri, quo laudati *Liuprandi* Cremonensis precibus annuens Imperator, *Abbatiam de Sexto* addicit Imperio *Rodaldi Almifici Patriarchæ Aquilejensis Ecclesiæ*: eidemque largitur, tum *quidquid quidam Longobardus, nomine Rondaldus, qui prædictæ Ecclesiæ bonæ memoriæ Leonem Patriarcham interfecit, Aquileja & in omnibus finibus Forijulii possidere visus est*; tum *omnes res & proprietates Amioni, quas per Præceptorum paginas nuper de Berengario* (II) *aquisivit* Ecclesia Aquilejensis; tum etiam *quidquid ei* (Ecclesiæ) *de jure parentum obvenit* Patriarchis præcessoribus, *in supradicto Comitatu Forijulii*; necnon & *Castrum quod vocatur Farra*, & *quidquid inter flumen Liquentiam ad duas Sorores, & viam publicam* (*quam Stratam Hungarorum vocant*) *interjacet usque ad littus maris*. Quæ omnia *a suo jure*, & *dominio sequestrat* Otto Magnus, & in Patriarcharum *jus*, & *dominium omnino transfundit*.

DIPLOMA recognovit *Ambrosius Cancellarius ad vicem Auberti Episcopi & Archicancellarii*: illudque *datum* est *tertio Calendas Madii, anno Dom. Incarn.* DCCCC. XXVII. *Imperii vero Domini Ottonis Piissimi Imperatoris Cæsaris* ... *Indictione* X. *Actum Ravennæ in Dei nomine feliciter Amen*. Indictio *decima* annum Christi *967*. designat, quo mense Majo sextus in cursu erat Ottonis annus: adeoque æræ vulgaris anni vitio laborant. Archicancellarius idem in aliis Diplomatibus apud Ughellum in Tabulis Veronensibus, & Tarvisinis, re Diplomata, quæ recognoscuntur ab Italicis Archicancellariis, absente fortasse impeditoque

B Moguntino. Hujusmodi sunt, quæ jam protulimus Diplomata, ac deinceps allegabimus.

VITAM cum morte Otto I. commutavit anno *973*. die *7*. Maii. Successit Otto II. cujus Epochæ duæ distinguuntur: altera a die Natali Christi anni *967*. quo in consortium Imperii adscitus fuerat: altera a die septima Maii anni *973*. quo Patri successit. Diploma ejusdem vulgavit Venetus Italiæ Sacræ Editor, a Nicolao Madrisio Patricio Utinensi acceptum, quo idem Imperator, *Henrico Karentanorum Duce humiliter suggerente*, Rodoaldo nostro *locum* largitur, *qui nuncupatur Insula*, *quæ est sita in Histria*, *cum suis pertinentiis*: ac insuper *censum* concedit, *quem prædictæ Insulæ*

C *homines infra Civitatem Justinopolim in domibus, vel cæteris rebus Regiæ potestati atque Imperiali hactenus persolvere visi sunt*. Recognitum legimus Diploma a *Petro Cancellario ad vicem Uberti Episcopi Archicancellarii*: datumque est XV. *Kal. Maii*, *anno Dominicæ Incarnationis* DCCCC. LXXXVI. *Indictione* V. *anno vero Regni Domini Ottonis XVI. Imperii* X. actumque *in Ingilinbenn*. Ad priorem Epocham spectat *decimus* Imperii Ottonis II. annus, eratque in cursu anno Christi *977*. quem etiam definit Indictio *quinta*: unde Incarnationis annus corrigendus est.

ALIA Diplomatum fragmenta absque Chronicis notis describit Bellonus in Vitis Patriarcharum Aquilejensium. Ejusdem verba cum

D Fragmentis profero. *Sunt & hæc* (ait ille) *Ottonis ex alio Diplomate*: " Damus & concedimus Rodaldo Patriarchæ Aquilejensi & „ Successoribus suis in perpetuum omnia jura „ Ecclesiæ Aquilejensis, & ultimo specialiter „ Cortem unam, vocatam Lunas, cum centum mansis: quibus superaddimus decem mansos, pariterque montem Maniacum, & plebem S. Mauri cum sex Casalibus: quibus super jungimus sex, quæ omnia determinantur atque discernuntur infra decursum aquæ „ Celinæ, & rivi vocati Torreus, & Ecclesiæ „ Sanctæ Mariæ quæ vocatur Mercandello. „ Necnon omnes alias Cortes & plebes, quas „ Ecclesia Aquilejensis possidebat. Insuper „ lar-

„ Cortes, videlicet Cortem de Versia, & Cortem S. Viti, cum omnibus juribus, & pertinentiis ad ipsas Cortes intus & in circuitu pertinentibus. „ Vita cessit Otto II. anno 983. die 8. Decembris. In Veronensi Conventu Otto III. ante obitum Patris, Germaniæ Rex declaratus, eodem anno in Natali Domini Regiam coronam Aquisgrani accepit. Solum anno 996. adclamatus est Imperator in *solemni Pentecostes festo*, quod incidit in diem 31. Maii, ut habet Chronographus Hildensheimensis; vel *in ipsa Ascensionis festivitate* XII. *Kalendas Junii*, seu die 21. Maii, ut alii Scriptores narrant. Jam ante obierat Rodoaldus, sedebatque Aquilejæ Joannes Patriarcha anno 984. unde recensita a Bellono Diplomata ad Ottonem primum, vel secundum referri debent.

IX. AMPLIORA Ottonis II. beneficia, Rodoaldo & Ecclesiæ Aquilejensi conlata, sequens Diploma continet. Castella quinque in regione Forojuliensi regia donantur munificentia, inter quæ Utinum numeratur. Apographa plura circumferuntur. Illud profero, quod sæpe laudatus Marcus-Antonius Nicolettus habet in Vita MS. Pertoldi Patriarchæ Aquilejensis. "

„ In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. „ Otto divina favente Clementia Romanorum „ Imperator Augustus. Si Ecclesiarum Dei curam gerimus, easque dilatare studuerimus, „ nostri Imperii fastigium augmentari minime „ diffidimus. Quocirca omnibus Sanctæ Dei „ Ecclesiæ fidelibus, præsentibus, & futuris, „ notum esse volumus: quatenus [1] interventu, & petitione nostri dilecti Ducis Ottonis, „ Patriarcha Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Rodaldus nostram humiliter adiit Celsitudinem, „ deprecans quatenus nos pro Dei amore, nostræque animæ remedio, nostræ auctoritatis „ Præceptali pagina, Sanctæ Aquilejensi Ecclesiæ in honorem Beatæ Mariæ ædificare „ [2] quinque Castella ipsius Ecclesiæ [3] nominative, quæ propria ipsius Ecclesiæ sunt, „ Bugia, Fagagna, Groang [4], Udene [5], „ rios, ut homines infra hunc terminum habitantes ad nullum Placitum, & ad nullam „ districtionem eant, nisi ad Patriarchalem potentiam: nec alicui censum reddant, neque „ ullus herbaticum homo tollat: sed cuncta „ quæ infra ipsius terminum sunt, in ipsius „ potestate suorumque Successorum sint, omni contradictione & [7] diminutione penitus „ remota. Insuper etiam concedimus & confirmamus eidem Ecclesiæ, sive Patriarchis „ ibi pro tempore ordinatis prænominatum terminum cum omnibus Villis, massaritiis, terris, vineis, pratis, campis cultis & incultis, „ aquis, aquarum decursibus, molendinis, servis & ancillis, aldionibus & aldianis, seu cum „ omnibus rebus mobilibus & immobilibus, „ quæ dici vel nominari possunt. Et habeant „ potestatem in eodem loco placita custodiendi, vel quidquid eorum voluntas decreverit, faciendi. Præcipientes denique jubendo „ præcipimus, ut nullus Dux, Marchio, Episcopus, Comes, Vicecomes, nullaque nostri Regni magna, vel parva persona prædictum Patriarcham, suosque Successores de „ prænominatis finibus, sive Castris, vel quidquid in ipsis ad congruentem utilitatem eidem Patriarchæ sive Successoribus, molestare, disvestire, inquietare, vel per placitum „ fatigare, sive legali judicio audeat, vel præsumat: sed firmiter liceat eis & potenter tenere, & in eisdem locis omnem districtionem tenere omnium hominum, controversia penitus sublata. Si quis igitur hujus nostræ Authoritatis paginam violaverit, quod „ minime credimus fieri, sciat se compositurum auri purissimi libras mille: medietatem Cameræ nostræ, & medietatem prædictæ Ecclesiæ Patriarchali. Quod ut verius „ credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, sigilli nostri impressione hanc paginam propria manu corroborantes inferius „ eamdem jussimus sigillari: Signum Domini „ Ottonis secundi Serenissimi Imperatoris & „ invictissimi Augusti. Adalbertus Cancella- „ rius

[1] In alio Apogr. *qualiter*.
[2] Ibid. *ædificate*.
[3] Ibid. *nominatim confirmemus*.
[4] Apud Ughellum, qui summam Diplomatis refert, *Gruarium* legitur loco *Groangi*; ac sane perperam.
[5] Hanc vocem *Udene* omnia præferunt, quæ vidimus Apographa.
[6] Ibid. *unicuique*. [7] Ibid. *diminoratione*.

in Comitiis Vormatiensibus Otto constitutus a Patre Rex Germaniæ, coronam Aquisgrani susceperat die 26. mensis Maii; unde anno 983. *tertio Idus Junii* jam inceperat Regni annus vicesimus tertius.

FACULTATEM Rodoaldo Patriarchæ factam ædificandi, vel etiam *reædificandi* quinque prædicta Castella, Scriptores aliqui Forojulienses in MSS. ipseque Jo. Franciscus Palladius narrant. Hanc fortasse ingessere opinionem verba illa: *Nostræ auctoritatis præceptali pagina Sanctæ Aquilejensi Ecclesiæ in honorem Beatæ Mariæ ædificare quinque Castella ipsius Ecclesiæ nominative, quæ propria ipsius Ecclesiæ sunt*. Vitiatam periodum, ac sensu carentem nemo non videt: cæterum non *ædificare* legendum arbitror, sed *ædificatæ*; hoc est, *Ecclesiæ Aquilejensi in honorem Beatæ Mariæ ædificatæ* seu *constructæ*, ut alia præferunt jam prolata Diplomata, ac alia ejusdem Ottoniani Diplomatis apographa frequentius habent. Ni-

B Hinc certo colligere licet, Veronensem Marcham Ducibus Carinthiæ hoc ævo traditam.

APUD Chronographum Magdeburgensem ad Annum DCCCC. XCVI. hæc habentur. *Otto Marcam Veronensem servabat*; & Ditmarus in Chronico Libro V. ad Annum M. III. sic habet: *Otto Carentanorum Dux, & Veronensium Comes*. Num Henricus anni 977. idem sit cum Henrico anni 993. & Otto anni 983. cum Ottone anni 996. inquiri potest. Ita esse pronus conjicerem, ac Ottonem existimarem Henrici filium. Jam enim per hæc tempora usu receptum, Muratorius adnotat in Antiquitatibus Estensibus, ut Pater, ac filii honorifi- C co Ducis ac Marchionis titulo insignirentur. Henricus ergo Dux Carinthiæ Marcham regebat Aquilejensem: ipseque, & ejus filius Otto occurrunt in Diplomatibus, pro Rodoaldo Patriarcha Ottonis Regis Clementiam exorantes. Diversos aliosque si quis illos contendat, pertinacius non abnuerim.

CAPUT LIII.

De serie Patriarcharum Syrus depellitur. In Sedem Aquilejæ sufficitur Joannes quartus. Synodum provincialem Veronæ celebrat. Ottonis III. Diploma expenditur de Episcopatu Utinensi. De confictо, interpolatove eodem Diplomate conjecturæ. Alia ejusdem Diplomata. Epistolam Synodicam scribit Joannes de nupero Bambergæ Episcopatu. Synodus Aquilejensis: in qua Villam Premariaci aliaque bona & jura Patriarcha donat Præposito & Capitulo S. Stefani in Civitate Forijulii. Litem excitat contra Gradensem Patriarcham. Bambergam proficiscitur cum Henrico Imperatore, ibique sacris in officiis inservit Benedicto summo Pontifici.

I. SYRUM quemdam ex perillustri Comitum a Plejen prosapia in seriem Patriarcharum Aquilejensium invehit Volfangus Lazius Libro XII. Commentariorum Reipublicæ Romanæ Sect. VII. Cap. VII. Post enumeratos nobilissimæ familiæ Proceres, de Syro sic habet: *Hos secuti sunt, Syrus Patriarcha Aquilejensis, auctor Monasterii Beurn pro-* D *pe Salisburgum anno Domini* 978. *ratione cujus Comites hi a Pleien Patriarchatus Aquilejensis Advocati antiquitus constituti sunt ... Huc pertinet Patriarcha alter Ecclesiæ Aquilejensis, nomine Sigefridus*. Hunc Syrum idem Volfangus Sectione V. Capite VIII. collocat inter Patriarcham Hengelfredum, & Rodoaldum. Locum eidem, si quem unquam ipse tenuerit, post

Paulus Mezgerus Libro III. Historiæ Salisburgensis Capite XXVIII. apud laudatum Morocutum: quo tempore Aquilejæ sedebat Sigeardus aut Sigefridus Patriarcha. De primordiis, incrementis, ac instauratione ejusdem Cœnobii amplissime differunt Hundius, & Gewoldus Tomo II. Metropolis Salisburgensis: nec ulla mentio occurrit Syri, aut Sigeardi, aut alterius Patriarchæ, qui idem Monasterium aut erexerit, aut instauraverit.

II. REGIMEN ergo Ecclesiæ Aquilejensis, Syro depulso de Patriarcharum serie, post Rodoaldum sumpsit Joannes hujus nominis quartus. Autographum in Archivo Capituli Civitatis Forijulii adservatur Documentum, *anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo quinto decimo* confectum, in quo *tricesimus secundus Pontificatus* ejus annus numeratur. Anni duo supra triginta si retro computentur, initium habuere anno æræ vulgaris 984.

SENTENTIAM anno 995. ab ipso latam *in Comitatu Vicentino in loco, qui dicitur Villa*, profert Muratorius in Antiquitatibus Estensibus Capite XIV. Subscribit ipse *Johannes Patriarcha Missus*: notaturque sententia *anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi* CM. XCIV. *quartodecimo die, mense Februario, Indictione octava*. Julianum annum 995. intellige, quem *octava* Indictio *Februario* mensi conjuncta certo designat.

III. EODEM anno, mense Novembre, totius Provinciæ Synodum Veronæ celebravit Joannes. Integra perierunt Acta, aut in pluteis Archivorum pugnant cum tineis & blattis. Ad hanc Synodum pertinet sequens, quod exhibeo, Documentum, humanitate summa mihi traditum a Bartholomæo Campagnola, Capituli Ecclesiæ Veronensis Cancellario, & Archipresbytero Sanctæ Cæciliæ. " In nomine „ Domini nostri Jesu Christi. Anno Incarnationis ejus DCCCC. XCV. Indictione VIII. „ die vigesimo tertio mensis Novembris. Dum „ in Dei nomine Johannes Patriarcha Sanctæ „ Aquilegensis Ecclesiæ in Synodo resideret in „ rici prædicti Ecclesiarum prælibata servitia „ Episcopo hujus nostræ Ecclesiæ exhibebant. „ Idipsum etiam Presbyteri, & Diaconi prænominatæ Veronensis Ecclesiæ dixerunt. „ Tum præfatus Patriarcha videns, quod rectum & canonicum erat quod ipse Episcopus „ petebat, consultu omnium Episcoporum ac „ Sacerdotum, qui in eodem Concilio residebant, statuit ut deinceps Clerici de præfatis „ suis Titulis parati essent obedire Veronensi „ Episcopo, tam in Synodali advocatione, „ quamque & in processionis honore, seu & in „ Missarum cum ab eodem Episcopo interdi- C „ ctum solemnibus Festis noverint observatione. Verum si illis aliquid a quoquam objectum fuerit, vel si Episcopus ejusdem Sedis „ illos ad Placitum ducere voluerit, nulli suorum Clericorum potestatem illos corrigendi, „ vel distringendi tribuat: sed advocato Abbate S. Mariæ, qui pro tempore fuerit in Organo, quidquid justum & canonicum est, cum „ eo definiat. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur pro futuris temporibus, idem Patriarcha cum cæteris Episcopis, qui in eodem Concilio affuerunt, propriis manibus subscribentes, hanc „ definitionis cartam roborarunt. Ego Johannes Patriarcha consensi, & subscripsi. Ego „ Johannes Episcopus interfui & ss. Ego Sicar- D „ dus Episcopus interfui & ss. Rozzo Tervisianensis Ecclesiæ interfui Episcopus. Rainfardus Tridentinus Episcopus interfui ac ss. „ Lambertus Vicentinus interfui & ss. „ Joannes, qui post Patriarcham subscriptus legitur, *Bellunensem* regebat Ecclesiam, & Sicardus *Cenetensem*.

IV. DIPLOMA insequente anno ab Ottone III. datum profertur, quo spurium confictumque memoratur, firmaturque Diploma Carolinum, quod expendimus Capite XLIV. num. 2. ac rejecimus. Integrum describit Jo. Franciscus Palladius. Incipit vero: *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente clementia Imperator Augustus. Si Sanctæ*

stris Prædecessoribus Regibus, sive Imperatoribus præfatæ Aquilejensi Ecclesiæ collata, vel confirmata. Annuit Otto, qui *Sanctæ Aquilejensi Ecclesiæ, atque Joanni prædicto Venerabili Patriarchæ, suisque Successoribus suprascriptis* confirmat ac largitur *Episcopatus sex, unum videlicet Concordiensem, alium Utinensem, tertium illum qui apud Civitatem-novam Histriæ constitutus esse noscitur, quartum vero Ruginensem, quintum Petenensem, sextum Tarsaticensem.* Denique *tres Abbatiæ* Patriarchatus juri ac potestati adseruntur: *una scilicet S. Mariæ de Organo, alia Sextum vocata, tertia vero quæ dicitur de Valle.* Diploma recognoscit *Hernnbertus Cancellarius vice Petri Episcopi & Archicancellarii:* datumque est VI. *Kal. Jul. anno Dom. Incarnationis* DCCCC. XCVI. *Indictione* IX. *anno vero* III. *Ottonis regnantis, Imperii autem ejus primo. Actum in Plistia feliciter Amen.*

CANCELLARII munere *Heribertus* fungebatur: quod alia nos docent Diplomata eodem anno, ac sequentibus conscripta. Regni anni desiderantur, qui *tredecim* numerandi sunt. Locus dati Diplomatis ignotus. An *in Pistoria* legendum? Sic enim habet ejusdem anni Diploma apud Ughellum in Tabulis Asculanis: *Dat.* VIII. *Kal. Julii anno Dominicæ Incarnationis* DCCCC. XCVI. *Indictione* IX. *anno vero tertii Ottonis regnantis* XIII. *Imperantis vero primo. Actum in Pistoria feliciter Amen.* Itaque Chronicæ notæ, itemque Cancellarii & Archicancellarii nomina recte se habent, ac passim occurrunt in sincerissimis ejusdem Imperatoris Diplomatibus. Genuinam quoque nemo non fateatur formulam initialem, invocationem, intimationem, totamque Diplomatis texturam: at ea petitionis & concessionis pars, quæ ad *sex Episcopatus* pertinet, difficultatibus involuta cernitur, quæ facili expediri negotio haud posse videntur.

SPURIUM fictumque Diploma Carolinum memoratur, quod pravæ saltem interpolationis labe Ottonianum depravatum evincit. Tres addicuntur Joanni Patriarchæ *Episcopatus, Urinensis, Ruginensis, Tarsaticensis;* quorum in authenticis mentio nulla Monumentis. Rofundis, juribus, immunitatibus Episcopales Ecclesias, Concordiæ in Provincia Forijulii, aliarumque Civitatum in Istria hoc ævo Regum & Imperatorum munificentia cumulatas esse; nullum vero *Utinensem, Ruginensem, Tarsaticensem* occurrere Antistitem, si in illis quidem locis Sedes fuisset Episcopalis, qui suarum Ecclesiarum splendorem proveherent, & incrementa! Mirum etiam, quamplures earum Civitatum Præsules frequentius Tabulis hac ætate confectis, celebratisque Conciliis subscribentes, aliisque in Monumentis memoratos legi; nusquam vero Episcoporum *Utini, Rubigni* seu *Ruvinii*, & *Tarsatii* nomina reperiri? An Sedes illæ intra brevem annorum decursum deletæ fuerint, ac antiquatæ? Arbitror ego, proque certo habeo, Ottonianum hocce Diploma utminimum interpolatrice manu vitiatum.

V. DATAM ansam interpolationi, ac primævam genuinam quam inficiari noluerim, Diplomatis concessionem liceat assequi conjecturis. Præsto plura sunt hisce temporibus data Diplomata, quibus Reges ac Imperatores, postulantibus Metropolitanis Episcopis, Sedium Episcopalium Metropoli subjectarum confirmationem largiri consueverant; tum etiam *Regalia*, ut vocant, in eosdem Episcopatus Provinciæ concedere; atque demum Ecclesias, Xenodochia, Monasteria, pia loca cum intra, tum extra propriæ Diœceseos limites immediato Metropolitarum arbitrio subjicere. Hujusmodi juribus, ac prærogativis exornatos fuisse Patriarchas Aquilejenses, Diplomata varia evincunt, quæ protulimus. Satis est verba referre Carolomanni, quibus Valperio anno 879. confirmantur pridem concessa *Monasteria præfatæ* Aquilejensi *Ecclesiæ subjecta, Xenodochia, & Ecclesiæ Parochiales, & Tituli earum in quibuslibet pagis & territoriis infra ditionem Imperii.* Præcessorum vestigiis inhærens, postulasse videtur Joannes ab Ottone tertio id genus jurium, locorumque confirmationem: adeoque Patriarcharum juri adsertas legimus *tres Abbatias, S. Mariæ de Organo, Sextum, ac tertiam quæ dicitur Valle.* Fuerint etiam, (quod pertinacius negaverit nemo)

rum etiam *Utinensem Episcopatum* facile crediderim, in sincero autographo Diplomate non legi: ac potius *Parochiam* aut Ecclesiam haberi, fortasse *Altinensem*, quam ad ejusdem Joannis Patriarchæ *Episcopatum* seu Diœcesim pertinere, Diplomate suo sanxerit Otto. Altini Synodum celebravit Paulinus: ejusque Parœcia infra Diœceseos Aquilejensis fines tum comprehensa videtur. Eam hac ætate sibi vendicabat obtinebatque Episcopus Torcellanus: eamque ad pristina jura fortasse nitebatur Imperatoris præsidio revocare Joannes.

ATQUI vero Diplomatis textum decursu temporum, invectoque partium studio, corruptum, haud immerito conjici potest. Duæ in Istria *Ruvinii* & *Tarsatii* Parœciæ, quæ ad Episcopatum seu Diœcesim Aquilejensem pertinebant, in Episcopatus duos conversæ sunt: hisque tertius additus *Utinensis*, ut Civitatem Utini, quæ in dies magna incrementa capiebat, olim Sede Episcopali ornata ostenderetur. Nota erat compertaque Caroli Magni in Ecclesiam Aquilejensem munificentia; unde tam munifici Principis nomine insignitum Diploma prodiit, quod omni procul dubio spurium est, illudque Capite XLIV. num. 2. rejecimus.

NON parum lucis afferunt conjecturæ dissidia, quæ inter Joannem Patriarcham, & Andream Parentinum Episcopum hac ætate eruperunt. Legimus ea in Epistola Sergii IV. non II. ut Ughello placuit, anno 1010. ad ipsum Andream Parentinum data. Verba refero: "Sergius Episcopus servus Servorum Dei, „ Ven. Fratri Andreæ Episcopo Sanctæ Parentinæ Ecclesiæ, pro te & tuis Successoribus in „ perpetuum. Congruum valde namque est, „ ut ea, quæ a Prædecessoribus nostris secundum sanctorum instituta Canonum seu le„ gum concessa sive confirmata sunt, a nobis „ corroborentur & firmiter corrigantur; ut „ (*ne*) post longa annorum curricula, instigan„ te Diabolo, aliquis contra Sanctam Matrem „ Ecclesiam insurgere contra hanc nostram „ confirmationem conetur. Quapropter no„ tum nobis pluries fecisti: quod Joannes A„ potuit: eumque ad se vocare fecit, sed tem„ pore distulit. Unde ipse Sylvester Papa piæ „ memoriæ protestatus est Canonum libros, „ atque legum, in quibus præsentes Capitulos „ reperit. Hoc est, in Octuagesimo septimo „ titulo Africani Concilii: Placet, ut qui„ cumque Episcopi plebes, quas ad suam Ca„ thedram existimant pertinere, non ita re„ petant, ut causas suas, judicantibus Episco„ pis, agant; sed alio remittere meruerint, „ sive nolentibus plebibus detrimentum pa„ tiantur. Ex mundana etiam lege hoc recte „ facere posse cognovit. Nam cum de hoc „ ait Justinianus Imperator in Octavo libro In„ stitutionum: Si quis ausus, propriam rem „ occupavit; si sua est, amittat; si aliena, „ ipsam æstimationem rei reddat. Idcirco „ tanta auctoritate Sanctorum Patrum atque „ legum suffultus, privilegium tibi facere præ„ cepit, & eum paterne valere commendavit. „ Hoc ergo cognoscens, supradicta loca, idest „ Ruvinii Parochiam, & duo Castella, & Val„ lis, privilegii pagina tibi, sicut Sylvester „ Prædecessor noster confirmavit, confirmo at„ que in æternum valere præcipio.... Scri„ ptum per manus Benedicti gratia Dei No„ tarii Regionarii, & Scriniarii S. Romanæ „ Ecclesiæ, in Mense Martio, Indictione octa„ va. Bene valete. „ Menda plura Librariorum vitio irrepsere. Error est in citatione Legis inter Justiniani Institutiones. Canon 87. Africanus in Labbeana Conciliorum Collectione Tomo III. editionis Venetæ, hæc habet verba: *Item placuit, ut quicumque Episcopi plebes, quas ad suam Cathedram æstimant pertinere, non ita repetant* (al. repetierint) *ut causas suas, Episcopis judicantibus, agant; sed alio renitente* (a quo plebes illæ tenentur,) *irruerint, sive volentibus, sive nolentibus plebibus, causæ suæ detrimentum patiantur*. Itaque certo novimus, Episcopalem hoc ævo Sedem non fuisse *Ruvinii*, sed *Parochiam*, quæ de *Cathedra* seu Episcopatu Aquilejensis Ecclesiæ consensu Rodoaldi Patriarchæ detracta, Parentinæ Cathedræ subjecta fuerat. Eam invaserat Joannes cum *duobus Castellis* & *Valle*, prope-

tur fuisse; itemque illa ex Diplomate secundi Ottonis superius descripta: *Castrum Rubignum, quantum ad Episcopatum*. Hinc enim ansa data otioso Interpolatori, ut in Ottonianum Diploma, quo de agimus, *Episcopatus* inveheret *Ruginensem*, *& Tarsaticensem;* quibus addere placuit *Episcopatum Utinensem*.

HUJUSCE Diplomatis Ottoniani, quale datum actumque fuisse conjecimus, praesidio fultus Joannes, *tempore Sylvestri Papae*, hujus nominis secundi, qui Sedem Apostolicam anno *999*. conscendit, tenuitque usque ad annum 1003. *invasit Ruvinii Parochiam, necnon duo Castella, & Vallem*, veluti plebes ad suam Ecclesiae Aquilejensis Cathedram spectantes. Querelis Andreae Parentini permotus Silvester, ad restitutionem urget Joannem, operamque adhibet *Henrici* Ducis. Is est, quem Ducatum Carinthiae, ac Marcham Veronensem seu Aquilejensem tenuisse hac aetate, ostendimus Capite superiore num. 10. Privilegium denique Andreae Episcopo largitur Silvester, quo ejusdem Jurisdictioni, ac sollicitudini *Ruvinii Parochia* cum aliis locis juxta Canonum & legum statuta addicitur: idemque Privilegium ratum habet Sergius IV. qui Romanum Pontificatum anno *1009*. auspicatus fuerat.

VI. GENUINA certaque jam profero ab Ottone III. concessa Diplomata. Partem Diplomatis recitat Bellonus in ejusdem Joannis Vita; partem alteram nondum editam Florio nostro debemus. Belloniana pars sic habet apud Muratorium Tomo XVI. Scriptorum Italiae: „ Damus, & donamus cum omni jure Johanni Patriarchae & Ecclesiae Aquilejensi medietatem unius Castelli dicti Siligani, & medietatem unius villae, quae Sclavonica lingua vocatur Gorizia; necnon medietatem omnium domorum, vinearum, camporum, pascuorum, herbaticorum, placitorum, collectarum, angariarum, molendinorum, aquarum, piscationum, silvarum, pabulaticorum, venationum; necnon omnium rerum, quas in illis locis Saligani & Goritiae, vel in finibus locorum quae sunt inter Hontium (*Sontium fluvium*) & Vipacum & „ sive Scusatis de montanis in herba venientibus per Ficariam & Petram fictam, necnon per Clusam de Aventione, vel ubicumque transeuntibus exigere solebant, nullam sibi vel juri suo partem penitus reservando. „ Hactenus apud Bellonum. Reliqua sunt: *Sed volumus atque firmiter jubemus, ut Ven. Patriarcha Johannes, suique Successores omnia, quae superius data sunt, propriis temporibus ad suae Sedis utilitatem teneat, omniumque hominum contradictione remota possideat. Si quis autem hujus nostri Imperialis praecepti donationem inquietare vel infringere temptaverit, sciat se incursurum auri puri libras mille: medietas Curiae nostrae, & medietas praefatae Sedi. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria corroboramus, Sigillo nostro atque bulla subter jussimus sigillari, atque insigniri. Signum Ottonis tertii invictissimi Caesaris. Henribertus Cancellarius in vicem Petri Cumani Episcopi Archicancellarii recognovit. Datum autem quarto Calen. Maii, anno Dominicae Incarnationis Millesimo primo, Indictione .... anno tertii Ottonis Regnantis* XVII. *Imperii vero ejus* V. *Actum Ravennae feliciter Amen.*

REGNI annus vitio laborat, si retineri annus aerae Christianae *millesimus primus* debeat. Quintus annus Imperii anno Millesimo inceperat die 21. aut 31. Maii: dieque praedicta 28. Aprilis anni insequentis 1001. in cursu erat. Nomen *Goritiae*, ex quo Goritiani Comites appellati sunt, discimus recens esse, & a Sclavis impositum. An ergo vetustum loci nomen *Noreja?* Diffident Geographi. Idem *Aventio* est, ac Oppidum vulgo dictum *Ventionum:* notaeque sunt *Clusae*, quae Carinthiis, aliisque Germaniae populis aditum cludunt. Medietatem locorum ac jurium, quae recensita sunt, Joanni Patriarchae largitus fuerat Otto: ipsorumque medietate altera, eodem largiente Imperatore, potiebatur Varientus *comes comitatus Forijulii*. Utriusque, Patriarchae, & Comitis, jura confirmant Judices, cum Ottone Duce, Marchae Veronensi praefecto, sententiam Veronae ferentes. Ex autographo pene vetustate consumpto, quae pauca sequuntur,

„ dus, Warimbertus..... Inque eorum veniens præsentia Vuerihen. Comes Comitatus Forojulii: & ostensit sibi præceptum unum.... Sicut hic subter legitur. „ *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Ho..... tam præsentium quam futurorum noverit universitas: quod nos interventu Hottonis nostri..... hen Comiti dedimus medietatem prædii, quod Johanni Venerabili Patriarchæ Aquilejensi contulimus, Silkano, Gorizia.... pacum. donamus quidem memorato Vueriben. medietatem... agrorum, camporum, pascuorum, silvarum, venacionum.... viarum & inviarum, & situum, & redituum, tam quæsitorum, quam inquirendorum..... violare vel quorumpere voluerit, pœna centum libras auri: medietatem.... nostræ, medietatem supradicto Vuereben. Quod ut verius credatur, & firmius observetur, hanc paginam..... roborantes sigillari jussimus. Signum Domini Hottonis.... toris Romanorum Augusti. Data Sexto... anno Dominicæ Incarnationis...... quintadecima, anno tertii Hottouis regnan.* XVII. *Imperii sui... Actum Papiæ.... interrogatus est ipse Vueriben. Comes, per quod præceptum ipsum ostendere condixit. Vere ideo præceptum.... vestris ostensi præsenci.....*

NOTÆ Chronicæ desiderantur præter annum Ottonis regnantis, quem oculis exhibent XVII. evanescentes litteræ, anno æræ vulgaris millesimo expletum mense Decembri. Verba illa *quintadecima* ad Indictionem pertinere videntur. Incepit ea post Septembrem anni 1001. unde regnantis Ottonis annus XVIII. in Diplomate scriptus fuerit. Comitem, quem *Vueriben* nominatum legimus, eumdem puto cum *Variento*, qui occurrit in fragmento Diplomatis a Conrado Imperatore anno 1028. ad Poponem Patriarcham dati. Vocatur *Comes Comitatus Forojulii*. Postquam enim Forojuliensis Marcha nuncupari cœpit Veronensis, addictaque fuit Ducum Carinthiæ præfecturæ; simplices *Comites* habuit Civitas, ac Provincia Forijulii. Idem fortasse fuerit, qui & *Hueribent*, *Vvueibent*, *ac Vveribent*, *Histriensium Comes* appellatur, legiturque in Monumento

B perialem a Benedicto VIII. suscepit Henricus anno 1014. die 14. Februarii: & anno insequente vitam cum Regno amisit Ardoinus.

ANNO 1007. postulante Henrico adhuc Rege, Ecclesia Bambergensis, annuente Joanne XVIII. Romano Pontifice, in Episcopalem Sedem erecta fuerat. Quamplures in Synodo Francofurti habita, consensu unanimi, laudarunt Episcopi privilegium, suisque corroboravere subscriptionibus. Tulit quoque suffragium Joannes noster, licet absens, cum Episcopis Provinciæ. Id nos docet ejusdem Epistola, quam refert Auctor Vitæ S. Henrici Capite XIV. inter Scriptores Rerum Episcopatus Bambergensis a Jo. Petro Ludewigo collectos

C editosque. Inscriptionem Epistolæ refero: *Beatissimo Domino, & sincera caritate diligendo, Heinrico Sanctæ Vvirceburgensis Ecclesiæ Episcopo Venerabili, Joannes Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha cum omnibus suæ Diœceseos Episcopis, Fraternam dilectionem in eo qui prior dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis, Jesu Christo Domino nostro.* Inter alia Patriarchæ verba, quæ sequuntur, accipe: "Audi- „ vimus, quod Dominus noster Heinricus, „ gloriosissimus & invictissimus, Rex, divina „ sibi inspirante gratia, ex suis prædiis & pa- „ terna hereditate, in loco, qui dicitur Ba- „ benberc, Episcopatum in honore Beatissimi „ Petri Apostolorum Principis constituerit; &

D „ commutatione facta digne & legaliter cum „ Ecclesia vestra, partem quamdam ex ejus „ Diœcesi aquisivit: atque hoc concambium „ Apostolicæ Sedis privilegio corroboravit. „ Quod quidem eximium & laudabile opus, „ & ejus dignissimam liberalitatem, & vestram „ caritatem satis egregie prædicabilem com- „ mendat; cum & suum est per operationem, „ & vestrum sit per dilectionem. „ Definit in hæc verba: *Nos autem cum omnibus nostræ Diœceseos Episcopis hoc divinum opus in commune laudamus, atque in eo juste consentientes, & subter conscribentes in perpetuum valere confirmamus.* Hinc Synodum Provincialem a Joanne celebratam, liquido patet.

BAMBERGÆ diversabatur ille anno 1012. cum

Joannis Privilegio, quo Villam Premariaci, aliaque bona & jura Præposito & Canonicis Divi Stephani in Civitate Forijulii largitur. Tabulas edere placet ex Capitulari ejusdem loci Archivo : " In Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Regnante D. Henrico Romanorum Imperatore Augusto, anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo quinto decimo, Indictione tertiadecima. Johannes licet indignus Patriarcha. Si laudis tuæ, Beata Maria Virgo Genitrix Domini, usibus aliqua servitura conquiro, tuum tibi reddo, non meum dono. Nihil enim mihi sine te meum; per quam, & a qua ipsum, quo fruor, habeo post Deum: cui multiplicium beneficiorum copiam nullatenus possum recompensare dignissimam. Tamen ne cuncta tua prorsus in vanum sumpsisse comperiar, aliquid assidue tuo famulamini manendum aggrediar. Regens igitur per tricesimum secundum (*annum*) Pontificatus tui Cathedram, totiusque gregis curam gerens, nullumque subditorum periclitari volens, sancta statuta Synodo, mores & acta Prædecessorum Antistitum inquisivi, si cujus forte incuria tuarum omnium Ecclesiarum funditus forent Canonicæ destitutæ. Cumque, multis referentibus vitam priorem, alterius digna facta laudantibus, alterius perpetrata flagitia suspirantibus, qualiter cuncta destructa esse didicerim, mox Deo inspirante, Civium & Suburbanorum Consilio statui: & si omnia non possunt, vel unum ex multis in tuo nomine recuperari. Unde præsentibus Episcopis, Clericis, & Laicis; ipsisque multum cogentibus, atque precantibus, volo atque constituo in tua sancta Ecclesia deinceps sub Canonicali jure servituris, quibus necessaria victus ac vestitus distributa, partim de tuo hactenus in nostrum usum sumpto, partim aliunde aquisito, vel jam nunc aquirendo. In primis igitur dono tibi Moronto Præposito, tuisque Successoribus, necnon omnibus Sancti Stephani Canonicis, habitantibus in Civitate Forojulii, Decaniam in loco qui dicitur Lanc, & alteram in loco qui dicitur Fuseia, & montem qui vocatur Onuf, & Decimam de Villa quæ vocatur

Canonicam miserunt. Hæc autem supradicta loca concedimus, largimur, donamus, & a nostra potestate & dominio & parte transfundimus & delegamus in jus & proprietatem Canonicæ S. Stephani, & omnibus futuris Præpositis, atque ipsius Ecclesiæ Canonicis, ut habeant licentiam & potestatem de omnibus supradictis ad investiendum, tenendum, collocandum, ac commutandum, & quidquid illis ad utilitatem illorum placuerit faciendum; videlicet cum placitis, & districtionibus, collectis, & angariis, fotro, & suffragiis, cum omnibus famulis in supradictis locis manentibus, & liberis similiter hominibus, cum eorum massariciis, vineis, pratis, terris cultis & incultis, montanis & planis, aquis aquarumve decursibus, molendinis, herbaticis, atque pabulaticis, necnon gematicis, sive eorum amesser, & de omnium supradictorum locorum districtu, seu cum omnibus suis pertinentiis, atque publicis functionibus, quæ nostri Antecessores vel nos tenuerimus. De his vero omnibus supradictis, excommunicantes a Dei parte, & Sanctæ Mariæ, & omnium Sanctorum anathematizamus, ut nullus noster Successor, Vicedominus, Advocatus, Gastaldio, Sculdasio, nullusque Episcopii miles ipsam Canonicam inquietare, molestare, aut de his omnibus disvestire præsumat. Sed Præpositus licentiam de omnibus habeat & ordinare, & suum quem elegerit, Advocatum, judicem ponere, & habere. Verum ne livor antiqui hostis aut me, quem tantus amor huic operi nunc constringit, aut meos Successores aliquando instiget, quo a dominio & potestate Præpositi & Canonicorum aliquo in tempore supradicta dona aquisita & aquirenda subtrahere velimus, laudantibus & clamantibus Clericis, & Laicis, maledictionem imponimus, ut si quis Diaboli calliditate deceptus hanc Ordinationem infringere temptaverit, & aquisita vel aquirenda minorare vel tollere temptaverit, anathematis irretiatur vinculis, & cum Juda Domini traditore æternis crucietur incendiis, super quem terra os suum aperiat, & eum sicut Dathan & Abyron sorbeat: ut in

„ judi-

„ visiensis Episcopus, Azo Civitatis-Novæ E-
„ piscopus, Mayo Concordiensis Episcopus, B
„ Stephanus Petenensis Episcopus, dixerunt:
„ Si quis hanc institutionem infringere tem-
„ ptaverit, anathema sit. Et clamaverunt
„ omnes: fiat, fiat, fiat.

SYNODI prædictæ, quam Aquilejæ celebravit Joannes, præcipuam verba illa causam declarant: *Totiusque gregis curam gerens, nullumque subditorum periclitari volens, Sancta statuta Synodo mores & acta Prædecessorum Antistitum inquisivi, si cujus forte incuria tuarum* (Virginem Deiparam alloquitur Patriarcha) *omnium Ecclesiarum funditus forent Canonicæ destitutæ*. Aliorum commendatione digna inventa fuere gesta, aliorum desidia improbata. Itaque indemnitati consulendum censet Joannes *Canonicarum*, quæ Canonicorum collegia intelliguntur, vel ipsæ Ecclesiæ Collegiatæ, ut vocant: amplissimoque privilegio Canonica S. Stefani *in Civitate Forijulii* cumulatur. Eam *Morontus Præpositus* regebat. Opportuna est Ludovici Thomasini De Disciplina Parte I. Libro III. Capite LXVI. animadversio: Præpositos a primæva origine fuisse claustris Monachorum sub Abbate præfectos: eaque ratione Præpositos quoque dictos Congregationum Clericalium principes & Duces sub Episcopis, postquam illæ se ad Monasteriorum formam effinxere, communemque vitam amplexatæ sunt. Hujusmodi erat S. Stefani Præpositura.

HANC vero collocat Jo. Franciscus Palladius *extra mœnia Aquilejæ*. Lapsum ejus nitidissima verba illa patefaciunt, quæ Joannes habet: *Dono tibi Moronto Præposito, tuisque successoribus, necnon omnibus S. Stefani Canonicis, habitantibus in Civitate Forijulii*. In hac Civitate, postmodum *Austria* appellata, hodieque existit Ecclesia sub titulo Sancti Stephani: prædictamque Præposituram, quæ in eadem vigebat, a successoribus Patriarchis ad Majorem nomine S. Mariæ Ecclesiam translatam, dicemus Capite LXV. nu. 2. Hanc eamdem intelligi debere Civitatem, evincunt *Decimæ* Præposito conlatæ *de Porta Pontis, & de Porta S. Petri*, quæ ad Civitatem Austriam pertinent.

Petenensibus recenseri debet *Stefanus*. Certo definiuntur tempora *Azzonis* Civitatis-novæ in Istria, quem post annum 1029. sedisse putavit Ughellus. De eodem Antistite sequente Capite agendum nu. 6. Episcopus Concordiæ, non *Crescentius Majus* appellatur, ut in Veneta Italiæ Sacræ Editione, sed *Mayo* aut Majus duntaxat: quo etiam nomine in Synodo Romana vocatum, dicemus Capite LV. num. 1. Tarvisini *Almerici* ætas certo constituitur Monumenti nostri auctoritate: itemque Sedis tempora patent *Lodoici* Bellunensis, *Ricolphi* Tergestini, *Richiri* Feltrensis, & *Bertholdi* Polensis.

ANTIQUITAS demum Ecclesiæ S. Stephani, ac ibi vigentis Præposituræ in Civitate Forijulii perspicue patet; cum eam *Canonicam* non solum Joannes, verum etiam *Antecessores* Patriarchæ, necnon *boni Comites*, aliique plurimis beneficiis juribusque conlatis cumulaverint. Qui vero *boni Comites* memorantur, illos intelligo qui, Ducis & Marchionis sede alio translata, Civitatem Forijulii regebant, dicebanturque *Comites Comitatus Forojuliensis*, de quibus inferius nobis agendum.

IX. VITAM agebat Joannes anno 1017. quo ipsum Diplomati Henrici Imperatoris pro *Abbatia S. Petri de Piro* subscriptum legimus. Diploma refert Ughellus Tomo X. Venetæ Editionis in Addendis & Corrigendis.

MOVIT etiam Ecclesiæ Gradensis negotium, quod post Luponem Patriarcham ab eoque scriptam transactionem, intactum jacebat. Hanc ipse litem excitasse dicitur in Chronico Aquilejensi. Verba sunt: *Adversus quemdam Ursonem, qui se Patriarcham Gradensem dicebat, coram B. Henrico Imperatore, cujus uxor fuit S. Cunegundis virgo, de Gradu plebe sua etiam reclamavit*. Initam ab Ursone Sedem statuit Ughellus anno 1012. Dandulus in Chronico Libro IX. Capite II. post *annum nonum* Ottonis Venetorum Ducis narrat, Ursum vel Ursonem, fratrem ejus, in Sedem Gradensem conscendisse. Otto, eodem Chronista teste, insignia Principis anno 1009. obtinuit; unde *nonus* ejusdem annus in annum Christi 1018. incidit. Hoc igitur tempore, si Danduli se-

li se-

Popo succedit, dictus etiam Vvolffgangus. Duces Carinthiæ, Marchionesve Veronenses: quibus Istria paret. Causam agit Popo contra Adalberonem Carinthiæ Ducem. Privilegiorum Diplomata. Facta Poponi facultas cudendæ Monetæ. Alia Poponis gesta. Novis augetur privilegiis, juribusque Ecclesia Aquilejensis.

I. JOANNEM excepit Popo. Regimen iste B Ecclesiæ Aquilejensis anno 1021. tenebat; sedit namque in Judicio cum Henrico Imperatore, in causa Monachorum S. Zenonis adversus Rambaldum Tarvisii Comitem, Veronæ habito *anno* ejusdem Henrici *Imperatoris, in Italia octavo, sexto die Mensis Decembris, Indictione quinta*. Monumentum habes apud Muratorium in Antiquitatibus Estensibus. Annum Christi 1021. designat *octavus* Imperii annus: currebatque Indictio *quinta* a Septembri Mense. Ejusdem *Poponis Patriarchæ Aquilejensis* mentio habetur in Constitutione Benedicti VIII. Tomo I. Bullarii Cassinensis num. VI. qua declaratur, in Monte Cassino quiescere sacra Divi Benedicti lipsana. Data est *anno ab Incarnatione Domini* M. XXIII. *Pontificatus vero D. Benedicti Papæ VIII. Sedis anno* XII. *Imperii D. Henrici Imperatoris Romanorum* X. *Indictione* VI. *Mense Julii die* XXVIII.

TABULÆ prostant apud Ughellum amplissimæ donationis Aquilejensi Canonicorum Collegio factæ, *anno Dominicæ Incarnationis* M. XXXI. *Indictione* XIV. *tertio Idus Julii* ..... *Pontificatus ejusdem D. Poponis* XV. Typographi mendo postremus numerus laborat. Annum *duodecimum* Poponis reponendum, Venetus Editor adnotavit, nosque post Monumenti inspectionem certiores fecit diligentissimus Florius. Jamvero *duodecim* Sedis Poponis anni ducuntur ab anno Christi 1019. quo Joannem decessorem vita migrasse, ejusque in locum suffectum Poponem post Martium mensem, & ante Julium, satis evincitur. Eamdem initæ Sedis epocham confirmant anni *duo supra viginti* Pontificatus Poponis, cum anno Christi *millesimo quadragesimo primo* in Tabulis donationis colligati, quæ in Gynæceo Sanctimonialium Aquilejensium nobilissimo adservantur. Monumentum utrumque Capite sequente ad examen vocabimus.

INSIGNITUM *Vvolffgangi* nomine Poponem legimus in Vita S. Meinwerci, Episcopi Paderbonensis apud Continuatores Bollandi ad Diem V. Junii. Hæc habentur Capite XIV. num. 105. *Rege autem* (Conrado) *in Longobardia manente, Vvolffgangus Patriarcha Aquilegiensis ei obviam venit: imprecatusque novo Regi prospera, Episcopum Meinvvercum consanguineum suum salutavit. Episcopo autem ad constructionem Monasteriorum suorum reliquias Sanctorum expetente, Patriarcha gratanter annuit:* C *& Corpus S. Felicis, qui sub Diocletiano Imperatore, Heronio præside, cum Hilario Episcopo & Tatiano Diacono, post equuleum & alia tormenta, cum Largo & Dionysio martyrium consummavit, postmodum misit*. Missumque *a Vvolffgango Patriarcha Aquilegiensi Corpus Sancti Felicis cum duobus palliis*, ejusdem Vitæ Auctor Capite XV. num. 111. narrat. Henricus Imperator anno 1024. vita functus est: Regnumque Germaniæ eodem anno capessivit Conradus *in Die Nativitatis Sanctæ Mariæ*: coronam vero Imperialem Romæ accepit anno 1027. *in Die Sancto Paschæ*, seu die 26. Martii. Ad hunc annum pertinent, quæ retulimus ex Auctore Vitæ S. Meinwerci.

D DISCRIMEN hoc loco animadverte numeralis notæ, qua prædictos Henricum, & Conradum, eiusdemque nominis successores insigniunt Itali, & Germani. Præcavendæ confusionis causa refero, quæ Paulus Langius adnotat in Chronico Citizensi apud Pistorium Tomo I. Rerum Germanicarum, ad Annum M. XIV. *Henricus iste* (dictus *Claudus*, sanctitate celebris, quem commemoravimus) *primus appellatur ab Historicis Italis. Ipse tamen se-*

non Imperium. Hac de re uberius agit Godefridus Abbas Gotwicensis Tomo I. Prodromi ad Chronicon Gotwicense in Henrico, quem ille secundum, nos primum numeramus Imperatorem.

REGIAM Meinwerci stirpem exhibet Auctor Vitæ, ac illustrat in Notis Daniel Papebrochius. Hinc Poponis, qui cum ipso *consanguinitate* junctus erat, illustris prosapia colligitur. Scribit Ughellus, & Papebrochius in citatis Notis ultro consentit, ipsum sub Henrico Sanctissimo Imperatore Cancellarii munere functum esse. Plures, quot invenire potuit, numerat laudatus Abbas Gotwicensis Cancellarios, Teutonicos, Italicosque, eidem inservientes in Subscriptione Diplomatum Imperatori: neque memorat Poponem, aut alio nomine appellatum Wolffgangum.

II. SERIEM subjicio Ducum Carinthiæ, qui simul Veronensem, aut Forojuliensem Marcham regebant, habueruntque negotia cum Popone. Post Ducem Ottonem, de quo egimus Capite LII. num. 9. tenuit Carinthiæ Ducatum cum Marcha Veronensi Conradus: eique successit in dignitatem & præfecturam Adalbero, seu Adalpertus. Hermannus Contractus apud Pistorium ad Annum M. XII. sic habet: *Conradus Dux Carentani, filius Ottonis Ducis, fraterque Brunonis dudum Papæ* (Gregorii V. anno 996. electi) *obiit: & privato filio ejus puero Conrado, Adalbero Ducatum accepit*. Sententiam profert Muratorius in Antiquitatibus Estensibus Capite XI. latam Veronæ anno 1013. in qua primas agit partes *Adalperio Dux istius Marchæ* (Veronensis.)

SUCCESSORES Duces, Marchionesve recenset idem Contractus. *Anno* M. XXXV. *Adalbero, Dux Carentani, & Istriæ, amissa Imperatoris* (Conradi I.) *gratia, Ducatu quoque privatus est*. M. XXXVI. *Conradus, patruelis Imperatoris, Patris sui Conradi Ducatum in Carentano, & in Istria, quem Adalbero habuerat, ab Imperatore* (Conrado) *suscepit* M. XXXIX. *Conradus, Dux Carentani, & Adalbero æmulus ejus, qui ante eum Ducatum eum-*

Carinthiæ paruisse.

III. INTER Duces prædictos, ac Patriarchas dissidia emerserant. Ægre ferebant illi, ut puto, Marcham Forojuliensem in dies imminui tot amplissimis fundorum locorumque largitionibus, queis Aquilejensis Ecclesia cumulabatur. Adhuc vero jus sibi vendicabant tributorum in eisdem locis; tum *Fodri*, hoc est annonæ militaris, quæ ad victum militum, vel equorum præstabatur; tum *Angariarum*, seu onerum, quæ agris & personis imponebantur; tum *functionum publicarum*, aliorum nempe id genus tributorum, & exsolutionum.

C LITEM propterea movit egitque Popo adversus Adalpertum seu Adalberonem, Ducem Carinthiæ, & Marchæ præsidem, coram Imperatore Conrado: proque votis, juribusque Patriarchæ sententia lata est. Judicii, quod Veronæ habuit Imperator, Tabulas refero."

„ In Nomine Domini. In Veronense Comitatu in Laubia S. Zenonis solarii, & in judicio „ resideret Dominus Chonradus, gratia Dei „ Imperator Augustus, una cum filio suo Henrico ad faciendas singulis hominibus justitias, „ & ad deliberandas intentiones. Aderant cum „ eis Popo Archiepiscopus Treverensis, & Ucellinus Transburgensis, & Bruno Augustensis, & Mequardus de Podeybrun, Wermundus „ Episcopus Constantiensis, Vudelricus Tridentinus, & Rocerius Tarvisanus, Albunianus D „ Bellunensis, & Regico Feltrensis, & Helmengorus Cenetensis ... Dei Episcopi: Ugo Marchio, Agizardus Comes, & Pipo Comes, & „ Arduicus Comes, Megenardus Comes, Orecherio Comes, Joannes Comes, Magifredus Comes, & Regimbaldus Comes: Bevorafaldus .... Arpo, Bernardus, Albertus, „ Remego, Isoledo, Rozzo, & Maldipsi, Arnaldus, Judices Sacri Palatii: Atilinus de „ Turre & Uberto germani, Lucifredus & Popo & Gualterus germani, Hermerardus, Harduinus, Regembaldus filius cujusdam Dionis, Aco, Globo germani, Joannes & Pagandulus & Alderinus germani & filii Oderlia, Azo filius Varienti, & reliqui. Ibique „ in

„ in panem, & vinum, carnes, & annonam,
„ & alias angarias, & functiones publicas sibi B
„ dare deberent. Ad hoc respondit D. Popo
„ Patriarcha, & Advocatus ejus Walpertus,
„ hoc verum non esse, quod de Curtis, & de
„ omnibus supradictis rebus fodrum, aut quid-
„ quam horum, quæ prædixerat, dare debe-
„ ret Ducibus, vel Marchionibus, aut Comi-
„ tibus, Sculdasiis, vel Decanis, sive Salta-
„ riis. Tunc veniens supradictus Walpertus
„ Advocatus, ibique per judicium cum quatuor
„ Sacramentalibus, quorum nomina Varien-
„ tus, Ubertus, & Tubertus, necnon & Bo-
„ no, ipsius Sanctæ Ecclesiæ Milites, qui ita
„ juraverunt: De Cortis, & de Castris, Vil-
„ lis, & de omnibus supra ipsius S. Aquilegien-
„ sis Ecclesiæ pertinentias habitantibus, tam C
„ per servos, quam per liberos, quod neque
„ Ducibus, neque Marchionibus, nec Comi-
„ tibus, nec Sculdasiis, Decanis, neque Sal-
„ tariis per legem nec fodrum, nec functiones,
„ nec quidquam de supradictis rebus pertinere,
„ nec ullam pignerationem facere ibidem de-
„ berent. Et retulit ipse Dominus Patriarcha
„ cum Walperto Advocato suo: quod habe-
„ mus, & detinemus ex parte S. Mariæ & S. Her-
„ macoræ Aquilegiensis Ecclesiæ Cortes, Ca-
„ stella, Villas, Massaricias, & omnia in om-
„ nibus ipsius Ecclesiæ pertinentiis habitanti-
„ bus: & si quilibet homo adversum nos, &
„ adversum Aquilegiensem Ecclesiam inde ali-
„ quid dicere vult, parati sumus inde stare in
„ ratione cum eo, & legitime finire. Et quod D
„ plus est, quærimus, dicat D. Adalperto Dux
„ una cum Comite Vezellino Advocato suo,
„ si de Cortis, sive Castellis, vel de Villis, aut
„ de aliis S. Aquilegiensis Ecclesiæ viris, aut
„ per fodrum, aut per ullum superius dictum
„ Gasorium, ulterius dicere, aut inquietare
„ vult, aut non? Ad hæc responderunt Adal-
„ perto Dux, & Comes Vezellinus ejus Advo-
„ catus: quod dignum & justum est dicimus,
„ & firmiter laudamus, quod de Cortis, Ca-
„ stris, Casis, Massariciis, & de S. Mariæ
„ Sanctique Hermacoræ pertinentiis, & in
„ ipsis pertinentiis habitantibus, tam de ser-
„ vis, quam de liberis, nec Nobis, nec aliis
„ tra quemquam alium aliquid dicere, vel in-
„ quietare præsumpserint de his prænominatis
„ rebus. Et deinde taciti, & contenti perma-
„ neant omni tempore. Et si aliquæ summis-
„ sæ personæ contra hoc ire temptaverint, to-
„ tidem componant, tacitique permaneant.
„ Cum hoc ita definitum est, justum fore om-
„ nibus suprascriptis Auditoribus visum est.
„ Judicaverunt quoque, ut juxta ejusdem D.
„ Poponis Patriarchæ, & Walperti Aquilegien-
„ sis Ecclesiæ Advocati, necnon Adalpertonis
„ Ducis, vel Vicellini Comitis ejus Ducatus
„ Advocati, professionem & manifestationem,
„ amodo in antea D. Patriarcha cum Walper-
„ to Advocato suo ipsas Cortes, cum Casis, &
„ Castris, seu Villis, & Massariciis, & cum
„ omnibus in ejusdem Ecclesiæ pertinentiis ha-
„ bitantibus, tam liberis, quam servis, cum
„ fodro, & cum omni præscripto de parte A-
„ dalpertonis Ducis, & Comitis Vecellini Ad-
„ vocati sui, sine omni inquisitione habere,
„ & detinere debent: & ipse Adalperto Dux
„ cum Wecellino Comite Advocato suo promi-
„ serit, se omni tempore exinde tacitos & con-
„ tentos permanere. Taliter hæc causa finita
„ est: & qualiter acta est, supra notitia opti-
„ me demonstrat. Ego quidem Arnoldus No-
„ tarius, & judex Sacri Palatii, jussione sua
„ prædicti Imperatoris & judicum, a motione
„ hanc Chartam scripsi, & interfui anno ejus-
„ dem Domini Conradi gratia Dei Imperato-
„ ris Augusti in Italia primo, XIII. Kal. Ju-
„ nii, Indictione decima. „ Quæ notæ Chro-
nicæ annum Christi 1027. designant.

ALLATI Documenti fide Ughellianæ Ecclesiarum Italicarum Tabulæ emendari, ac illustrari possunt. Tarvisinus Antistes, quem Rotharim, aut Rothirim vocat Ughellus, dicitur *Rocerius* in hisce Tabulis. Non comparet *Albunianus* inter Bellunenses, quorum series hæc est apud eumdem Ughellum: *Hermefredus* usque ad annum 1026. *Odelbertus* usque ad 1030. *Hermanus* deinde, seu Ezimanus. Feltrensis *Regico* alio nomine appellatur Rigizo: & *Helmengorus* Cenetensis pariter Ermingerius, & Elmingerus.

REI veritatem, quam Popo protulerat, emis-

tus: eique adjunctos legimus quatuor alios, qui *Sacramentales* appellantur. Apud Cangium in Glossario nuncupatos quoque legimus *Sacramentarios*, *consacramentales*, *juratores*, *conjuratores*. Tributorum oneribus, quorum solutionem sibi Duces Carinthiæ vendicabant, immunes declarantur Aquilejenses Patriarchæ; quin eadem ullus imposterum exigere Dux audeat, Marchio, Comes, *Sculdasius* seu judex inferior, *Decanus* seu judex minor, & *Saltarius* seu *Saltuarius*, idest prædiorum ac finium Custos.

IV. Adsertis vindicatisque Patriarcharum juribus, novis deinceps Aquilejensis Ecclesia largitionibus ditata est. Conradi Diplomatis fragmentum refert Bellonus, datumque testatur anno æræ vulgaris 1028. quo " Concedimus (*inquit Imperator*) & perpetuo damus Poponi Patriarchæ & Aquilejensi Ecclesiæ quamdam Sylvam in Pago Forojulii in Comitatu Varienti Comitis, incipiendo a flumine Sontii usque ad mare; & sic subtus stratam, quæ vulgo dicitur Ungarorum, usque in illum locum, ubi fluvius Flumen nascitur; & ita deorsum per flumen usque ad terminum, qui est inter prædium Ocini hospitis, quod vocatur Corris Naon; & inter prædium Sancti Sexti Albanæ, & usque flumen Medunæ secus ejus decursum usque ad flumen Liquentiæ, & usque ad Liquentiæ introitum in mare. Ita quod nemo in cætero in dicto Foresto & sylva absque licentia dicti Patriarchæ & Successorum suorum habeat potestatem.,,

C

Integrum Apographum pro summa humanitate conspiciendum, exscribendumque tradidit Sigismundus Comes de Attemps, bonis musis egregie addictus. Scatet ipsum mendis, prædictoque ex Fragmento emendari potest: sed ipsum quoque Fragmentum ex Apographo corrigitur, & illustratur. " In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Conradus divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus. Noverit omnium nostri Fidelium

scopi, & ejus fratris Verzelini, necnon Comitis Friderici, Joannis Comitis, & ejus fratris Joannis, Joannis filii Valerii, Ragurasidi, Ugonis, Adalgerii & ejus fratris Agonis & cæterorum, qui amodo per ejus voluntatem suorumque successorum idipsum collaudare voluerunt, potestati concessimus, eamdemque .... nostri districtus circumvallavimus. Hoc nostro præcepto interdicentes, ut nemo ulterius in dicto Foresto, absque prælibati Patriarchæ ejusque Successorum licentia habeant potestatem venandi, sagittandi, aut laqueos vel retia vel compedes ponendi, aut ullo ingenio feras decipiendi, quæ merito sub jure banni continentur. Si autem hujus nostræ jussionis temerarie transgressor extiterit, sciat se compositurum centum libras auri: medietatem Cameræ nostræ, & medietatem dicto Patriarchæ ejusque successoribus. Et hoc ut verius credatur, diligentiusque per futura.... observetur, hanc paginam inde conscriptam manu propria subtus bulla nostra jussimus sigillari. Signum Domini Conradi Invictissimi Romanorum Imperatoris Augusti. Bruno Cancellarius vice Arbonis Archicancellarii recognovit. Datum VI. Idus Octobris, indictione undecima, anno Dominicæ Incarnationis Millesimo vigesimo nono, anno autem Domini Conradi II. Regni quinto..... II. Actum Peolidæ feliciter Amen.

D

Vitio laborant verba illa, *In Comitatu Goritiensis Comitis*. Lege, *In Comitatu Varienti Comitis*. De Variento, aliisque Forijulii Comitibus inferius agendum. Illa quoque vitiata sunt, *Incipientem a flumine Isontio*. Repone, *Incipiendo a flumine Sontii;* exulat enim a Diplomatibus hujus ævi *Isontii* vox. Quæ sequuntur omnino corrupta sunt: eademque, ut in Fragmento, restitui debent. In ejusdem Fragmenti verbis, *Sancti Sexti Albanæ*, cubat error: ac fortasse legendum, *Sanctæ Sextensis Abbatiæ*. Habes vero in hac Diplomatis parte, unde proprios Forojuliensis Duca-

burgensis, in eam dignitatem Luitolfo suffectus anno 1043. An idem fuerit Vezelinus, frater Dietmari? Chronicæ demum notæ non cohærent. Regni annus *quintus*, & Indictio *undecima* annum Incarnationis 1028. definiunt. Nota numeralis II. quæ apparet, ad Imperium pertinet, eidemque Christi anno convenit. Vitiatum quoque dati Diplomatis locum nemo non videt.

V. Facta quoque Poponi præcedente Septembri Mense facultas, nummos percutiendi. Authenticum exemplum Utini in Archivo Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Majoris adservatur.
„ Conradus Dei gratia Romanorum Augustus.
„ Ex nostrorum Antecessorum constituto di-
„ dicimus, nostri esse juris Sanctæ Matris Ec-
„ clesiæ res pro viribus augere, & auctas pa-
„ cificare. Quapropter volumus & optamus,
„ ut notum sit omnibus Sanctæ Dei Ecclesiæ
„ utrisque fidelibus: quomodo Nos, interven-
„ tu nostræ Dilectæ jugalis Gislæ, & Henrici
„ Regis dilectissimi nostri Filii, necnon &
„ Arebonis Moguntiensis Archiepiscopi, &
„ Dilecti nostri Brunonis Nepotis Cancellarii,
„ atque Adalberonis Ducis, donamus, atque
„ nostra Imperiali potestate concedimus, prout
„ juste & legaliter possumus, Sanctæ Aquile-
„ jensi Ecclesiæ, & Poponi Patriarchæ, qui
„ ibidem Domino videtur deservire, licentiam
„ Monetam publicam infra Civitatem Aqui-
„ lejæ faciendi. Igitur denarios ipsius monetæ
„ ex puro argento firmiter præcipimus fieri,
„ & Veronensis monetæ denariis æquiparari,
„ nisi prænominatus Patriarcha sua spontanea
„ voluntate velit meliorare. Habeantque li-
„ centiam omnes Regni nostri Negotiatores,
„ in qualibet venali merce ipsos denarios ac-
„ cipere, si tamen fuerint simplices falsitate.
„ Quod ut verius credatur, & ab omnibus di-
„ ligentius observetur, hanc nostræ concessio-
„ nis paginam inde scriptam manu propria
„ roborantes, sigilli nostri impressione jussi-
„ mus insigniri. Signum Conradi Invictissimi
„ Romanorum Imperatoris Augusti. Bruno
„ Cancellarius Sacri Palatii vice Arabonis Ar-
„ chiepiscopi & Archicancellarii recognovi. Da-
„ ta anno Dominicæ Incarnationis M.XXVIII.

su *Reverendi Patris Domini Joannis miseratione divina* Civitatis Tergesti *Episcopi* confectas, quæ Chronicas notas præferunt, *annum ab Incarnatione Domini* DCCCCXLVIIII. *Mensis Februarii diem* XXI. *Indictionem quartam*. In his jura sua Tergestinis Civibus alienat Antistes: diciturque *Petrus procurator*, Episcopo & Canonicis *numeravisse in denariis Aquilejensibus Marchas quinquecentum*. An ergo seculo jam decimo cusi fuerint *Denarii Aquilejenses;* nec Poponem primus hocce privilegio exornaverit Conradus? Id nemo credat, cum vitio laborent Chronicæ notæ, sequioremque in ætatem detrudi certo debeant prædictæ Tabulæ. Anno æræ vulgaris *949. septima* currebat, non *quarta* Indictio: illoque ævo appellari Episcopi solebant *Viri Venerabiles*, nondum vero *Reverendi Patres & Domini*, quibus insignitum titulis Joannem legimus. Animadversione digna sunt verba, quæ sequuntur: *Quæ pecunia, videlicet Marcharum quinquecentum, fuit expendita in guerra, causa defendendi bona eorum & dictæ Ecclesiæ, quæ gentes Domini Ducis Karinthiæ, & etiam alii pirates de Carsis & rubatores.... quia magno tempore ipsos, bona eorum & Ecclesiæ destruxerunt, & destruunt annuatim*. In Tabulis Tergestinis ad Annum 1236. occurrit Joannes Episcopus, quem sedem tenuisse narrat Ughellus turbulentissimis temporibus, cum inter illius ætatis Principes bella ex bellis sererentur. Eo tempore Carinthiam regebat Bernardus: resque Istriæ perturbatas Ducum Carinthiæ ejusdemque Istriæ Marchionum dissidiis, superioribus Capitibus indicavimus. In prædictis Ughellianis Tabulis Joannis Episcopi successor Odolricus seu Volricus recensetur, qui Tergestinam dicitur administrasse Ecclesiam ad tenuiorem fortunam redactam; multaque oppignorata a Joanne Antecessore latifundia redemisse. Hisce temporibus, temporumque arduitati allegatum Documentum optime convenit: juraque sua Civibus Tergestinis pretio quingentarum Marcharum *in denariis Aquilejensibus* prædictus Joannes alienasse dicendus est. Hinc enormi errore annus Christi *949.* depravatus dici debet: vitioque si careat In-

Sigonium de Regno Italiæ eruditissime illustrat.

In eodem Documento *illi parti* cedit Joannes, *quæ eis* (sibi & Canonicis) *pertinet una cum dicto Communi* (Tergestino) *in cudendo monetam ; ita quod totaliter pars eorum* (Episcopi, & Canonicorum) *sit dicti Communis solius*. Facultate potiebantur signandi nummos Episcopi Tergestini. Typus denarii argentei prostat apud eumdem Irenæum Libro I. Capite XII. in cujus antica parte effigies Episcopi sedentis visitur, ac nomen legitur *Conradi Ep.* & in postica Civitatis imago cum his verbis, *Civitas Tergestum*. Vita migrasse Conradum anno circiter 1230. refert Ughellus. Eodem loco nummi proferuntur, in quibus non Episcopi, sed *Sancti Justi* imago & nomen exhibentur: quos eo tempore fortasse percussos conjicit Irenæus a Cruce, quo se abdicaverat jure cudendi Monetam Joannes. Verum nummos etiam conspiciendos præbet ille cum Successorum Episcoporum *Volrici*, Leonidæ seu *Leonardi*, & *Arlongi* nominibus; unde jus argenteos denarios percutiendi, quod Joannes abdicaverat, recuperasse Successores quisque colligat: notatque sane Ughellus, Volricum, & alios, qui loca & jura sua Civibus Tergestinis tradiderant, *sibi* tamen *procudendi Monetas jus*, *graviorumque rerum arbitrium reservasse*. Quæ demum omnia luculentissime evincunt, Tabulas jussu Joannis Episcopi conscriptas ad sequiorem ætatem pertinere.

Sermo jam redeat ad ipsum, quod Poponi Diploma largitus est Conradus. Fit enim Patriarchæ nostro facultas, denarios argenteos cudendi qui *Veronensis Monetæ denariis æquiparentur*, *nisi prænominatus Patriarcha sua spontanea voluntate velit meliorare*. Hanc Poponi factam signandi meliores Veronensibus denarios facultatem, intelligere præstat peculiarem prærogativam, qua voluit ipsum cohonestare Imperator, ut propriam Aquilejenses Patriarchæ monetam haberent, a communi Veronensi diversam. Res ipsa per sese patet: ac Musæa servant, Volcheri, qui Sedem indeptus est Patriarchalem anno 1204. ætatem non excedunt. Hinc pondus, valoremque hujusmodi denariorum ignoramus: neque certum denariorum, quos ætate sequiore signatos habemus, pondus est; neque eadem materiæ perfectio. Julianus in Chronico Forojuliensi ad Annum M. CC. LXXVII. denarios memorat, qui valebant *quatuordecim* nummis parvulis, aliosque valentes *sedecim*. Prior æstimatio in usu communi erat. Passim dicebantur *Frixerii*, & *Frisachenses*. Appellationis origo non constat. An fortasse quod similes paresque illis forent, qui cudebantur *Frisaci* in
C Carinthia ? Frisacensis officinæ mentio occurrit in Diplomate Friderici II. Imperatoris anno 1242. dato apud Jo. Petrum Ludewigum in Codicillo Diplomatum Bambergensium; ubi facultas Henrico Bambergensi conceditur, ut *apud Villacum novam Monetam cudi faciat*, *quæ Frisacensi Monetæ æquipolleat*. Itemque *Marchas Fresacensium denariorum*, ac *denarios Frisacenses* legimus in Documentis anni 1169. & 1191. apud Bernardum Pezium Tomo III. Thesauri Anecdotorum Parte III. in Codice Diplomatico Admontensi num. IX. & C. XIV. Tabulas nos infra damus Capite LXIV. num. 5. *anno* 1180. confectas, in quibus *annuatim quinque denarii Friesac. Ec-*
D *clesiæ Mosacensi* indicuntur persolvendi. Præter denarios, in Aquilejensi Provincia *solidi Veronenses* communi usu adhibebantur, qui *duodecim parvulis* æstimari consueverant. An hujusmodi solidos cuderet officina Patriarcharum, sub judice lis est. Certo quodam numero tum denariorum, cum solidorum *Marca* constituebatur, *Aquilejensis*, & *Veronensis* : illa 160. denariis, ista 160. solidis. Quarta pars Marchæ dicebatur *Ferto*, seu *Forto*. Seculo quartodecimo *Ducati*, seu *Floreni* aurei, vulgo *Zecchini* expendebantur *in ratione* LXIV. *denariorum pro quolibet*, ut habent ejus ævi Codices. Tum denarii, cum denariorum Marcæ extremis dominationis Patriarcharum tempori-

mendavit in custodiam (verba sunt Wipponis in Vita Conradi apud Pistorium Tomo III.) *Poponi Patriarchæ Aquilejensi*, *& Chunoni* (seu Conrado) *Duci Carantanorum*, *qui ab eis ductus est cum Imperatorio usque Placentiam Civitatem*. Verum *liberius debito* a Popone *habitus* (verbis utor Annalistæ Saxonis apud Eckartum Tomo II. Medii ævi Scriptorum) *post aliquot dies fuga lapsus evasit*, *quodam suo Monacho machinante*, *qui solus cum eo miserationis causa permissus est habitare*.

DIPLOMA Conradi legitur apud Ughellum in Episcopis Civitatis-novæ, seu Emoniensibus in Istria, quo insignis Poponis liberalitas ad ejusdem Ecclesiæ egestatem levandam satis elucet. Notum, compertumque facit Augustus: " qualiter Popo Patriarcha Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ, pro remedio animæ suæ, Sanctæ Aemonensis Ecclesiæ paupertati misericorditer compassus, villam Sancti Laurentii juxta eamdem Aemonensem Civitatem sitam, quam ipse per nostrum (*inquit ille*) præceptum, & privilegium Apostolicum usque nunc visus est possidere, in nostrum jus reflexit; eo rationis tenore, quatenus pro Dei amore, nostræque animæ redemptione, atque suæ petitionis interventu, Sanctæ Aemonensi Ecclesiæ, & Joanni ejusdem Sedis Præsuli, suisque successoribus memoratam Villam S. Laurentii cum placitis, & districtibus, collectis, & angariis, foro, suffragio, herbatico, cæterisque publicis fructibus, cum omnibus pertinentiis suis, prout ipse hucusque modo visus est obtinere, per nostræ traditionis auctoritatem largiri, atque confirmare dignaremur." Poponis votis annuit Imperator, prædictamque Villam juri addicit Ecclesiæ Emoniensis.

SUBSCRIBIT *Lopolulus* (al. *Rudilobus*) *Episcopus & Cancellarius*. Diploma *datum est* XVI. *Kal. Septembris*, *anno Dominicæ Incarnationis* M. XXIX. *anno autem D. Corradi quintodecimo Imperii: actum Aquilegiæ feliciter*. Chronicas notas enormi vitio laborantes nemo non videt. Augusto mense anni æræ vulgaris 1029. in cursu erat Conradi Imperatoris annus tertius, currebatque Regis ejusdem an-

B larii Cassinensis. Subscribit enim *Kadelobus Episcopus & Cancellarius vice Herimanni Archicancellarii*: datumque Diploma est X. *Kal. Augusti Indictione* VI. *anno Dominicæ Incarnationis* M. XXXVIII. anno D. *Chuonradi*, *Regni* XIV. *Imperii* XIII. (XII.) *Actum Vidalianæ feliciter*. Cancellarium sane *Kadelobum* qui plura Conradi Diplomata recognovit, satis indicant voces illæ in Diplomate nostro corruptæ, *Lopolulus*, seu *Rudilobus*. Annus Imperii in eodem Diplomate desideratur; unde *annus quintus decimus*, quem numeratum legimus, ad Regnum Conradi referri debet. Sed idem annus incepit die octava Septembris anni 1038. ut communis fert Scriptorum sententia: adeoque dari Diploma debuisset insequente anno die 17. Augusti; verum jam obierat Conradus Mense Junio. Annus ergo Regni ejusdem Conradi *quartusdecimus* restituendus videtur, ut in Diplomate Cassinensibus dato: nostrumque Diploma ad annum Christi M. XXXVIII. referri fortasse debet. Attamen Diploma ex Hundio profert laudatus Abbas Gottvicensis datum *anno* 1024. 3. *Kal. Septembris anno* I. *Conradi Regis*. Itaque Regnantis Conradi anni ante diem 8. Septembris numerari inceperant. Nempe regiam obtinuit ille Moguntiæ consecrationem prædicta die 8. Septembris, postquam apud *Villam Kambam*, ut ait Hermannus Contractus, *inter Moguntiæ confinia*, adnotante Wippone, *& Vormatiæ*, ejus electio peracta est. Potuerunt ergo Regni Conradi anni ab ejus electionis die numerari. An vero jam XVI. *Kal. Septembris*, seu die 17. Augusti, quæ in Diplomate nostro notatur, peracta fuerit ejus electio, indeque annus Regni ejus *quintusdecimus* inceperit, dijudicandum aliis relinquo.

EODEM anno 1038. versabatur in Italia Conradus. Nondum in Germaniam remigraverat *mense Julio*, quo *exercitus ejus*, ut habet Hermannus Contractus, *ingenti pestilentia* tactus est; & *Chunibildis Regina*, *Henrici Regis uxor*, XVII. *Kal. Augusti*, seu die 16. Julii mortem obiit. In Germaniam denique *per Adriaci maris oras remeavit*, ut habet idem Contractus: seu *ultra montes*, teste Leone Ostiensi,

per

Successore, quem hujus nominis tertium vocant. Duo profert, ac recenset ex Codice Apostoli Zeni Venetus Italiæ sacræ Editor, quæ anno 1040. data leguntur. Jus altero confirmatur Poponis in *omnes Episcopatus*, *Abbatias*, *Plebes*, *Monasteria tam Monachorum quam Puellarum*, *necnon & Sinodochia*, *Castella*, *Telonea*, *Ripatica*, *Villas*, *Forestas*, *omnesque ejusdem Ecclesiæ possessiones*, *quas ipsa Ecclesia olim per præcepta Regum*, *seu Imperatorum*, *necnon per privilegia Apostolorum* (Apostolicorum, idest Romanorum Pontificum) *usque nunc visa est possidere*: datumque illud est C III. *Nonas Januarii*, *Indictione* VIII. *anno Dominicæ Incarnationis* M. XL. *anno vero Ordinationis Domini Henrici duodecimo*, *Regni vero primo*; & actum *in Civitate Ratisbona*. Diplomate altero, regia ejusdem Henrici munificentia, conceduntur Patriarchæ nostro, ejusque Ecclesiæ Aquilejensi *quinquaginta regales* radus anno dicto 1039. prides Nonas Junii, seu die 4. ejusdem Mensis; unde *primus* Regni Henrici annus currebat anno 1040. *tertio Nonas*, & *sexto Idus Januarii*. Ordinationis anni si ab anno Christi 1028. ducantur, jam in cursu erat *duodecimus* anno 1040. Mense, ac diebus adsignatis. Ipsum denique Imperatorem solum anno 1047. in Natali Domini adclamatum, Annalistæ tradunt.

ALIUD ejusdem Henrici, quod eodem anno 1040. datum est, Diploma memorat Hanzisius in Dietmaro II. Salisburgensi, *sextodecimo Kal. Februarii* consignatum, quo Ecclesia Rinichnach Monasterio Altahensi addicitur, interventu *Poponis Patriarchæ Aquilejensis*, Dietmari Archiepiscopi Juvavensis seu Salzburgensis, Berngeri Pataviensis, Brunonis Wirznburgensis, Nitardi Leodicensis, Heriberti Eichstettensis.

CAPUT LV.

Ecclesiam Gradensem sibi vendicat Popo in Synodo Romana. Sententiam confirmat cum aliis privilegiis Joannes Papa XIX. Templum Aquilejæ Popo erigit, rituque solemni consecrat. Canonicorum cœtum amplissimis cumulat largitionibus. De Cardinalibus hujus ævi Episcopis. Bonis etiam, juribusque auget Popo Benedictinum Virginum Parthenonem. Apostolicæ pro Gradensibus litteræ contra Poponem. Ejusdem Poponis obitus.

I. NIHIL antiquius habebat Popo, nihil sanctius, quam ut ad pristinam dignitatem Aquilejensem Ecclesiam revocaret, juraque vetusta pro virili tueretur. Romam ipse anno 1027. profectus fuerat cum Conrado Rege, qui coronam Imperialem die Sancto Paschæ 26. Martii a Joanne Romano Pontifice, hujus nominis decimonono accepit. Propitiam nactus occasionem, causam suam contra Gradenses Antistites in amplissi- D mo Romani Pontificis, Imperatoris, pluriumque Præsulum conventu peroravit. Lata sententia pro votis: sed irrita vota fuere.

APOGRAPHUM Monumentum, seculo duodecimo ad finem vergente exaratum, in Archivo Aquilejensi adservatur, quod in lucem proferre placet "... Salvatoris nostri Jesu Christi, „ imperante Chuonrado perpetuo Augusto an„ no primo, VIII. Idus Aprilis, Indictione „ decima: Præsidente Sancto ac Beatissimo No-

„ node-

„ Salsburgensi Archiepiscopo... Archiepiscopo; Tebaldo Velletrinensi Episcopo, Benedicto Portuensi, Petro Sylvæ Candidæ, Petro Penestrinensi, Petro Ostiensi, Teudaldo Albanensi, Dominico Sutrensi, Liutolfo Trevensi, Raynerio Nensesine ..... Narniensi, Johanne Tuscanensi. Johanne.... Bosone Tiburtinensi, Johanne Castrensi, Benedicto Anagnensi, Johanne Luzensi, Jacobo Fesulensi, Dodone Nocerensi, Widone Lunensi, Teudaldo Aretino, Lamberto Florentino, Widone Lucino, Johanne Suanensi, Gon... Vulterano, Mariciano Resenato, Widone Pisturiensi, Leone Senensi: Veneciæ Provinciæ, Johanne Veronensi, Alberico Cumano, Helmengero Cenetensi, Theudaldo Vicentino, Rothario Tarvisiano, Albuino Bellunensi: Abbatibus quoque, Vodelone Cluniacensi, Berno Augensi, Teoberto de Sancto Angelo, Benedicto Sextensi, Cronrado Sancti Sautni, Widone de S. Trinitate, Alberto de S. Apostolo, Johanne de S. Sepulchro, Widone de Seuna, Widone de S. Maria, Petro de S. Petro ad vincula, Stefano de S. Andrea, Franco de S. Anastasio, Teuzone Montis-viridis, Petro de S. Petro in Campo, Rozone de Turre, Dominico de S. Geruncio, & Petro de Campo-Leonis. Popo venerabilis Patriarcha Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ, Apostolicis, & Imperialibus pedibus advolutus, eorum & sacratissimi Concilii reverentiam humiliter deprecatus est: uti Omnipotentis amore Domini, necnon Apostolica & Imperiali pietate, lamentationibus suis benignum auditum præberent; multisque Antecessorum suorum proclamationibus pro Gradu Aquilejensi Ecclesiæ plebe, Synodaliter factis certum finem imponerent. Cujus lamentatione benigne suscepta, Urso qui in eadem Plebe falsum Patriarchæ nomen susceperat, olim tempore Benedicti Papæ atque Henrici Imperatoris ad Ravennatem, atque Romanam, necnon Veronensem Synodum Canonice appellatus, nunc quoque ad Sacratissimum Concilium Apostolicis litteris convocatus, præsentiam suam exhibere jussus est. Et cum bis,

quæ inter plurimas Aquilegensium Patriarcharum proclamationes asserebant: Beatum Eugenium Papam tempore Loduvici & Lotharii Imperatorum hanc inveteratæ proclamationis controversiam inter Maxentium Aquilegensem Patriarcham, & Venerium Gradensem in Mantuana Synodo ventilasse: atque Apostolica, necnon Synodali auctoritate Gradensem plebem Aquilegensi Ecclesiæ restituisse; atque Pontificali Sede ibidem omnino prohibita, prædictam Aquilegensem Ecclesiam caput & Metropolim totius Venetiæ constituisse. Quod quia prædicti Ursonis, & Antecessorum ejus temeritate violatum est, decrevit Sancta Synodus, Ursonem totiens præsentiam denegantem de absentia nil lucrari: & Poponem Patriarcham de Gradensi plebe cum suis pertinentiis ad jus Aquilegensis Ecclesiæ revestiri. Itaut Pontificali sede ibidem prohibita, perpetuis temporibus Sanctæ Aquilegensi Ecclesiæ, Diocesis jure, subjaceat. Reverentissimus igitur Papa, & piissimus Imperator, secundum quod prædictum est, Poponem Patriarcham de Gradensi plebe pastorali virga investientes, ex Apostolico, & Imperiali decreto hoc privilegium Aquilegensi Ecclesiæ & Poponi Patriarchæ sub anathematis vinculo inviolabiliter permansurum, Romanæ Ecclesiæ Bibliothecario scribere jusserunt.

Ego Petrus Notarius, ut vidi in Privilegio, ita scripsi: nec dictionem, vel syllabam addidi, nec prætermisi.

BENE, & optime cohærere videntur omnia. Mirum esse non debet, tot Italos exterosque Episcopos in Synodum hanc Romanam convenire potuisse; cum alii Imperatorem ad urbem Romam proficiscentem, ut Imperiali corona redimiretur, comitati fuerint; aliique convenerint a Romano Pontifice evocati, ut splendidius quoad fieri posset coronationis pompa perageretur.

EPISCOPI omnes, quotquot numerantur, memoratas eo tempore Ecclesias regebant: ejusdemque Monumenti fide, plurium Chronotaxis emendatur, Ecclesiarumque Tabulæ apud Ughellum mutilæ & imperfectæ supplentur.

tur, subscriptos legimus Apostolicis Joannis XIX. litteris anno 1026. datis, quas in *Petro Sylvæ Candidæ* affert Ughellus. Sunt vero, *Thebaldus Bellitrensis Ecclesiæ Episcopus*, *Theobaldus Episcopus S. Albanensis Ecclesiæ*, *Petrus Prænestinensis Ecclesiæ Episcopus*, *Petrus Episcopus S. Ostiensis Ecclesiæ*: itemque *Portuensem* regebat Ecclesiam *Benedictus*. Liutolfus, qui dicitur *Trevensis*, idem est ac *Triventinus* Episcopus. Tiburtinum *Bosonem* vocat *Bosum* Ughellus: ac *Suanensem* Joannem puto *Savonensem*. Tabulis Ughellianis, ut suppleantur, accensendi sunt Dominicus *Sutrensis*, Rainerius *Nepesinus*, Joannes *Castrensis*, Dodo *Nucerinus*, Theodaldus *Aretinus*, Obertus *Albensis*, Albuinus *Bellunensis*: quem *Albunianum* appellatum legimus in Judicio Veronensi hoc eodem anno 1027. celebrato, quod superiore Capite num. 3. allegavimus. Reliquos numerat omnes Ughellus, quorum aut Sedis initium, aut annus emortualis confirmantur, aut corriguntur. Inter Patres non numeratur Majo *Concordiensis* Episcopus, sed contra Ursonem testis inducitur. Hunc vocat *Crescentium Majum* Ughellus.

CAUSAM perorat in Synodo Popo, quam frequentius moverant Antecessores, Ecclesiam Gradensem judicari plebem Aquilejensis Metropoleos, ac antiquari Gradensem Patriarchatum postulantes. Id egerant Andreas, Maxentius, Teutimarus Patriarchæ: re tamen infecta. De non inferendis eidem Ecclesiæ molestiis inter Petrum Ducem Venetiarum, ac Luponem Aquilejæ Patriarcham anno 944. transactum fuerat. Novæ discordiæ pomum jecit Joannes: litemque contra Ursonem Gradensem intentatam vehementiore animi contentione persecutus est Popo. Hocce vero ex Monumento discimus: *tempore Benedicti Papæ* (VIII.) *& Henrici* (I. vel ut aliis placet, II.) *Imperatoris*, *ad Ravennatem*, *atque Romanam*, *nec non Veronensem Synodum* fuisse Ursonem ad causam dicendam *canonice appellatum*. In Collectione Conciliorum habetur Synodus *Ravennas* anno 1014. celebrata interventu *plurium Aemiliæ*, *Flaminiæ*, *atque Pen-*

B *cellarii vice Petri Diaconi Mense Septembris Indictione decima*: itemque *datæ per manus Bosonis Episcopi & Bibliothecarii S. R. E. in Mense*, *& Indictione Suprascripta*, *in Sacratissima Sede B. Petri Apostoli anno* IV. *Deo propitio*, *Pontificatus D. Johannis Summi Pontificis & Universalis XIX. Papæ*. Chronici characteres, Indictio *decima*, & annus Joannis *quartus*, conveniunt Septembri mensi anni 1027. Tunc florebant Joannes Cardinalis, Petrus Diaconus, & Bosso Episcopus: dicebanturque Universales hac ætate Romani Pontifices; unde Glaber Libro IV. refert, Græcos missa ad Joannem Pontificem circa annum 1024. legatione, ab eo obtinere tentasse: ut C *liceret*, *Ecclesiam Constantinopolitanam in suo Orbe*, *sicut Roma in Universo*, *Universalem dici*, *& haberi*.

ECCLESIÆ Aquilejensis confirmat privilegia Joannes. Declarat, *Patriarchatum Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ fore Caput*, *& Metropolim super omnes Italiæ Ecclesias*: eamdemque Sedem veluti *peculiarem* habendam, *& vicariam*, *& secundam post almam Romanam Sedem*. Pallium largitur, quo Popo & Successores statis diebus uti valeant. Jus Patriarcharum confirmat in suffraganeos Episcopos, necnon Cœnobia Virorum, ac Puellarum Monasteria, itemque Parœcias, aliaque loca, latifundia, immunitates, quæ ad eorum pertinebant Ecclesiam, & Metropolim.

D VERBA sequuntur, quæ Synodum Romanam, remque in ea gestam illustrant. *Necnon confirmamus*, inquit, *vobis vestrisque successoribus Insulam*, *quæ Gradus vocatur*, *cum omnibus suis pertinentiis*; *quæ barbarico impetu de eadem Aquilejensi Ecclesia subtracta fuerant*, *& falso Patriarchali nomine utebatur*: *de qua multi Antecessores vestri*, *temporibus meorum Antecessorum*, *& multorum Imperatorum*, *per multas Synodos proclamaverunt*: *ad quas æmulus suus* (Gradensis Patriarcha) *multoties Synodali sententia*, *& Imperiali præcepto vocatus venire renuit*. *Unde interventu etiam*, *& petitione Dilecti filii nostri Conradi*, *Imperatoris Augusti*, *Synodum congregavimus*:

mus:

ferius perficiemus.

III. TAM præclaris, amplissimisque privilegiis fultus, exornatusque Popo elegantissimum Aquilejæ Templum cum pulcherrima Turri, ædibusque magnificis erigi curabat. Perfectum fuerat grande opus anno 1031. quo solemni pompa positum supremo Numini Templum sacratum est *in honorem Sanctæ Mariæ Genitricis Dei, & Sanctorum Martyrum Hermachoræ & Fortunati.*

REI memoriam posteritati servatam legimus in Silice ad australem Templi Januam, ubi inter alia hæc habentur ab Ughello, & Jo. Francisco Palladio typis edita: M. XXXI. *Indictione* XIV. III. *Idus Julii. Ego Popo hujus Aquilegensis Ecclesiæ Patriarcha, una cum duobus Romanis Episcopis Cardinalibus, &* XII. *Coëpiscopis, præsidente Domino Johanne* XIX. *Papa urbis Romæ, imperante vero Chuonrado Imperatore Augusto, consecravi hoc Templum.* Quibus ex verbis perperam colligit Ughellus, *præsentes* adfuisse Pontificem, & Imperatorem. Tum concessa ab eodem Joanne indulgentia subnectitur *in Festo dictorum Martyrum, & per Octavas eorum, singulis diebus,* XVIII. *annorum, & totidem quadragenarum.* Verendum est (animadversionem repetere liceat Danielis Papebrochii in Paralipomenis ad Conatum in Catalogos Romanorum Pontificum, Dissertatione XXIX. num. 9.) ne major vero sit annorum Indulgentiæ numerus; cum Baronius ad Annum M. C. LXXVII. num. 49. diserte doceat, prisco hocce tempore nondum Romanos consuevisse Pontifices, Indulgentias largiri, *quæ unius anni terminum excederent, præterquam in expeditione Terræ Sanctæ.* Sequiore positam ævo Inscriptionem nullus dubito: prædictusque Indulgentiæ annorum numerus fortasse ex *confirmatoria alicujus multo posterioris Pontificis extensione* accipi potuit, ut idem Papebrochius adnotat loco citato, ubi similem ad examen vocat Farfensis Indulgentiæ formam.

NEQUE tamen definita dicati Deo Aquilejensis Templi nutat epocha, quam puto expressam ex sinceris Donationis numero sequente percensendæ Tabulis. In his hæc verba legi-

IV. SACROS Ministros, qui divina in novo Templo persolverent officia, supremoque Numini litarent, plures constituit Popo; quibus insignem latifundiorum juriumque donationem fecit. Tabulas, quas memoravimus, vulgavit Ughellus, mendis aliquibus corruptas. Dicuntur *quinquaginta Fratres ad serviendum Deo, & Sanctis suis* ordinati; numerum quippe Canonicorum auxit Popo, qui hactenus Aquilejensi Ecclesiæ inservierant.

SUBSCRIBENTES Episcopos, aliosque præstantes Viros recenseo: *Ego Popo Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha propria manu sub. Ego Joannes Romanæ Ecclesiæ Card. Episcopus sub.* ✠ *Ego Dodo similiter S. R. E. Cardinalis Episcopus sub.* ✠ *Ego Aistulphus S. Ecclesiæ Patavinæ Episcopus sub.* ✠ *Ego Voldaricus Dei gratia Brixianus Episcopus sub.* ✠ *Ego Azzo Civitatis-Novæ sub.* ✠ *Ego Voldaricus Petenens. Episcopus sub.* ✠ *Ego Rotharius S. Tarvisinæ Ecclesiæ Episcopus sub.* ✠ *Ego Heremannus Bellunensis Episcopus sub.* ✠ *Ego Regizo Feltrensis Episcopus sub. Ego Elmingerus Cenetensis sub.* ✠ *Ego Joannes Polensis sub.* ✠ *Ego Adalgerus Tergestinus Episcopus sub. Signum manus Valperti Advocati. Signum manus Joannis Vicedomini, & Bertholdi Fratris ejus .... Signum manus Bertholdi, qui hanc chartulam ex jussu Domini Poponis Reverentissimi Patriarchæ conscripsi, atque complevi.* In Autographo additos legimus *Ruodbertum Concordiensem* & *Vodalricum Tridentinum.* Innuit Popo, *propria* se *manu* subscribere: sed Florius admonet, in Autographo, quod Aquilejæ adservatur, tum Poponis, tum Antistitum, Illustriumque Virorum nomina, una eademque Notarii manu, subscripta conspici. Negotium, quod inde posset ingeri, expedit omne Mabillonius, qui Libro II. De Re Diplomatica Capite XXII. num. 12. pluribus Chartarum exemplis adductis observat, testes vocatos non raro eadem manu subscribi consuevisse. Libro V. sub oculos ponitur Tabula XLV. Alphonsi IX. Hispaniarum Regis, ubi Regis ejusdem ac illustriorum nomina Virorum una cernuntur subscripta Notarii manu, tametsi hæc habeantur

Al-

tenensis, Azzo *Civitatis-Novæ*. Brixianæ demum Ecclesiæ præsidebat Voldaricus. Hinc Jo. Andreas Astezatus in Notis ad Diploma Henrici Imperatoris expendendum proponit, num aliquando Brixiana Ecclesia paruerit Aquilejensi Metropoli?

V. POST Poponem, & ante reliquos Provinciæ Præsules, amplissimam ratam habent donationem *Joannes Romanæ Ecclesiæ Card. Episcopus*, & *Dodo similiter S. R. E. Cardinalis Episcopus*. Ait etiam Popo, prædictam a se factam donationem *consilio duorum Romanorum Pontificum, Joannis, & Dudonis:* ipsæque donationis Tabulæ conscriptæ dicuntur, *Residentibus duobus Romanis Pontificibus cum cæteris Episcopis, & Clericis*. Plus nimio importunus ac molestus foret, qui titulos in dubium verteret, queis Joannes ac Dodo nuncupantur *Romanæ Ecclesiæ Episcopi*, & *Romani Pontifices*, itemque *Cardinales Episcopi*. Mabillonius in Itinere Italico ad Diem X. Februarii anno 1686. ex Chartario Farfensi hæc verba refert: *Dodo Episcopus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ dedit libras quinque pro rebus post mortem, idest Ecclesiam S. Mariæ cum Casamento ipso Casiano. Actum Mense Octobri temporibus Benedicti octavi*. Ecce Dodonem, eumdem fortasse, quem Tabulis Poponis subscriptum legimus, pari titulo in eisdem Tabulis, & in Chartario Farfensi appellatum, *Romanæ* scilicit *Ecclesiæ Episcopum*. Ipsum autumat Mabillonius Ostiensis Ecclesiæ Præsulem. Veterem quoque inscriptionem profert *anni* M. XC. *Indictionis* XIII. in qua V. *Sabinensis*, & *Joannes Tusculanus* appellantur *Episcopi Urbis*. Insignis locus accedit in confirmationem, ex Historia Liutprandi depromptus, qui anno circiter 970. vita functus est. Agit ille Libro VI. Capite VI. de Synodo, quæ adversus Joannem XII. jubente Ottone I. *rogantibus*, ut inquit, *tam Romanis Episcopis*, *quam plebe*, Romæ convocata fuerat *in S. Petri Ecclesia:* appellatque frequentius Capite VII. & sequentibus *Romanos Pontifices*, *& Cardinales Presbyteros*, *ac Diaconos*, qui Joanni Papæ infensum animum gerebant.

B *S. Romanæ Ecclesiæ*. Rem hanc uberrime pertractat Baronius ad Annum M. LVII. num. 19. vetusto Vaticano Sacrorum Rituum Codice in lucem edito, quo Romanæ Ecclesiæ hocce tempore forma declaratur. Hæc nostro conferunt instituto. *Sunt in Ecclesia Romana* (Romæ scilicet) *quinque Ecclesiæ Patriarchales. Prima est Ecclesia Lateranensis, quæ & Constantiniana, & Basilica Salvatoris diverso nomine nuncupatur. Hæc habet septem Cardinales Episcopos, hosque dictos Episcopos collaterales, itemque & Hebdomadarios, eoquod singulis hebdomadibus per vices expleant munus Pontificis. Episcopi Cardinales erant hi, Episcopus Ostiensis, Episcopus Portuensis, Episcopus S. Rufinæ sive Silvæ Candidæ, Episcopus Albanensis, Episcopus Sabinensis, Episcopus Tusculanus, Episcopus Prænestinus*. Hinc habes, Episcopos Cardinales dictos; minime quidem propriæ contemplatione Ecclesiæ, sed unius ratione Ecclesiæ Lateranensis, in qua Mysteria celebrabant, sua quisque redeunte per vices hebdomada; ac insuper ut ab aliis Metropoleos Romanæ distinguerentur suffraganeis. Eo sensu Petrus Damiani, Cardinalis Episcopus Ostiensis a Stefano Papa X. creatus, Collegis Epistolam inscripsit apud Baronium loco citato: *Venerabilibus in Christo Sanctis Episcopis Lateranensis Ecclesiæ Cardinalibus;* ipseque Petrus in Epistola citata apud eumdem Annalium parentem num. 26. sic ait: *Hæc* (Lateranensis Ecclesia) *septem Cardinales habet Episcopos, quibus solis post Apostolicum, Sacrosanctum illud Altare licet accedere*. Neque solum hac ætate *Cardinalium Episcoporum* appellatio obtinebat: sed remotiorem originem indicat Statutum Stefani III. quem alii IV. vocant: *ut in omni Dominico die a septem Episcopis Cardinalibus Hebdomadariis, qui in Ecclesia Salvatoris observant, Missarum solemnia super altare Beati Petri celebrentur*. Notam appingit Baronius ad Annum DCC. LXIX. num. 12. animadvertens: heic primam reperiri de Septem Episcopis Cardinalibus mentionem; illis nimirum, qui proximas Urbi Sedes habentes, adsisterent Pontifici, S. Romanæ

VI. AMPLISSIMÆ prædictæ Poponis donationi aliam adjungere præstat, qua Parthenonem Sacrarum Virginum, Deo famulantium Aquilejæ sub regula Divi Benedicti, largissime cumulavit. Autographum malo fato periit, aut in forulis neglectum latet. In exemplo Apographi quod *anno* 1195. scripsit *Petrus Notarius Imperialis*, hæc habentur: *In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno Incarnationis ejus* M. XLI. *Regnante Conrado gratia Dei Imperatore Augusto, anno Imperii ejus Deo propitio decimo septimo, Pontificatus vero nostri anno vigesimo secundo, Indictione* IX. *decimo Kal. Augustas. Ego Popo Patriarcha, qui professus sum lege Romana vivere, considerante me Dei Omnipotentis misericordiam, & retributionem æternam; propterea providi ordinare & disponere Monasterio S. Mariæ, quod ædificatum est juxta Civitatem Aquilejæ, ut omni tempore firmum & stabilitum permaneat. Ideoque Ego Popo Patriarcha volo, statuo, atque ordino, & per hoc ordinamentum meum confirmo pro remedio animæ meæ, vel Antecessorum Successorumque meorum: in primis ut ipsa Ecclesia Sanctæ Mariæ habeat in pace Terram cum dote sua, & cum Decimis omnium famulorum, qui in tempore Joannis Patriarchæ & mei Aquilejæ habitant.* Sequitur bonorum juriumque recensio: ac diris pro more violatores devoventur. Subscribunt *Popo Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha*, *Rotarius S. Tarvisiensis Ecclesiæ Episcopus*, *Joannes Polensis Episcopus*, aliique plures testes.

ANNI Incarnationis, Indictio, & sedentis Poponis epocha optime conveniunt. Enorme vitium cubat in Regis ac Imperatoris nomine, ejusque annis. Mortem obierat Conradus anno 1039. quo annum Imperii tertiumdecimum die 26. Martii inceperat. Henricus filius solum anno 1047. coronam Imperialem accepit: signatoque anno Christi 1041. ordinationis seu designationis ejus ad Regnum currebat annus tertiusdecimus, ipsiusque Regni annus tertius. In oscitantiam imperitiamque librarii, qui Autographum, aut Apographum vetustum descripsit, referri posse tam putidus videtur error.

rimum legem Majorum sequebantur posteri. Hisce deinceps adjectæ sunt leges Alemannica, Ripuaria, & Bavarica. Legem ergo, quam profitebantur, declarare consueverant contrahentes, seculo præsertim decimo & insequente, ut lex illa innotesceret, juxta quam judicia ac sententiæ, cum opus esset, ferri deberent. Hæc legis professio ad hereditatum & negotiorum conditionem frequentius conformabatur: feminæ quoque, propriæ nationis lege prætermissa, legi Maritorum subdebantur: Ecclesiasticique Viri ad legem Romanam se conformabant. Hinc Popo profitetur, se *lege Romana vivere:* Frequentes occurrunt similes formulæ: *N. qui professus ex natione lege vivere Romana*, seu *Langobardorum*, seu *Francorum:* itemque *N. quæ professa sum natione mea lege vivere Langobardorum, sed nunc pro Viro meo lege vivere Romana*. Neque tamen ex sola professione legis certo innotescere putes contrahentium nationem; quæ tamen illis verbis frequentius, non semper, significabatur, *Ex natione mea*, legis professioni adjunctis. Hæc disserit omnia eruditissime, docetque Muratorius in Antiquitatibus Estensibus Capite X. & in Collectione Scriptorum Italiæ Parte II. Tomi I. in Præfatione.

VII. PIAS largitiones, gestaque præclara Poponis, acceptaque privilegia hactenus recensuimus. Vetusta documenta, quæ Gradenses proferunt Poponi adversa, hoc loco prætcrire non licet. Eadem typis edita prostant in Tabulis Gradensibus apud Venetum Italiæ Sacræ Editorem: sunt vero litteræ Apostolicæ, quæ datæ feruntur a Joanne XIX. ejusque Successore Benedicto IX.

QUÆ disserit Joannes, paucis habeto. Adhuc Romanam & universalem regebat Ecclesiam *Benedictus VIII.* qui *Romam vocaverat* Ursonem ad causam dicendam: sed urbem non adiit ille *sub excusatione Imperialis timoris*. Quæ videntur verba Synodi Romanæ, quam num. I. descripsimus, confirmare textum, ubi Urso Gradensis dicitur, *tempore Benedicti Papæ atque Henrici Imperatoris ad Ravennatem, atque Romanam, necnon Veronensem Synodum canonice appellatus*. Mortalitatem explevit Be-

in Ecclesia inventum est, *unca manu deprædatum est*, *duorum Monasteriorum Sanctimoniales stupratæ ac violatæ a suis sunt*, *neque Monachis pepercit:* altaria confracta, de tumulis eruta defunctorum corpora, Sacra lipsana erepta, deportati thesauri. Tum vero *addens* (Popo) *iniquitates super iniquitates*, *nos suis Legatis petiit*, *poscens confirmationem omnium locorum suorum a nobis*, *& nominatim Gradensis Insulæ*. *Quibus cum responderem*, *non sibi juste & canonice ac per antiqua privilegia pertinere; dixerunt: non aliter ea petit Dominus noster sibi confirmari*, *nisi quemadmodum per privilegia vestrorum Antecessorum suis Antecessoribus & Ecclesiæ suæ confirmata est*, *& sibi juste & canonice pertinere videtur*, *ac ipse probare potest ac promittit*. Indulget Legatis Pontifex: mandavitque *Petro Diacono & Cancellario*, ut privilegium conscriberet. Ac sane Joannis litteræ num. 2. allatæ *scriptæ* dicuntur *per manus Joannis Cardinalis & Cancellarii vice Petri Diaconi*. Ad Ecclesiam Gradensem quod attinet, *inseri jussimus* (pergit Pontifex) *sicut audietis: Præterea confirmamus vobis Insulam Gradensem cum pertinentiis*, *sicut juste & canonice per antiqua privilegia vobis & Ecclesiæ vestræ pertinere dinoscitur: & sicut tu ipse juste probare omni tempore potes & promittis*. Quæ verba in memorato Joannis privilegio desiderantur. Tum pergit narrare Pontifex, ab eodem Ursone flebilem, & querelarum plenam sibi scriptam Epistolam: Gregorium Legatum ad utrumque Patriarcham missum, ut Romam ad Synodum ambo convenirent: litteris Apostolicis permotum Poponem direxisse in Urbem *Monachum quemdam Legatum*, *nulla probabili ratione*, *nec justa defensione*, *ut promiserat*, *munitum:* fugam ipsum arripuisse, audito Ursonis adventu: Synodum denique celebratam *in Ecclesia B. Silvestri;* in qua Præcessorum visis privilegiis, *Pelagii*, *Gregorii*, *Honorii*, *Stefani*, *Gregorii*, *Leonis*, *Sergii*, *& Leonis*, *Benedicti*, *Hadriani*, *Bonifacii*, *Romani*, *Theodori*, *Anastasii*, *Joannis*, *Silvestri*, *& Sergii*, Gradensis Patriarchatus confirmatus est. *Scriptum* denique privilegium dicitur *per manus Georgii* pos, aliosque in mutilis Ughellianis Tabulis

B prætermissos sedere potuisse. In hac vero inter Aquilejensem, & Gradensem Patriarchas discordia, utroque rem suam pro virili agente, modo Aquilejensi, modo Gradensi favisse Romanos Pontifices, adeoque pugnantia privilegia data esse, jam sæpe animadvertimus. Itaque Joannes XIX. qui *interventu & petitione Conradi Imperatoris Augusti*, Synodum anno 1027. *Octavo idus Aprilis* seu die 6. ejusdem Mensis *Indictione decima* convocavit, adjudicavitque Poponi causam, mutare sententiam potuit, datoque in alia Synodo Romana privilegio Ursonem Gradensem exornare.

At obvias liceat in medium proferre difficultates, quæ hujusce Privilegii vexare posse

C authentiam videntur. *Scriptum* dicitur *in Mense Decembri Indictione* VIII. Annus æræ Christianæ 1024. aut insequens 1025. indicatur, cum nondum Privilegium obtinuerit Popo, quod animos Gradensium moveret, irritumque fieri posset a Joanne Romano Pontifice. Mendum inesse in præscripta Indictione, putat Venetus Italiæ Sacræ Editor; jubetque reponi *Indictionem* XIII. quæ a Septembri Mense incepta annum æræ Christianæ 1029. designat. Imo datum anno 1027. ipsum memorat Privilegium Illustriss. Justus Fontaninus in Antiquitatibus Ortæ, ubi de Joanne Episcopo agens hæc habet: *Idem Johannes Hortanus Episcopus anno 1027. subscripsit quoque Diplomati... quo Johannes XX. alias XVIII.* (XIX.) *Ur-*

D *soni Patriarchæ Gradensi omnia privilegia Antecessorum confirmavit adversus Poponem Patriarcham nostrum Aquilejensem*. Nutat ergo Pontificii Diplomatis Chronologia, quam diversam præferunt Apographa. Ævo suo *Indictionem* VIII. legebat Dandulus, qui prædictum Joannis privilegium ad annum 1024. aut insequentem in Chronico refert. Reponi annus 1029. haud posse videtur, cum eodem anno *die* 2. *Junii Indictione* XII. Diploma habeatur apud Ughellum Venetæ editionis, datum ad *Benedictum* Tiburtinum, qui *Boso*, aut *Bosoni* successerat; ac iste, non ille inter Episcopos Privilegio subscribentes legatur.

Neque adeo sibi consona facile quispiam nove-

mittit. Audacissimum quis non videt Legatorum postulatum? Quid vero? Jurium momenta non exposcit Pontifex, Legatorum petitioni faciles aures præbet, juris formulas prætermittit omnes: conscribendumque jubet Privilegium, ea clausula inserta, ut Ecclesia Gradensis Metropoli Aquilejæ addicatur, *sicut juste & canonice pertinere dinoscitur*, *& sicut* ipse Popo *probare omni tempore potest*, *& promittit*. Tam inconsulto in gravissimo Pontificem se gessisse negotio, quis credat?

CONTRA vero in Aquilejensibus monumentis plana & expedita videntur omnia. Litem diu sopitam Joannes Patriarcha excitavit. Jura sua tutatur Popo successor. Romam cum Rege Conrado anno 1027. profectus Joannem Pontificem exorat, ut Metropolis Gradensis extinguatur, ejusque Insulæ Ecclesia Aquilejensi Cathedræ declaretur addicta. Patrocinium præstat Imperator. Nihil temere agendum censuit Pontifex. Synodus convocatur in Basilica S. Salvatoris. Exteri, Italique plures Episcopi conveniunt, tum qui Regem Conradum comitati fuerant, tum quos ipse Pontifex evocaverat. Suam agit, peroratque causam Popo coram Patribus. Citatus non comparet Urso: ejusque absentiæ causas profert Petrus Diaconus, quas rejecere Patres. Sententia fertur pro Aquilejensi Patriarcha; adeoque scribi Privilegium, Apostolico & Imperiali decreto jubetur: illudque *scriptum per manus Joannis Cardinalis & Cancellarii vice Petri Diaconi Mense Septembris*, *Indictione decima*, eodem anno 1027. prodit. Quo demum Privilegio fultus Popo, non antea, ut satis indicat Chronicon Aquilejense in Appendice num. 3. vulgatum, thesauros Ecclesiæ suæ, qui servabantur in Ecclesia Gradensi, Aquilejam deportari curavit.

DIEM clausit extremum Joannes XIX. anno 1033. quo in Sedem Apostolicam Benedictus IX. conscendit. Datum iterum pro Ursone Apostolicum Diploma fertur in Tabulis Gradensibus, ubi compendio colliguntur quæ latius in privilegio suo Joannes Decessor narraverat. Tum *Epistola* memoratur, quam idem Joannes ad Poponem scripserit, *ut cuncta ab-*

B to faventibus, intra breve temporis spatium concessa, difficile creditu. Silvestrum III. intelligit Venetus Editor, qui anno 1044. ineunte Mense Januario, post ejectum de Sede Benedictum, Sedem Romanam invasit. Pergit Pontifex: *Addens quoque* Popo *iniquitatem super iniquitatem*, *nostro etiam tempore*, (anno scilicet 1044. quo, Silvestro deturbato, Papatum sub finem Martii ipse resumpserat Benedictus, tenuitque usque ad initium Mensis Maii, quo Joannes Archipresbyter ad supremum fastigium evectus est, Gregorius VI. appellatus.) *iterum Gradensem Civitatem furtim ingrediens*, *cunctis abominabile in ea commisit flagitium: totam videlicet civitatem cum Ecclesiis incendit*, *altaria confregit*, *thesauros abstulit*, *& quidquid ab igne remansit paga-*

C *norum ritu secum detulit*. Ipsissimum flagitium, quod antea jam perpetratum a Popone Joannes narraverat, nulla dempta, addita nulla circumstantia, repetitum habes in hisce Benedicti litteris. Post hæc *Gradensis Patriarcha* inducitur *apud Apostolicam Sedem*, *eodem mittente invasore*, *per suas litteras* detulisse querimonias. *Sed antequam*, (ait Benedictus,) *a nobis de tanto coërceretur ausu*, *divino judicio*, *sine confessione & viatico ab hac luce subtractus est*; eodem scilicet anno 1044. ante Mensem Majum. Tum legatione Ursonis Patriarchæ, & *Dominici Contareni Ducis* accepta, privilegium pro votis eorum largitur Pontifex, quibus Episcopi plures aliique subscribunt. Laudati Contareni Du-

D cis electionem refert Dandulus in Chronico *ad annum* 1043. unde Privilegii quod a Benedicto concessum fertur, epocha sublucet, insequens videlicet annus sæpe numeratus 1044. nec enim Chronicis illud notis insignitum est. Hanc vero turbant, convelluntque Chronotaxim vetusta Scriptorum, quæ infra dabimus, Monumenta. Verum-enimvero sive hisce demum, (quod præcipuum rei momentum est,) sive aliis, jam allegatis, ac inferius recensendis, dubio procul omni sinceris Sedis Apostolicæ litteris jura sua, cum opus fuit, dignitatemque, ac titulos honoris tutati sunt Gradenses: actaque inter partes transactione, sæpe mota finem habuere dissidia.

VIII. VE-

Poponem excipit Eberardus. De Synodis Ticinensi, ac Romana. Succedit Goteboldus. Dissidia cum Gradensibus. Alia ejusdem Patriarchæ gesta. Sequitur Ravengerus, tum Sigeardus, qui Marcham obtinet Carniolæ. Gregorii Papæ VII. sectatur partes idem Patriarcha: ejusque opera in gravissimis negotiis utitur Pontifex.

I. POPONEM, antequam vita mortali defungeretur, ad Romani Pontificatus culmen evectum, non pauci referunt Scriptores, quos nomine suppresso memorat Baronius. In Chronico Salisburgensi apud Hieronymum Pezium Tomo I. Rerum Austriacarum ad Annum M. XLVIII. hæc habentur: *Pro quo* (Suidgero, seu Clemente II.) *Popo, Aquilegensis Patriarcha, qui Damasus* (ejus nominis secundus) *dicitur*. Putidissima fabula, ex nominis similitudine orta. Popo Brixinensis Episcopus ille est, qui in Apostolicam prædicto anno 1048. conscendit Sedem, Damasi nomine assumpto.

DECESSISSE Poponem Aquilejensem anno 1042. testantur laudati Annalistæ: eique suffectum eodem anno *Eberardum, Augustensem Canonicum*, diserte narrat Hermannus Contractus. In vetusto Aquilejensi Evangeliario Sacramentum fidelitatis exaratum legitur, quod Marcianus, Mantuæ Præsul, his verbis emisit: *Polliceor, atque promitto ego Marcianus Sanctæ Mantuanæ Ecclesiæ futurus Episcopus, me fidelem & obedientem esse S. Aquilegensi Ecclesiæ, & tibi Donno Heverardo Patriarchæ, tuisque Successoribus secundum ordinem meum, salva fidelitate Heinrici Regis*. Ad Sedem Mantuanam pervenisse Marcianum anno 1045. narrat Ughellus.

II. SYNODUM Ticinensem *anno* insequente M. XLVI. *Indictione* XV. *octavo Kal. Novembris* celebratam *praecepto Regis Henrici III.* ac Imperatoris II. profert Ughellus in Tabulis Veronensibus; in qua *multæ res juste atque rationabiliter in ejusdem gloriosi Regis præsentia*, (&) *Archiepiscoporum illius, & Episcoporum* pertractatæ sunt. Discussione de loco instituta, quem in Conciliis Veronensis Præsul teneret, in eam feruntur ivisse Patres sententiam, *ut per Synodos & Concilia urbs Verona apud Aquilegiam secundam sibi Sedem vindicans possideat, & ab hinc perpetualiter secunda habeatur, appelletur pariter, & vocitetur Sedes*. Interfuerunt Archiepiscopi plures Itali, aliarumque nationum: primumque legimus *Eberardum Aquilejensem Patriarcham*. Inter Episcopos Provinciæ Aquilejensis occurrit *Liuterus Cumanus*, quem etiam *Litigerium, Leutiebe-rium, Adalgerium*, & *Liugerium* vocatum notat Ughellus. Hocce documentum Aloysius Cornelius S. R. E. Cardinalis, ex *antiquo Decretorum Burchardi Vvormatiensis* Codice descriptum, Veronensibus anno 1583. transmisit in eorum Archivo servandum.

ALIA sequitur Synodus adversum Simoniacos Romæ anno 1047. a Clemente Papa II. celebrata. In ea obortam narrat Hieronymus Rubeus in Historia Ravennate, altercationem inter Metropolitas, Mediolanensem, Aquilejensem, & Ravennatem, de primatu honoris, deque sede in Conciliis: causamque Ravennati a Pontifice adjudicatam. Ipsius Clementis feruntur litteræ in Collectionibus Conciliorum, queis primus Ravennati Metropolitano locus adjudicatur, secundus Aquilejensi, Mediolanensi tertius. Commentitias litteras esse, contendit Puricellus in Vita S. Laurentii Archiepiscopi Mediolanensis Capite XXIV. easdemque confictas arbitratur *post annum* 1122. *ab homine, qui eo præsidio firmare in posterum cu-*

peret

Gothebolдus, *Gorboldus*, & *Gotoboldus* appellatur. Diploma Henrici III. ad Brixianas S. Salvatoris Sanctæque Juliæ Virgines, quod habetur Tomo II. Bullarii Casinensis nu. 91. recognovit *Goteboldus Cancellarius vice Herimanni Archiepiscopi & Archicancellarii* anno 1048. An idem fuerit cum Goteboldo ad Sedem Aquilejensem anno insequente evecto dicere non ausim. B

IV. Apostolicam interpellanti Sedem Dominico Gradensi faciles aures præbuit Leo Papa IX. ut ejusdem, atque Goteboldi jura in Synodo Romana anno 1053. revocarentur ad examen. Gradensis Patriarchæ possessio adseritur firmaturque. Hæc discimus omnia ex Epistola Pontificis *ad Episcopos Venetiæ ac Istriæ* data, quæ in Collectionibus Conciliorum nu. 2. recensetur. Refert ille: *In præsenti Indictione sexta, Dominicum Gradensem, imo Novæ Aquilejæ Patriarcham, ad Synodum Romæ habitam venisse.* Annum Christi 1053. designat Indictio *sexta*. Ipsum vero *querimoniam de sua, & Forojuliensi* (seu Aquilejensi) *Ecclesia lacrymabiliter coram fecisse.* Relectis ponderatisque vetustis privilegiis, hanc sententiam denique latam, *ut nova Aquileja* (seu Gradus Insula) *totius Venetiæ & Istriæ caput & Metropolis perpetuo haberetur: Forojuliensis vero Antistes tantummodo finibus Longobardorum esset contentus.* C

Neque tamen dissidio finis impositus. Ægre tulit Goteboldus judicium Leonis, ab eoque convocatæ Synodi Romanæ. Iterum *de Gradensi plebe* (verba sunt Chronici Aquilejensis) *proclamavit: & tam per Alexandrum II. quam per Henricum Imperatorem III. dicta plebs adjudicata est: & per utrosque super XVI. Episcopatus, & de Regalibus data potestas.* Thronum Apostolicum Alexander II. anno 1061. indeptus est. Obierat Henricus, Rex Germaniæ III. & Imperator II. anno 1056. quo Regnum Germaniæ administrare cœpit Henricus IV. ejus filius. Coronam Imperialem accepit a Guiberto Antipapa anno 1084. ipsumque Itali dixerunt Imperatorem ejus nominis tertium. Itaque Goteboldus privilegia, si qua sunt, Sedis Apostolicæ, ac Regiæ Majestatis post annum 1061. obtinuit. D

sunt Benedictinæ Sacri Gynæcei in Civitate Forijulii Virgines. Autographas servant Tabulas, quæ nulla insignitæ sunt nota Chronica. En illas: " Notum sit omnibus præsentibus & futuris, qualiter ego Goteboldus, Dei gratia Patriarcha Aquilegensis, quatuor Massaricias in Carnea positas, scilicet in Villa quæ vocatur Ampez, Sanctæ & Venerabili Ecclesiæ de Sancta Maria in Valle, quæ est in Civitate Forijulii posita ad servitium illarum Monacharum, quæ ibi serviunt Deo, cum omni jure in perpetuum tradidimus; eo tenore, ut illarum quatuor Massariciarum impensio non admisceatur reliquo stipendio Monacharum, sed semotim & singulariter in quatuor festivitatibus Sanctæ Mariæ inter illas dividatur. Quod ut verius a nobis factum esse credatur, manu nostra subscripsimus, & sigilli nostri impressione confirmari jussimus. ✠ Ego Goteboldus Patriarcha subscripsi. ✠ Ora pro famulo Sancta Maria tuo.

In Aquilejensi Chronico hæc rursus habentur: *Hic construxit Monasterium Sancti Stefani de Aquilegia, in quo erant Canonici Regulares, nunc autem seculares.* Locum istum perperam censuit eumdem Palladius cum Ecclesia & Præpositura S. Stefani in Forijulii Civitate. *Huic etiam concessit, & dedit dictus Imperator* (Henricus III.) *Ducatum Forijulii, & Marchiam Istriæ, & multa alia largitus est.* Diplomata videre non licuit, quæ de hisce largitionibus certiores nos reddant.

VI. Emortualis Goteboldi annus, initæque a Ravengero successore sedis epocha latent. Hujus obitum, sedemque Sigeardi ad *annum* 1068. refert Scafnaburgensis: *Ravenger*, inquiens, *Patriarcha Aquilejensis obiit: cui Sigehardus Cancellarius successit, pro quo Bibo Cancellarius est substitutus.* Diplomata Henrici a Sigeardo subscripta numerat ab anno 1064. ad 1067. sæpe laudatus Godefridus Abbas Gotwicensis. In postremo apud Hundium, & Hanzisium in Altmanno Episcopo Pataviensi, notæ Chronicæ sunt *Annus Domini* M. LXVII. *Ordinationis Domini Heinrici quarti Regis* XV. *Regni vero* XI. & dies *secunda* ante *Nonas Martii*.

in aciem & campum educere. Hinc illis non pauca emolumenta obveniebant: possidebantque ipsi bonorum Ecclesiarum partem clientelari jure. Hinc ortæ Advocatorum tyrannides, exactiones, usurpationes. Plura differit in Glossario Cangius. De Advocatia, advocatisque Aquilejensis Ecclesiæ sæpius infra agendum.

DIPLOMA nondum typis vulgatum memorat Fontaninus in Vindiciis Diplomatum Libro II. Capite VI. num. 5. quo Henricus donat Sigeardo Marcham Carniolæ, *subveniente Dilecta nostra Bertha Regina*. Diploma *anno* M. LXX. datum *Norimbergæ* refert. Hanc eamdem Regis Henrici IV. largitionem Anonymus Leobiensis memorat apud Pezium Tomo I. Rerum Austriacarum, ad eumdem annum M. LXX. *Rex vero*, inquiens, *etiam interveniente Regina, Marchiam Carniolæ, præsente Duce Ludolfo Karinthiæ, obtulit Sigbardo Patriarchæ, & Ecclesiæ Aquilejensi*.

VII. IN Sedem Apostolicam anno 1073. post Alexandrum II. suffectus est Gregorius VII. quem diu gravissima Ecclesiæ negotia exercuere. In solicitudinis partem vocavit operam industriamque Sigeardi. Morem gessit, suumque præstitit obsequium Patriarcha. Inter Epistolas Gregorii, quæ Libro primo continentur, inscripta legitur quadragesima secunda *Ad Sicardum Aquilejensem Archiepiscopum*. Vocat ipsum Pontifex ad Concilium Romæ *in prima hebdomada Quadragesimæ* celebrandum, ad Prælatorum aliorumque mores corrigendos: monetque ipsum, intra *prælibatum terminum* suam *exhibere præsentiam* una *cum suffraganeis Episcopis; ut tanto tutius, tantoque firmius ad subsidium Ecclesiasticæ libertatis, & religionis* (inquit) *accingamur, quanto uberius atque vicinius consiliis vestræ prudentiæ, aliorumque Confratrum frequentia, & provida consultatione circumdamur*. Datæ litteræ sunt runt & Imperium, primum in hoc Concilio Decretum, ut pluribus evincit Antonius Pagius.

CONJUNCTA cum eisdem Investituris Simonia gravissimum inter Gregorium & Henricum dissidium exciverat. Non solum ab Imperatore vel Rege consensus requirebatur electioni alicujus ad Episcopatum vel Abbatiam præstandus, neque solemni duntaxat quodam ritu concessio agebatur bonorum Ecclesiasticorum: verum etiam Investiturarum usus hoc ævo degeneraverat in tyrannidem, qua sacrarum electionum libertas opprimebatur, venales fiebant Episcopatus & Abbatiæ, indignissimi plerumque homines pretio soluto acceptoque ad
C Ecclesiasticas præfecturas promovebantur, solebantque conferri Episcopatus per annulum & baculum, quæ spiritalis insignia censebantur potestatis. His abstinere, pollicitus fuerat Henricus: neque tamen stetit promissis. Conciliabulum anno 1076. congregare Vormaciæ ausus est, in quo Romanus Pontifex iniquo percussus anathemate deponitur: idemque anathema Proceres, & Episcopi Italiæ, qui partes Henrici sectabantur, propriæ manus subscriptione amplexati sunt.

ROMANAM Synodum tertiam, ut sui ipsius & Ecclesiarum jura tutaretur Gregorius, eodem habuit anno: ipsumque Regem anathemate devovendum constituit. Tum vero *Principes Sueviæ, & Saxoniæ*, qui Regi
D adversabantur, *Triburiam convenerunt*, (verba sunt Schafnaburgensis) *amplissimo numero, obstinatis mentibus, ad submovendum a negotiis Regni Regem Heinricum, & alium in quem communis electio consensisset creandum*. Sedis Apostolicæ legatione fungebatur Sigeardus cum Pataviensi Antistite. *Aderant una Legati Apostolicæ Sedis, Sigehardus Patriarcha Aquilejensis, & Altmannus Pataviensis Episcopus*.

CA-

I. **D**IRARUM fulmina, quibus percuti caput suum sentiebat Henricus, frequentibus declinare studuit missis ad Romanum Pontificem, ad Germaniæ Proceres legationibus. Plenam, ac integram pollicebatur satisfactionem. Iter Augustam anno 1077. arripuit, ut cum Germanis Principibus colloquium haberet *in Purificatione Sanctæ Mariæ tunc proxima*. In Italiam venit, obviumque Pontificem habuit apud Canusium. Carpit absolutionem: promissa violat, Italosque trahit in partes. Fidem hactenus Pontifici servatam fregit Patriarcha Sigeardus.

FORECHEIMII celebratur Conventus, in quo Germaniæ Regnum traditur Rodulfo Svevorum Duci. Ex Italia discedit Henricus, bellaturus contra novum Regem. Ipsum *per Aquilejam venisse Ratisponam*, scribit Sigebertus Gemblacensis: additque Bertholdus Constantiensis in Chronico MS. apud Hanzisium in Gebehardo Salisburgi Antistite num. 18. *paschales ferias* exegisse Henricum apud Sigeardum. Pascha incidit hoc anno 1077. in diem sextamdecimam Aprilis. Narrat demum idem Bertholdus in Appendice ad Hermannum Contractum apud Urstizium Tomo I. Rerum Germanicarum ad eumdem Annum M. LXXVII. *Sigeardum Aquilejensem Patriarcham in auxilium Heinrico contra bannum Apostolici armata manu venientem, in amentiam versum esse apud Ratisponam, & ex ipso itinere morte interceptum*. Mensem, diemque emortualem patefacit Necrologium Aquilejense, in quo hæc habentur: II. *Idus* (seu die 12.) *Augusti Sicardus Patriarcha obiit*.

II. AFFECTUM sibi addictumque Patriarcham largis donationibus cumulaverat Henricus. Diplomata duo in Editione Italiæ Sacræ Veneta ex Apostoli Zeni Codice vulgata sunt. Datum alterum legitur 3. *Idus Junii*, *anno Dominicæ Incarnationis* M. LXXVII. *Indictione* XV. *anno autem Ordinationis Henrici IV. Regis* XXV. *Regni vero* XXI. actumque *Niremberg*, itemque recognitum a *Gebeardo Pragensi Episcopo & Cancellario vice Sigehardi Archicancellarii*. Ordinationis Henrici IV. an-

A ni ducuntur ab anno æræ vulgaris 1054. pridie Calendas Aprilis, ut docet Abbas Gotwicensis sæpe laudatus; unde loco annorum XXV. repone annum XXIV. Regni vero actualis anni numerantur ab anno Christi 1056. die 5. Octobris: unde Regni annus XXI. in cursu erat *tertio Idus Junii* anni Christi 1077. Gebeardum Cancellarium discimus Episcopum *Pragensem* fuisse: quam dignitatem ejus ignorasse videntur Abbas Gotwicensis, & Bernardus Mallinckrotius in Opere de Archicancellariis S. Romani Imperii, ac Cancellariis Imperialis Au-
B læ. Sigehardum vero Archicancellarium expungendum jubet idem Abbas Gotwicensis, reponendumque *Sigefridum* Moguntinum.

MARCHAM Carniolæ hocce diplomate Sigeardo Patriarchæ tradit Henricus, *subveniente Dilecta Bertha nostra Regina, necnon aliis nostris fidelibus ad hoc nitentibus, scilicet Embricone Augusten. Episcopo, Vvothelrico Cistetensi, Eppone Nivvemburgensi, Bennone Osnaburgensi, Gebeardo Pragensi Episcopis; Ducibus quoque Vvritizlao Boemiæ, & Licudolfo*
C *Carentiæ, Cunone Palatino Comite, & Tiepoldo Marchione*. Idem videtur esse Diploma, quod memoratum a Fontanino, relatumque ad annum 1070. indicavimus. *Oblatam* eo anno Marcham Carniolæ, ut scribit Anonymus Leobiensis, hoc anno 1077. fortasse tradidit Henricus. Embrico Augustanus Episcopus appellatur ab aliis *Emicho*. Wothelricus Cistettensis in Diplomate mox allegando dicitur *Eibestensis*. Epponem Naumburgensem vocant alii *Everardum*; & Benonem Osnabrugensem, *Bernardum Bucconem*. Gebeardus de-
D nique Pragensibus Tabulis adjungendus est.

EODEM anno Christi, & Ordinationis ac Regni Henrici, eodemque Mense ac die alterum apud Ughellum habetur Diploma in gratiam Sigeardi Patriarchæ concessum, quod a *Gebeardo Pragensi Episcopo & Cancellario* recognitum legitur *vice Sigefredi Cancellarii*. Eadem Bertha Regina patrocinium Sigeardo præstat: iidemque Antistites, ac Proceres pro Sigeardo exorantes inducuntur. Tradit Henricus *Comitatum Istriæ* Patriarchæ, *ac perpetua*

tua

ci Carnotensium, inquiens, *Ducatum sine legitima discussione absenti abstulit* Henricus: *& Marcvvardo cuidam propinquo suo tradidit*. Hoc scilicet anno Rodulphus Dux Suevorum, idem Bertholdus, quem & Bertulphum vocant, Dux Carinthiæ, & Welfus Dux Bavariæ ab Henrico Rege discesserant.

SUCCESSIT Leutoldus, seu Luitolfus, Marquardi filius; quem anno 1090. vita migrasse, adnotat Chronicon Augustense apud Freherum Tomo I. Rerum Germanicarum: *Leutoldus Dux Carinthiorum obiit*. Hunc Anonymus Leobiensis ad Annum M. LXX. vocat *Ludolfum:* diciturque corrupto nomine in allegatis Diplomatibus *Lindulfus*, & *Licodulfus*. In ejus præfecturam sufficitur Henricus frater, cujus mentionem Bertholdus Constantiensis in Appendice facit ad Hermannum Contractum ad Annum M. XCVII. *Idem Dux* (Bajoariæ Welfo) *adjutorium Heinrici Ducis Carentini, & fratris ejus Aquilejensis Patriarchæ* (Vodalrici, qui Friderico II. successit) *coactus est adsciscere*.

HIS Carinthiæ Ducibus parebat Istria; nec enim videntur post donationem, Patriarchæ statim ejus Provinciæ possessionem adiisse. Ipsi vero Duces præfectum adsignabant Marchionis titulo, qui eorum nomine regionem administrarent: idemque sub Aquilejensibus Patriarchis factum, postquam in eorum venit Provincia ditionem, ac potestatem. Veterum Documentorum, quæ res Istriæ illustrant, Transumpta habeo. In his Voldaricus pater, & Filius occurrunt Provinciæ Marchiones. Chronicæ notæ aut nullæ sunt, aut dubiæ, certoque corruptæ: hac illos tamen præfectura potitos esse per hæc tempora, colligimus. Primum sic habet: *Qualiter Arnuicus de Castro Pyranensi cum Bona uxore sua dedit Castrum Veneris Voldarico Marchioni Istriæ anno Henrici Regis...* M. XIV. Secundum: *Privilegium Henrici Regis de* XX. *Massariciis datis Voldarico Marchioni in certis locis Istriæ* M. LX. Tertium. *Donatio Sancti Syri facta per Voldaricum Marchionem Istriæ Ecclesiæ Aquilejensi totius nobilitatis compos, patre Vecellino & Vilpurga nobilissima matre, Istriensium quondam Comite, & Comitissa procreata... Dat igitur prædicta D. Azzica consensu D. Vilpurgæ Matris suæ adhuc viventis, & consensu D. Ulderici filii sui*. An Voldarici *Marchionis Istriæ*, quem primo loco memoravimus, pater fuerit Vecellinus, ac mater ejus Azzica, Istriensium erit diligentius perquirere, ac docere. Magno dispendio periere Documenta, aut latent, quæ certiora de Marchionibus Istriæ promerent, eorumque tempora definirent. Ad Annum M. LXX. notat Schafnaburgensis: *Udalricum Marchionem Carintanorum obiisse*. Hunc Wolfangus Lazius filium autumat, aut fratrem Conradi Ducis. An idem sicut Carinthiæ, ita Istriæ Marchio fuerit, scilicet Vodalricus, alterius Vodalrici pater?

IV. AD Comites Forojulienses sese jam convertit oratio. Quod ante animadversum est, rursum recolo: Marcham Forojuliensem, sede Marchionum circa tempora Berengarii Imperatoris translata, Veronensem appellari cœpisse: datumque Civitati Forijulii Præfectum titulo Comitis; indeque nuncupatum *Comitatum Forojuliensem*, quem frequentius memorant hactenus allegata Diplomata. Comitatus ejusdem fines usque ad fluvium Liquentiam protensos, ostendimus Capite LIV. num. 4.

FOROJULIENSIUM Comitum aliquos, quos a Marchionibus diversos arbitramur, in lucem proferunt Diplomata. Primus adest Varientus in Ottonis tertii Diplomate anni millesimi, quod in lucem emisimus Capite LIII. num. 5. & in Conradi Diplomate anni 1028. ad Poponem, in quo hæc habentur: *Damus Poponi Patriarchæ, & Aquilejensi Ecclesiæ quamdam Sylvam in Pago Forojulii in Comitatu Varienti Comitis*. Comes alter indicatur anonymus in Diplomate, quod Henricus III. ad Balduinum Salisburgensem dedit apud Hanzisium num. 4. quo *ob interventum Dilectissimæ Conjugis Agnetis Imperatricis, necnon petitionem filii Henrici Carissimi quarti Regis*, traditur *quoddam prædium in Pago N. Forojulio, & in Comitatu*

sii, *Gararaus Comes de Comitatu Imolensi*, *Arduinus Comes de Comitatu Parmensi*; similesque occurrunt aliæ formulæ, quæ incertum relinquunt, num significaretur olim per ea verba, *Comes de Comitatu*, homo qui Civitati æque ac ejus agro præfectus, titulo Comitis imperaret; an potius Vassus Augustorum, rurali feudo sive Castello aliquo cum titulo *Comitis* donatus, cujus ditio in agro seu Comitatu urbis sita foret. Primo sensu Diplomata prædicta intelligit Muratorius: eodemque sensu intelligenda esse Diplomata nostra eo certius est, quod *Veriben* absque ulla verborum ambage appellatur *Comes Comitatus Forojulii*; nec aliter interpretari liceat formulas eas, *in Pago Forojulii in Comitatu Varienti Comitis*, itemque *in Pago N. Forojulii & in Comitatu N. Comitis*.

V. Hujusce Comitatus Forojuliensis factam ditioni Patriarcharum accessionem, Diploma sequens evincit: "In nomine Sanctæ & „ individuæ Trinitatis, Amen. Henricus divina favente Clementia Rex. Patrum nostrorum orthodoxorum exempla secuti, qui „ rebus suis Ecclesias Dei ædificantes, ædificatas non tam propriis hereditatibus quam „ rebus ad Fiscum regium pertinentibus ditaverunt; salubre & honestum duximus, dies „ juventutis nostræ hujusmodi studiis transigere, ut & vita nostra longævior sit in tempore, & tempora jucundiora in tranquilla „ pace. Quapropter omnibus Christi, nostrique Fidelibus, tam futuris, quam præsentibus, notum esse volumus: qualiter nos „ ob remedium animæ nostræ, & interventu „ Excellentissimæ Matris nostræ Agnetis Imperatricis, & Dilectissimæ Conjugis nostræ „ Berthæ Reginæ; cæterorumque Fidelium „ nostrorum, scilicet Archiepiscoporum Theodaldi Mediolanensis, Umberti Ravennatis; „ instinctuque Carissimi Cancellarii nostri Gregorii Vercellensis Episcopi, Burgardi Losanensis Episcopi, Epponis Cizetensis Episcopi, Benonis Osnabrugensis Episcopi; & Ducis etiam Liutoldi; Marchionum quoque „ Wilielmi, Azzonis, Adalberti; necnon ob „ fidele servitium Sigeardi Patriarchæ, Comitatum Forijulii, & Villam Lunzanigam

B „ Regni, prædictam Ecclesiam, vel prædictum Fidelem nostrum Sigeardum Patriarcham, suosque Successores de omnibus prædictis rebus divestire, molestare, aut ullo „ modo præsumat inquietare. Quod si præsumpserit, sciat se compositurum centum „ libras auri: medietatem Cameræ nostræ, „ ac medietatem antedictæ Ecclesiæ. Et ut „ hæc nostra Regalis traditio stabilis, & inconvulsa omni permaneat ævo, hanc chartam inde conscribi, manuque propria corroborantes sigilli nostri impressione jussimus „ insigniri. Signum Domini Henrici quarti „ Regis Invictissimi. Gregorius Vercellensis „ Episcopus ac Cancellarius vice Domini Hitolphi Coloniensis Archiepiscopi Archicancellarii recognovi. Datum anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi M.LXXVII. C „ Indictione XV. anno autem Ordinationis „ quidem Domini Henrici IV. XXVI. Regni „ vero ejusdem XXIII. Actum Papiæ feliciter.„

Duplici Diplomatis Apographo usi sumus, ac in utroque iidem notantur Ordinationis & Regni anni, quos certissime corruptos tene. Inter Archicancellarios Italicos, qui hocce munere sub Henrico IV. defuncti sunt, primus est *Anno* Coloniensis Archiepiscopus, tum successor ejus *Hildolfus*, quem ab anno 1076. subscribere Diplomatibus cœpisse, docet Abbas Gotwicensis. Primum inter Cancellarios Italicos numerat idem Auctor Gregorium Vercellensem. D

In hac largitione Sigeardo bona & jura concessa, quæ in Fiscum regium redacta fuerant, patefacit Henrici Regis præloquutio; dum narrat, Antecessores suos in more habuisse, ut Ecclesias ditarent sive *propriis hereditatibus*, sive *rebus ad Fiscum Regium pertinentibus*. In fiscum redigebantur eorum bona, qui rebelles a Rege defecerant, aut sine prole decedebant. Sigeardo donatur Comitatus Forojuliensis, quem Ludovicus Comes administraverat; ac insuper *omne beneficium* conceditur, quod idem Ludovicus *habebat in eodem Comitatu*. Ipsum vita migrasse improlem arbitramur, cum nullius in Diplomate sceleris nota appareat. Actum *Papiæ* dicitur Di-

deinceps communicaturum, *quem sciret a Papa excommunicatum*.

INTER acta Concilii *Sacramentum Archiepiscopi Aquilejensis* his conceptum, præstitumque verbis profertur. "Juravit eodem tempo-
„ re Archiepiscopus Aquilejensis Henricus se-
„ cundum hæc verba: Ab hac hora, & in an-
„ tea fidelis ero Beato Petro, & Papæ Grego-
„ rio (*VII.*) suisque Successoribus, qui per
„ meliores Cardinales intraverint. Non ergo
„ (*ero*) in consilio, neque in facto, ut vi-
„ tam, aut membra, aut Papatum perdant,
„ aut capti sint mala captione. Ad Synodum,
„ ad quam me vocabunt, vel per se, vel per
„ suos Nuncios, vel per suas litteras, veniam
„ & canonice obediam: aut si non potero,
„ Legatos meos mittam. Papatum Romanum
„ & Regalia Sancti Petri adjutor ero ad reti-
„ nendum, & defendendum, salvo meo or-
„ dine. Consilium vero, quod mihi credide-
„ rint per se, aut per Nuncios suos, sive per
„ litteras, nulli pandam me sciente ad eorum
„ damnum. Legatum Romanum, eundo, &
„ redeundo, honorifice tractabo, & in neces-
„ sitatibus suis adjuvabo. His, quos nomina-
„ tim excommunicaverint, scienter non com-
„ municabo. Romanam Ecclesiam per secu-
„ larem militiam fideliter adjuvabo, cum in-
„ vitatus fuero. Hæc omnia observabo, nisi
„ quantum sua certa licentia remanserit (re-
„ miserit.)

IN eadem Synodo, eodemque anno, Berengarius, qui ad pœnitentiam sæpe revocatus fuerat, sæpiusque relapsus, hæresim de Sacramento Corporis & Sanguinis Domini coram Henrico Patriarcha ejuravit: ipseque Henricus ad Regem, pacis tractandæ causa, cum Sedis Apostolicæ Legatis Ratisponam missus est. Primum refert Anonymus Chifletianus apud Pagium, inquiens: *Fidem Catholicam professus est Berengarius sub præsentia Gregorii Papæ*, *Henrici Patriarchæ Aquilejensis*, *& Reverendissimorum Episcoporum*. Alterum docet Chronicon Augustense: *Rex Hungariæ*...

1078. habuerat Gregorius VII. inter Titulos hæc verba leguntur: *De Patriarcha Aquilejensi*, *de Patriarcha Gradensi*. Christianus Lupus in Scholio ad Canonem XV. sic ait:
„ Quid inter hunc (Aquilejensem,) & Gra-
„ densem quæstionis fuerit in præsenti Syno-
„ do, ignoro. Quidam existimant, a Leo-
„ ne IX. factam Gradensis Patriarchatus ad
„ Venetos translationem fuisse hic confirma-
„ tam. Ipsam enim etiam in Mantuana Sy-
„ nodo (anni 1064. vel rectius 1067.) fuisse
„ firmatam ab Alexandro tertio (secundo) af-
„ firmat in Venetorum Historia Andreas Dan-
C „ dulus. Et sane in litteris ad Michaëlem Im-
„ peratorem Constantinopolitanum (Libro I.
„ num. XVIII. Indictione undecima, anno
„ 1073.) Gregorius noster (VII.) laudat *Do-*
„ *minicum Patriarcham Venetiæ*. Et Stefanus
„ Baluzius publicavit Lateranensem Pascha-
„ lis II. Synodum, cui subscripsit *Joannes Pa-*
„ *triarcha Veneticus*. (Vide Labbeanam col-
„ lectionem ad Annum M. C. XII.) Et in
„ Magno Belgii Chronico (ad Annum M. C.
„ XXV. apud Pistorium) Honorii II. Lega-
„ tus deponit duos Patriarchas, *Aquilegensem*,
„ *& Venetum*, *qui & Gradensis nuncupatur*.
„ Et in Sigeberti Gemblacensis supplemento
„ scribit Robertus Abbas Montensis (ad An-
D „ num M. C. LXXVII. apud eumdem Pisto-
„ rium:) *Dominus Papa Alexander*, *& Fre-*
„ *dericus Imperator Romanus concordati sunt*
„ *in Civitate Venetiæ in domo Patriarchæ ipsius*
„ *Civitatis*. Hæc ergo translatio est lucida.
„ Verum an hic fuerit tractata, hærere me
„ facit presentis Canonis compendium. Af-
„ firmat enim, non inter Venetam & Gra-
„ densem Civitatem, sed inter Aquilejensem
„ & Gradensem Patriarchas, fuisse aliquid
„ quæstionis. „

QUÆSTIO nempe, quam Lupus ignorasse videtur, Gradensem Ecclesiam spectabat, quam sibi adjudicandam postulabant Aquilejenses Patriarchæ. Ad Sedis translationem quod attinet, ea *lucida* non est, sed perperam invecta. Ne-

Patriarchalem dignitatem, & *sedis honorificentias renovasse*.

Nulla Sedis Gradensis canonica translatio ad amplissimam Venetiarum urbem facta dici potest. Domicilium Patriarcharum translatum, annuimus; cum in Insula Grado tutam illi, aut dignitati congruam habitationem non haberent. Hinc Gradenses dicti sunt *Veneti* Patriarchæ ex ipsorum in Urbe Venetiarum commoratione. Non alio Scriptores laudati sensu intelligendi sunt; unde in Magno Chronico Belgii, Patriarcha *Veneto* memorato, statim additur: *Qui & Gradensis nuncupatur*. Venetum quoque ejusdem Patriarchæ domicilium significat Romualdus Salernitanus, qui in Chronico, quod Muratorius vulgavit Tomo XVII. Collectionis Scriptorum Italiæ, ad Annum M. LXXVII. hæc habet: Alexander III. *a Duce & populo Venetiæ, a Patriarcha & universo Clero, primo ad Sanctum Marcum, de hinc ad Patriarchæ Palatium cum magna gloria & honore deductus*. Hinc vero frequentes inter Patriarcham Gradensem exortas quæstiones, & Episcopum Castellanum seu Olivolensem, refert Ughellus in Episcopis Venetiarum. Sup-

-lo, *successit*. Nationem ejus, ac necem, trucesque interfectores indicat Burkardus Monachus S. Galli in Libro de Casibus ejusdem Monasterii Capite VII. apud Goldastum Tomo I. Rerum Alamannicarum: *Patriarcha Aquilejensis* (Fridericus) *genere Sclavus, a suis, aliisque profanis occisus est*.

Friderico nostro Cacellinus quidam Comes erectionem demandaverat Abbatiæ Mosacensis in suæ proprietatis fundo: quod opus morte præventus exequi non valuit Patriarcha. Hujusce rei typis editas Tabulas habes, opera Jo. Francisci Madrisii, in Appendice II. Operum S. Paulini Aquilejensis. Hæc profero verba ad institutum: *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum. Quapropter notum sit omnibus Christi fidelibus, tam futuris, quam præsentibus: qualiter Comes Cacellinus alodium suum patenter, & absque omni contradictione Friderico Patriarchæ tradidit; summopere rogans, quod in eodem prædio divinum famulatum ordinaret. Quod quia Fridericus Patriarcha morte præventus solvere non potuit, successor ejus Udalricus Patriarcha feliciter adimplevit*.

CAPUT LVIII.

Vodalricus Patriarcha, primum Abbas Sancti Galli. Bello conlatam sibi tuetur Abbatiam. Pro eadem pugnat Patriarcha renunciatus. Mosacensem erigit Abbatiam a Cacellino Comite demandatam. Ereptam Carniolæ Marcham recuperat. Piis largitionibus Ecclesia Aquilejensis cumulatur. Paschalis II. Romanus Pontifex Vodalrico custodiendus ab Henrico V. traditur. Ecclesiam S. Joannis de Timavo Abbatiæ Beliniensi Patriarcha addicit. Largitionibus eamdem ditat Ecclesiam. Ducum Carinthiæ, & Marchionum Istriæ dissidia. Henricus Dux Carinthiæ, Frater Vodalrici, Aquilejensi advocatia se abdicat. Regiminis ratio in Civitate Forijulii.

I. Sedem obtinuisse Aquilejensem Vodalricum anno 1085. notat Chronicon Constantiense. Id *factum* narrat laudatus Burkardus, *anno* M. LXXXVI. *transacto decimo Abbatiæ* (Sangallensis, quam eidem Henricus IV. contulerat) *anno*. De successione Vodalrici in Patriarchalem Aquilejæ Sedem verba facit Bertholdus Constantiensis ad Annum M. XCII. notatque: *Dominum Udalricum .... Abbatiam Sancti Galli, & Aquilejen-*

Henricus IV. *in Abbatem* S. Galli in Helvetia *promovit*. Hanc illustrem cognationem ejus cum Rege patefacit Burkardus, qui reliqua ejusdem Abbatis gesta diligentissime percenset. Eo anno conlatam accepit Abbatiæ præfecturam, quo ipse Henricus, *ut Ducem Ruodolf de Rinfelden suum Regnum sibi usurpasse audivit*, celebrato *Veronæ* Paschate, *per Carinthiam*, *Domino Marquardo & filio suo Liutoldo Duce sibi ducatum præbentibus*, hoc est ipsum comitantibus, *ad Teutonicas partes rediit* ex Italia. Non Veronæ, sed *Aquilejæ*, celebrasse paschalia festa Henricum, testantur Bertholdus Constantiensis, & Sigebertus Gemblacensis. Hæc anno 1077. juxta positos Chronologiæ calculos contigere. Ad annum Christi præcedentem 1076. Vadianus in Chronologia Abbatum Sancti Galli refert Vodalrici electionem in Abbatem. Hujus nominis *tertius* appellatur a Burkardo, diciturque successor alterius Vodalrici, qui post Notpertum S. Galli Abbatiam administravit. Ad hunc Vitam S. Wiboradæ Virginis & Martyris nuncupavit Hepidannus Cœnobita. Vulgavit eam Goldastus loco citato, eamque Sanctorum actis inseruere ad diem 11. Maii Bollandi Continuatores. In Prologo scripta dicitur jussu *Udalrici*, qui *ad regimen* Abbatiæ *anno millesimo septuagesimo secundo Incarnationis Domini vocatus* fuit, illudque tenuir ad annum usque 1076.

ÆMULUM habuit Vodalricus tertius *Luitoldum Monachum*, *a Ruodulfo . . . Abbatem constitutum*. Luitoldo favebat Ekkardus de Nellenburg Abbas Augiensis, armaque movit contra Vodalricum. *Uterque fuit juvenis*, *uterque satis nobilis*, *uterque litteratus*, *& moribus agilis: sed iste Sancti Galli* (Voldaricus noster) *plus magnanimus. Ille tunc temporis ditior militibus*, *sed iste fidelioribus: ille parcere nescivit*, *istum ei cedere puduit. Ille prior istum provocans*, *sibi expulsum Abbatem* (Luitoldum) *in Monasterium superinducere voluit: iste etiam audax*, *non plurimis copiis collectis*, *æquo marte rei eventum expectare volens*, *omnia tentare non timuit. Postquam ille*, *usque uno milliari interposito*, *pervenit; Deo instigante*, *&*

B tus, ut superiore Capite num. 3. narravimus. Captivitate Ekkehardus, Gregorii VII. & Matildis celeberrimæ feminæ adjutorio, solutus, *in ultionem suæ injuriæ*, *Monasterium S. Galli*, *collectis copiis Comprovincialium suorum*, *per quatuor vices hostiliter ingreditur*.

RODULFUS Rex, acie commissa cum Henrico, anno 1080. interemptus cadit: diciturque anno 1082. *Rex ab Alamannis Hermannus de Luzilunburg*, seu Lotharingus. Romam Henricus anno 1083. perrexit: capit Urbem, Guibertum Antipapam sub nomine Clementis III. in thronum evehit: ipseque Imperialem coronam anno 1084. accepit. Hoc absentis Henrici tempore, Hermannus *quemdam Augensem Monachum*, *Vuerinharium nomine*,
C Abbatiæ Sancti Galli *præfecit*: sed Vodalricus *se isti*, *sicut & illi fortiter opposuit*. Alia bella gessit contra Bertholdum Marchionem, quæ refert Burkardus: fueruntque diuturna inter ipsum dissidia, & Gebehardum, ipsius Marchionis fratrem, Monachum Sancti Aurelii, Episcopum Constantiensem.

III. JAMVERO Friderico Aquilejensi Patriarcha interfecto, Sedem illam obtinet Vodalricus. Abbatiam Sancti Galli non dimisit: egitque armis, ut contendentes depelleret. Imo Werinharius, quem renunciaverat Abbatem Herimannus Rex, *cum* Vodalricum *tanto bonore videret sublimatum; illi diutius resistere timuit: quasi pœnitentia ductus resipuis*,
D *tantæque usurpationi renunciavit*. Cœpto desistere noluit Bertholdus Marchio: nec enim ferre poterat, *quod frater* Patriarchæ *Luitboldus aliqua sui juris*, *ut sibi videbatur*, *scilicet Ducatum Carinthiæ concessione regia obtineret: & alter* Henricus *ejus frater Marchiam Istriam sub eadem concessione possideret*. Marquardo patri successerat Luitoldus in Ducatum Carinthiæ; Istriæque Marchio erat Henricus, postea Carinthiæ Dux.

INTERITUM hostium, qui Vodalricum Abbatem diu molestiis affecerant, narrare pergit Burkardus. *Nam Hermannus suppositisius Rex*, inquit, *sibi semper odiosus*, *in nativam terram suam Lutoringam*, *Henricum Regem fugiens*,

... præbuit novo [illegible] Vodalricus, Sangallensis Abbas, & Patriarcha Aquilejensis, auxilium: eaque de causa in se plurium cepit inimicitias. Postremo *pace adepta*, *omnes fautores suos vel hic in Abbatia remuneravit: vel in Primarchatum* (Patriarchatum intellige Aquilejensem) *secum ducens*, *ibi honoribus*, *& rebus ampliando exaltavit*.

IV. PIUM refero opus, quod Cacellinus Comes demandaverat, neque potuit exequi Fridericus inlata nece surreptus, a Vodalrico perfectum consummatumque. Monachis Benedictinis erexit Cœnobium quod a loco *Mosacio* dictum est *Mosacense*: diciturque in allegato Documento apud Madrisium, " ad honorem
„ sanctæ & individuæ Trinitatis, & Sanctæ
„ Crucis, Sanctæque Dei Genitricis Mariæ,
„ & Sancti Joannis Baptistæ, Sancti Joannis
„ Evangelistæ, & Sanctorum Apostolorum
„ Andreæ, Bartholomæi, & Matthæi, Sanctorum etiam Martyrum Blasii, Cancii, Can-
„ ciani, Grisogoni, Tatiani, Germani, Ger-
„ vasii & Protasii, atque Beatorum Confesso-
„ rum Martini, & nomini Sancti Galli, Ma-
„ gni, Othmarii, necnon Sanctarum Virgi-
„ num Cæciliæ, Margaritæ, Columbæ con-
„ structum: *itemque* antedicti Comitis alodio
„ dotatum.

FUNDI a Cacellino legati numerantur: aliaque recensentur bona ac jura, queis Ecclesiæ & Cœnobii Mosacensis dotem auxit ipse Vodalricus. Hæc refero: *Aream unam in Carintbia*, *quæ Erro vocatur*, *quam Dux Henricus pro Advocatia Aquilegensi Patriarchæ dederat*, *cum piscationibus*, *atque omnibus ad eamdem Curiam pertinentibus*. Rei *testes* advocantur Ecclesiastici, & Laici quamplures. Memorare liceat *Andream Novæ Civitatis Episcopum*, & *Cuononem Austriæ Præpositum*.

ANDREAS Civitatis-Novæ in Istria Antistes desideratur in ejusdem Ecclesiæ Tabulis apud Ughellum. Hinc novo illæ adjuncto Episcopo supplendæ sunt. Seriem Ughellianam exhibeo, ut sedis ejus tempora innotescant. Recensetur *Azzo*, quem subscriptum legimus in Tabulis donationis a Popone factæ Canonicis Aquilejensibus anno 1031. Succedit *Nicolaus*, qui reperitur vixisse anno 1089. (ut ait in Commentario Sanctæ Columbæ Italice scripto, numero, seu Capite XXIV. Sedebat Aqui- B lejæ anno illo Sigeardus Patriarcha, sedemque tenuit usque ad annum 1077. Successit Henricus, cujus obitum ad annum 1084. refert Bertholdus Constantiensis. Uno rexit Ecclesiam anno Fridericus successor: ejusque regimen suscepit anno 1085. aut insequente Vodalricus. Prædictam ergo convellit epocham hæc Patriarcharum Chronotaxis. Accedit *Indictionem duodecimam* non esse anni æræ vulgaris 1072. indicem, sed anni 1089. Neque tamen hoc anno *actum* dixerim Vodalrici Documentum, cum unius notæ Chronicæ fides haud satis tuta firmaque haberi queat. Eodem anno *Nicolaus*, Episcopus Civitatis Novæ, vixisse reperitur, Ughello teste, in Monumentis ejusdem Ecclesiæ. Quo anni mense non constat: mense vero C *Novembri* subscribit Documento *Andreas* ejusdem Civitatis & Ecclesiæ Antistes. Ibidem memoratum legimus *Ducem Henricum*, idest Henricum fratrem Vodalrici, Ducem Carinthiæ, qui *pro Advocatia Aquilejensi* bona quædam *in Carinthia* Patriarchæ dederat. Obiit Leutoldus Dux anno 1090. ut in Chronico Augustensi adnotatur: eique successit Henricus, frater ejus, & Patriarchæ; unde hoc anno posterius videtur Documentum Vodalrici cum erectione Cœnobii Mosacensis.

CACELLINUS Comes fundator in vetustis quibusdam Monumentis nuncupatur *Comes Palatinus*. Hoc appellabantur nomine, qui in Regum Palatiis Judicum officio fungebantur. D Causarum genera Cangius recenset in Glossario, de quibus illi cognoscebant. Sed auctis, & longius productis Regni ac Imperii finibus, eodem Cangio adnotante, ut subditorum levaretur labor, eorumque impensis parceretur, Palatini Comites mittebantur in Provincias, qui supremo jure *justitias*, ut tunc loquebantur, *facerent*, causisque & litigiis finem imponerent. In singulis deinceps majoribus Provinciis constituti sunt Comites ab Imperatoribus, qui vice Regia supremo jure causas dirimerent, præsertim apud Alemannos. Hinc memoratos in vetustis chartis recenset idem Cangius Comites Palatinos *in Bajoaria*, *in Saxonia*, *ad Rhenum in Franconia*, *in Lusatia*. Fuere Co-

Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo C. XIX. *Indictione* XII. *Epacta* VII. *Concurrente* VII. V. *Kal. Septembris*, *dedicatum est hoc Templum ab Episcopo Andrea Civitatis Novæ*, *præcipiente*, *& favente*, *ac etiam benedicente Venerabili Patriarcha Vodalrico*. Hunc Vodalricum deceptus intelligit Palladius Patriarcham ejus nominis secundum, qui Peregrino I. anno 1161. successit in Sedem. Putidiore anachronismo vitiatum circumfertur MS. documentum, quod *ex jussu Domini Cacellonis Comitis Palatini* confectum dicitur a *Pangratio Cive Constantiensi*, *Imperialis Aulæ Notario*, *& judice ordinario*; in quo hæc habentur: " „ Ipse quidem Dominus Cacello supradictus „ ob suorum veniam peccatorum transitare desiderans cum Domino suo Federico secundo „ Inclito Romanorum Imperatore & semper „ Augusto: & volens de suis alodiis feudalibus bonis disponere, cum suæ reversionis dubium cernat eventum .... confisus de bonitate Rev. & honesti Patris D. Federici Sanctæ Sedis Aquilejensis Patriarchæ, affinis „ sui, in cujus manibus & potestate animam „ suam posuit & commendavit ... inter alia „ eidem Domino Patriarchæ legavit & donavit bona sua patrimonialia, & proprietaria, „ sita in Provincia Forojuliana; tali quidem „ proposito, & conditione adjecta, quod dictus „ D. Patriarcha in Alodio suo, quod Monsvis appellatur, construat & ædificare debeat „ Cœnobium unum in honorem almæ Dei Genitricis, & Beati Galli: ibidemque ordinare debeat Fratres Ordinis Sancti Benedicti „ vestitorum nigrorum &c. „ Anachronismum tolle, cætera prænarratis conveniunt.

V. CARNIOLÆ Marcham Ecclesiæ Aquilejensi & Sigeardo Patriarchæ pridem concessam, ac æmulorum deinde surreptam dolo & arte, melius consultus Henricus IV. Vodalrico agnato suo restituit. Vulgatum legitur Diploma apud Ughellum ex Codice Apostoli Zeni. Notum esse omnibus jubet Henricus: *qualiter Nos*, inquiens, *tempore Sigeardi*, *Patriarchæ bonæ memoriæ*, *pro fideli servitio ejus*, *&* que tam facile constare potest, quinam illi fuerint? An potius reponendus est *Ogerius* Hyporegiensis Episcopus *Cancellarius*, & *Hermannus* Coloniensis *Archicancellarius*, qui munere suo anno 1091. ac deinceps defungebantur? Notæ chronicæ ita se habent: *Datum* IV. *Idus Maii anno ab Incarnatione Domini* M. XCI. *Indictione pr. anno autem Domini Henrici Regni ejus* XXVIII. *Imperii vero* IX. Fœde corruptæ sunt. Annus Imperii *nonus* definit anno Christi 1093. die 31. Martii, qua coronam Imperialem anno 1084. die Sancto Paschæ suscepit; unde IV. *Idus*, seu 12. die Maii jam decimus inceperat Imperii annus. Annum tamen 1093. designat Indictio *prima*: eratque in cursu Regni annus *tricesimus septimus* usque ad diem 5. Octobris. *Actum* denique Diploma dicitur *Papiæ*. Hocce tempore diversabatur in Italia Henricus. In Germaniam abierat anno 1092. relicto filio Conrado, ut se Matildi ingenti animo mulieri opponeret. Sed ipsum Henricum rediisse in Italiam, adnotat Pagius ad Annum M. XCIV. num. 1. Annos ergo habemus, cum Henricus *Papiæ* largiri Diploma potuerit Vodalrico.

VI. ECCLESIAM Aquilejensem tum Viti principes, cum sequioris conditionis homines pro ipsorum facultate, prædiorum largitione, beneficiis, juribusque cumulabant. Donationem profero, eodem Vodalrico Patriarcha recipiente, factam, quæ ad annum 1096. pertinet. Hujus ævi formulas peculiares, ac voces, quæ adhiberi consueverant, conscriptæ Tabulæ patefaciunt. "In nomine Domini Amen. Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo Nonagesimo sexto, quarto die Augusti, Indictione quarta, Basilicæ S. Mariæ, „ quæ est constituta intra urbem quæ dicitur „ Aquileja, quæ pertinere videtur de sub regimine & potestate Episcopatus S. Mariæ „ Aquilejensis Ecclesiæ. Ego quidem Johannes quondam Rantolfi, qui professus sum „ meo nomine in mea lege vivere Romana, „ offertor, & donator Ecclesiæ S. Mariæ urbis Aquilejæ præsens præsentibus dixi: Quisquis

„ quis

„ tegrum pertinere debent juris mei: quæ esse videntur positæ infra Marchiam Istriæ in prædicto loco de Nigrignano, tam infra Castrum, quamque deforis Castri, & quantum mihi ibi pertinet, & in eis Territoriis in integrum pertinere debet. Id sunt ibi, ut dictum est desuper, tam casæ cum sediminibus, seu terris aratoriis, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, molendinis, piscationibus, venationibus, ripis, rupis, rupinis, ac paludibus: tam in montibus, quamque in planiciis cultum & incultum, divisum & indivisum, sortitum & insortitum, una cum finibus, & terminibus, & accessionibus, & usibus, aquarum ductibus cum omni jure adjacentibus. Quam autem suprascriptam offersionem juris mei supradictam, una cum accessionibus & ingressibus, seu cum superioribus & inferioribus suis, quantum supra legitur, in integrum ab hac die in eadem Basilica S. Mariæ dono, & offero. Et per præsentem titulum offersionis in integrum transfero ad eamdem Basilicam S. Mariæ; ita ut supra legitur in suprascripta offersione, a præsenti die Wodelricus Patriarcha qui ibi a Domino ordinatus est Episcopus, seu Episcopi qui ibidem post suum decessum Domino deservierint, ad eorum usum perpetuum; & faciant exinde de jure proprietario ex parte S. Mariæ, cui ego offero, quidquid voluerint sine omni mea & heredum meorum contradictione. Atque ita spondeo, & repromitto, me (ego qui supra Johannes) una cum meis heredibus in eadem prædicta Basilica S. Mariæ, seu & illis qui Domino deservierint & a Domino ordinati fuerint Episcopi in eodem Episcopio, aut cui pars ipsius Ecclesiæ dederit, qualiter supra legitur, in integrum ab omni homine defensare. Quod si defendere non poterimus, aut si parti ipsius Ecclesiæ S. Mariæ aut cui pars ipsius Ecclesiæ dederit, aliquid per quodvis ingenium subtrahere quæsierimus; tunc in duplum eamdem offersionem, ut supra legitur, parti ipsius Basilicæ, aut cui pars ipsius Basilicæ dederit, restituamus, sicut pro tempore fuerit

„ zonis, & alii Artuici filii Artuici, & Nendu rogatorum testium. Ego Bertoldus Honestus Notarius, scriptor hujus Cartulæ offersionis post traditam complevi, & dedi. „

DIGNA est animadversione Tabularum formula, qua ipse Joannes loquens inducitur: ejusdemque, prædia sua Basilicæ S. Mariæ offerentis, verba litteris a Notario consignantur. Voces *offertoris*, & *offersionis*, passim offendimus in hujusce ævi chartis. Quæ *rupes* & *rupina* vocantur, sunt *montana loca*. De terræ portionibus *sortitis & insortitis*, vel *sortis & insortis*, *divisis & indivisis*, plura disserit Cangius in Glossario. Aquisitiones denique *accessionum* voce significantur. Tabulas confectas legimus *infra Castrum Utini*. Ante seculum Otto II. Imperator hoc *Utini Castrum*, aut *Castellum* dono dederat Rodoaldo Patriarchæ. Diploma munificentissimi Principis Capite LII. num. 8. in lucem emisimus. Habes vero, quænam hac ætate fuerit loci conditio, ac sors.

VII. CÆTERA persequor Vodalrici gesta. Adnotare primum liceat, vitam Henricum cum Regno, & Imperio amisisse anno 1106. die prima, vel septima Augusti. Successit filius ejus Henricus Rex, ejus nominis quintus. Romam accessit anno millesimo centesimo undecimo Imperialem coronam suscepturus. Romanam Sedem tenebat Paschalis II. qui ab Rege postulat *refutationem investituræ*, ut in Actis Vaticanis legitur, ac *cætera quæ in Conventionis charta scripta fuerant*. Renuit Henricus; ipsumque Pontificem, qui Imperialem propterea coronam denegavit, captivum factum, Vodalrico Patriarchæ custodiendum tradidit.

REM narrat Otto Frisingensis in Chronico. In Chronico Aquilejensi dicitur idem Patriarcha, *non sicut custos, sed sicut humilis servus*, famulatum Pontifici exhibuisse. Facinus tamen ejus arguit improbavitque Conradus I. Salisburgensis, erga Romanum Pontificem addictissimus. Anonymi verba apud Hanzisium hæc sunt: *Quæ res odii inter eumdem Patriarcham, & Archiepiscopum causa extitit, quia Dominum suum & Magistrum in captivitate ser-*

tem patefaciunt, aliaque non pauca docent. Ecclesiam S. Joannis de Timavo, quæ adhuc existit sub nuncupatione Sancti Joannis de Duino, a Vodalrico Patriarcha erectam scribit Palladius. Vetustior est ejus origo. Vetustate collapsa jacebat: eamque Henricus, & Fridericus decessores juri addixerant Abbatis Beliniensis ad instaurationem: idque confirmat Vodalricus.

TABULÆ habentur aliis insertæ, quas fieri & conscribi jussit Volcherus Patriarcha. *In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Nos Volkerus Dei gratia Sanctæ Aquilejensis Sedis Patriarcha. Notum esse volumus omnibus, tam futuris, quam præsentibus, hanc paginam inspecturis; quod veniens ad nos Dilectus nobis in Christo Filius Leonardus Abbas Beleniensis cum Fratribus suis, quoddam privilegium sub titulo & sigillo Domini Vvodolrici Patriarchæ nobis obtulit; petens humiliter, ut nos illud ad abundantem temporis futuri cautelam, per transcriptionem & sigillum nostrum, divinæ retributionis intuitu, renovare vellemus. Nos itaque cum Viris prudentibus idem privilegium diligenter examinantes, & omnino illud veridicum invenientes, de Prælatorum, & aliorum Fidelium nostrorum consilio deliberavimus: quod ita rationabilem dicti Abbatis, & Fratrum suorum petitionem liberaliter admittere deberemus. Et sic jam dictum privilegium, nihil omnino addentes vel diminuentes, de verbo ad verbum fideliter in hac carta transcribi fecimus, & sigilli nostri appensione roborari. Cujus quidem tenor talis est.* "In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Quoniam in „ Vinea Domini Sabaoth divina vocatione cultores accessimus; oportet, ut spinas & tribulos extirpantes, in ejusdem vineæ propaginibus vigilanti studio desudemus, ut illum remunerationis æternæ denarium vel „ novissimum percipiamus. Quare ego Wolricus Patriarcha, considerans Ecclesiam Sancti Johannis de Timavo, nominatissimum „ quondam Monasterium, prorsus destructam „ suisque jacentem in ruderibus, atque ipsam „ ibi quibusdam Fratribus perpetuo consistat, „ & ipsis Monachis, quoniam Belenia locus infirmus est, irruentium ægritudinum sit ad „ tempus effugium. Quod si quis hanc traditionem præsumpserit, atque eamdem cellam a jure tuo, vel Successorum tuorum aliquo modo subripere tentaverit, anathemate percussus a Deo in die judicii respondeat. „ Quod ut verius credatur, sigilli nostri impressione insigniri fecimus. Ego Wolricus „ Patriarcha huic decreto a me facto manu „ propria subscripsi. Ego Rempot Concordiensis Episcopus subscripsi. Ego Alexander Novæ Civitatis Episcopus subscripsi. Ego Petrus Petenensis Episcopus subscripsi. Ego „ Wolricus Præpositus & Archidiaconus subscripsi. Ego Arnoldus Præpositus subscripsi. „ Ego Adam Decanus subscripsi. Ego Vavinus Presbyter subscripsi. Ego Joannes „ Presbyter subscripsi. Hujus rei testes sunt „ Albertus Comes Forojuliensis, Dietericus Vicedominus, Henricus, Hermenah, „ Johannes, Adalbertus, Andreas, Bonus, „ Marquardus, Andreas, Poppo, Abningerus, Krimold. „ *Facta ..... transcriptio anno Domini* M. CC. XIII. *tertio die.... apud Aquilejam. Hujus rei testes sunt Vvolricus Concordiensis Episcopus .... Novæ-Civitatis Episcopus, Stefanus, Decanus, Henricus..... Sancti Felicis Præpositus, Philippus, Vvolricus, Hermannus Magister Scholarum, & alii Fratres nostri de Capitulo Aquilejensi; Leonardus quoque Itunensis Præpositus, Bernardus Villacensis Archidiaconus, & Capellani nostri; Stefanus Sextensis Monachus, Fredericus, Conradus, Detalmus; Laici quoque, Sigifridus de Ruinia, Johannes de Portis, Udo de Prem, Sifridus de Treps, & Hermannus frater ejus; Veneti etiam, Joannes Fuscus, Dominicus Grimanus, Dominicus Albus, Leonardus de Puteo, & alii multi. Ego Gernotus Aquilejensis Canonicus, & ipsius Domini Vvolfkeri Patriarchæ Capellanus hanc cartam de suo mandato sigillavi, & dedi.*

INTER Episcopos Vodalricianis Tabulis sub-

ætas certius definitur.

VIII. HANC ejusdem Ecclesiæ traditionem in Abbatis Beliniensis, potestatem novo confirmat decreto Vodalricus *jam in senectute positus:* ejusque dotem pluribus auget conlatis beneficiis. Easdem instaurat Tabulas Pertoldus Patriarcha, ut infra. *Bertholdus Dei gratia Sanctæ Aquilegiensis Sedis Patriarcha universis Christi fidelibus, tam præsentibus, quam futuris, in perpetuum. Honestas inducit, & æquitas persuadet justas petitiones admittere, ipsasque debito effectui favorabiliter mancipare. Sane Dilecto filio Vuozelone Abbate Monasterii Beliniensis nobis humiliter supplicante, ut quoddam privilegium a claræ memoriæ Vodolrico Patriarcha Monasterio memorato concessum, nunc autem ex multo processu temporis antiquatum, renovare misericorditer dignaremur; ejus precibus favorabiliter inclinati, præfatum privilegium annotatione præsentium renovamus de certa scientia: ipsumque per nos, nostrosque Successores ratum, & inviolabile in perpetuum habere permittimus. Cujus quidem tenor noscitur esse talis:* "In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego quidem Vodolricus Dei gratia Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha, considerans quia Regnum cœlorum vile cum comparatur, verum percarissimum cum possidetur, existit; apud memetipsum compensavi, qualiter hujus felicissimæ hereditatis vel ultimam portionem possem adipisci. Occurrit illico mihi illa Evangelica Vidua, quæ projectis duobus in gazophylacium minutis, a Salvatore meruit audire: Amen dico vobis, quia hæc Vidua plus omnibus dedit; nam quod habuit, totum dedit. Igitur quia hæc cum bona voluntate projecit, secundum sententiam Domini per hoc tantillum munus Cæleste Regnum feliciter comparavit. Ego vero hanc, non per omnia, sed ex parte sequi desiderans; Ecclesiæ Sancti Johannis de Tymavo, quæ sub regimine Abbatis Beliniensis est, quædam beneficia contuli, & pro dote tradidi. Est autem ille locus ob Reliquias Sanctorum ibidem requiescentium honorandus, omnibusque Christianis venerandus.

„ ... altare trado. Decem quoque mansos, quos a Marchione Engelberto pro Sacrilegio, quod fideles sui per incendium Ecclesiæ in Carniola commiserant, recepi, similiter Sancto Johanni tribuo in loco, qui dicitur Gradisca. Rogo itaque, rogando moneo, monendo obtestor, obtestando vinculo anathematis stringo, ne aliquis Successor meus hanc meam donationem infringere præsumat; imo eumdem locum amet & diligat, & quantum valet pro Dei amore exaltet. Hujus autem rei testes sunt Otto Concordiensis Episcopus, Andreas Episcopus Novæ-Civitatis; Hermannus Capellanus, Johannes Vicedominus, Odescalcus, Meynardus, Wernherus, Jonam. Ego Wodolricus Patriarcha jam in Senectute positus manu mea subscripsi. Ego Marquardus Notarius & Capellanus jussu Domini Wodolrici Patriarchæ hanc chartam scripsi." *Hujus autem innovationis testes, in quorum etiam audientia dictum privilegium est perlectum, fuerunt Magister Bonacursius Episcopus Æmoniensis, Magister Paganus electus Parensinus, Leonardus Abbas Rosacensis, Johannes Præpositus Sancti Stefani, Magister Vuilielmus Decanus Aquilejensis, Chounradus Decanus Civitatensis, Popo Præpositus S. Felicis, Gerardus Decanus ejusdem, Magister Bertoldus de Fagedis, Gerardus Siboto, Matthias de Mels, Canonici Aquilejenses, & alii plures. Datum in Patriarchali Palatio Aquilejensi per manum Bonencontri Canonici Aquilejensis, Curiæ nostræ scribæ, anno Gratiæ* M. CC. XLIII. *Indictione* II. *tertio Kalendas Novembris feliciter.*

NUDUM *Pagani* nomen recensetur in Tabulis Parentinis. Electionem ejus patefaciunt, ac successionem Tabulæ jussu Pertholdi confectæ, sedisque tempora designant. In ipso vero Vodalrici Documento, quod referri ad extremos ejus vitæ annos debet, *Maynardum de Guriza* legis & *fratrem* ejus *Engel* ..... Hæc prima in Monumentis Aquilejensibus hactenus allegatis Goritianorum comitum mentio. Nobilissimæ Familiæ stemma in Peregrino, Vodalrici post Gerardum successore, delineare incipiemus. Non erectam denique ab eodem Vodalrico Ecclesiam S. Joannis de Timavo discimus;

sit, (verba sunt Burkardi Monachi Sangallensis) *quia suus frater Luitoldus aliqua sui juris . . . scilicet Ducatum Carinthiæ concessione Regia obtinuit; & alter ejus frater* (Henricus) *Histriam sub eadem concessione possedit*.

VITA migravit anno 1090. Luitoldus Dux: eique successit Henricus. Marcham Istriæ occupavit Engelbertus. Narrat Megiserus atrocissimum a Patriarcha, junctis cum Henrico fratre & Duce Carinthiæ copiis, anno 1112. commissum actumque cum eodem Engelberto non procul Aquileja prælium; ipsumque victum, superatumque Engelbertum, sanguinolenta palma & crudelissima victoria obtenta. Is est Engelbertus Marchio, cujus milites, ipso teste Vodalrico in postremis allatis, Tabulis, *Sacrilegium per incendium Ecclesiæ in Carniola commiserant*. Is est, quem hostem quoque habuit Conradus I. Salisburgensis apud Hanzisium num. 50. Henrici Junioris Ducis Carinthiæ frater fuit: ipsumque Ducatum post Fratrem obtinuit.

ID Hanzisius colligit loco citato ad Annum M. C. XXIX. ex Anonymo, qui Carinthiæ Ducum Successionem exhibet his verbis: *Post hunc* (Henricum seniorem, Fratrem Vodalrici Patriarchæ) *persecutores* (Conradus I. Salisburgensis) *habuit alium Henricum* (*qui junior appellabatur*, *& priori Henrico mortuo Ducatum Carinthiæ obtinuit*) *& fratres ejus Engelbertum, & Bernhardum comites. Sed Henricus festina morte sublatus Engelberto fratri crudelitatem, quam contra Ecclesiam suscitaverat, prosequendam cum Ducatu dereliquit*.

OBITUM Henrici, ac successionem Engelberti refert Hanzisius ad annum Christi 1130. quod evincit ex Diplomate Lothariano, dato Ratisponæ anno eodem, & *Indictione octava*; præsentibus Chunrado Salzburgensi Archiepiscopo, aliisque; ac inter Principes, *Engelberto Duce Carinthiæ*. Anno 1142. mortem ejus illigat Aventinus. Duos eidem superfuisse filios, Henricum & Udalricum, eosdemque Duces Carinthiæ, evincit Hanzisius loco citato

clesiæ, *pro mea anima & Luicardæ uxoris meæ*, *Sanctæ Mariæ*, *& Fratribus his coram*, *Clericis*, *& laicis*, *collaudante & confirmante Domino Vodolrico Patriarcha Fratre meo dederim*; *videlicet eo tenore*, *ut semper in Festivitate Omnium Sanctorum optimum servicium Canonicis bis in vita mea a Preposito eorum fideliter administretur*, *& C. pauperes pascantur: post mortem vero meam in meo Anniversario totum istud supradictum adimpleatur*.

MORTALITATEM explevit Henricus anno circiter 1029. Diem emortualem notat quartam Decembris Necrologium Aquilejense: II. *Nonas* (*Decembris*) *Henricus Dux*, *& Advocatus obiit*, *qui placitum Advocatiæ Fratribus dedit: Notum sit &c.* Servitium, quod injungitur singulis annis præstandum, nihil aliud videtur, nisi convivium quod stato die Canonicis Aquilejensibus præberi debeat. Dicitur etiam *servitium plenum* apud Cangium: ipsæque præstationes, quæ in pecunia vel nummis fiebant, *servitia* vocabantur. Canonici appellantur *Fratres*; ac *Prepositi* nomine insigniebatur, qui eos regebat: quibus ex vocibus vitam apud illos communem viguisse, conjicimus. Aliud abdicatæ Advocatiæ monumentum Capite LXIII. allegabimus initoque discutiemus examine.

XI. SILENTIO præterire subscriptionem non licet *Alberti Comitis Forojuliensis*, quam priore in documento Vodalriciano legimus. Satis ea indicat, Patriarchas, dono sibi Comitatu Forojuliensi dato, dignitatem retinuisse & præfecturam Comitis, qui in Civitate Forijulii sedem haberet, totumque Comitatum eorum nomine administraret. Nullus deinceps in vetustis Chartis Forojuliensis Comes occurrit. Puto namque, Civitati Forijulii detractum hoc esse ornamentum, quod jus omne ac potestatem ad se traxerint Patriarchæ: totiusque regiminis in Civitate rationem in Magistratu Gastaldionis positam & judicum, Patriarchis obnoxio, subjectoque. Tum *Gastaldionis*, & *Castaldi* voces, tum ejus munera, potestatem, originem pluribus Cangius aliique declarant.

CA-

... Ughellus, & Palladius: ad annum 1117. Joachimus Vadianus in Chronologia Abbatum Sancti Galli apud Goldastum Tomo I. Rerum Alamannicarum. Utramque convellit epocham consecratio Templi Mosacensis anno 1119. *præcipiente*, *favente*, *ac etiam benedicente Venerabili Patriarcha Vodalrico*, peracta. Burkardus in ejusdem Vita sic habet: *Cum autem hanc Ecclesiam* Aquilejæ, *& illam* Sancti Galli *per* XLVI. *annos*, *& tres menses rexisset*, *plenus dierum viam universæ carnis & ipse ingreditur*. Eumdem Abbatiæ, & Sedis annorum, atque mensium numerum retinent Conradus de Fabaria in Catalogo Abbatum qui præfuere Monasterio Sancti Galli, & laudatus Vadianus apud Goldastum. Abbatiam Sancti Galli, eodem Burkardo teste, anno 1076. obtinuit Vodalricus: qua posita epocha, vita functum Patriarcham anno 1122. jam adulto, plane conficeretur. B

DIEM emortualem ex *vetusto Codice* Vadianus exhibet *quartum Nonas*, idest secundum *Aprilis*: notatque apud alios haberi *Eidus Decembris*. Hanc etiam diem habent Ephemerides Monasterii Sancti Galli apud Goldastum, & Necrologium Aquilejense. Protrahi ad Idus Decembris anni 1122. vita Vodalrici non potest; jam enim hoc anno die 21. Maii Aquilejensem regebat Ecclesiam Gerardus. Aut ergo die 2. Aprilis hujus anni, aut Idibus Decembris anni superioris tributum naturæ solverat Vodalricus. C

II. SUCCESSIT Gerardus, quem Chronicon Aquilejense *de villa Præmariaci juxta Civitatem Austriam ortum narrat*. Anno 1122. Mense Majo sedem tenebat. Id ex ejus colligimus Tabulis, queis Placiti Synodalis jus Clero Forojuliensi conceditur. In Archivo Capituli ejusdem Civitatis exemplum servatur Authentici, quod profero. *Exemplum corroborati Authentici impressione sigilli Domini Gerardi bonæ memoriæ Aquilegiensis Patriarchæ*, *actum anno Domini* M. CC. V. *quarta die intrante Februario Indictione* VIII. *apud Austriam Civitatem in domo Domini Usolpertii Felicis* ... " D
„ Quia Apostolica sententia commonemur, ut
„ dum tempus habemus, quod bonum est cum
„ omnibus operemur; oportet ut omnes, &
„ ti Doctoris præceptis obtemperemus. Juxta
„ enim ipsius Apostoli sententiam: quod in
„ præsenti seculo laborabimus, in futuro reci-
„ piemus. Quapropter ego Gerardus Patriarcha
„ Dei gratia Aquilegensis, quia de Ecclesia
„ mihi credita piger & otiosus timui judicari;
„ inquantum pro tempore potui, Ecclesiæ Ci-
„ vitatensi, & Fratribus ibidem servientibus
„ caritatis studio exhibere curavi. Siquidem
„ prædictæ Ecclesiæ Clerus, vel populus, una
„ cum cæteris meis fidelibus, me sæpissime &
„ humillime rogavit, ut Placitum Synodale
„ cum integra justitia ad eamdem plebem per-
„ tinens, altari Beatæ Mariæ & Sancti Stepha-
„ ni perpetualiter traderem. Quorum preci-
„ bus inclinatus, refutante, invitante, & col-
„ laudante Venerabili Viro D. Woldorico Ar-
„ chidiacono, prædictum placitum Archidia-
„ conatus Fratribus eidem Ecclesiæ servienti-
„ bus, eorumque Successoribus perpetuo ha-
„ bere, seu Placitum cuicumque ipsi commi-
„ serint, concessi: & extantibus Clericis, &
„ Laicis supradicti Placiti investituram super
„ sacratissimo altari Beatæ Mariæ, & Sancti
„ Stephani posui. Successores meos quoque hu-
„ militer moneo, ut quod ego tam pro eo,
„ quam pro mea salute disposui, minime in-
„ fringant: sed omni tempore ratum, stabi-
„ le, inconvulsum esse permittant, & in ulti-
„ mi examinis die una mecum beatæ retribu-
„ tionis mercedem recipiant. Quod si aliter,
„ quam nos optamus, Clericus, sive Laicus,
„ magna vel parva persona, instinctu Diabo-
„ li, aliquo ingenio mutare, vel infringere
„ tentaverit, hic & in futuro perpetui anathe-
„ matis pœnam suscipiat, & in die judicii cum
„ Juda traditore supplicio damnetur. Quod ut
„ verius credatur, & diligentius observetur,
„ hanc cartam fieri præcepimus, & sigilli no-
„ stri impressione insigniri jussimus. Actum est
„ in eadem Ecclesia anno Dominicæ Incarna-
„ tionis M. C. XXII. Indictione XV. duodeci-
„ mo Kal. Junii, Regnante Henrico quinto
„ Augusto Imperatore feliciter. Ego Gerar-
„ dus Patriarcha manu mea subscripsi. Wol-
„ doricus Archidiaconus & Præpositus Aquile-
„ gensis mea manu subscripsi. Ego Adalber-
„ tus Decanus Civitatensis ss. Ego Arnoldus
„ Præ-

tur authenticum, & hoc ejus exemplum, interfuerunt, & huic rei rogati sunt testes. Nicolaus Macheropius Mansionarius, & Cancellarius Reverendi Capituli Civitatensis, & Notarius publicus manu propria extraxit, & subscripsit.

DISCE plura. Unum est Patriarchæ nostri nomen, *Gerardus*: neque uspiam in authenticis monumentis *Richardus* appellatur. Primus inter testes *Comes Mainardus* idem est, ac *Maynardus de Guriza* memoratus in Tabulis, quas Vodalricus *jam in senectute positus* fieri jussit, de quibus Capite superiore nu. 8. egimus. Sequitur *Placitum Synodale*. Synodum intelligo, a Diœcesana procul dubio distinctam, quam convocare, regere, ac moderari solis Episcopis datum est. Ea intelligi debet, quam vocat *Synodum peculiarem*, & inferiorem Thomasinus Parte II. de Vetere & Nova Ecclesiæ Disciplina Libro III. Capite LXXVI. quæve tribui Prælatis Episcopo inferioribus poterat, ad lites & contentiones sopiendas, ad morum repurgationem scelerumque ultionem canonicam, ad sacram demum jurisdictionem explicandam. Plura sequiorum temporum exempla adducit ille: easque potissimum memorat Synodos *peculiares*, quæ ab *Archidiaconis* convocabantur.

AIT vero num. 3. receptissimos fuisse & antiquissimos in Gallia, Anglia, Germania Conventus hujusmodi, qui *Capitula*, *Consistoria*, *Calendæ*, *Synodi*, *Sessiones appellitabantur*: sed *nullos hactenus in Italia* sibi obvios fuisse. Insigne & vetustissimum Synodi hujusce in Italia exemplum proferunt Gerardi Tabulæ. Jus erat Archidiaconi Aquilejensis convocare Synodum, in qua sacra exerceretur in Clerum & populum Forojuliensem jurisdictio. Hocce jure se abdicat idem Archidiaconus: idemque a Patriarcha conceditur *Ecclesiæ Civitatensi & Fratribus ibidem servientibus*. Laudatum *Voldaricum Aquilegensem Archidiaconum* memoratum legimus in Documento anni 1176. quod infra dabimus.

III. ECCLESIÆ *Civitatensis*, non Forojuliensis appellationem animadverte: subscriptumque in Vodalriciano de Cœnobii Mosaro, quo de agimus, *Forojulium municipium.*

B Juri ac potestati Maxentii, qui Paulinum excepit, addicunt Ludovicus & Lotharius Imperatores Monasterium *Sanctæ Mariæ in Valle intra muros Civitatis Forojuliensis*. Pagum etiam frequentissimum Premariaci anno 1015. donat Joannes Patriarcha Præposito S. Stefani & Canonicis *in Civitate Forijulii habitantibus*: & Gotepoldus, qui regimen suscepit Aquilejense anno 1049. bona plura largitur *Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Valle, quæ est in Civitate Forijulii posita*. Comitatus denique *Forojuliensis*, qui passim occurrit in hujus ævi chartis, a Civitate Forijulii dictus est.

NOVAM eadem Civitas nuncupationem obtinet, diciturque *Civitas Austria*. Vetustum
C documentum anni 1097. exhibet Chartularium Monasterii Sanctæ Mariæ in Valle, cujus prima hæc accipe verba. " In nomine Domini. „ Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo nonagesimo septimo, XII. die Maii, Indictione quinta. Petimus nos Pecemanus & Johannes una cum nostris heredibus a te, Hirmingarda Abbatissa de Monasterio Sanctæ Mariæ de Valle Civitatis Austriæ, ut nobis dare digneris ad residendum, & laborandum usque anno XX. & IX. nominatim omnes casas, seu res illas, quæ pertinent, vel in integrum pertinere debent ad supradictum Monasterium Sanctæ Mariæ de Valle .... Actum est infra Monasterium Sanctæ Mariæ feliciter. „ Vetustius occurrit Instrumentum
D *anno 1057.* in MS. Libro *Variorum*, quæ Marcus Antonius Nicolettus collegit, in Archivo ejusdem Civitatis adservato, in quo hæc habentur: *Izo pater, qui professus sum ex natione mea lege vivere Romana, dono Præposito Civitatensi quidquid visus sum habere in Comitatu Friulalensi.*

SATIS hæc opinationem profligant Jo. Francisci Palladii, qui in Historia Forojuliensi pronunciat: hanc Civitatem anno 1272. cognomen *Austriæ* obtinuisse, cum Otocheri Regis Boemiæ & Ducis Austriæ Imperio se subdidit. At eam duobus seculis, & amplius antiquiorem evincunt appellationem Monumenta, quæ protulimus. Quænam ergo fuerit ejus appellationis causa & ori-

Hoc etiam undecimo seculo, Provinciam *Austriam*, unde appellati sunt Duces Archiducesque Austriæ, ea voce nuncupatam, cum antea diceretur *Oriens*, *Bavaria orientalis*, *Marcha orientalis*, *Ostericbum*, *Pannonia*, *Ostrogothia*, *Terra Avarorum*, diligentissime adnotat docetque Hieronymus Pez Tomo I. Rerum Austriacarum Dissertatione II.

IV. AD Gerardum Patriarcham sermone revertor, quem Sede sua dejectum ab Honorio II. legimus. Hanc ejus dejectionem refert Baronius ad Annum 1128. quo *Petrus Presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Anastasiæ Ravennam missus est; ubi congregata synodo deposuit* Legatus *Apostolicus Aquilejensem, & Venetiarum seu Gradensem Patriarchas*. Hæc se legisse testatur Annalium parens *in vetere Pontificali*; neque tamen uspiam invenire latæ censuræ causam potuisse. Utramque, dejectionem, & causam, alii pandunt Scriptores. In Magno Chronico Belgii legimus: *Papa per Legatum Cardinalem duos Patriarchas, scilicet Aquilegiensem, & Venetum qui & Gradensis nuncupatur, deposuit; quia invenit ipsos schismaticis favorabiles exsisisse. Hæc Bernardus.* Is est Bernardus Guidonis Ordinis Prædicatorum, cujus allegata sunt verba in Vita Honorii II. in Collectione Muratoriana Scriptorum Italiæ Tomo III. Rem quoque memorat, inlatæ pœnæ causa prætermissa, Cardinalis Aragonius in Vita ejusdem Pontificis, quæ in citata collectione vulgatur. *Hic delegavit Petrum Presbyterum Cardinalem titulo Sanctæ Anastasiæ ad partes Ravennæ, qui deposuit Aquilegensem, & Venetiarum Patriarcham*. Hunc intellige Gradensem. Testis denique adest Dandulus in Chronico, qui ad annum 1130. refert Petri Polani Ducis electionem, dejectionem Patriarcharum, & Honorii II. obitum. *Interea Honorius Papa* (verba ejus sunt) *Joannem Patriarcham Gradensem, & similiter Aquilegiensem deposuit, quia Schismaticis fuerant favorabiles*.

DILIGENTISSIME rem totam exsequitur Conradus I. Archiepiscopus Salisburgensis, binis hocce de negotio datis Epistolis, altera ad Ottonem Episcopum Bambergensem, *cto Aquilegiensi Ecclesiæ in Episcopalis fastigii* B *dignitatem Decano vestro, Fratre nostro*, & *Consacerdote dignissimo, eliminatam fuisse veterum spurcitiarum, quæ longo illic* (Aquilejæ) *tempore dominata fuerat, credebamus fœditatem*. Vetus hæc fœditas non recentem duntaxat significat Conradi Regis factionem, sed etiam Schisma Henricianum, quod diu perduravit. His implicaverant sese turbis & factionibus Aquilejenses Decessores Patriarchæ, & Gerardus. Rem ipsam ab origine repeto, dissidiis indicatis quæ Ecclesiam & Imperium lacerabant. Henricus Germaniæ Rex, hujus nominis quartus, Gregorio VII. Sede Apostolica deturbato, Guibertum, Schismaticum Ravennatem Archiepiscopum, anno 1084. in Sedem Romanam intruserat sub nomine Clemen- C tis tertii: ab eoque Imperialem suscepit coronam. Obiit Pseudo-pontifex anno 1100. Tres invecti sunt Antipapæ, Albertus, Theodoricus, & Maginulfus. Primus ipso electionis die captus, apud Sanctum Laurentium retruditur. Tenuit alter Pseudo-pontificatum quinque supra centum dies. Maginulfum denique appellaverunt Silvestrum quartum. Interea Gregorium VII. vita functum excepit Victor III. tum Urbanus II. ac deinde Paschalis II.

FATO concesserat Henricus IV. anno 1106. eique in Regnum successit filius ejus, Henricus quintus. Romam ipse proficiscitur anno millesimo centesimo decimo primo: captivum detinet Paschalem Pontificem, ab eoque Impe- D rialem extorquet coronam, quam iterum a Burdino Archiepiscopo Bracarensi anno 1116. suscepit. Mortem obit Paschalis anno 1118. Eligitur Gelasius secundus: simulque ab Henrico V. factiosisque hominibus Antipapa constituitur Burdinus, Gregorius VIII. nuncupatus. Imperialem ab isto coronam tertia vice accipit Henricus. In Sedem Romanam anno 1119. conscendit Callistus II. qui Burdinum capit, truditque in Monasterium. Anno 1125. mortem obit, Henricus: designanturque ad Imperium Lotarius Dux Saxonum, Fridericus Dux Suevorum, Leopoldus Marchio Orientalis, & Carolus Comes Flandriæ. Primus in Regnum sublimatur: sed Fridericus, aliique Ger-

aliis factiosis Episcopis sententiam subiit depositionis. Bis ipsum Sede, ac dignitate dejectum, anno 1128. Ravennæ a Legato Apostolico, iterumque anno 1130. ab ipso Honorio Pontifice, nonnulli putant. Rem dubiam arbitror ego, minusque verisimilem.

V. DEJECTO Gerardo, in ejus locum *Decanum Ecclesiæ Bambergensis* suffectum, diserte prodit Conradus Salisburgi Archiepiscopus. Ex ejus nominis littera initiali E, conjicit Hanzisius, vocari *Egelbertum* potuisse. Turbæ motæ sunt in Aquilejensi Clero: peractæque electionis plures pœnituit; neque Sedis possessionem adiit Egelbertus. Narrat quippe laudatus Conradus, mutasse consilium Aquilejenses, eosque *contra istum canonice electum, ideoque merito suscipiendum, tumultuari*: se recepisse Egelbertum Juvaviam, seu Salisburgum apud ipsum Conradum, donec *castigata furentium insolentia, electum recognoscerent, & debita reverentia reposcerent*: hunc vero *metuentem, ne fama sua propter vicinitatem locorum aliquid suspicionis ex hac re pateretur*, Bambergam ad propria rediisse.

REVERTENTEM Egelbertum Ottoni Antistiti enixe commendat Conradus: *Obsecrantes vos*, inquiens, *tam pro antiqua amicitia, quam pro adepta sibi & nobis honoris gloria, diligere eum ut fratrem, honorare eum ut electum Pontificem, servare ut necessarium hominem, in quo nihil præter pietatem invenimus & honestatem: quem etiam denuo in opus, ad quod assumptus est, restitui necesse erit.*

VI. SEDES interim Aquilejæ Pastore destituta vacabat. Rem indubiam facit vetusta anni 1129. charta, cujus Autographum in Aquilejensi Archivo adservatur. *Breve recordationis, qualiter ego Azo de Azmurgen cum Mathilda uxore mea, pro remedio animæ nostræ & parentum nostrorum, dedimus Curtem nostram in Pre ... loco sitam, cum omnibus pertinentiis suis, & duas massaricias, unam in Villa quæ dicitur Bicinis, & aliam in Clavenzano, super altare Sanctæ Dei Genitricis Mariæ ad usus Fratrum .... Hanc vero donationem hoc modo fecimus: quod ego, & uxor mea usque ad obitum meum sine censu habeamus & possidea-*

Bertoldus.

NULLUS itaque Aquilejæ anno 1129. residebat Patriarcha, adeoque Sedes Aquilejensis vacabat. Hinc Gerardi confirmatur dejectio: eamdemque peractam anno 1128. colligitur, ut Baronio placet.

VII. VACANTEM Sedem ingressus est anno 1132. Peregrinus. Hanc epocham Privilegium confirmat, quod ipse Patriarcha eodem anno ab Innocentio II. Romano Pontifice obtinuit. Aquilejensis Præsulis potestas rata habetur *super sexdecim Episcopatus*, itemque *super Abbatias Osciascensem, Mosacensem, Rosaciensem, Beliniensem, Sextensem, Pirensem, & Sanctæ Mariæ ad Organum*. Pallii usus, atque crucem deferendi facultas confirmatur: largitionesque *Comitatus, Marchiæ, Ducatus* Apostolica roborantur auctoritate. Integra legitur Constitutio in Veneta Italiæ Sacræ Editione, data *Placentiæ per manum Aimerici S. R. E. Diaconi Cardinalis & Cancellarii* III. *Kal. Julii Indictione* X. *Incarnationis Dominicæ anno* M. C. XXXII. *Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ II. anno* III. Cubat error in anno Pontificatus, qui *secundus* numerandus est.

ILLUSTREM Peregrini stirpem innuit Thomas Ebendorfferus de Haselbach in Chronico Austriaco Libro III. apud Hieronymum Pez Tomo II. Rerum Austriacarum pag. 798. *Narrant Historiæ*, inquiens, *quod circa annum 1168. tempore Friderici I. fuit Henricus Dux Carinthiæ, cujus Hermannus & Piligernus* (Peregrinus) *Patriarcha filii, morientes, Ulricum filium Comitis Vvolffhardi heredem reliquerunt, qui & Ducatum Sedi Aquilejensi obtulit. Hermannus igitur Dux Carinthiæ genuit Udalricum, & Bernhardum*. Peregrinum Patriarcham discimus, filium extitisse Henrici Ducis Carinthiæ, & fratrem Hermanni, qui eadem præfectura ac dignitate post patrem potitus est. Fallitur vero Ebendorfferus, aut Codicis vel typographiæ mendum irrepsit, dum Hermannus & Peregrinus dicuntur, *morientes Ulricum filium Comitis Vvolffhardi heredem reliquisse*, ipseque Ulricus *obtulisse Ducatum Sedi Aquilejensi*. Eodem Auctore teste, *genuit* Hermannus *Udalricum*, & *Bernardum*;

unde

ingeritur mentio. Vetustior dici tamen debet origo. Monumenta desiderantur, quæ certam ejus definitamque aperiant ætatem. Auctorem facit Abbatiæ Bellonus in Vitis Patriarcharum Vodalricum Patriarcham, cujus gesta Capite LVIII. narravimus. Belloni accipe verba; *Is* (Vodalricus) *anno.... supra millesimum* (dolendum, certum æræ vulgaris annum excidisse) *religione percitus, Rosacii Monasterium, Basilicamque in honorem Beati Petri extruxit, Abbate Geroldo constituto, sub regula Sancti* C *Benedicti, multisque collatis donis, ac proventibus additis, ex agro Olearum fundis decem, quos patrio more Mansos vocamus, ex agro Pasleliani a prato quibusdam aliis.*

AMPLIORA conlata memorat beneficia his verbis: *Accesserunt iis ex Meynardi patris ejus* (Vodalrici) *liberalitate fundi centum quinquaginta, adjecta ab Henrico ejus fratre Brazani plebe cum Capellis, Filiabus, decimis, & Quartesiis; ac Basilica Sancti Johannis Cormarquardo, & Henrico, aliisque Goritianis Comitibus fundi in Carsis ex agris Cesanæ, Seriacbæ, Merzanæ, Danæ, Sanctæ Mariæ sub oppido Cesanæ, Sanctæ Crucis, Udalacbæ, Dobraulichæ, Codinæ, Sropæ, Scopulacbi, Gabrovizi, Piscavizi, Gorianſi, Vosizæ, Albarellæ, & Selzacbi.* Opulentiam habes Cœnobii Rosacensis. Perperam ac falso Vodalrici pater dicitur Mainardus: Marquardus vero, qui genuit ipsum, hujusque frater Henricus, minime fuerunt Comites Goritiani; quanquam amplissima bona ac jura, quibus eadem Abbatia Rosacensis potiebatur, a Goritianis Comitibus imprimis accepta, non imus inficias.

HINC minus accurate demum Augustinus Lubin in Abbatiarum Italiæ Notitia scripsit: Rosacensem *a Mainardo Comite Noritiano extructam & dotatam in Oppido Rosacii anno circiter* 1170. Ipsam ab Henrico Goritiano, teste nullo, nulla fide, erectam positamque prodit Palladius.

CAPUT LX.

Monasterium Syticense fundat Peregrinus. Advocatiam Præpositura S. Stefani, eodem Peregrino operam dante, abdicat Mainardus Goritianus. Ex Oriente redux Conradus Rex, Aquilejæ, & Glemonæ diversatur, ubi diploma datur pro Abbatia Beliniensi. Peregrinum capit Engelbertus Mainardi filius: qua ipsum liberant captivitate Viri principes. Fragmentum genealogicum veterum Marchionum Stiriæ. Romanæ Friderici I. Imperatoris coronationi adest Peregrinus. Duces Carinthiæ, & Marchiones Istriæ. Cremensibus deditionem urbis Patriarcha suadet. Adhæret Victori IV. Pseudo-pontifici.

I. GESTA Peregrini, quæ colligere potuimus, percensenda sunt. Monasterii Syticensis in Carniola ipse proditur auctor. Rem narrat Anonymus Leobiensis in Chronico apud Pezium Tomo I. Rerum Austriacarum, ad Annum M. C. XXXIII. *Monasterium Syrich*, inquiens, *fundatur a Pilgrino Venerabili Patriarcha, Cisterciensis Ordinis, in Karniola.*

D TESTIS idem legitur Patriarcha in Diplomate Lotharii, quod habetur Tomo II. Bullarii Cassinensis num. 162. dato *anno Dominicæ Incarnationis* M. C. XXXVII. *Indictione prima, anno Regni Domini Lotharii* XIII. *Imperii VI.* A Calendis Septembris prima inceperat indictio. Insignis Abbatiæ Cassinensis Imperiali confirmantur auctoritate Privilegia, *adhibitis idoneis testibus, quorum nomina hæc sunt,*

Harturico Præposito, ut Advocatiæ jure, bonorum fundorumque cessione compensato, se illa abdicarent Comites. Pro facultate, qua potiebatur, lubens annuit Peregrinus, remque totam ad effectum perduxit.

Tabulas profero. "Antiquorum Patrum
,, exempla nos instituunt, ut in Ecclesia Dei
,, famulantium justis petitionibus annuamus,
,, & annuentes paternæ gratia pietatis, & fra-
,, ternæ studio caritatis in necessitatibus eorum
,, consilium eis & auxilium solicite impende-
,, re studeamus. Hinc ego Peregrinus Dei gra-
,, tia Sanctæ Aquilegensis Ecclesiæ Patriarcha
,, omnibus Christi fidelibus, tam futuris, quam
,, præsentibus, volo esse notissimum: qualiter
,, dilectus Frater noster Harturicus, Sancti
,, Stephani Præpositus, ad nos sæpe accedens,
,, lacrymabiliter conquestus est, quod Exacto-
,, res Advocati Minghinardi rusticos Ecclesiæ
,, suæ malitia & pravitate sua injustis & im-
,, moderatis exactionibus incessanter & intole-
,, rabiliter vexarent; ac tanta acerbitatis suæ
,, nimietate gravarent, quod multi facultati-
,, bus suis expoliati, recedentes domos vacuas
,, reliquissent; & nisi eis nostra citius auctori-
,, tate subvenissemus, idem facere cogerentur
,, residui, qui remansissent. Quorum afflictio-
,, nibus, & necessitatibus paterna pietate con-
,, dolentes, & fraterna affectione compatien-
,, tes, pro tempore eis consulere & subveni-
,, re non distulimus; & ut necessitas perur-
,, gebat, a tanta eos oppressione liberare de-
,, crevimus. Itaque Minghinardum advoca-
,, tum, filiumque ejus Henricum ejusdem ad-
,, vocatiæ consortem, vocantes, querimoniam
,, nobis factam eis exposuimus; ut exactores
,, suos talia facere prohibeant, sub obtestatione
,, gratiæ & auctoritatis nostræ rogavimus, at-
,, que præcepimus; Et quomodo monitis, &
,, jussionibus acquiescere, & precibus nostris
,, obedire, & iniquos Placitatores suos de ma-
,, lignitate, quam exercebant in pauperes ru-
,, sticos, corripere coërcereque noluerunt;
,, Harturicus S. Stephani Præpositus rustico-
,, rum suorum afflictionem, & bonorum Ec-
,, clesiæ suæ destructionem ferre non præva-
,, lens, communicato consilio cum Fratribus
,, qui fidelium suorum semper votis annuit,
B ,, talis inter eos conventio facta est. Ut præ-
,, dictus H. de prædiis Ecclesiæ suæ viginti-
,, quatuor massaricias, quæ ab Antecessoribus
,, suis in beneficium traditæ fuerant, quarum
,, quatuor in Predemano, duæ in Terenzano,
,, quatuor in sub collibus, sex in Carnia, octo
,, in S. Daniele, simul & Telonium in merca-
,, to S. Danielis, & ad hæc viginti marcas ar-
,, genti, eidem Minghinardo advocato, & fi-
,, lio ejus Henrico daret: sub ea scilicet con-
,, ditione, ut M. advocatus pater, & filius
,, ejus Henricus Placitum & omne advocatiæ
,, jus, quod in prænominatis bonis, hoc est,
,, in Predemano, in Terenzano, & in Carnia
,, (in cæteris utique prædiis Ecclesiæ non ha-
C ,, buerunt) possidere videbantur, in manus
,, nostras refutarent, & una nobiscum in jus
,, & possessionem ipsius Ecclesiæ transferrent,
,, & confirmarent. Hac denique facta conven-
,, tione, ad præsentiam nostram venientes,
,, & universa nobis supradicta per ordinem in-
,, timantes, nostrumque super his assensum
,, implorantes, idem M. advocatus, & filius
,, ejus H. placitum & omnem utilitatem ad-
,, vocatiæ, quod in prædictis Ecclesiæ S. Ste-
,, phani villis habebant, in manus nostras re-
,, futaverunt: atque, ut superius continetur,
,, eidem Ecclesiæ donari rogaverunt. Ipsique,
,, videlicet pater & filius, vigintiquatuor man-
,, sos, qui fundati sunt in præscriptis locis Ec-
D ,, clesiæ, & Telonium in S. Daniele, per has
,, conventiones susceperunt. Nos ergo, ut in
,, principio præsignavimus, pauperum affli-
,, ctionem considerantes, & eos a tanta vio-
,, lentia eripere cupientes, Ecclesiæ quoque
,, & Fratrum in ea famulantium utilitatem
,, per omnia diligentes, Placitum advocatiæ
,, cum omni plenitudine & justitia, quæ fieri
,, debet in præfatis bonis, quæ Ecclesia Beati
,, Stephani habere vel possidere cernitur, vel
,, deinceps quolibet tempore aquirere vel li-
,, berare poterit, in jus & proprietatem ipsius
,, Ecclesiæ transfundimus, & confirmamus sub
,, anathemate Omnipotentis Dei, & nostro.
,, Statuentes, ut nullus posthac advocatus,
,, nullaque parva vel magna persona, in præ-

,, dictæ

„ tionis Domini M. C. XXXIX. Signum Peregrini Patriarchæ. Signum Berturici Episcopi. Signum Vudalrici Archidiaconi. „

DICITUR Civitas, ubi Tabulas confectas legimus, *Australis Forojulii*. Hinc vero colligas, eamdem esse Civitatem, primo *Forumjulium* dictam, tum *Austriam* & *Australem*, idest in ea Provinciæ parte sitam, quæ vergit ad ortum. *Berturici* Antistitis Sedes erat Concordiensis. Eumdem nomine *Vvervici* appellatum deinceps dicemus. Idem est *Minghinardus*, ac Mainardus Comes Goritiæ, pater Henrici. De his Capite sequente agendum.

III. ALIA Peregrini gesta, quæ ad insequentes annos referuntur, Veronenses apud Ughellum Tabulæ, in Theobaldo Antistite vulgatæ, ad posterorum notitiam servarunt. De Patriarcharum tutela Canonicorum collegio adserta agitur, deque ipsorum dissidio cum *Comitibus de Runco*, quod ipse diremit composuitque Peregrinus anno 1140.

TESTIS legitur ille in Diplomate anni 1149. quod Glemonæ dedit pro Abbatia Mosacensi Conradus Rex, ex Oriente redux. Vulgatum prostat, Eruditissimo Josepho Binio operam conferente, in Veneta Ughellii Editione. Quæ narrantur in ipso ut perspicua fiant, hujusce ætatis historiam perstringo. Imperialem coronam Lotarius acceperat Romæ ab Innocentio II. anno 1133. Biennio post, idest anno 1135. cum eodem Lotario pacem ineunt jurantque Germaniæ Principes, & Conradus. Vitam anno 1138. cum morte commutat Anacletus Antipapa, eique sufficitur Victor III. qui intra paucos dies Mitram deposuit, abdicavitque Pontificatum. Eodem anno, cum superiore Lotarius Imperator obiisset, in Germaniæ Regem eligitur Conradus. In Orientem proficiscitur cum Ludovico VII. Francorum Rege anno 1147. ad expeditionem Hierosolymitanam. Revertitur, memoratumque Diploma largitur, in quo hæc habentur: *Capta a Paganis Civitate Roas, hortatu & monitu Sanctissimi Papæ Eugenii* (III. qui ab anno 1145. sedem tenuit Apostolicam ad annum 1153.) *necnon & Domni Bernardi Religiosissimi Clarevallensis Abbatis, & ad liris perfecturus*. Eo in loco Privilegium conscribi jussit ad præsidium Cœnobii Mosacensis.

B

TABULARUM inscriptio est: *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Conradus divina favente Clementia suæ regalis prosapiæ Romanorum Rex secundus Augustus*. Præter titulum *secundi* Romanorum Regis, *tertii* pariter titulum a Conrado adhibitum, pluribus ostendit exemplis sæpe laudatus Abbas Gotwicensis: quod etiam admonet factum in Henricis, & Lotario. Notæ Chronicæ ita efferuntur: *Data Clemonæ* VIII. *Idus Maii, anno Dominicæ Incarnationis* M. C. XLIX. *Regnante Domino Conrado suæ Regalis prosapiæ Romanorum Rege secundo Augusto, anno vero Regni ejus* XII. *feliciter Amen*. Regni anni computantur ab anno Christi 1138. De electionis die hoc anno peractæ disputat Pagius, movetque litem. Satis esse declarat Abbas Gotwicensis: *Conradum jam* IV. & V. *Idus Aprilis bina Diplomata, unum Ecclesiæ Aquisgranensi, alterum Ecclesiæ Ultrajectinæ de anno 1138. apud Aubertum Miræum concessisse; & in eisdem primum Regni sui annum numerasse*.

C

NOMINA testium inter Ecclesiasticos Viros hæc sunt: *Domnus Pelegrinus Venerabilis Aquilegiensis Patriarcha. Episcopi, Orlephus Basiliensis, Vvervicus Concordiensis, Vvernardus Tergestinus, Anfredus Polensis*. Laici Principes, ac proceres sequuntur, *Henricus Dux Bavariæ; Marchiones, Villelmus de Monteferato, Vodolricus de Tuscia, Hermannus de Padin; Comites, Vvolfradus de Trevin. Engilbertus advocatus Aquilegiensis, Otto Palatinus Comes, Hermannus de Ariperch, Pelegrinus de Puzol, Vvalterus de Malentia, Megenardus de Soneberch, Chono & Vvernerus de Carisac, Artuicus & Fredericus de Cavoriach, Regenardus & Frater ejus Artuichus de Mels, & quamplures alii*. In Tabulis Basileensibus, quæ Bruxellis editæ sunt anno 1724. cum aliis Ecclesiarum Germaniæ Tabulis, *Orlephus* Antistes appellatur *Ortliebus;* diciturque Sedem Basileensem conscendisse anno 1150. Jam vero allegato Conradi Regis diplomati subscripserat anno superiore. *Vvervicus* Concordiensis

D

restituitur Patriarcha, valida adjutus manu Ottachari IV. Marchionis Stiriæ, Pertoldi Comitis Andacensis, Volfradi Comitis de Treven, aliorumque. Hæc promunt omnia, quæ pacis initæ causa conscriptæ Tabulæ sunt. Eas in lucem ex MS. Libro Variorum jam citato proferimus: "Breve recordationis pro futuris „ temporibus ad memoriam retinendam: qualiter placuit, atque convenit inter Dominum P. Aquilegiensis Ecclesiæ Patriarcham, „ & Comitem Engelbertum ejus advocatum. „ Obeunte siquidem Comite Henrico Fratre „ ejus, præiatus Comes Engelbertus invalescens, pactum, quod pater ejus cum Domino Patriarcha pepigerat, irritum fecit, „ hospitando & bona diripiendo in Ecclesiis & „ in Cimiteriis earum; & multa alia mala „ colonis inferendo, terram vastare cœpit. „ Hujus tandem pressuræ acerbitate Dominus „ Patriarcha provocatus, ut tantis malis remedium ferret, illi terminum indixit. Ad „ quem cum pergeret ille (*Comes Engelbertus*,) eum nihil mali suspicantem ex improviso armata manu invasit, cepit, custodiæ deputavit; tenuitque, dum Deus propugnatorem suum mitteret, videlicet Dominum Marchionem Stirensem, & cæteros „ Aquilegiensis Ecclesiæ fideles, qui eum in „ manu valida sine omni conditione liberaverunt. His itaque gestis, Dominus Concordiensis, & Dominus Episcopus Tergestinus, „ Comes Pertoldus, & Comes Volfradus, & „ Comes Rapato, fideles Domini Patriarchæ, „ tantam dissensionem pacare satagentes, taliter inter eos composuerunt. Scilicet jam „ dictus Comes Engelbertus pro tot ac tantis „ sacrilegiis in persona ipsius Domini Patriarchæ, & fidelium suorum in rapinis & incendiis tam ab ipso, quam a fidelibus suis perpetratis Aquilegiensi Ecclesiæ, talem compositionem fecit. Quod ei ad manus dedit „ in proprietatem in perpetuum massaricias „ XXX. mansuum in Carso, XXX. in Carinthia, & post obitum suum si sine heredibus obierit Belgradum, & Prissinicum, & „ Goritiam, & quidquid proprietatis ex hac „ Domino Patriarchæ fecerat, in captione illius violasse videbatur, illam denuo juramento renovavit: & quod pactos fines transgredi non deberet, sed ut quondam inter „ patrem ejus & Dominum Patriarcham ab „ electis ex utraque parte judicibus judicatum, „ & scriptis corroboratum, & juramento confirmatum fuerat, inviolabiliter se observaturum itidem jurejurando firmante. Hospitationes quoque, per quas terras funditus „ vastabat, & cætera quæ sibi contra jus ab „ incolis terræ usurpare solebat, in manum „ Domini Patriarchæ refutans abjuravit: hoc „ etiam statuto, quod de bannis, & de quarumlibet emendatione culparum, sicut antiquitus institutum est, Dominus Patriarcha „ duas partes, ille tertiam haberet. Hujus rei „ testes sunt G. Concordiæ Episcopus, W. Tergestinus Episcopus, Leonardus Rosacensis „ Abbas, Comes Wolf. Comes Pertoldus, „ Comes Rapato, Artuicus de Albato cum „ filiis suis, Marcuun de Luzer. cum filiis suis, „ Regenardus de Mels, Chuono de Castello „ novo, Warn. de Carisaco, Ottacus de Tichiano, Artroch Echembertus Pincerna, „ Wolfringerus Dapifer, Wolfradus de Cusa, „ Mazzilinus de Cusa, Egelolfus de Cusa. „ Actum est apud Silvam Ramusel anno Domini M. C. L. Indictione XIII. II. Kal. „ Maii. Ego Theodorus judex & Notarius „ scripsi & dedi hanc recordationis cartulam."

EPISCOPUS Concordiensis littera initiali G. indicatus, idem est ac *Vuervicus*, quem etiam *Gervicum* dictum addiscimus. Comitem Wolfradum *de Treven* intellige, patrem Vodalrici II. Patriarchæ: itemque Pertoldum, Comitem Andacensem, seu *de monte Andachs*, cujus illustrem sequenti Capite stirpem dabimus. Legendus videtur Comes *Rapoto*, non *Rapato*. Generis originem ducit Hanzisius in Conrado I. Salisburgensi num. 2. ex Principibus Schyrensibus, quorum hodie supersunt Witelspachii Bavariæ Duces.

V. MARCHIONEM Styrensem, qui præcipuum Peregrino auxilium præbuit, eduxitque de custodia, *Ottacharum* puto hujus nominis

„ cooperante, prædictus Otachyr Marchio Garstense Cœnobium fundavit: & genuit ex eadem filium Luipoldum Fortem. Obiit autem Otachyr Marchio senex, & plenus dierum anno Incarn. Dom. M. C. XXII. Luipoldus Fortis patri successit. . . . Factus est heres Luipoldus Marchio ex Testamento possessionum & Ministerialium, voluntate Ducis Henrici de Eppenstein. „ (*Hic erat Henricus Dux Carinthiæ, frater Vodalrici I. Aquilejensis Patriarchæ.*) " Duxit vero uxorem „ Nobilissimam Sophyam, sororem Welfonis „ Ducis: & genuit ex ea Otachyr Marchionem. Obiit autem anno Domini M. C. XXIX. „ Otachyr patri suo succedens, confortatus, „ & elevatus est. Nam præter alia plura, trium „ Principum prædia, munitiones, ac Ministeriales ei per Testamentum accreverunt, scilicet Ottonis Comitis de Naym, & Bernhardi Comitis de Karinthia, qui amitam „ ipsius Chunegundem in conjugio habebat . . . „ Accepit etiam uxorem Chunegundem, filiam Diupoldi de Vohenburch: & genuit „ ex ea Otachyr, primo Marchionem, deinde Ducem „ (*a Friderico I. Imperatore anno* 1180. *renunciatum.*) Defunctus est (Otachyr) " anno Domini M. C. LXIV. filium Otachyr, de quo prædictum est, relinquens „ heredem.

Is est Ottacharus ejus nominis quartus. Vitam adhuc agebat Luipoldus pater ejus, cum validissimas Peregrino Patriarchæ adversus Engelbertum Advocatum suppetias tulit. Id actum anno 1150. ex allatis Tabulis certo addiscimus.

VI. POST biennium, anno scilicet 1152. die 5. Martii mortalitatem explevit Conradus Rex. Fridericus, ejus Nepos, dictus Ænobarbus, in Regnum Germaniæ vocatur, eligiturque. Romæ anno 1155. coronatur Imperator *anno Regni sui quarto*, ut ait Frisingensis, *Mense Junio, quartodecimo Cal. Julii.* Coronationis pompæ adfuisse Peregrinum Patriarcham, dubitare non licet; cum ipsum Otto Frisingensis Libro II. Capite XXV. comitem exhibeat novi Imperatoris, ex Urbe revertentis, ac diversantis *in Confiniis Anconæ*. Ex

B

bardus de Hystria in eodem Diplomate, quod refert Arenpekius apud Pezium Tomo I. Rerum Austriacarum. Frater erat Peregrini Patriarchæ Hermannus, ac filius Henrici, qui Ducatum Carinthiæ hoc tempore administrabat. Eidem successit Hermannus: notatque Henricus Stero in Annalibus apud Canisium, Henricum patrem in Expeditione Jerosolymitana anno 1161. *periisse in Ionio mari*. Veronensem quoque Marcham administrasse videtur idem Hermannus. Peractæ namque anno 1177. ab Alexandro III. Majoris altaris in Ecclesia Mariæ consecrationi *interfuisse* legitur *D. Hermannus Marchio & Dominus totius Marchiæ Veronensis*. Vetus hocce monumentum profert Ughellus in ejusdem Ecclesiæ Veronensis Tabulis. Diploma demum Friderici I. ante duos annos datum, nempe anno 1154. refert ille, in quo *Bertholdus Dux Carinthiæ* occurrit.

C

ENGELBERTUM Istriæ Marchionem facile diversum crediderim ab Engelberto Goritiano, Ecclesiæ Aquilejensis Advocato. An idem fuerit, ac *Marchio Engelbertus*, quem nominat Vodalricus I. in Tabulis, quas ipse *jam in senectute positus* conscripsit? Absque dubio ex Ducibus Carinthiæ prognatum habe. Seriem Capite LVIII. nu. 9. protulimus *Henrici junioris* post Henricum ab Eppenstein, fratrem Voldarici I. Patriarchæ, tum *Engelberti*, qui junioris Henrici frater erat, ac demum *Henrici & Udalrici* filiorum ejus.

D

HOC appellari Duces Carinthiæ consueverant ævo pater, ac filii, fratresque, aliique præterea qui sibi Ducatum vendicabant; unde confusio suboritur in serie Ducum, qui dignitatem & præfecturam ab Imperatoribus acceperant. Lux splendidior ut affulgeat, Ebendorfferi accipe verba in Chronico Austriaco apud Hieronymum Pezium Tomo II. pag. 799. *Engelbertum* memorat ille *Comitem de Lavande, qui ex Hedwige uxore suscepit filios, Hartwicum Magdeburgensem Archiepiscopum, Henricum Carinthiæ Ducem, heredem in Ducatu Patrini de Epinstain*, (is est Henricus frater Vodalrici Patriarchæ) *Engelbertum Ducem Carinthiæ, postea Sigefridum & Bernhardum Comitem*

& Pilegrinus Patriarcha filii. Itemque verba ejus sunt. *Hermannus igitur Dux Carinthiæ genuit Udalricum, & Bernardum .... Anno Domini 1257. Bernardus inclytus Dux Carinthiæ diem clausit extremum, qui .... ex Gutta, amita Ottokari Regis Boemiæ .... tres suscepit filios, Philippum, Udalricum, & Bernardum. Qui Bernardus in Monasterio Fontis Sanctæ Mariæ cum Matre quiescit ... Udalricus vero patri succedit: Philippus major natu ad Ecclesiam Salisburgensem promotus est*. Hæc satis constare sibi omnia, quæ narrat Ebendorfferus, non ita facile dixerim: unum vero, alterumve *Engelbertum* habemus, cui Marchæ Istriæ administratio per hæc adtribui tempora queat.

DOCUMENTUM refert Venetus Italiæ Sacræ editor, quo Wernerus de Carisaco quidquid allodii possidebat in Carnia, Ecclesiæ Mosacensi donat coram Peregrino Patriarcha. Ea fit liberalis donatio *in manu Comitis Engelberti, ejusdem Monasterii advocati*. An Carinthius, an Goritianus fuerit Engelbertus, plane incertum. Confectæ leguntur Tabulæ *in Aquilejensi Ecclesia ante fores Sacrarii, in præsentia Venerabilis Pelegrini Patriarchæ, anno Domini* M. C. LVIII. *Indictione* VIII. Non cohærent Chronicæ notæ: designatque Indictio *octava* annum Christi 1160. Inter testes numeratur *Bervvich* Episcopus Concordiensis, idem ac Gervicus seu Wervicus: *Hermanus frater Ducis de Carinthia*, idem ac Hermanus *Dux Carinthiæ* in Diplomate Friderici I. quod anno 1156. datum est, subscriptus: itemque *Meinhardus Comes de Histria*. An potius *Comes de Goritia*? Marcham Istriæ Capite LVIII. num. 9. tametsi Sigeardo Patriarchæ dono data fuerit, sibi Carinthianos Duces adjudicasse admonuimus. Quidni ergo fieri potuerit, Patriarchas pro jure suo Comitem aut Marchionem Istriæ designasse Mainardum Goritianum; simulque eamdem tenuisse Marcham Engelbertum Carinthium? Is ergo *Mainardus*, designatus a Patriarcha Istriæ Marchio, fuerit filius Engelberti, ut dicemus.

VIII. POSTREMA gesta Peregrini, quæ

B Alexandrum obtendebatur optima ratio. Ad Februarium mensem dilatum Concilium, in oppugnationem Cremensem incumbente Friderico. Urbis deditionem persuasit Civibus Peregrinus. Cum enim in angustiis positi essent, *Peregrini Aquilejensis Patriarchæ* (verba sunt Radevici Libro II. Capite LX.) *simulque Henrici Ducis Bajoariæ, & Saxoniæ colloquium experierunt: quo dato, Patriarcha Vir eruditus, plurimisque virtutibus adornatus, & cui præter officii auctoritatem magna facundiæ gratia inerat, prior ad eos orsus memoratur* .... Pax ergo statuta, civibus data abeundi quo vellent facultas, capta demum Civitas ac flammis incensa.

C IX. CREMA capta, *Imperator statim Papiam venit* (verbis utor Hermani Reichersspergensis in Chronico ad Annum M. C. LX.) *cum Episcopis, & Principibus, qui congregati erant: & in Nonis Februarii Curiæ & colloquii initium habetur*. Non adfuit Alexander III. qui vocatus fuerat: neque Legati accessere. Egit Imperator, ut Victor susciperetur. Venit ille: *ab Imperatore & Episcopis suscipitur, & inthronizatur in Monasterio Sancti Syri; Imperatore frenum equi, & stivam sellæ illius tenente, & eum de equo suscipiente, & ad altare una cum Patriarcha Aquilegiensi Pilegrino inter manus eum deducente*.

TUM pro Octaviano prolata adversus Alexandrum in Synodo sententia: qua de re litteræ Synodicæ datæ sunt. His Peregrinus primus
D subscribit his verbis: *Ego Peregrinus Aquilejensis Patriarcha cum Fratribus Suffraganeis interfui, & consensi*. Hanc Epistolam ex MS. Elnonensi integram vulgavit Edmundus Martene in Thesauro Novo Anecdotorum Tomo I. inter Miscellanea Epistolarum, & Diplomatum: notatque, magna ex parte truncatam illam, quam edidit Goldastus Tomo I. Constitutionum Imperialium; maximeque suppressum locum, ubi Romana Sancti Petri Ecclesia dicitur *Mater, & Caput omnium Ecclesiarum*. Eodem laborat vitio eadem Epistola apud Radevicum Libro II. Capite LXX.

SUMMAM Diplomatis inspicere licuit, *Papiæ*


bant, ac venerabantur Alexandrum Reges Francorum, Angliæ, Hispaniarum, Siciliæ & Hierusalem, Hungariæ, & Græcorum quo-

mium Patriarcham nefando laboravisse schismate.

CAPUT LXI.

Goritianorum Comitum Stemmatis pars delineatur. Stemma quoque Comitum Andacensium, & Ducum Meraniæ profertur ex Vito Arenpekio. Proceres, seu Dynastæ Forojulienses.

I. AD historiam Patriarcharum Aquilejensium, qui hac ætate, & sequiore floruerunt, maxime pertinent Comitum Goritianorum gesta, Procerumque Forojuliensium. Quodnam ipsorum genus, quænam conditio, quæ ministeria, quæ jura, paucis hoc loco perstringere pretium est operæ, ut inoffenso deinceps pede cœptos Commentarios percurramus. Genealogiam Comitum de Goritia Scriptores quamplures texere aggressi sunt, quorum plerosque vidimus & expendimus, non omnes, quos invenire non licuit. Stemma nos delineabimus, quod Aquilejensia Monumenta exhibent: idemque per partes describere placet, ut uno conspectu stemma ipsum aut stemmatis pars, ac momenta quibus innititur, innotescant.



MAINARDI, & Engelberti, quos primo statuimus loco, mentio habetur in Documento ad Abbatiam Beliniensem spectante, quod fieri jussit Vodalricus Patriarcha *jam in senectute positus*. Agros ipse Cœnobio donat, *quos a Maynardo de Guriza pro beneficio fratris sui Engel ... sibi traditos accepit*. Mortem obiit Vodalricus anno circiter 1122. unde utriusque Mainardi, & Engelberti ætas satis innotescit. Idem *Comes Mainardus* subscriptus Tabulis legitur, queis Gerardus Patriarcha Placitum Synodale anno 1122. Clero Forojuliensi largitur.

VITAM adhuc agebat Mainardus anno 1139. quo Advocatiam Præposituræ & Ecclesiæ Sancti Stefani, consulente Peregrino Patriarcha, abdicandam duxit. Tabulas produximus, quæ Henricum patefaciunt filium Mainardi. Verba sunt: *Itaque Minghinardum advocatum, filiumque ejus Henricum, eidem advocatiæ consortem, vocantes, querimoniam nobis factam eis exposuimus.*

PRODUNT Tabulæ anno 1150. confectæ, quas in lucem emisimus, tum Mainardum, & filium ejus Henricum vita eodem anno jam migrasse; tum Engelbertum superstitem, fuisse fratrem Henrici, adeoque filium Mainardi. Perspicua sunt verba: *Convenit inter Dominum Pelegrinum Patriarcham, & Comitem Engelbertum ejus advocatum. Obeunte siquidem Comite Henrico fratre ejus, præfatus Comes Engelbertus invalescens, pactum quod pater ejus* (dubio procul Mainardus) *cum Domino Patriarcha pepigerat, irritum fecit*. In Do-

bergensis. Ob. 1196. sepultus Bambergæ.	chio Istriæ. Ob. 1188. Uxorem habuit Hadwigem.	batissa in Ottlsteten. Ob. 1164.	batissa in Altenmunster. Ob. 1180.	tissa de Monte.

Berchtoldus Dux Meraniæ, Marchio Istriæ, Comes Montis Andachs. Fuit in Expeditione Jerosolymitana Friderici I. Ob. 1204. Genuit ex Agnete de Austria Marchionissa.	Popo Episcopus Bambergensis. Ob. 1245.	Machtildes Comitissa Goritiæ.

Berchtoldus Patriarcha Aquilejensis. Ob. 1252.	Ekbertus Episcopus Bambergen. Ob. 1237.	Otto Dux Meraniæ, Palatinus Burgundiæ Ob. 1248.	Gertrudis uxor Andreæ Regis Hungariæ occisa 1212.	Agnes Regina Franciæ Ob. 1250.	Henricus Marchio Istriæ, ultimus de Andachs Ob. 1228.	S. Hegwidis, Ducissa Slesiæ in Polonia Ob. 1241.

Agnes uxor Friderici Imp. II. (imo Ducis Austriæ ultimi) quam anno 1236. tanquam cognatam suam repudiavit: quam postea Ulricus Dux Carinthiæ duxit.

S. Elisabeth, uxor Lantgravii Thuringiæ Ludovici. Ob. 1231.	Bela Rex Hungariæ.

Stefanus Rex Hungariæ.	Elisabet uxor Henrici Ducis inferioris Bavariæ.

BERTOLDUM, quem primum hoc nomine appellatum legimus in Stemmate, eumdem conjicimus, qui testis vocatur in citatis Tabulis anno 1150. conscriptis hoc modo: *Comes Pertoldus*. Prolem ejus, quam exhibet Arenpekius, eamdem numerant Continuatores Bollandi ad Diem XXXI. Maii in Commentario prævio ad Vitam Beatæ Matildis: notantque, late deductam ab Hundio hanc illustrem antiquorum Comitum Andacensium Familiam in Opere, quod inscriptum est *Stemma Genealogicum Nobilitatis Bavariæ*, germanice excusum anno M. D. XCII. Ex eodem proferunt illi Beatæ Matildis parentes *Bertholdum Comitem*, & *Sophiam*, aliis dictam *Comitissam Amertaliam*. Matildis fratres memorant *Bertholdum* Comitem Andacensem, qui ducta uxore propagavit stirpem; & *Ottonem*, renunciatum anno 1177. Episcopum Bambergensem. Sorores demum Matildis recensent *Beatam Euphemiam*, Monasterii S. Altonis Abbatissam; & *Gisalam*, Diepoldo Comiti Bergensi nuptam. De Ottone Antistite differit plura Hoffmannus in Annalibus Bambergensibus: admonetque, Fridericum Imperatorem anno 1180. omni Bavariæ Ducum jurisdictione exemisse Bertholdum fratrem ipsius Ottonis; ipsumque Meraniæ, quæ ad Athe-

B

sim

Ottonem, Henricum Histriæ Marchionem, Episcopum de Bavenberg Angelbertum, & unum Episcopum Colocensem in Hungaria Bertholdum, qui fuit Patriarcha Aquilejæ post Volferum Pataviensem Leopoldi Successorem. Similiter peperit quatuor filias, istorum videlicet germanas, quarum una fuit Abbatissa, (hæc desideratur in Stemmate Arenpekiano,) *reliquæ tres ita terram partitæ sunt. Quod scilicet una fuit prædicta Agnes, Franciæ Regina: secunda fuit Gertrudis, uxor Andreæ Regis Hungariæ: tertia Ducissa in Polonia, quam habuit* Henricus *Dux Vvriescelaviæ. Mater autem Ducis Bertoldi Meraniæ, Patris prædictorum, fuit de Regibus Daciæ*. Hanc vocat Arenpekius *Hadvvigem*. Uxoris quoque a Bertoldo ductæ, ac prædictorum Matris familiam ac stirpem exponit idem Albericus: *Marchio*, inquiens, *Conradus Missenensis in Saxonia versus Poloniam, quatuor genuit filios, scilicet Ottonem, Theodericum, Teconem, & Henricum .... Teco autem tertius filius duxit sororem Archiepiscopi Coloniensis Philippi, de qua genuit Marchionem de Lanzberg nomine Conradum, & sororem ejus Aalix* Bertoldo nuptam.

NON *Aalixim*, sed *Agnetem* vocat Hoffmannus in Ecberto Bambergensi, *Dedonis Marchionis Misnicnsis filiam:* eamdemque appellat *Agnetem* Arenpekius, *de Austria Marchionissam*. Bambergæ demum Antistitem iidem Arenpekius, & Hoffmannus nuncupant *Ecbertum*, non Angelbertum. De reliquis postea agendum.

III. VIRI proceres nobilesque in Provincia Forijulii sequuntur, quorum præcipuas præterire non licet familias, quæ frequentius in Patriarcharum Tabulis memorantur, ipsorumque historiæ partem non modicam faciunt. Originem pleræque ducere ab strenuis Viris videntur, quos in Forijulii provinciam secum duxerant Patriarchæ, ac dignitatibus & beneficiis cumularunt. Insigne testimonium perhibet Burkardus Monachus Sangallensis in Vita Vodalrici I. cujus hæc verba profero animadversione dignissima: *Pace adepta, omnes fau-*

B triarcharum Ludovici, Marquardi, & Alenconii; nec enim vacat, libetque, singulas illustres Familias percensere, earumque originem, incrementa, splendorem penitius inquirere, & exponere.

ODORICI Monumenta vulgavit Muratorius Tomo XVI. collectionis Rerum Italicarum. Utor ego MS. Codice, in quo hæc habentur: " Principales, potiores, & *Ministeriales* Ecclesiæ Aquilegiensis, ejusque Præsidentis, Pastoris, & Patriarchæ, sunt Nobiles *de Cucanea, Pertestagno*, & *Valvasono:* qui vocantur *Camerarii*, & tenentur custodire Cameram Patriarchalem, potissime vacationis tempore, cum pertinentibus ad eamdem Cameram.

C „ NOBILES *de Spilimbergo:* qui dicuntur *Pincernæ* & *Caniparii;* & habent custodire Canipam cum pertinentibus, ut supra.

„ NOBILES *de Morucio*, & *de Tricano:* qui vocantur *Marescalchi*, & *Vexilliferi* Ecclesiæ Aquilegiensis, potissime tempore generalis guerræ ejusdem Ecclesiæ; & habent custodire stabulum Patriarchale equorum vacationis tempore, ut supra.

„ NOBILES *de Prampergo:* qui vocantur *Magistri coquinæ* Patriarchalis; & habent custodire coquinam, ut supra. Et habent Nobiles ipsi occasione Ministeriorum & officiorum hujusmodi plura feuda, & bona, & redditus ab ipsa Ecclesia Aquilegiensi, D ultra eorum Fortilitia, & Castra, quæ jugiter possident & tenent....

„ NOBILES *de Prata*, & *Porciliis* vocantur *Comites*, & *Liberi;* tamen sunt vassalli supradictæ Ecclesiæ: & Comitatus eorum sunt feudum Ecclesiæ Aquilejæ, & recognoscere debent.

„ CÆTERI Nobiles, *de Castello* scilicet, *Strasoldo, Villalta, Castellerio*, & *Cavoriaco*, olim vocabantur de genere *Ministerialium:* inde *Ministeriales* vocantur. Tamen Castra, & plura alia bona recognoscunt, & recognoscere debent in feudum ab Aquilegiensi Ecclesia. Similiter vero cæteri Nobiles hujus Patriæ, & Ducatus Forojulii,

„ julii,

Antiquitatum Italicarum medii ævi. Verba refero, quæ leguntur Capite I. "Triplex in
„ Forojulio feudum esse dignoscitur, *Rectum*
„ *& legale*, *Habitantiæ*, & *Ministeriale*, non
„ a Patriarchis solum, sed ab Oppidanis quo-
„ que conferri solitum. Vassallos Patriarcha
„ scribens appellabat pro qualitate Feudo- C
„ rum, ut qualia quisque possideret, ex in-
„ scriptione litterarum animadverti posset.
„ Quemadmodum, Odorico Susanio referen-
„ te, Gabriel Gemonensis scriptum reliquit
„ (scribæ ambo Patriarchales fuerunt:) Pa-
„ triarcha iis *Liberorum* deferebat titulum,
„ quibus oppida *recti legalisque feudi* contige-
„ runt, ut *Purlilianis*, & *Pratensibus*. Et si
„ feuda simul, & Ministeria possiderent, ad-
„ *Caporiacos*, *Vendoyanos*, *Treppios*, *Cari-*
„ *facenses*, *Rodelianos*. „

Quo ritu, quove signo prædicta Vassallis feuda seu beneficia Aquilejenses Patriarchæ conferrent, paucis exponit idem Bellonus loco citato Capite XII. Verba refero: *Per traditionem autem tunicæ seu clamydis Vassallos adsumebat* (Patriarcha) *ad feuda: ad ea tamen dispari ratione, quibus merum mixtumque imperium annexum esset. Illos namque vexillo coloris rubei, sanguini maxime similis, interdum annulo aureo, quandoque stricto mucrone ob feudorum excellentiam adsciscebat.* Exempla plura congerit Capite XIII. insequente. Verum hæc pro instituto nostro innuisse satis.

CAPUT LXII.

Emortualis Peregrini Patriarchæ annus constituitur. Litaniæ, seu sacræ adclamationes Aquilejenses. Vodalricus II. succedit. Gradum Insulam invadit, repellitur que. Alia gesta ejus: itemque Castellorum, Trevensis, ac Tivensis, donatio. Alexandri Pontificis tuetur partes Vodalricus, Ecclesiamque sibi commissam Schismate detergit. Apostolica fungitur legatione.

I. VITAM adhuc agebat, regebatque D Aquilejensem Ecclesiam Peregrinus anno 1161. mense Aprili. Chronographiam indubiam facit ipsius Patriarchæ Diploma, quod erutum ex Tabulario Capituli Forojuliensis, seu Civitatensis profero.
„ In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.
„ Pelegrinus Dei gratia Sanctæ Aquilegensis
„ Ecclesiæ Patriarcha. Si Ecclesias Dei hu-
„ militati nostræ commissas pro facultatis no-
„ stræ modulo sublimamus, & honoramus;
„ tam animi, quam corporis salutem nobis
„ inde provenire speramus. Quocirca cunctis
„ tam præsentibus, quam futuris Sanctæ A-
„ quilegensis Ecclesiæ fidelibus notum esse vo-
„ lumus: qualiter Volricus.... totum bene-
„ ficium, quod a nobis habere videbatur, vi-
„ delicet IV. Mansos, unum in Villa, quæ
„ dicitur Albana; alterum in Villa, quæ Pra-
„ pot vocatur; duos vero in villa, quæ Pra-
„ delle vocatur, sitos, & III. Decimarios...
„ cum hærede careret, absque tenore in ma-
„ nus nostras refutavit. Nos autem, inter-
„ ventu Dilecti filii nostri Chonradi Civita-
„ tensis Ecclesiæ Canonici, prædictum bene-
„ ficium omni cum integritate eidem Civita-

„ tensi

„ & filius ejus Erimpert, Azo de Roncas, „ Iservic Gastaldio ..... Henric de Subsolio, „ Bertaldinus Karulo de Pertica, Volvram, B „ Albertus filius Marquardi, Johannes de Portis, Artuic filius Buterelli, Hortuinus & „ Rodulphus milites Vicedomini, Borsalg de „ Rapa, Grimaldus, Petrus Bedecca, Andris Portarius, Dito miles Leonardi, Rainerius filius Wecelloni. Celebrent præterea „ per obitum nostrum annuatim in Anniversario nostro Missam unam nobis. Actum est „ hoc feliciter in Civitatensi Curia, anno ab „ Incarnatione Domini M. C. LXI. Indictione IX. IV. Kal. Maii. Ego Romulus Domini Patriarchæ Notarius, ipsius jussu scripsi „ & dedi.

ADNOTAT Italiæ Sacræ Venetus Editor, Peregrinum nostrum *subscripsisse adbuc anno* C M. C. LXII. *privilegio Friderici I. Ecclesiæ Passaviensi dato ante portas Civitatis Mediolanensis tempore vastationis:* citatque Spicilegium Ecclesiasticum Christophori Lunig. Hujusce partem Privilegii refert Hanzisius Tomo I. Germaniæ Sacræ in Conrado Pataviensi num. 18. Testes adhibentur inter quamplures, *Piligrinus Aquilejensis Patriarcha*, & *Henricus Dux Carinthiæ*. Dicitur *Actum* diploma *anno Dominicæ Incarnationis* M. C. LXI. *Indictione* IX. *Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore Victore, anno Regni ejus* X. *Imperii vero* VII. *feliciter Amen: datumque ante portas Civitatis Mediolanensis tempore vastationis, tertio Nonas Junii*. Notatum habes æræ vulgaris annum 1161. quem etiam D designat Indictio *nona*. Adde, *Henricum Ducem Carinthiæ*, quem testem vocatum legimus, juxta fidem Annalistarum, *anno 1161. periisse in Jonio mari*; unde ad insequentem differri annum Diploma non potest. Anno demum Christi 1161. conveniunt anni Regni, & Imperii Friderici. Anno 1152. die 4. Martii, Principum electione ad Regnum vocatus fuerat, dieque 9. ejusdem Mensis coronatus: accepitque Romæ coronam Imperialem anno 1155. die 18. Junii. Consule Pagium, & Abbatem Gotwicensem. Hinc annus Regni *decimus*, & *septimus* Imperii inceperant anno 1161. die 4. vel 9. Martii, & die 18. Junii.

liquis Manuscriptorum omnis ævi Diplomatum ac Monumentorum Tomo VII. Libro III. in Notis ad Bullam Friderici II. pro libertate Principium S. R. I. conditam. At nihil est impedimento denique, quominus vastationem Mediolani pro obsidione Notarii intellexerint, scripserintque.

DIES *tertia* ante *Nonas Junii*, seu tertia dies ejusdem Mensis, non ad annum vastationis Mediolanensis, sed ad superiorem annum 1161. quo Diploma actum est, pertinere videtur: unde nondum ineunte Junio satis concesserat Peregrinus. Hoc eodem tamen anno obiisse Patriarcham, testatur Stero in Annalibus apud Canisium: *Anno* M. C. LXI. *Pilgrinus Patriarcha obiit: Udalricus ordinatur*. Eadem habet Chronica Augustensis, quæ interpolationibus adjectis ab Steronis Annalibus differt: favetque Chronicon Monasterii Admontensis apud Hieronymum Pezium Tomo II. Rerum Austriacarum; M. C. LXI. *Pilgrinus Patriarcha obiit, pro quo Oulricus*. Emortualem denique diem notat Aquilejense Necrologium, scilicet octavam Mensis Augusti: VI. *Idus Aug. Hic Patriarcha pius cælum petiit Pelegrinus*.

APOGRAPHÆ Cœnobii Beliniensis adservantur Tabulæ, in quibus notæ Chronicæ enormiter depravatæ sunt; vitaque protrahitur Peregrini ad annum Christi 1173. Auctoritate Pertoldi Patriarchæ anno 1243. instauratæ fuerunt. Abdicat in eisdem Engelbertus Goritianus, operam dante Patriarcha, advocatiam Cœnobii. Integras describere Tabulas liceat, ut plura, quæ possumus, Peregrini gesta colligamus. "In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Peregrinus Dei gratia Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha, Dilecto in Christo Fratri Iringo Venerabili Beliniensi Abbati, ejusque Successoribus in perpetuum. Quoniam Ecclesiæ Dei curam gerendi onus suscepimus, eam promovere & augmentare omnimodis intendimus; quatenus spe supernæ remunerationis super commisso nobis talento nos aliquid lucri addidisse gaudeamus in futuro. Ea quippe de re, speciali querimonia Abbatis de Belenia, & „ Fratrum suorum super Engelperto de Goriza;

„ gariis, exactionibus, & omnibus suis utili-
„ tatibus, & justitiis, in manibus nostris eis
„ tradendam & tenendam resignaret: exce-
„ pto ut si aliquis in furto deprehensus fuerit,
„ hujus Abbas res & bona habere, Comes ve-
„ ro de persona debeat judicare. Sed ne hu-
„ jusmodi Concambii factum futuris in erro-
„ rem ducatur; mansos, quos prædictus Ab-
„ bas & Fratres Comiti contulerunt in singu-
„ lis locis suis, utile duximus exprimendos.
„ In villa, quæ dicitur Corona, decem: in
„ Villa de Cremon, decem: in Villa, quæ
„ dicitur Prestaviza, decem: in Villa de Man-
„ dan, duos. Ut ergo hujusmodi facti memo-
„ ria inconvulsa & firma permaneat, præsen-
„ tem paginam conscribi, & sigilli nostri im-
„ pressione jussimus roborari. Actum est feli-
„ citer anno Dominicæ Incarnationis Millesi-
„ mo Centesimo Septuagesimo tertio, Indi-
„ ctione quinta secundo Kal. Februarii, Aqui-
„ legiæ in Ecclesia Majori ante Sacrarium,
„ præsente ipso Comite Egilperto. Et hi tra-
„ cti sunt testes, Wernardus Tergestinus Epi-
„ scopus, Chuono Concordiensis Episcopus,
„ Johannes Abbas de Sexto, Wernardus Ro-
„ sacensis Abbas, Wodolricus Abbas de Mos-
„ niz, Bertholdus Præpositus Majoris Eccle-
„ siæ, Adam Decanus Majoris Ecclesiæ, Hen-
„ ricus Raibo, Bertholdus Pirtil, Thomas Vi-
„ cedominus: Wodolricus Marchio de Attems,
„ Hartuicus & Fridericus frater ejus de Cau-
„ riaco, Ottacher de Titian, Poppo & frater
„ ejus Wulvinges de Cusa, Fraslawe de Mu-
„ rus, Chono de Osopio, & frater ejus Wol-
„ doricus de Zodevi, & alii quamplures. Ego
„ Pelegrinus S. Aquilegiensis Ecclesiæ Patriar-
„ cha propria manu subscripsi. Ego Romulus
„ Domini Patriarchæ Capellanus ex mandato
„ ipsius hanc paginam scripsi, complevi, &
„ dedi. „

WERVICUM, seu Gerwicum, & Berwicum, Episcopum Concordiensem, subscriptum legimus in Documentis anni 1150. & 1158. allegatis. Successit *Chono*, seu Conradus, in testem vocatus in Tabulis supra scriptis. Ita-

B vita *Peregrini* invocatur: nomina vero Imperatoris, & Imperatricis, Regis, & Reginæ non exprimuntur. Monumentum debemus amicissimo Francisco Florio, quod in lucem proferimus.

„ Christus vincit, Christus regnat, Chri-
„ stus imperat.
„ Christus vincit, Christus regnat, Chri-
„ stus imperat.
„ Christus vincit, Christus regnat, Chri-
„ stus imperat.
„ Exaudi Christe.
„ R. *Scola*. Eugenio Summo Pontifici, &
„ Universali Papæ vita.
C „ Salvator mundi
„ R. Tu illum adjuva.
„ Sancte Petre
„ R. Tu illum adjuva.
„ Sancte Paule
„ R. Tu illum adjuva.
„ Exaudi Christe
„ R. N. Romanorum Imperatori Augusto
„ a Deo coronato Magno & Pacifico sa-
„ lus, vita, & victoria.
„ Sancte Michaël
„ R. Tu illum adjuva.
„ Sancte Gabriel
„ R. Tu illum adjuva.
„ Sancte Raphaël
D „ R. Tu illum adjuva.
„ Exaudi Christe
„ R. N. Imperatrici Augustæ a Deo coro-
„ natæ salus, & vita perpetua.
„ Sancta Maria
„ R. Tu illam adjuva.
„ Sancta Eufemia
„ R. Tu illam adjuva.
„ Sancta Tecla
„ R. Tu illam adjuva.
„ Exaudi Christe
„ R. N. Regi nostro a Deo coronato salus,
„ vita, & victoria.
„ Sancte Felix
„ R. Tu illum adjuva.

„ San-

» Exaudi Christe
» R. Pelegrino a Deo electo (*vel* consecrato)
» Patriarchæ salus, & vita.
» Sancte Marce
» R. Tu illum adjuva.
» Sancte Hermachora
» R. Tu illum adjuva.
» Sancte Helare
» R. Tu illum adjuva.
» Exaudi Christe
» R. Omnibus Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus, & omni Clero salus, & vita.
» Sancte Gregori
» R. Tu illos adjuva.
» Sancte Ambrosi
» R. Tu illos adjuva.
» Sancte Augustine
» R. Tu illos adjuva.
» Exaudi Christe
» R. Omnibus judicibus, & cuncto exercitui Christianorum salus, & victoria.
» Sancte Mauriti
» R. Tu illos adjuva.
» S. Georgi
» R. Tu illos adjuva.
» S. Theodore
» R. Tu illos adjuva.
» . . . .
» Feliciter, feliciter, feliciter.
» Tempora bona habeat.
» Tempora bona habeat.
» Tempora bona habeat.
» Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat.
» *Scola eadem repetat verba.*
» Rex Regum. R. *Scola*. Christus v. *ut supra*.
» Spes nostra. R. *Scola*. Christus vincit.
» Gloria nostra. R. *Scola*. Christus vincit.
» Ipsi soli Imperium, gloria, & potestas per immortalia secula seculorum Amen.
» R. *Scola*. Christus vincit.
» Ipsi soli virtus, fortitudo, & victoria per omnia secula seculorum Amen.
» R. *Scola*. Christus.
» Ipsi soli honor, laus, & jubilatio per infinita secula seculorum Amen.
» R. *Scola*. Christus.

Diem XIV. Junii in Commentario prævio ad Vitam S. Henrici Imperatoris §. VIII. Apud B istos inscriptas legimus: *Letan. ad Miss. in die Sancto Pascha*. Hæc rursum accipe verba apud Goldastum: *Finita oratione post Gloria in Excelsis Deo, dicit Sacerdos: Christus vincit &c.* unde colligit Cangius, prædictas adclamationes concini solitas in Sacra Liturgia post Hymnum Angelicum. In adclamationibus nostris Sancti & Sanctæ præsertim Aquilejenses invocantur, ut eorum precibus adjuventur Romanus Pontifex, Imperator, Imperatrix, Rex, Regina, Patriarcha, cæterique Episcopi & Clerus omnis, Judices, ac Milites.

III. Ad Vodalricum II. Peregrini successorem jam progredior. Anachronismus cubat in Muratoriano Chronico Aquilejensi, aliisque, in C quibus post eundem Peregrinum successor numeratur Gotefredus. Vitiatam successionem amplexi sunt Bellonus in Vitis Patriarcharum, Wolfangus Lazius, Jo. Candidus, aliique. Errorem convellunt Stero in Annalibus, Chronica Augustensis, & Chronicon Admontense, quorum fidem certissimam reddunt vetusta hujus ævi Monumenta.

Familiam Patriarchæ patefacit Anonymus Leobiensis in Chronico apud Pezium Tomo I. Rerum Austriacarum ad Annum M. C. LXVIII. *Pilgrinus*, inquiens, *Patriarcha Ulricum moriens reliquit successorem. Hic Ulricus, filius Comitis Vvolfhardi de Crevven, totum Comitatum obtulit sedi suæ*. Legendum, *de Treven*, Aquilejensia documenta evincunt. D Eamdem stirpis claritatem confirmat Fridericus I. Imperator in Diplomate ad Vodalricum anno 1180. dato, ubi hæc habentur: *Castrum de Treven cum omnibus suis pertinentiis, & utilitatibus, Ministerialibus, famulis, terris cultis & incultis, nemoribus in integrum, secundum quod præfatus Patriarcha* (Vodalricus) *una cum patre suo Comite Voldrado, & Matre sua Ecclesiæ contradidit*. Matrem vocat *Emam* Bellonus: idemque confirmat nomen vetusta *anni* 1163. charta. Ipsum denique Patriarcham multiplici interpolato nomine a Scriptoribus, & in Chartis vetustis vocatum legimus, *Ulricum, Udalricum, Vuldaricum, Volricum, Voldaricum, Vodalricum, Odalricum*.

IV. Vix

perpetuo Duci in ejus Palatio exhibere promittens, eum captivis liberatus est.

V. DOCUMENTUM sequitur, quod vulgavit, opera Josephi Binii, Venetus Italiæ Sacræ Editor, *actum apud Mariach anno Domini* M. C. LXIV. *Indictione* XII. Discimus vero, *Volricum Dei gratia Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ electum Patriarcham* donationem a *Vvernero de Carisaco, & uxore ejus Berta*, factam Mosacensi Ecclesiæ, acceptam traditamque ab *Advocato Comite Engelberto*, ratam firmamque, habuisse. Tabulas confecit *Romulus Domini Electi Notarius*. Non pauci occurrunt Patriarchæ, qui plures post annos dicuntur *electi*, non solum ad Ecclesiam Aquilejensem promoti, verum etiam in Ecclesiæ possessionem missi; nondum scilicet consecrati, initiatique sacra ordinatione. Hinc superioribus in litaniis adclamationes fiunt pro Patriarcha, sive *electo*, sive *consecrato*.

TABULAS adnecto ad annum 1166. pertinentes, queis *Ulricus de Atens, quondam Thusciæ Marchio*, quinque Villas, beneficii titulo ab Aquilejensi Ecclesia acceptas, Patriarchæ tradit, eodem jure in potestatem transferendas Luicardæ filiæ, & Henrici de Manzano Mariti. Depromptæ sunt ex MS. Libro Variorum sæpe allegato. " Breve recordationis „ pro futuris temporibus ad memoriam retinendam: qualiter D. Ulricus de Attens q. „ Thusciæ Marchio de Feudo, quod ab Aquilejensi Ecclesia habuit, quinque Villas, videlicet Tissam, Presareian, S. Stephanum, „ Magrat, & Guisinam, & quidquid feudi Bertoldus ab ipso habuit, in manu D. Ulrici „ Aquilegiensis Ecclesiæ Electi Patriarchæ refutavit, & resignavit: & filiam suam Luicardam, & Maritum ejus Henricum de Manzano, eorumque filium Conradum exinde „ investiri fecit. Hujus autem rei testes sunt, „ scilicet Cono Concordiensis Episcopus, Philippus Polensis Episcopus, Ulricus Aquilegiensis Archidiaconus, Peregrinus Civitatensis Præpositus, Jonathas Sancti Felicis „ Præpositus; Comes Volvradus, Frigoricus

C

fectas Tabulas post Septembris Calendas ejusdem anni 1166. certo novimus. De Ulrico Tusciæ Marchione, quem vetusti Scriptores vix memorant, plura dabimus Capite sequente num. 6.

AMPLISSIMA succedit Comitatus Trevensis donatio, quam una cum patre ac matre ipse Vodalricus Aquilejensi obtulit Ecclesiæ: ipsamque referendam puto ad annum 1168. juxta fidem Chronici Leobiensis, cujus verba nu. 3. descripsimus. Hanc memorat Bellonus donationem: *Castella de Treven, & Tyven*, inquiens, *ab Odalrico, ejusque parentibus, Comite Volfrado, & Ema, dono Patriarchatui tradita cum omnibus, quæ circa lacum de Osiia possidebant, ac in valle de Treven, Vvilanich, Quaarzach, & Taarich Fridericus Imperator sua auctoritate confirmavit*. Fallitur vero, dum hæc præclara in Aquilejensem Ecclesiam merita primo tribuit, non alteri hujus nominis Patriarchæ Vodalrico.

D

VI. Ad Annum M. C. LXIX. narrat Chronographus Reichersperg ensis apud Jo. Petrum LudeWigum Volumine II. Rerum Germanicarum: *consecratum esse* Adalbertum II. *in Presbyterum, & Archiepiscopum* Salisburgi *in Quadragesima in Idibus Martii ab Udalrico Patriarcha Aquilejensi*. In Tabulis anni 1164. adhuc *electus Patriarcha* dicebatur Vodalricus: sacram hoc anno 1169. jam ipse susceperat Pontificalem ordinationem. Ecclesia sua Adalbertum, qui partes Alexandri Pontificis sectabatur, Imperator Fridericus anno 1174. ejecit: ejusdemque administrationem, donec proprium reciperet pastorem, gessit Henricus Præpositus Berchtersgadensis, qui historiam descripsit calamitatum Ecclesiæ Salisburgensis, nuncupavitque Adalberto.

OPUS antea ineditum vulgavit Bernardus Pezius in Thesauro Novissimo Anecdotorum Tomo II. Parte III. Eximiis Vodalricum nostrum laudibus exornat Scriptor probatissimus: eaque differit, quæ ipsum alienum a schismate, adhærentem vero supremo Ecclesiæ Catholicæ capiti, ejusque partes animo excelso tutan-

„ & patimini, in comparatione eorum, quæ „ illi (*Alexander Papa, & Vodalricus Patriarcha*) perpessi sunt, parva videntur. Vos Ecclesiam Catholicam invenistis: Dominus Patriarcha Udalricus in toto Patriarchatu vix „ catholicum, vel qui sciret discernere inter „ dextram & sinistram suam, reperit. Intantum ut in Sabbato Sancto Paschæ in benedictione Cerei non inveniretur, qui vellet vel „ auderet nomen Alexandri Papæ pronunciare. Nam illo solo pugnante strenua virtute „ contra universum Clerum & populum, & „ Alexandrum nominandum adstruente, illi „ econtra Biterversem (*Calistum III. qui Viterbii sedem locaverat*) hæreticum pronunciandum conclamarunt. Quid faceret Athleta Dei? Nesciens, sacrarium ingreditur, „ ibique amarissimas lacrymas fundens, clamavit ad Dominum, dicens cum Moyse: Domine adhuc paullulum, & lapidabit me populus. Cumque Vir Dei in tanta esset positus afflictione, & expectatione mortis; ille „ qui cor contritum & humiliatum non spernit, „ consolatus est eum. Cum enim jam hora præterisset, & populus recedere vellet unusquisque in domum suam; Diaconus quidam ex „ Canonicis ingressus ad eum, obtulit seipsum „ ad benedictionem Cerei, animam suam ponens in manibus suis. Tum primum ille consolationem recipiens, vestibus sacris induitur, & cum Diacono suo solam mortem intuens, ad populum egreditur. Audito itaque nomine Alexandri, clamor & tumultus

… in Sacerdotem pariter & Episcopum consecratum. Jam tum vero suam Vodalricus Ecclesiam, in qua *vix Catholicum reperit*, *ab omni fece schismatici erroris purgaverat*; ingentesque labores ac vitæ pericula subierat, ut eam catholicæ unitati restitueret. Quæ perspicue evincunt schismate Patriarcham nostrum nunquam laboravisse, catholicæque adhærentem unitati administrandam suscepisse Ecclesiam Aquilejensem.

VII. TAM præclaro, probatissimoque teste conficitur, Octaviano, seu Victori IV. Antipapæ non adhæsisse Vodalricum primo indeptæ Sedis Aquilejensis tempore. Neque postmodum tractus ille fuerit in partes Guidonis Cremensis, seu Paschalis III. qui anno 1164. post obitum Octaviani in Pseudo-pontificem electus est: neque demum Joanni Strumiensi faverit, qui anno 1168. sub nomine Calisti tertii Pseudo-pontificatum obtinuit. Præclara hoc tempore integritatis, & orthodoxiæ specimina præbebat Vodalricus, quæ narrat Præpositus Berchtersgadensis.

FALLITUR itaque Ughellus, quo referente, idem Patriarcha *anno demum 1177. Venetiis Alexandro Pontifici accurrit: abjuratoque schismate . . . Alexandrum verum Christi Vicarium adoravit, a quo benigne exceptus est*. Imo legatione Apostolica fungebatur Vodalricus, partes Alexandri strenue tutabatur, operamque suam conferebat, ut Ecclesiam inter ac Imperium firma pax constitueretur. Hæc omnia pandunt vetusta monumenta, quæ pergimus proferre, ac illustrare.

CAPUT LXIII.

Marcham Istriæ Pertholdus Andacensis administrat. Concessa Parthenoni Civitatensi bona confirmat Vodalricus Patriarcha. Civibus etiam loci ratum habet Jus nundinarum, aliisque eos exornat privilegiis. Ecclesiæ Aquilejensis privilegia adprobat Alexander III. Henriciana advocatiæ abdicatio ad examen vocatur. De Ulrico Marchione Tusciæ, deque Castello Attempsii.

I. LEGATIONIS Apostolicæ, qua Vodalricus Patriarcha fungebatur, mentio habetur in Tabulis *anno 1170.* conscriptis, queis *Vudalicus quondam Marchio Tusciæ, &* Die-

Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo centesimo septuagesimo quarto, Indictione VII. *quinta die mensis Januarii in Castro de Obremburg.* Sequuntur hæc verba: *Nos quidem Vvolricus Dei gratia Sanctæ Aquilegensis Ecclesiæ Patriarcha, & Apostolicæ Sedis Legatus.*

QUEREBATUR Saunensis Archidiaconus *de persecutione, quam a Marchione Istriæ nomine Pertoldo, & ab aliis sustinebat.* Marcham Istriæ anno 1156. regebat Engelbertus, ut ostendimus Capite LX. num. 7. Post ipsum dignitatem suscepit & præfecturam Pertoldus. Subscribit Constitutioni Friderici Imperatoris *anno* 1180. *tertio Idus Julii* Ratisponæ *Berchtoldus Marchio Istriæ* apud Goldastum Tomo I. Constitutionum Imperialium: itemque Diplomati ejusdem Imperatoris *anno* 1183. subscriptum legimus *Bertoldum Marchionem Istriæ* apud Ughellum Tomo I. Italiæ Sacræ in Tabulis Lunensibus.

FUERIT vero memoratus in Vodalriciano anni 1174. Documento *Pertoldus*, juxta Arenpekii Stemma Capite LXI. descriptum, *Berchtoldus Comes Andacensis*, frater Sanctæ Matildis, & Ottonis Episcopi Bambergæ. Hunc a Friderico Imperatore anno 1180. renunciatum Meraniæ Ducem adnotavimus: unde *Bertoldus Marchio Istriæ*, quem in aliis Diplomatibus ejusdem anni 1180. & anni 1183. subscriptum legimus, filius videtur laudati Bertoldi, primi Meraniæ Ducis, ac pater Bertoldi Aquilejensis, Ecberti Bambergensis, ac reliquæ prolis, quam idem exhibet Stemma Arenpekianum.

II. DILIGENTIAM omnem in Ecclesiæ suæ, piorumque locorum, subditorumque civium curandis emolumentis, vindicandisque juribus adhibebat Vodalricus, ut selecta quædam evincunt documenta, quæ subjungimus. Civitatensi sacrarum Virginum sub regula Divi Benedicti militantium Parthenoni tradita bona confirmat Tabulis confectis, quæ in ejusdem Sacri loci Archivo adservantur. " In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. functis autem eis utrisque, memorata bona cum omni integritate ad usum Sororum ejusdem Monasterii transeant, & prædictæ Sorores annuatim sex honesta servitia ex ipsis habeant. Cujus siquidem petitioni divino intuitu benigne annuentes, eadem bona, ut prædictum est, ipsi Monasterio tenenda, & possidenda contulimus, & præsenti pagina sigillo nostro insignita corroboravimus. Hoc autem adjecimus, & statuimus, ut nec tibi, Dilecta in Christo Soror Abbatissa ... nec alicui tibi succedenti, eadem bona vel infeudare, vel alio modo a servitio Ecclesiæ alienare liceat. Successoresque nostros in Christo monemus, ut quod nos tam pro ipsorum, quam pro nostra salute facimus, non infringant: sed stabile & inconvulsum custodiant, ut in extremo examine ante districtum judicem æternæ retributionis præmia una nobiscum percipiant. Quæcumque vero persona, sciens, contra hanc institutionis nostram paginam instinctu Diaboli venire temptaverit, & prædicta bona memoratæ Ecclesiæ alienare voluerit, nisi commonita satisfecerit, hic & in futuro perpetuo anathemati subjaceat: & ira Matris misericordiæ, ad cujus honorem ipsa Ecclesia consecrata est, super eum veniat; & cum Juda Christi traditore partem habeat. Hujus collationis testes sunt Martinus Concordiensis Canonicus, Comes Volvradus de Treven, & gener ejus Comes Heinricus de Lechsermund; & Ministeriales eorum, Fredericus, Rufus, & Etich, Amelricus, Volricus de Verona, Volframus, Ruobertus ... Wecilo de Utino, & alii multi. Actum est feliciter anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXXV. Indictione VIII. XV. Kal. Junii in ipsa Civitate Austria. Ego Chuonradus Capellanus Domini Patriarchæ ex mandato ipsius hanc paginam composui, scripsi, & dedi.

SACER titulo *Sanctæ Mariæ de Monte* locus, tametsi prima ejusdem occurrat hoc anno mentio, nullus dubito, quin antiquiorem habeat

Ejus verba hæc sunt: *Castel de S. Maria da Monte. Nel qual loco di Santa Maria è una grandissima devotion, per aver in quel loco fatti la gloriosa Vergine molti miracoli gia molti e molti anni. E come ho inteso, si trovan in Roma nelle Scritture del Capitolo di S. Pietro memorie antichissime di questa Chiesa. Sino nella primitiva Chiesa era loco molto divoto, e celebre, e visitato da peregrini assai: e la figura della Vergine fu una dell'Opere di San Luca*. Puram putamque popularem traditionem nemo facile credat.

III. Civitatenses anno insequente 1176. privilegiis honestavit Patriarcha; institutum quippe a Peregrino Decessore forum ratum habuit, firmavitque. Sequentes in Archivo Civitatis Tabulæ servantur. "In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Volricus Dei gratia Sanctæ Aquilegensis Ecclesiæ Patriarcha, Apostolicæ Sedis Legatus, Dilectis in Christo filiis universis Civibus Austriæ Civitatis in perpetuum. Commissæ nobis solicitudinis exigit cura, ut ea quæ Sanctæ Aquilegensi Ecclesiæ, cui auctore Deo deservimus, cognoscimus esse profutura, propensiori studio promovere satagamus; filios etiam ejusdem Ecclesiæ, præcipue eos, qui in fide ac devotione ipsius Ecclesiæ perstiterunt, benignæ provisionis oculo respicere; ac eorum necessitatibus opem misericordiæ impendere debeamus. Eapropter Forum, quod bonæ memoriæ Antecessor noster Patriarcha Pilegrinus in Civitate vestra statuerat publice habendum, nos quoque ad instantiam & petitionem vestram cum omni benignitate, auctoritate nobis & Ecclesiæ nostræ Imperiali clementia collata, vobis confirmamus. Statuentes, ut universi prædictum forum adeuntes talem mutam, qualis in Aquilejensi foro dari solet, nobis & Successoribus nostris persolvatis. Vos autem, qui nunc habitatores estis, & heredes vestros, & homines vestros, ubicumque constitutos, & cunctos circa Civitatem vestram manentes, qui ad operas & vigilias jam dictæ Civitatis spectare noscuntur, ab onere prætaxatæ mutæ, receptis a vobis XXXII. Marcis, absolvimus,

vilegio suo communivit, inconvulsa esse decernimus. Videlicet, ut negotiatores ibi domos habentes, quisque pro uno passu de terra nostra, quam occupavit, duos denarios Friesacensis monetæ singulis annis in Purificatione Sanctæ Mariæ nobis ac Successoribus nostris persolvant: & eamdem terram hereditario jure ipsi & heredes ipsorum habeant: vel quibuscumque ipsi & heredes eorum dare, commutare, vendere voluerint, liberam potestatem & licentiam habeant absque nostra & Successorum nostrorum contradictione, vel investituræ concessione; persolventes duntaxat nobis constitutum fictum nostrum. Et præter debitam justitiam nec Successores nostri, nec Advocatus noster, nec nos aliquas super eos exactiones habeamus: domos etiam eorum nulli inbeneficiare debeamus. Hæc autem, & supradicta, quæ nos ad commodum & incrementum Sanctæ Aquilegensis Ecclesiæ fecimus, tanta in perpetuum firmitate stabilita esse volumus, ut nec nobis nec Successoribus nostris ea quoquo modo infirmare, vel contra hæc aliquo tempore venire liceat. Actum est feliciter in ipsa Civitate Austria, anno Dominicæ Incarnationis M. C. LXXVI. Indictione IX. XII. die Mensis Februarii. Hujus rei testes sunt Voldaricus Aquilegensis Archidiaconus & Præpositus, Gotefredus Sextensis Abbas, Peregrinus Civitatensis Præpositus, Jonathas Sancti Felicis Præpositus, Chuno Concordiensis Præpositus, Romulus Aquilegensis Magister Scholarum & Capellanus, Joannes Civitatensis Magister Scolarum, Reginhardus, Martinus Capellani, Chuonradus Cantor Clerici: Comes Engelbertus Advocatus Aquilegensis, Comes Volvradus de Treven, Chuonradus de Fontebono, Henricus & Rantolphus fratres de Villalta, Leonardus de Leces Liberi: Henricus de Glemona, Herebordus de Perhtenstein, Erimbertus, Wolframus, Ruobertus, Albero & Reginhardus fratres, Johannes & Wolricus fratres de Portis, Egidius, Volricus, Ruffardus, & Herewicus Cives ipsius Civitatis, & alii multi. Ego Chuonradus Capellanus Domini Patriarchæ interfui, & ex

Data est *Anagni per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi & Notarii*, *Nonis Julii*, *Indictione nona*, *Incarnationis Dominicæ anno* M. C. LXXVI. *Pontificatus vero D. Alexandri PP. III. anno* XVII. Integram profert Ughellus.

ROMANORUM Pontificum, Regum, & Principum aliorumque largitiones confirmantur: Singulique pagi Aquilejensi Ecclesiæ oblati, donatique *propriis exprimuntur vocabulis*.

V. HÆC inter alia habentur verba: *Præterea sicut Burchardus Advocatus Aquilejensis Ecclesiæ, & postea Henricus placitum Advocatiæ in manu Patriarchæ Volrici refutarunt pro se, & Successoribus suis super omnibus bonis Aquilejensi Ecclesiæ attinentibus, cum omnibus districtis, usibus, & pertinentiis: ita & nos auctoritate Apostolica confirmamus*. Hanc refutationem (verba sunt Ughellii) *pro remedio animarum suarum fecisse Burchardum, & Henricum, perpetuos Aquilejensis Ecclesiæ Advocatos, docet conditum ea de re documentum*. Abdicantes Viros prædictos Morocutus in Veneta ipsius Ughellii editione, ex Comitibus de Plejen prognatos arbitratur: eosdemque vocat *Fratres*.

HANC puto ego eamdem abdicationem Aquilejensis advocatiæ, atque illam quam pio conceperat animo, stimuloque religionis adactus perfecit Henricus Dux Carinthiæ, frater Vodalrici, primi hujus nominis Patriarchæ. Rem hanc ab Ughello luxatam, suoque loco motam, perperamque ad ætatem *Vodalrici II.* detrusam ut ostendamus, ipsum sub oculos ponere pretium est operæ Monumentum, quod ex MS. Statutorum ejusdem Ecclesiæ libro depromptum vulgavit Ughellus. " In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Notum „ sit omnibus Christifidelibus, tam futuris, „ quam præsentibus, in vinea Domini Sabaoth cooperantibus: qualiter Heinricus „ Sanctæ Aquilejensis Ecclesiæ, quæ constructa est in honore Sanctæ Mariæ Virginis, „ Sanctorumque Martyrum Christi Hermachoræ, & Fortunati, Advocatus, inspirante Deo, a quo bona cuncta procedunt, qui „ cum omnibus districtis, usibus, & pertinentiis, integerrime in manu Domini & Catholici Patriarchæ Vodalrici, eidem Sanctæ „ Aquilegensi Ecclesiæ tradidit, itaut nullus „ Advocatus amodo & usque in sempiternum „ ibi placitet: sed Fratres digne & religiose „ atque devote Deo jugiter servientes perpetuo & inviolabili jure habeant. *Itaut orationes eorum, in quas me cum omni charitate receperunt, fideliter habeam: quibus salvari firmiter credo in corpore, & in anima*. „ Qui Venerabilis Patriarcha gaudens super „ his, quæ ex justa & bona voluntate prædicti Fratris sui Henrici Advocati ad laudem

C „ & gloriam Sanctissimæ Aquilegensis Ecclesiæ fiebant, accepta in se potestate communi conventu, libito, consensu, & voluntate Cleri & populi ejusdem Sanctæ Ecclesiæ „ fidelium, scriptis commisit. *Quapropter „ Dominos Successores nostros diligenter admonemus, & humiliter fideliter rogamus, & petimus: ut quod inprimis pro justitia, deinde pro amore Omnipotentis Dei, & pro salute animarum nostrarum, a nobis factum est, nullo modo infringant. Sed scientes se cinerem esse, & in pulverem reversuros, propria manu corroborantes, omni tempore inviolabile esse permittant. Quod si aliter, quod absit, contra spem & fiduciam nostram, salutis suæ obliti fuerint, sit in eis ultio divi-*

D *na pro remedio vitæ æternæ, dans eis supplicium mortis æternæ. Quod ut verius credatur, proprio sigillo subter insigniri jussimus. „ Hi sunt testes, Purchardus frater Purchardi „ advocati, & filius ejus Purchardus, Heinricus de Guriza, Vvillelmus . . . . Valdo, „ Andreas, Rantolphus & filii ejus, Fridericus, Astaldus, Marcuardus frater Andreæ. „ Ego Vodalricus Patriarcha manu propria subscripsi*. Fridericus de Tigili, Azo, Otho „ de Pisino, Dietricus Vicedominus, Bertoldus & frater ejus, Vernerius, Udalricus, „ Hermenardus, Joannes, Adalbertus Comes, Votiscalcus. Ego Magister Albertus „ Domini Peregrini (II.) Aquilejensis Patriar- „ chæ

confectas, ex quibus verba illa procul dubio excerpta sunt, quæ Italicis, ut vocant, litteris expressimus, eademque Henrici abdicantis nomine efferuntur. Aliud ejusdem refutationis Monumentum lapidi incisum Capite LVIII. num. 10. protulimus. Atqui notæ occurrunt in eodem, quod a Vodalrico Patriarcha subscriptum legimus, monumento, quæ certo evincunt Vodalrici primi ætatem. Inter testes adhibetur *Henricus de Guriza*. Is est Engelberti frater, & filius Mainardi. Vitam agebat ille anno 1139. vitaque jam migraverat anno 1150. ut Capite LXI. ostendimus. Testis ergo adhiberi non potuit in Tabulis sub Vodalrico II. confectis, qui anno 1161. regimen capessivit Ecclesiæ Aquilejensis: potuitque in testem vocari ætate Vodalrici I. qui anno circiter 1122. ad plures abiit. Ad hæc, Autographum abdicatæ advocatiæ Vodalricianum monumentum, cum anno 1206. inspiceretur, vetustate pene consumptum dicitur. Ab initio Sedis Vodalrici II. ut summum elapsi fuerant anni quinque supra quadraginta; quorum decursu verisimile non est, Autographi sigillum consumi potuisse: quæ tamen omnia optime constant, si prædictæ ad Vodalrici I. tempora Tabulæ referantur. Hinc notus compertusque fit error Ughellii, qui hanc Advocatiæ refutationem accidisse narrat sub Vodalrico II. Aquilejæ Patriarcha.

ABDICATA per Henricum advocatia, designatum ac institutum addiscimus quemdam *Purchardum*, ad ipsius Advocatiæ munera obeunda; jure tamen *Placiti* excepto, quod Aquilejensi Canonicorum cœtui adseritur. Quisnam ille fuerit Purchardus, ignoramus. Cum his pugnare videntur Alexandri Papæ verba, quæ in ejus habentur superius citata Constitutione. In ea legimus, *Burkardum Advocatum Aquilejensis Ecclesiæ, & postea Henricum placitum Advocatiæ in manu Patriarchæ Volrici refutasse:* peracta vero ab Henrico dicitur Advocatiæ abdicatio in Monumento Vodalriciano, *sententiam confirmante Purchardo, eodem die Advocato constituto*. Quomodo Purchardus seu Burchardus primum, ac deinde Henricus abdicaverint Advocatiam, cum eam refutante Henrico, *constitutus eodem die Advocatus* fuerat *Marquardus* ejusdem Patriarchæ pater, tum frater ejus *Henricus*. Jus illud primo Marquardus, deinde solemniore formula abdicavit Henricus. Post integrum circiter seculum privilegia sua, ipsamque Advocatiæ *placitique* abdicationem, Alexandro Pontifici confirmanda proposuere Aquilejenses Canonici. Aut ipsi vero, aut Notarius Pontificis, oscitantes, vel decepti, *Purchardum* scripsere loco *Marquardi*. Hæc prima insederat animo conjectura.

DILIGENTISSIMUS Franciscus Florius admonet, in Aquilejensi Archivo binas Alexandri III. autographas Constitutiones adservari; alteram, quam Ughellus vulgavit, datam *Anagni per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi & Notarii, Nonis Julii, Indictione nona, Incarnationis Dominicæ anno* M. C. LXXVI. *Pontificatus vero D. Alexandri PP. anno* XVII. alteram datam *Ferentini per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi & Notarii*, VI. *Idus Octobris*, *Indictione* IX. (a Septembre Mense) *Incarnationis Dominicæ anno* M. C. LXXV. *Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ III. anno* XVII. Idem est utriusque Constitutionis contextus. Hæc sequentia discrepant verba: *Præterea sicut Henricus Advocatus Aquilejensis Ecclesiæ, & postea Purchardus placitum Advocatiæ refutarunt pro se & successoribus suis, super omnibus bonis Aquilejensi Ecclesiæ attinentibus, cum omnibus districtibus, usibus, & pertinentiis, & prædictus Otto Imperator refutationem eorum confirmavit*. Vitiose, immanique errore, Ottonis confirmationem invectam, ambigendi locus non est; cum Otto primus, secundus, ac tertius intra decimum æræ Christianæ seculum Regnum & Imperium administraverint, integro ante Henricianam advocatiæ refutationem seculo: & Otto quartus post Alexandri Papæ obitum regnaverit. Erroris originem aperio. Aquilejenses Canonici ab Alexandro Pontifice anno 1175. postularunt privilegiorum confirmationem, quorum pleraque Otto II. largitus fuerat: eademque lubens confirmat ille, *prout*, inquiens, *Imperator Otto bonæ memoriæ Aquilejensi Ecclesiæ & Canonicis tradidit*. Ab eodem pariter Ottone Notarius perperam & oscitanter existimavit, ratam Henrici abdicationem habitam fuis-

ex Monumento Vodalriciano, in quo hæc habentur: *Henricus . . . . pro Omnipotentis Dei, & remedio animæ suæ omniumque Successorum suorum, consentiente & collaudante necnon & eamdem sententiam confirmante Burchardo eodem die Advocato constituto, placitum Advocatiæ . . . . in manu Domini Patriarchæ Udalrici tradidit*. Nempe advocatia, maximeque jure *placiti* se abdicavit Henricus: eodemque die Aquilejensis Ecclesiæ Advocatus institutus est Purchardus seu Burcardus; qui Henrici exemplum mentemque secutus, *confirmavit sententiam* ejus, *placitique* abdicationi consensit. Hinc verissime dictum, *Henricum . . . & postea Purcardum* juxta prioris Bullæ textum *placitum Advocatiæ refutasse*. Jam vero de Advocatiæ Henriciana abdicatione, quam loco movit Ughellus, satis superque.

VI. POSTREMO hujus Capitis loco de Ulrico Marchione Tusciæ, in Ecclesiam Aquilejensem munificentissimo, quem plura memorant hujusce ævi monumenta, diligentiore opera differendum ducimus. Meminit ejus Sigonius de Regno Italiæ ad Annum M. C. XLIV. quo Florentini, contracta cum Senensibus lite, *socio Marchione Tusciæ Ulrico assumpto*, ad ipsas usque Senarum portas infesto agmine procurrerunt: ipsumque Cosmus de Arena recenset in Serie Ducum & Marchionum Tusciæ, quam in secunda sui Operis parte nunquam edita illustrandam pollicebatur. Apud Bernardum Pezium Tomo III. Thesauri Anecdotorum Novissimi Parte III. in Codice Diplomatico Admontensi prostat Instrumentum num. XIII. quo *anno Dominicæ Incarnationis* M. C. XLVI. *Indictione octava*, initum quemdam firmat contractum Conradus I. Archiepiscopus Salisburgensis, *in præsentia . . . Marchionis quoque Udalrici de Tuscia*. Tabulas Capite superiore num. 5. in lucem emisimus, anno 1166. conscriptas, queis Ulricus in gratiam *Luicardæ Filiæ, & Mariti ejus Henrici de Manzano* abdicat se quinque Villarum beneficio, quod acceperat ab Ecclesia Aquilejensi: inscribiturque *Ulricus de Attens, quondam Tusciæ Marchio*. Ipsum denique subscriptum legimus *Vodolricum Marchionem de At-*

„ subscriptorum testium, Wdalricus quondam Marchio Thusciæ, & Diemot quondam Marchisana ejus uxor, pro remedio animarum suarum & Prædecessorum suorum, contulerunt puram & meram donationem super altare Beatissimæ Mariæ Virginis, & in manu W. (*Vodalrici*) Aquilejensis Ecclesiæ Patriarchæ & Apostolicæ Sedis Legati, de Castro Attens uti nunc possidet . . . & de Villa sub Castro constituta cum omni jure sibi pertinente, servis & ancillis ibidem manentibus, & peculio ipsorum, & bonis cultis & incultis, montibus, nemoribus, vallibus, campis, pratis, vineis, piscationibus, venationibus, molendinis, aquis, aquarumque decursibus: & de Castro Perhtensteine cum omnibus suis pertinentiis, & de Villa Porcil, & de Villa Subid, & de Villa Prosernich: & de hoc toto, quod habet in Vergia & Logre, cum Villa & omnibus suis pertinentiis: & de Villa Cernen, & de Villa Calmines: & de Allodio, quod habet apud Namach, & de Curia apud Hage constituta, & de Villa quæ vocatur Latina, & de Villa quæ vocatur Predegoy, & de Villa Rechelach, & de Villa Wipelsach, & de Villa Wolfschel: & cum omnibus pertinentiis prædictorum locorum, & cum omnibus servis & ancillis & peculiis & rebus eorum in supradictis locis habitantibus. Insuper præfati jugales donaverunt præfato altari Aquilejensis Ecclesiæ, & præfato W. Aquilejensi Patriarchæ & Apostolicæ Sedis Legato Ministeriales suos Dinismannos; videlicet Sifradum cum filiis, quos habuit de Domina . . . . Conradum & fratrem cum omnibus filiis & filiabus suis, Conradum de Menzano cum filiis & filiabus suis, præter filiam ejus Diemout; Engelmarum fratrem dicti Conradi, Henricum de Strat, Ruobertum de . . . mach, Albertum Clesta, Wernardum de . . . ig cum filiis & filiabus, Hechardum fratrem ejus, Pertoldum de Ruwia, Otilium de Ruwin cum filiis & filiabus, præter unum quem volunt; Be . . . . adin de Plu . . . . cum filiis & filiabus ejus, præter Octonem & Sororem ejus, quæ est apud Celchan; Peregrinum de Subidrag cum

„ tri-

lenter intromiserat, reddidit: & tenutam eis restituit. Confirmatum est statim, ut nullus Castellanus in eodem Castro, videlicet Attens, locetur nisi quem voluntas & consilium Ministerialium ad idem Castrum pertinentium elegerit. Supradictus quoque Marchio W. quondam ibidem, antequam istam præfatam donationem faceret, juravit super altare Beatissimæ Mariæ Virginis, quod expedierat omnia ista a filiabus & a nepote per refutationem, quam in eum fecerant: & quod libere posset tradere de jure cuicumque voluerit: & promisit defensare, warentare istam donationem legitime jurejurando præfatæ Ecclesiæ & Domino Patriarchæ ab omni homine: & quod firmam & ratam perpetuo istam donationem habebit. Item Domina Diemuota, quondam Marchisana Tusciæ, juravit per Nuncium suum, cui ipsa dedit parabulam jurandi: quod ipsa nulla occasione nec dotis, nec donationis, nec cujuslibet alterius veniet contra istam donationem; sed semper firmam, & inviolatam habebit. Nuncius vero jurandi fuit Artuwicus de Curia veteri. Et major pars Dienismannorum, & Ministerialium illorum, feudum quod habebant, a ss. Marchione præsente, & a Domino Patriarcha receperunt, & ei fidelitatem super Altare juraverunt. Nomina illorum, qui juraverunt fidelitatem, sunt hæc: Conradus de Cimpica, Sifridus filius Fratris ejusdem, Conradus de Me... gat, Hengelmarius ejus frater, Henricus de Stricha, Rodepertus de Nimes, Adelbertus Clestens, Wariendus de Gudig, Henricus de Frata, Pertoldus de Frata, Henricus de Vipelsach, Wdolricus ejus filius, Johannes de Versa, Wdalricus de S. Vito, Wdolricus de Flaguag, Odolricus de Zumpica, Ottacus de Fedeso. Actum est hoc in Civitate Aquileg. ante Altare Beatissimæ Mariæ Virginis, præsente Clero & populo. Signa testium. Wdolricus Abbas de Musinich, Magister Adelbertus de Frisac, Lupardus Decanus Aquil. Jonathas Præpositus S. Felicis, Comes Volfradus, Comes Henricus ejus gener de Lexenmut, Cuonradus de Fontana bona, Fridericus & Artuwicus de Cauriag, Otto de Curia de Hage prædicto Domino Patriarchæ apud Hage pro omnibus prædiis superius [B] dictis, & Castris: & confessus est Hechardus, fecisse fidelitatem Domino Patriarchæ; præsente Comite Wolfrado, Udascalco, Jonatha, Valterio de Pinhano, & Cuonone, Puorgraf de Usono, qui & superiori donationi adfuit, & Cono ejus filius: & hoc fuit in Hage in Strata juxta Ecclesiam. Sequenti vero die Veneris, supradictus Marchio, & Marchionissa in Castro de Attens tradidere claves ejusdem Castri in manu W. Aquilejensis Ecclesiæ Patriarchæ: & miserunt eum per turrim & portam in tenutam pro Castro, & omnibus possessionibus superius dictis, & datis; præsentibus his testibus, quorum nomina hæc sunt: Comes Wolfradus, [C] Comes Henricus de Lexmut, Fridericus & Artuwicus de Cauriach, Wdolricus Abbas de Mosinich, Jonatas Præpositus, Romulus, Otto de Puoch, Walterius de Pinchano, ... Hermannus Præpositus... de Usono, Reginhardus de Petina, Ofradus de Susano, Walchonus de Wendoy: & eodem die supradictus Marchio, & Marchionissa exivere de supradicto Castro, & possessione ejusdem Castri: & totius prædominium supradicto Patriarchæ reliquerunt in præsentia istorum testium. Et ibidem Arbo, & Henricus de Attens juravere fidelitatem Domino Patriarchæ, sicut Dienismanni: & feudum quod habebant a Marchione, ab eo receperunt. [D] Sanctus Sacratissimæ Aulæ judex omnibus supradictis interfuit testis, & vidit, & audivit. Ego Johannes Bonus Tabellio rogatus a supradictis jugalibus & Dinismannis, ut superius, hæc scripsi & complevi." *Anno Domini* M. CC. XV. *Indictione* III. *die* XIV. *exeunte Mense Julio, ego Ottolinus Vicentinus, Sacri Palatii Notarius, ex authentico nihil addens vel minuens, quod sententiam mutare posset... sumpsi hoc exemplum, scripsi bona fide, & sine fraude.*

Hanc memorat insignem Ulricianam donationem, confirmatque Fridericus I. Imperator in Diplomate anno 1180. ad Vodalricum Patriarcham dato: *Castrum de Attemps*, inquiens, *cum omnibus suis pertinentiis, Ministeria-*

possidebant; unde *Ministeriales Disnimanni* dicuntur in Tabulis. Vilem ne putes, neque obnoxiam eorum conditionem; cum nobilis ea fuerit, adeoque ipsorum uxores appellantur *Dominæ*. Silent de hisce *Disnimannis* Glossaria mediæ & infimæ latinitatis, quæ licuit evolvere: in ea tamen Forojuliensis Provinciæ parte, quæ Carnea vocatur, familiæ hodieque vigent, quæ *Desmans*, & *Gismans* nuncupantur. Sortem eorum nitide patefaciunt Tabulæ a Joanne de Moravia Patriarcha scriptæ, datæque *die 9. Augusti anno* 1392. ad Tulmetinos, quas Florii sæpe laudati humanitati ac eruditioni debemus. Ad rem pertinent, quæ verba sequuntur: *Vassallos, sive Germanos* (lege *Gismanos*) *nostros in dicta Gastaldia nostra* (Tulmetii) *habitantes declaramus immunes a quibuscumque speculationibus, explorationibus, itineribus, passuum custodiis, bellorum gravaminibus, personali militia, & aliis servituribus rusticis dictæ nostræ Provinciæ imponendis; remanente tamen servitio solitæ & debitæ equestris militiæ ad requisitionem nostram nostrorumque Successorum*. Insequente *anno* 1393. *die* 4. *Augusti* alias ab eodem Joanne conscriptas litteras habemus cum his verbis: *Audivimus, Rusulinum de Luincis nomine suo & aliorum Gismanorum Carneæ se dolentem de Capitaneis Quarteriorum, qui volunt ad gravedines &c. & quia non sunt in numero suppositorum dictis Capitaneis, sed Vasalli in Gastaldia nostra ad servitium equestris militiæ &c.*

Quæ sane loca, prædia, villas, atque Castra Ministeriales prædicti *Disnimanni* possidebant, jam ab ipso Ulrico Marchione feudi titulo accepta, ut illa Tabularum verba evincunt: *Feudum, quod habebant a Marchione*. Hæc tamen ipsis Ulricus antea per vim eripuerat: eademque meliore ductus consilio postmodum restituit, antequam ipsorum locorum cum Ministerialibus donatione Aquilejensem ditaret Ecclesiam. Id ea verba luculentissime significant: *Quibus Ministerialibus idem Marchio W. omnia, de quibus prius se violenter intromiserat, reddidit; & tenutam eis restituit*. Usurpationis hujusce tempore, sedem Ulricum in castello Attempsii posuisse arbitror; unde in Documentis

B „ suam & omne bonum. Negotium Cu. de Attenes (*legendum suspicor*, negotium Curiæ, *vel* Castri de Attens) composuissemus, „ si ocii opportunitatem habuissemus. Sed magnis hoc tempore, ut nosti, rebus impediti, „ de his non poteramus nos intromittere, nec „ adhuc possumus, nisi contingeret quod ad „ Venetiam veniremus. Unde Dilectioni tuæ „ mandamus, & attente injungimus, quatenus ipsum negotium vice nostra assumas: & „ illud aut juste, vel amicabiliter ita termines, quod illud non oporteat denuo ad nos, „ pro hac causa reverti. „ Egit ergo Patriarcha, ut usurpatione violenta abstineret Ulricus, suisque Ministerialibus loca restitueret, quæ abstulerat. Morem gessit ipse, ablata reddidit Ministerialibus beneficia: eademque loca,

C ut insigne munificentiæ monimentum relinqueret, cum Castellis ipsoque Castro Attempsio, in Ecclesiæ Aquilejensis ac Vodalrici ditionem transtulit; quæ nulla injecta mora, statim ac recepta fuere, prædictis Ministerialibus eodem, quo antea ab ipsis possidebantur, conlata sunt feudi titulo a Patriarcha. Hujusce rei accipe verba: *Et feudum, quod habebant a Marchione, ab eo* (Patriarcha) *receperunt*, de fidelitate servanda consueto emisso Sacramento. Castrum itaque Attempsium *Arbo, & Henricus* possidere perrexerunt.

Dicitur in hisce Tabulis Ulricus *quondam Marchio Tusciæ*. In Codice Diplomatico Admontensi citato num. 9. donat Vodalricus

D Patriarcha Admontensi Cœnobio Mansum *anno* M. C. LXIX. *Indictione secunda*: numeraturque inter testes *Ulricus quondam Thusciæ Marchio*. Itemque insigni Luicardam filiam dono exornat *anno* M. C. LXVI. idem *Ulricus de Attens, quondam Tusciæ Marchio*. Cur ita? Rem patefacit Chronicon Weingartense apud Canisium ad Annum M. C. LII. ubi Chronista refert: Fridericum Imperatorem *avunculo suo Vuelf Marchiam Tusciæ, Ducatum Spoleti, Principatum Sardiniæ, domum Comitissæ Mattildis in beneficio tradidisse*. Hunc Muratorius in Antiquitatibus Estensibus vocat, numeratque Welfonem *sextum*. Ejectus ergo fuerat Marchia Tusciæ Ulricus: adeoque inscriptum

» Condrado & Mattil jugalibus, amicis pro-
» ximis & amicis meis, ego quidem in Dei no-
» mine Bertoldus Episcopus, filius quondam
» Purchardi, qui professus sum ex natione mea
» lege vivere Bawariorum, sed nunc propter
» ecclesiastico ... Romana, amicus bene cu-
» piens, atque donatione infrascripta .... in
» vestro jure ac potestate per hanc chartam
» donationis, & suscepto launechild jure pro-
» prietario nomine in vos habendum confirmo,
» idest nominative Castrum unum infra Comi-
» tatum Forojulii, & jacet ad locum qui dici-
» tur Attens .... cum exitu & introitu suo,
» & cum omnibus cohærentiis ad prædictum
» Castrum spectantibus ... ut superius dictum
» est. Quam autem suprascriptam donationem
» juris mei .... cum omnibus & ingressibus
» suis, seu cum superioribus & inferioribus
» suis ... vobis, quibus supra, Condrado &
» Mattil jugalibus, pro suscepto launechild ....
» cedo, confero, & per præsentem cartam do-
» nationis in vos habendum confirmo, ad fa-
» ciendum exinde a præsenti, & vos, & here-
» des ac proheredes vestri, aut cui vos dederi-
» tis, & habere statueritis, jure proprietario
» nomine, quidquid volueritis, sine omni mea
» & heredum ac proheredum meorum contra-
» dictione. Quidem spondeo ac repromitto,
» me, Ego qui supra Bertoldus Episcopus una
» cum meis heredibus ac proheredibus, vobis
» quibus supra Condrado & Mattil jugalibus,
» vestrisque heredibus ac proheredibus, aut
» cui vos dederitis & habere statueritis, præ-
» dictum Castrum ... & defensare. Quod si
» defendere non poterimus, aut si vobis exin-
» de aliquid per quod ... quæsierimus; tunc
» in duplum vobis prædictum Castrum muro
» circumdatum restituam .... fuerit meliora-
» tum aut voluerit sub æstimatione hominum ...
» ibidem ut in consimili loco. Et nec mihi li-
» ceat, ullo tempore nolle, quod volui: sed
» quod a me semel faciendum conscriptum est,
» sub jurejurando inviolabiliter conservare pro-
» mitto cum confirmatione subnixa. Quidem
» & ad hanc confirmandam donationis chartu-
» lam ... ego qui supra Bertoldus Episcopus,

B » desi peritus, scriptor hujus chartulæ dona-
» tionis post traditam complevi & dedi.

PERSPICUE patet, Castrum Attempsium juris fuisse Bertoldi Episcopi: idemque in jus ac potestatem Conradi & Mattildis jugalium translatum, sumpto *Launechild*, quod est reciprocum donum, seu pretium quodammodo rei donatæ, græce *ἀντίδωρον*. Ad Bertoldum quod attinet; *filius* ipse dicitur *quondam Purchardi*, tum *vivere professus ex natione* sua *lege Bavvariorum*, ac denique *Episcopus*, sedis loco prætermisso. Hinc fortasse fuerit (neque ineptam, neque levem puto conjecturam) Bertoldus Mosburgius in Bavaria, Ecclesiæ Salisburgensis invasor, ipsaque demum expulsus C anno 1106. ineunte, eodemque cadente vel insequente anno 1107. morte sublatus. Bertoldi historiam diligentissime texit Hanzisius Tomo II. Germaniæ Sacræ. In Sedem ille Salisburgensem, Sancto Gebehardo deturbato, Henrici IV. Imperatoris favore, anno circiter 1079. intruditur. Anno 1087. pellitur Bertoldus, reponiturque in Sedem Gebehardus. Is anno insequente, exacto felicis agonis cursu, ad supernam palmam vocatur: iterumque Sedem Metropolitanam Bertoldus invadit. Dissidia fervent inter ipsum, & Theodmarum seu Thyemonem Gebehardo suffectum. Post Thyemonem anno 1101. occupat Ecclesiam Bertholdus. Ipsum de solio Henricus V. deturbat: quo pulso, Conradus hujus nominis I. *anno* D *1106. die 7. Idus Januarii* Salisburgensibus præficitur. Eodem anno cadente, vel insequente 1107. fato concedit Bertoldus: quæ probatissimorum Scriptorum fide narrat omnia Hanzisius. At enim allegatæ donationis a Bertoldo factæ notantur Tabulæ *anno Dominicæ Incarnationis* M. C. VI. *tertio die Mensis Novembris Indictione quartadecima*: quo vitam adhuc agebat Bertoldus, pridem Antistes Salisburgensis. Eodem hic anno prædicta Salisburgensi Sede pulsus, nullius Ecclesiæ regimen tenebat; unde fortasse in Tabulis nostris inscribitur *Bertoldus Episcopus*: ac sane eodem dignitatis titulo quater exornatus legitur, Sedis & Ecclesiæ loco prætermisso, ut is intelligi debeat Ber-

totai Salisburgensis patrem Aventinus vocat *Helmberthum*: se filium *quondam Purchardi* appellat Bertoldus noster. At ille frater erat *nobilissimi Principis*, *Burchardi nomine*. Quidni ergo utriusque, Bertoldi, & Burchardi, pater vocatus fuerit pariter *Burchardus* seu *Purchardus*, cum in hisce perillustribus Familiis mos obtineret constantissimus, ut patris nomen susceptæ proli imponeretur? Neque tanta Aventini fides est, quominus rejecto nomine *Helmberthi*, conjectari jure ac merito possimus, Fratrem Bertoldi ex patris nomine dictum fuisse *Burchardum*. Neque mirum denique, Bavarum Dynastam possedisse in Forijulii provincia Castrum Attempsium; sic enim & Prædium quoddam ab Henrico III. Imperatore, *in pago N. Forojulio*, *& in Comitatu N. Comitis*, dono datum Balduino Salisburgensi *anno* 1056. *Indictione nona*, adnotavimus Capite LVII. num. 4.

Castrum Attempsium, quod possidebat, Bertoldus confert Conrado & Mattildi jugalibus. Hos ille vocat *dilectos proximos*, *& amicos* suos. En alias Tabulas ex eodem Capituli Civitatensis Archivo depromptas, quæ Mattildis matrem exhibent, ejusque stirpem perillustrem aperiunt. "Anno Dominicæ Incarnationis M. C. XXX. XIII. die Mensis Februarii Indictione XV. (*aut annus æræ vulgaris*, *aut Indictio vitio laborat*.) Vobis Conrad & Mactilt ambo jugales, filia, & genere meo. Ego quidem in Dei nomine Acica, relicta quondam Purchardi Marchisi, una cum propinquo meo Wilelmo de loco Puzolo, qui professus ex nacione mea lege vivere Baiwaria ss. dixi, quia propter amorem dilectionis vestre, & in vestro jure & potestate, per hanc Cartulam donacionis, & per suscepto Launechilt jure proprietario nomine, in vos habendum confirmo, idest dono vobis quantum mihi pertinet in Regnum Italicum in primo loco, & mihi obvenit ex parte paterna vel materna, seu terre, atque ramum arboris Warpi vivi: & expulivi me exinde foras, & absente, facere vobis, & vestris heredibus, quos Conradus & Mactilt insimul aquisierit, legitimam investituram, vel jurisdictionem, jure proprietario nomine, quidquid volueritis, sine omni mea & heredum meorum mearum contradicione. Quidem spondeo atque repromitto, me, ego qui supra Acica, una cum meis heredibus, vobis quorum supra Conradus & Mactilt, vestrisque heredibus quos insimul aquisier. aut cui vos dederitis, suprascriptam meam donacionem, qua supra legitur, in integrum ab omni homine defensare, Quod si defendere non poterimus, aut si vobis exinde aliquid per quodvis ingenio subtrahere quesiverimus; tunc in duplum suprascriptam meam donacionem vobis restituamus, sicut pro tempore fuerit melioratas, aut valuerit sub estimatione hominum ibidem, aut in consimilis locis, & consimili mobilia vel familia. Quidem & ad hanc confirmandam donacionis Cartulam accepi ego, qui supra, Acica a vobis jam dictis Conradus & Mactilt launechilt, manicias duas; ut hec mea donacio inter vos, vestrisque heredibus, cartula ista omni tempore firma & stabili permaneat, atque consistat. Actum in Attens feliciter. Signum manus suprascripta Acica, & Wilelmus, qui hanc cartulam donacionis scribere rogaverunt, & suprascripto launechilt receperunt, ut supra. Signum manuum Torincus Vicecomes, & Regenardus filius ejus, & Ugo de Civitate, & Joannis de Castiliro, rogati testes. Signum manuum Pertolt, & Herman, & Adalpert de loco Menzano, & Nodolfo, & Popo de Gladinio, & Otto de Sagrat, & Otto de Salto, & Gen... & Arpo de Stracic, & Gotscal de Prantpero, & Artuic de Alber. omnes insimul rogati Wisot. Ego Arpo Notarius & judex, qui hanc cartulam donacionis scribere rogavi."

PLU-

Goldastum Tomo II. Rerum Alamannicarum in Catalogo nominum propriorum Capite III. *de Nominibus propriis femininis*, *in Alamannia Teutonica*, nomen legitur *Hacecha*. Purchardum *Marchisium*, seu Marchionem, maritum habebat, filiamque *Mattildem* donatariam. Quidni vero idem fuerit Purchardus, ac frater Bertoldi Episcopi? Hunc sane *Nobilissimum Principem* vocat Auctor Vitæ Conradi Salisburgensis: vocatque Maritum suum Acica *Marchisium*. Innotescunt ergo parentes *Matildis* matrimonio junctæ Conrado: ratioque patet, cur Bertoldus eos appellet sibi *proximos*; erat quippe fortasse frater Purchardi, C qui ex Acica Mattildem genuerat.

CONRADUM & Matildem, facile dixerim principales majoresque Castelli Attempsii aliorumque locorum dominos, quæ Bertoldus Episcopus & Acica dono dederant, longe diversos ab stirpe Arponis & Henrici Ministerialium, qui in Tabulis allegatis anni 1170. dicuntur idem Castellum Attempsii beneficio, tituloque feudi habuisse primum ab Ulrico Marchione Tusciæ, tum facta donatione a Vodalrico Aquilejensi Patriarcha. Præcellentior Mattildis nobilitas perspicue patet, cum filia fuerit Purchardi *Marchisii*: ejusque atque Conradi Mariti dignitatem & opulentiam satis evincunt vel ipsa Castella, prædia, ac bona a Bertoldo & Acica ipsis dono data in Forojulio, in D Bavaria, in Carinthia, in Austria, in Regno Italiæ. Plenum, quod Matildi competebat dominium, Tabulæ sequentes manifestant ex Archivo Capituli Civitatensis desumptæ. *Anno Dominicæ Incarnationis Mill.* C. XII. *tertiodecimo die ante Kal. Februarii Indictione* III. Notæ Chronicæ invicem pugnant. Tabulas istas illis arbitror posteriores, quas corruptis quoque chronicis anni 1130. & Indictionis 15. notis consignatas allegavimus. " Ego quidem „ in Dei nomine Petrus Sacerdos, qui professus sum ex natione mea lege vivere Romana, præsens præsentibus dixi. Vita & mors „ in manu Dei est. Melius est enim omni me- „ ... hoc quod voluissem. Modo vero, considerante me Dei Omnipotentis misericordiam, „ & retributionem æternam; & ne jam dictas „ res, & familiam, seu prædia, inordinatas „ relinquam, propterea providi ea ita ordinare, & disponere, ut in omni tempore sit „ firmum, & stabile permaneat, qualiter hic „ subter statuero, & per singula Capitula insertum fuerit, & mea decreverit voluntas „ ad ordinandum pro anime mee mercede. „ Ideoque volo, & statuo, seu jubeo, atque „ per hanc cartam ordinationis meæ confirmo: „ ut usu & usufructu predictarum rerum, tam „ predii, quamque familie, habeat predicta „ Mattild venditrix mea; & faciat a præsenti die de usu & usufructu, usufructuario nomine, diebus vite sue quidquid facere voluerit. Proprietatem vero predictarum rerum, tam predii, quamque familie ut supra legate, habeant filii & filie prædicte „ Mattilde venditricis mee, quos ex Cuondrado viro suo jam defuncto progenitos habuit: & faciant exinde a presenti die post „ ejus decessu de proprietate & usufructu, jure proprietario nomine, quidquid voluerint „ pro anime mee mercede; quia sic in his „ omnibus sic supra legatis mea decrevit voluntas ad ordinandum pro anime mee mercede. Et nec mihi liceat ullo tempore nolle, quod volui: sed quidquid a me semel „ factum, ut nunc scriptum est, sub jurejurando inviolabiliter conservare promitto cum „ stipulatione subnixa. . . . Hanc enim cartam ordinationis mee pagine Arponis Notarii tradidi, & scribere rogavi: in qua „ etiam sub . . . confirmans, testibusque obtuli roborandam. Dixi. Actum in Atrio Ecclesie S. Floriani feliciter. Signum manus „ Petri Presbyteri, qui hanc cartam ordinationis scribere rogavit, ut supra. Signum „ manuum Toringi Vicecomitis & Regenardi „ filii ejus, & Fridrici de Lezo, & Joannis filii Azonis, & Alberici, & Odalrici filii Rantheri, & Joannis de Grandegno, & Fedri

„ ci,

vilegiorum Diplomata. Solemnis transactio inter Patriarcham, & Henricum Gradensem. Diem festum in Ecclesia Aquilejensi celebrandum in honorem B. Mariæ Magdalenæ constituit. Ratam habet donationem Cœnobio Mosacensi factam. Ad vitam communem redigit Canonicos Aquilejenses. Alia Vodalrici gesta. An ipse Vicarius Imperialis in Italia institutus?

I. INGENTES Friderico Imperatori inlatæ anno 1176. clades, tum Langobardiæ diuturnis calamitatibus finem attulerunt optatissimum, tum etiam pro idonea habitæ fuere componendæ cum Alexandro Pontifice pacis occasione. Missi ad Pontificem Anagniæ degentem ab Imperatore Legati, W. (*Vvighmanus*) Magdeburgensis Episcopus, C*bristianus* Moguntinus, & P. Wormaciensis: qui diutius de pace cum Alexandro egerunt, pacisque conditiones communi voto subsignavere. Anno demum insequente, universalis pax Venetiis firmata: omnibusque dissidiis, coacta Synodo, finis impositus.

SANCIENDÆ paci inter Ecclesiam & Imperium mentem operamque suam strenue contulisse Vodalricum, conscriptæ patefaciunt Imperatoris ad ipsum, ejusdemque ad Imperatorem, aliosque Epistolæ, quas Bernardus Pezius vulgavit in Codice Diplomatico-Historico-Epistolari. Addiscere quamplura ex his licet, quæ præteriisse videntur Scriptores. Litteras offero, queis Patriarchæ nostro gratissimum Fridericus significat commendatque studium procurandæ pacis quo ipse ducebatur. „ Grates tuæ benignitati plurimas referimus, „ quod negotium Ecclesiæ ad laudem Dei, „ & gloriam Imperii laboras promovere: „ & privatis negotiis nostris incessanter contendis insudare. Tuam iraque prudentiam „ instanter commonemus, quatenus laudabilibus cœptis tuis te non pigeat insistere, „ donec rem a bono principio ad finem perducas meliorem. Pro certo enim tibi constare cupimus, quoniam super hac devo- B „ tione tua, tempore & loco opportuno „ tuæ fidelitati plene respondere curabimus. „

DE constanti erga unitatem Ecclesiæ mente sua certiorem iteratis litteris Vodalricum reddit Imperator: monetque ipsum de Concilio Ravennæ celebrando, ubi jam sancita cum Legatis concordia firmari debeat, solemnique ritu promulgari. " Sicut dudum per litteras „ nostras Dilectioni tuæ mandavimus, ita per „ Nuncium tuum iterum certificamus; quod C „ Concilium in Festo Beatæ Mariæ Purificationis apud Ravennam (*anno* 1177.) indubitanter est celebrandum. Dilectioni tuæ, „ de qua bene confidimus, mandamus monentes, & attente rogantes: quatenus assumptis tecum Prælatis tui Principatus, & cæteris religiosis ac prudentibus & discretis Viris, quoscumque habere poteris, remota „ omni occasione ad prædictum Concilium venias; sciens, quod in tam arduo Ecclesiæ „ negotio præsentiam tuam necessariam habebimus. „ Rem eamdem denuo datis pate- D facit Epistolis per hæc verba: " Noverit itaque tuæ fidelitatis Dilectio, quoniam eliminato universo Scismatis errore, pax & unitas Ecclesiæ (*privatis colloquiis anno* 1176. „ *per Legatos habitis*) reformata, tam juramentis quam scriptis, hinc inde sigillatis, „ inconvulsa firmitate roborata est; quæ utique in Concilio Ravennæ in Conversione „ Sancti Pauli celebrando .... promulganda „ est. Ad hujus ergo venerabilis Concilii conventum tuæ prudentiæ præsentiam exhiberi „ desiderantes, fidelitati tuæ in bona fide con- „ fuli-

„ ſtræ, pacem Eccleſiæ Dei firmatam ſcriptis
„ quoque, ac juramentis hinc inde ſigillatis eſ-
„ ſe corroboratam, nobis ſignificare: & ad
„ Concilium ſuper ipſa promulganda Raven-
„ næ celebrandum in proxima Purificatione
„ Sanctæ Mariæ (*anno* 1177.) nos vocare.
„ Unde nos juxta vocationis veſtræ manda-
„ tum iter arripientes, una cum Venerabili-
„ bus Fratribus noſtris Epiſcopis, aliiſque Ec-
„ cleſiæ noſtræ Prælatis, ac religioſis Viris,
„ necnon & Fidelibus noſtris, ad idem vene-
„ rabile Concilium proceſſuri, Venetiam in-
„ travimus. Sane ibi cognoſcentes, Dominos
„ Cardinales, Hoſtienſem videlicet Epiſco-
„ pum, & Rainerium ad vos acceſſiſſe; voſ-
„ que una cum ipſis de loco, & tempore me-
„ morati Concilii audientes aliter diſpoſuiſſe,
„ rei veritatem ſuper his conſequi cupientes,
„ præſentium latorem Majeſtati veſtræ tranſ-
„ mittimus; affectuoſe ſupplicantes, quate-
„ nus quid ſuper Concilio cum præfatis Car-
„ dinalibus veſtra ſtatuerit Serenitas, ſacris
„ apicibus veſtris nos certificare dignemini.„

De loco eligendo, in quo Synodus celebraretur, diſſidium exortum memorant Acta ipſius Alexandri III. vulgata a Baronio, Conciliorumque inſerta Collectionibus.. Sequentia decerpo: *De loco, ubi Papa ſecure poſſet cum Imperatore præſentialiter convenire, non modicam inter partes altercationem* motam eſſe: *Lombardis petentibus Bononiam vel Placentiam aut Ferrariam ſive Paduam; Imperatoris autem Principibus Papiam aut Ravennam aut Venetias eligentibus; Pontificem autem cum Nunciis Regis Siciliæ Venetias .... elegiſſe.* Hæc inſuper accipe: *Principales perſonas ab utraque parte conveniſſe* Pontificem, qui Venetiis Ferrariam dilapſus fuerat; nimirum, *ex parte Lombardorum Aquilejenſem Patriarcham, Ravennatenſem & Mediolanenſem Archiepiſcopos, & eorum Comprovinciales Epiſcopos, Rectores Civitatum; ſed ex Imperatoris parte Moguntinum, Colonienſem, Trevirenſem, Biſuntinum, cum aliquibus Suffraganeis Epiſcopis, Electoque Vvormatienſi & Protonotario.* Hinc colligere licet, Vodalricum in Ravennæ locum, qui placebat Imperatori,

„ ad illum ire arbitramur. Inde eſt, quod vo-
B „ bis tanquam pio Patri ac Domino conſuli-
„ mus, & ex injuncto nobis officio mandando
„ interdicimus: ne ad eum ulla ratione ire
„ præſumatis; cum hoc ipſum contra Apoſto-
„ licam Majeſtatem, & eam quam erga nos
„ exercere tenemini procul dubio ſit pieta-
„ tem.„ In Venetia namque continente, Langobardia, & Marchia fungebatur Apoſtolica legatione Vodalricus: conlatique muneris explebat partes omnes.

Venetiarum denique princeps urbs, tutiſſima inclitæ Reipublicæ Sedes ac Metropolis, pro tanti negotii mole communi conſilio & voto delecta. In hanc Pontifex remeavit, Synodum habuit, pacemque promulgavit diu
C expetitam. Quod accidit in Miſſarum ſolemniis, narratque Romualdus Salernitanus, non prætereo. Nempe cum *dicto Evangelio Papa aſcendiſſet pulpitum ut alloqueretur populum; Imperator accedens propius, cœpit verba ejus attentius auſcultare. Cujus devotionem Papa diligenter attendens, verba quæ ipſe latine proferebat, fecit per Patriarcham Aquilejæ in lingua Theutonica evidenter exponi.*

II. Cum optime Vodalricus de utroque, Pontifice, & Imperatore, meritus eſſet, ſplendida obtinuit privilegia, ad Sedis Aquilejenſis ornamentum, ac firmitatem. Litteris Apoſtolicis, quæ leguntur apud Ughellum, confirmat Alexander *ſexdecim* Comprovinciales *Epiſcopatus*, itemque Abbatias ac Monaſteria
D Patriarchæ ſubjecta, uſum pallii, Crucem ante ſe deferendi poteſtatem, atque demum *Comitatum, Marchiam, & Ducatum Regalibus ſeu Imperialibus privilegiis conceſſa.*

Sua quoque largitiones Regum & Imperatorum auctoritate, ratas habet Fridericus, *acto* Diplomate apud eumdem Ughellum, *anno Dominicæ Incarnationis* M. C. LXXVII. *Indictione* X. *Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſiſſimo, anno Regni ejus* XXVI. *Imperii vero* XXIV. *dato in Territorio Venetiarum apud Monaſterium S. Trinitatis*, XIII. *Cal. Auguſti*, XX. *Menſis Julii feliciter.* Vitio laborat annus Imperii, qui *viceſimus tertius* numerandus eſt.

c. LXXX. *Indictione* XIII. *Regnante gloriosissimo Domino Federico Romanorum Imperatore, anno Regni ejus* XXVIII. *Imperii vero* XXVI. dataque *Vircemburg* VIII. *Calendas Februarii*. Annus Imperii XXVI. nondum Mense Februario hujus anni inceperat: ejusque initium ad diem 18. Junii refertur.

III. AD ipsum pertinet annum Transactio, quæ diuturnis inter utrumque Patriarcham Aquilejensem, & Gradensem, dissidiis finem imposuit; ac utriusque partis plus nimio occasione data incalescentes animos ad perpetuam concordiam revocavit. Tabulas refert Ughellus in Henrico Gradensi, quæ a Chronicis notis incipiunt: *Anno Dominicæ Incarnationis* M. C. LXXX. *Pontificatus vero D. Alexandri Papæ Tertii anno* XXI. *Indictione* XIII. *Mensis Julii die* XXIV. In calce confectæ dicuntur, & *actæ in præsentia Papæ Alexandri, & supradictorum Cardinalium* (qui numerantur in Tabulis) *& subscriptorum testium in Anno, die, & Indictione supradicta*. Subscribit manu propria *Henricus Gradensis Patriarcha*, qui Romæ diversabatur, Ecclesiæ suæ negotia pertractaturus: suasque manus loco Patriarchæ Aquilejensis apponunt *Joannes Vicentinus Episcopus, & Romulus Aquilejensis Ecclesiæ Magister Scholarum, præfati Aquilejensis Patriarchæ Procuratores*. Alii testes adhibentur quamplures, a quibus omnibus *rogatus* Tabulas conscripsit *Joannes Nicolai Philippi S. R. E. Scriniarius*.

JURE cedit Henricus ac titulo *adversus Uldericum Aquilejensem Patriarcham, & ejus Ecclesiam super Episcopatibus Istriæ, & super thesauris quos Popo de Gradu asportavit, & super possessionibus quas Gradensis Ecclesia habuit* in locis controversis. Spondet, ac pollicetur: *quod nec ego* (inquiens) *nec mei Successores nomine Gradensis Ecclesiæ amplius movebimus controversiam adversus Aquilejensem Ecclesiam de Metropolitico jure super iis Ecclesiis Aquilejensis Diœcesis, quas nunc possides*, ac septemdecim, qui numerantur, Episcopatibus, *salva datione & compositione duarum Plebium*, quod cultum divinum proveheret, Sanctorum honorem, Clericorum vitæ honestatem, piorumque locorum incrementa. Hæc præclara gesta authenticis documentis comprobamus. Peculiari afficiebatur erga Divam Magdalenam observantia Romulus ille, qui procuratorio nomine Transactionis allatæ subscripsit Tabulas: ejusque votis annuens Patriarcha, sancivit; *ut Festum Beatæ Mariæ Magdalenæ, quod hactenus in Ecclesia* Aquilejensi *solemniter celebrari non consuevit, deinceps novem lectionum officio diligenter & solemniter celebretur*. Pergit ille: *Quod licet*, inquiens, *in antiqua consuetudine Ecclesiæ nostræ non fuerit;*

C *digne tamen & debita devotione statuenda sunt, quæ ad venerationem Sanctorum Dei, & præsertim Beatissimæ Mariæ Magdalenæ spectant obsequia: quam etsi cæteris supernis Civibus excellentiorem non dixerimus, prima tamen Dominicæ Resurrectionis extitit prænuncia; & per suæ conversionis & pœnitentiæ exempla nobis, qui peccatorum mole tenemur oppressi, potissima Divinæ Clementiæ præmonstrat indicia*.

INTEGRAS profert Madrisius tabulas in Appendice II. Operum S. Paulini Aquilejensis: sed emendatiore nos utimur exemplari. Inscriptio hæc est: *Vodalricus Dei gratia Sanctæ Aquilegensis Ecclesiæ Patriarcha, Apostolicæ Sedis Legatus, dilectis in Christo Fratribus, Luiprando Decano cæterisque ejusdem Ec-*

D *clesiæ Canonicis, tam futuris, quam præsentibus, in perpetuum*. Testes adhibentur *Girardus Paduanus, Jonathas Concordiensis, Johannes Emonensis Episcopi, Heremannus Gurcensis Electus, Magister Dominicus, Reginbardus Capellani, Heremannus Aquilegensis Thesaurarius, Bertoldus de Albato, & alii multi*. Legitur denique Documentum *actum Paduæ, anno Dominicæ Incarnationis Mill.* C. LXXX. *Indictione* XIII. *tertio die intrante Aprili*.

JOANNIS Emonensis tempora certiore calculo definiri possunt; cum ejus apud Ughellum mentio solum anno 1184. habeatur. Jam anno 1174. Vodalricus initiaverat Gurcensem Episcopum *Romanum*, ut in Membranæ veteris

ris

Patriarchæ, ac patris ejus Volfradi. Tabulas refert Venetus Italiæ Sacræ Editor, quibus B dono dantur *Abbati Bisilbero quinque Mansi de allodio* ipsius Bernardi, *constituti in Villis, quæ dicuntur Stragoschiz, & Tacherich*; ea conditione, *ut quoad usque ipse* Bernardus, *& uxor sua Herbirch vixerint, usumfructum eorumdem Mansorum percipiant, & annuatim quinque denarios Friesac. præfatæ Ecclesiæ* Mosacensi *nomine census persolvant*. Lege Gislerium Abbatem, cujus Decessores duo memorantur, *Olricus, & Bebolfus bonæ memoriæ*. Dicitur *actum* donationis Instrumentum *anno Dominicæ Incarnationis Mill.* C. LXXX. *Indictione* XIII. *Aquilegiæ feliciter, intrante Majo*.

VI. VITÆ communis rationem, quæ temporum decursu, & hominum malitia in Aquilejensi C Collegio labefactata fuerat, totis viribus instaurandam insequente anno 1181. aggreditur Patriarcha. Ad opus præclarissimum perficiendum tum Metropolitica, tum Legati Apostolici utitur auctoritate. Sanctissima Decreta sancit, nimiamque Præpositorum licentiam cohibet. Constitutionis verba sunt. " Vodalricus Dei gratia Sanctæ Aquilegensis Ecclesiæ Patriarcha, Apostolicæ Sedis Legatus, Dilectis in Christo Fratribus Luiprando Decano cæterisque ejusdem Ecclesiæ, tam futuris, quam præsentibus, in perpetuum. Ad regimen & ministerium Sanctæ Aquilegensis Ecclesiæ Deo dispensante vocati, si decorem Domus Dei diligimus, si ea quæ religionis sunt & honestatis in ipsa vel instituta D confirmamus, vel neglecta instituimus; ab ipso profecto pastoralis solicitudinis præmium expectamus & laborum, qui pastor vere & singulariter bonus, omnium est retributor, & corona pastorum. Eapropter Filii in Domino Carissimi, qui Sanctæ Aquilegensis Ecclesiæ facies & decor vultus ejus esse debetis, ad honestiorem vitæ ac disciplinæ statum, auctore Domino, vos reducere cupientes; auctoritate D. Alexandri PP. III. & Legationis qua fungimur, necnon & Metropolitica, qua vobis & Sanctæ Aquilegensi Ecclesiæ præsidemus, statuimus & in perpetuum confirmamus: ut de cætero in communi vi- [...] buerint, percipiant. Si qui vero ex cotidianis Canonicis, gratia studendi, scholas adiverint, ea quæ pro vestibus dantur communiter cum aliis Fratribus, & insuper gratia speciali dimidiam Marcam annuatim obtineant. Statuimus præterea, ut omnia bona, tam ea quæ de Præpositura, videlicet de Ecclesiis & prædiis; quam quæ de obedientiis proveniunt, in communes usus Fratrum redigantur, utilitati vestræ modis omnibus profutura. Vassallos vero, & Ministeriales, & beneficia ipsorum ad usus Præpositi, qui pro tempore fuerit, reservamus; omni jurisdictione, potestate, & utilitate in bonis vestris, Ecclesiæ scilicet, & prædiis ei sublata, nullius Prædecessoris nostri privilegio obstante. Sane quicumque vestrum, Domino vocante, de hoc mundo migraverit; liceat ei præbendam suam pro anima sua, cuicumque voluerit ad anni circulum dimittere. Quæcumque igitur in futurum persona hujus nostræ institutionis paginam perturbare, seu quoquo modo immutare attentaverit, & ea quæ honestatis intuitu statuimus, quiete in suo statu manere non permiserit; a communione Sacratissimi Corporis & Sanguinis Jesu-Christi aliena fiat, & iram Omnipotentis Dei & Matris misericordiæ sentiat, tradita Satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini, nisi resipuerit & quod illicite præsumpsit, congrua satisfactione expiaverit. Omnibus autem eidem Constitutioni nostræ suam firmitatem conservantibus sit pax, & gaudium in agnitione Domini nostri Jesu-Christi, & revelatione justi Judicii Dei. Amen. Acta sunt hæc consilio venerabilium suffraganeorum nostrorum, Bernardi Tergestini, & Justinopolitani, Jonathæ Concordiensis ... tefridi Sextensis & Valchyonis Beliniensis Abbatum, & totius Capituli communi assensu & voluntate. Anno Dominicæ Incarnationis Mill. Centesimo LXXXI. Indictione XIV. tertio die intrante Februario. Aquilegiæ feliciter. Ego Chuonradus Domini Patriarchæ Capellanus jussu ipsius, & petitione Canonicorum Aquilegensis Ecclesiæ hanc paginam scripsi, & dedi.

DE

tum.

PRÆPOSITI, quem ibidem memoratum legimus, dignitatem ac munera docet idem Thomasinus Parte, ac libro citatis Capite LXVI. invecta esse in Congregationes Clericales, postquam eæ ad Monasteriorum formam se effinxere, communemque vitam amplexatæ sunt. Fuere Præpositi, qui se, suamque auctoritatem, & industriam in rerum temporalium administratione collocabant, sive utilitati Congregationum, sive propriæ servirent cupiditati, dimissa permissaque Decanis potestate, & cura spiritali omni. Hinc vero ipsi Decani evaserunt Capita, & Principes Capitulorum. C Lapsu demum temporis cum insolentius temporali potestate Præpositi abuterentur, frequentius in Ecclesiis extingui ea dignitas cœpit: atque tum facultas eorum in Decanos refusa, & in ipsa Canonicorum Collegia.

INTER Episcopos, quorum consilio vitam communem in Aquilejensi Capitulo instauravit Vodalricus, numeratum legimus Wernhardum *Tergestinum & Justinopolitanum*. Nempe Tergestinus Antistes hac ætate curam simul gerebat Ecclesiæ Justinopolitanæ. Animadversione digna profero verba, quæ in litteris Apostolicis Alexandri III. anni 1177. apud Ughellum habentur: " Item Justinopolitanam Ecclesiam, „ quam tibi (*Vodalrico*) & Ecclesiæ tuæ nihi- D „ lominus confirmamus, sedem Episcopalem „ de omnium Fratrum nostrorum consilio in„ stituimus; ita quidem, ut Venerabilis Fra„ ter noster Wernardus, nunc ejusdem loci E„ piscopus, tam illam, quam Tergestinam Ec„ clesiam, necnon & totum Episcopatum, quam„ diu vixerit, debeat obtinere: & eo defuncto, „ liceat tibi de consilio suffraganeorum tuorum „ cum Sedis Apostolicæ auctoritate, in utra„ que si volueris, & facultates earum ad hoc „ sufficientes agnoveris, Sedem restituere Pon„ tificalem. „ Executioni rem hanc mandavit Gotefredus, Vodalrici Successor, ut narrat, allegatoque Diplomate comprobat Naldinus in Descriptione Justinopoleos.

„ eorum, quod Ministeriales Ducis obsederant, „ cum militia properaremus. Quo audito, sta„ tim aliis sepositis omnibus, militiam quan„ tam potuimus, congregavimus, & in K. „ (*Carinthiam*) processimus. Te vero ad nos „ tunc non vocavimus, quia te apud S. esse au„ divimus, & labori tuo parcere voluimus. Ve„ rum cum Villacum pervenissemus, comper„ to quod apud Ju. esses, charitatem tuam ad „ nos venire fecissemus, si aliquam in K. mo„ ram facturi fuissemus. Ad hoc Discretionem „ tuam scire volumus: quod cum nos prædi„ ctum Castrum expugnatum, & ab inimicis „ occupatum invenissemus; non fuit de consi„ lio Fidelium nostrorum, ut ad recuperandum „ ipsum impræsentiarum procederemus, & nos „ obsidione implicaremus, ad quam imparati „ veneramus. Ad Terram itaque nostram re„ versi, Capitulum proximo die post Festum „ omnium Sanctorum Aquilegiæ, sicut jam ti„ bi scripsimus, habere, ac inde Tridentum „ iter arripere decrevimus. Quia vero te co„ mitem ejusdem itineris, si fieri potest, li„ benter habere vellemus; Dilectionem tuam „ rogamus obnixe, quatenus ad idem Capitu„ lum venias, & versus Tridentum una nobi„ scum procedas.

DUX ille Carinthiæ, cujus Ministeriales paternum Trevense Vodalrici Castrum occupaverant, erat *Hermannus*. Ad hunc scripta Epistola significat Vodalricus, se in voluntate persistere studioque, commoda ejus ac honores curandi, & amplificandi. " Dilecto Fideli suo H. „ inclito Duci Ka. cum sincera dilectione salu„ tem. Sicut nunciis, & viva voce tibi quon„ dam promisimus: sic & adhuc in ejusdem bo„ næ voluntatis proposito perseverantes idem „ tibi offerimus, quod in quibus secundum ho„ norem nostrum possumus, personam tuam „ diligere, & honorare volumus. Civitatem „ inter nos & te super feudo, quod repetis, po„ sitam & statutam a memoria tui non credi„ mus excidisse. Sed quod tunc tentaveras, „ adimpleri non potuit. Nam quia in morte

„ Mar-

de Villalta. "Meminisse debet, *inquit*, Dilectio tua: qualiter Dilectus fidelis noster H. de Villa alta filiam quondam Fratris tui in uxorem sibi dari, summo studio jamdudum expetiit. Audiens autem, quod Filio Comitis S. jurata fuisset, verbum quodammodo dimisit. Quod quia minime factum esse comperit, rursus ad priorem instantiam rediit: & cotidie nobis, ut idem negotium promoveamus, diligentius rogando insistit. Quia igitur in hoc facto, te inconsulto, procedere nec volumus nec debemus, præsentem tibi Nuncium direximus; rogantes & consulentes, quatenus eidem facto assensum præbeas, & ad effectum perduci velis; attendens, quod magnum commodum, nec parva utilitas per hoc Fratri memoratæ puellæ consurget: quia idem H. modica dote contentus existet, nec eumdem puerum pro aliquo fatigabit. Nobis quoque per hoc potius astringetur, & devotior cum omnibus amicis suis efficietur. Si igitur hoc tibi placuerit, nobis rescribas: & litteris tuis hoc W. de H. significes. Sin autem; quam intime rogamus, quatenus dilectissimo consanguineo, & Vicedomino nostro, & eidem H. apud S. congruo tempore occurras: & quo tempore fieri possit, nobis intimare studeas.

ALIÆ prostant ad ipsum Patriarcham Epistolæ, queis *Magister* quidam *Bernardus* tum ejus laudes, tum Nepotis, qui Parisiis incumbebat in scientias, styli quadam magnificentia prosequitur. "Quanto, *inquit*, Aquilegensis Ecclesia clariori semper fama reluxit, & nomine & ampliori sursum evecta est potestate, & gratia: tanto in ea Patriarcharum gloria major refulsit, & quasi stella matutina super alias Ecclesias clarius micuit. Nunc vero, Deo gratias, orto in ea jam sole, tanto Fratrum numerus amplitudine sublimius irroratur; quanto in tam nobili & Excellentissimo Patriarcha cælestis benedictione dulcedinis præventa dignoscitur: ut sicut Patrum nomen in principii claritate & ampliatione vocabuli gestat, sic quoque virtutibus insignis præ aliis clarior existat, & Patriarcha-

B IPSE Nepos Patriarchæ patruo scribit, ipsiusque Bernardi, quo Magistro utebatur, merita celebrat. "Et temporis gravitas, & vestræ famæ dignitas me inopinatas facere compellit expensas. Sunt enim Parisius omnia valde cara venalia: & tamen est ibi studiosorum copia, quod summa difficultate possunt reperiri hospitia. Propter hoc itaque non modice mea bursa gravatur. Sed ad istud gravamen vestræ Nobilitatis existimatio admodum cooperatur. Est enim communis omnium opinio, & hoc verbum ex ore profluit omnium: me vobis sanguine valde de propinquo esse conjunctum, & a vobis non minimam dignitatem consecutum. Igitur si me vilem ostenderem, si etiam ultra quam
C facultates suppetant, honorificentius non haberem, vobis essem dedecori, & mihi pudori. Noveritis, Pater igitur Reverendissime, me pene medietatem eorum, quæ Presbyter M. mihi attulit, in debito solvendo consumpsisse: atque optimum Clericum, a quo singulariter instruor, in propriis expensis habere: & Doctorem meum, nomine Bernardum, cujus notitia tanquam speculum in Romana refulget Curia, de mei tanquam de proprii filii societate gaudere. Hinc est, quod vestram Paternitatem diligenter exoro: quatenus cum tempus habueritis congruum, me ad memoriam reducatis, cum meam exaltationem ex vobis pendere certo certius co-
D gnoscatis. Meas res, sicut consuevistis, in custodia habete: ac præfatum Presbyterum M. mihi fidelissimum respicite; eumque quod solitam mihi servet fidem, gratias de præteritis agentes, flagitate.

ALIÆ demum recensentur apud ipsum Pezium nonnullæ *Ariberti Vicentini, & Gerardi Paduani* Antistitum litteræ; itemque *Civitatis Polensis, Lavazolensis Ecclesiæ, & Insininensis Abbatis*, quæ negotia spectant a Vodalrico peragenda. Lavazola pagus est in Diœcesi Cenetensi. Epistolæ verba sunt: "Ego Comitiliaus, Jacobus, Matthæus, & omnis Lavazolensis Ecclesiæ populus misericordiam, & benignitatem vestram suppliciter depreca-

tem sequens apud Pezium vulgata Epistola? „ Reverentissimo ac Sanctissimo Patri & Domino O. Dei gratiæ Sanctæ Aq. Ecclesiæ Patriarchæ, S. eadem gratia Cœnobii Sancti Zenonis humilis dispensator, reverentiam, & omnimodam obedientiam. Cum constet, celeberrime Pater ac Domine, vos totius Marchiæ providentiam, necnon & gubernationem, Deo dante, dignissime possidere, certum est, singula vestra membra ad vestræ pietatis sinum debere consugere, & ab B potestas legitur. Verba sunt: *Post reconciliationem factam inter Alexandrum III. & Dominum Imperatorem, ipse Alexander* (Imperator) *fecit dictum Vodalricum per totam Italiam Vicarium suum generalem. Hic duplici legatione, scilicet Papali, & Imperiali coronatus fuit.* Tam ampla Vodalrico commissæ per totam Italiam legationis Imperialis mentio nulla in vetustis Monumentis. Fuerint ergo fortasse fines ejus intra Marcham Veronensem, quæ & Tarvisina vocari hoc ævo cœpit.

CAPUT LXV.

Gotefredus Patriarcha eligitur. Civitatensis instauratur Ecclesia. Tradita bona Collegio Aquilejensi confirmat Patriarcha. Eidem adseritur Episcopi Justinopolitani confirmatio. Beneficia confert Clero Civitatensi. Henrico VI. coronam Mediolani imponit. Mosacensis, & Beliniensis Abbatum ratas habet transactiones. Ecclesiam consecrat Sanctæ Mariæ de Carcere. Conlata bona Ecclesiæ Concordiensi firmat, aliaque Beliniensi Abbati largitur. Diploma Henrici VI. ad ipsum. Pacis fœdera inter Tarvisinos, Cenetenses, Bellunenses, & Forojulienses. Synodus Aquilejæ celebrata.

I. OBITUM Vodalrici, Gotefredi successionem, ac utriusque certum annum veteres Annalistæ produnt. Chronica Augustensis hæc habet: M. C. LXXXII. *Udalricus Aquilejensis Patriarcha obit: Gotfridus succedit.* Eadem habentur verba ad eumdem Annum apud Steronem in Annalibus, & in Chronico Salisburgensi apud Hieronymum Pezium Tomo I. Rerum Austriacarum.

SEXTENSIS Abbatiæ præfectura jam ipse potiebatur, teste Chronista Admontensi apud eumdem Pezium Tomo II. ubi hæc habet ad eumdem Annum: *Oudalricus Patriarcha Aquilegiensis obiit: pro quo Gotfridus Abbas Sextensis.* D Ille ipse est, cujus consilio aliorumque, vitam communem Canonicis Aquilejensibus amplectendam anno 1181. proposuerat Vodalricus decessor: idemque privilegio subscripsit Civitatensibus anno 1176. dato. Is dicitur in C Chronico Aquilejensi *de regali prosapia ortus.*

II. INITÆ Sedis epocham Tabulæ confirmant, in Italia facta Venetæ editionis vulgatæ, collatæque a nobis cum Autographo, quod in Archivo Civitatensis Capituli adservatur. „ In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi M. C. XCI. anno vero Pontificatus D. Gotofredi Patriarchæ nono, Pelegrino Præposito & Pertoldo Decano Civitatensem Ecclesiam feliciter gubernantibus. Convenit Clerus & populus Civitatensis ante valvas Sancti Donati, collaudantes & compromittentes collationem ad fabricam Civitatensis Ecclesiæ, secundum quod Spiritus Sanctus unicuique inspiraret se esse facturos. Huic itaque compromissioni Dominus Pelegrinus, Aquilegensis Ecclesiæ Archidiaconus, atque Vicedominus, primus „ om-

„ [illegible] 4. [illegible], Ruper-
„ tus Gastaldus 4. denarios, Hermannus filius B
„ Penhonis 4. denarios, Michina 2. denarios,
„ Everardus 1. denarium, Albo 1. denarium,
„ Gejanus 1. denarium, Leonardus 1. dena-
„ rium.„

ANNUS Gotefredi Patriarchæ *nonus* in annum æræ vulgaris 1191. incidebat: adeoque primus inceperat Sedis annus anno Christi 1182. Nos vero Tabulæ docent, Præposituram Sancti Stefani hoc tempore in unam Collegiatam, ut ajunt, Sanctæ Mariæ Ecclesiam coaluisse: in eaque tum *Præpositi* viguisse, tum *Decani* dignitates. Hæc jam unio fortasse peracta anno 1122. fuerat, quo Gerardus Patriarcha jus Placiti Synodalis elargiens, illud *altari Beatæ Mariæ, & Sancti Stefani perpetualiter tradere* dicitur. C Unum ergo jam tum Altare Beatæ Mariæ & Sancti Stefani dicebatur, ac una erat eademque Fratrum & Canonicorum Congregatio, quæ duobus ex Collegiis B. Mariæ, & S. Stefani coaluerat. Præposituræ extinctionem, ejusdemque sublatæ tempora, & causas infra notabimus.

III. SUPERIORUM temporum repeto Monumenta, quæ Gotefredi gesta recensent, ac illustrant. Tabulas profert Muratorius in Antiquitatibus Estensibus, conscriptas *anno Dominicæ Nativitatis* M. C. LXXXIV. *die Veneris, qui est tertiodecimo exeunte Mense Octobris* (seu die 19.) *Indictione* II. quo anno Fridericus Imperator coram *Gotifredo Patriarcha Aquilegiæ*, aliisque Proceribus, *Marcham Mediolani*, & *Marcham Januæ* Obizoni Estensi largitur. D

EODEM Patriarcha anno plebem de Ripis, quam decessor Vodalricus pollicitus fuerat, pia voluntate ejus exsoluta, Canonicis Aquilejensibus confert: aliaque elargitur eisdem beneficia. Hæc omnia Diploma complectitur ab Ughello vulgatum, quod emendatiore calamo scriptum proferimus. " Gotefridus Dei gratia
„ Sanctæ Aquilegensis Sedis Patriarcha, Di-
„ lectis Fratribus Luiprando cæterisque ejus-
„ dem Sedis Canonicis, tam præsentibus, quam
„ futuris in perpetuum. Pontificalis officii so-
„ licitudo, quam Domino disponente geren-
„ noctuque deserviunt, verum & ex faculta-
„ tibus, quæ nostris & Successorum nostrorum
„ usibus debentur, suis indigentiis ubera con-
„ solationis præbere. Eapropter, Fratres in
„ Christo charissimi, L. Decane, & vos uni-
„ versi ejusdem Sanctæ Matris nostræ Aquile-
„ gensis Ecclesiæ Canonici, petitionibus ve-
„ stris & precibus, ut ratio postulat, aurem
„ benignam porrigentes, & vota charitatis
„ vestræ in omnibus condigno effectu comple-
„ re desiderantes; plebem de Ripis, quam
„ D. Patriarcha & Prædecessor noster Udalri-
„ cus æternæ memoriæ, vobis conferre pro-
„ misit & dispofuit, cum Capellis, quartisiis,
„ dotibus, & omnibus ad ipsam pertinenti-
„ bus, vobis & per vos Successoribus vestris,
„ qui pro tempore fuerint, jure perpetuo con-
„ ferimus, tradimus, & donamus, & Patriar-
„ chali auctoritate confirmamus habendam.
„ Qualiter autem villam vestram, quæ dici-
„ tur Mozana, ab impetitione & omni jure
„ Henrici de Malisana expedivimus, propter
„ quam idem Henricus multa mala & incom-
„ moda vobis & Ecclesiæ inferebat, præsentis
„ privilegii scripto comprehendendam duxi-
„ mus, & Successorum memoriæ relinquendum.
„ Dedimus utique memorato Henrico sex Man-
„ sos in villa nostra, quæ dicitur Gonarium,
„ nomine recti feudi sub eo tenore; quod nec
„ sibi, nec alicui heredum suorum aliquo tem-
„ pore ullius rei occasione aliquid juris de præ-
„ dicta villa ab ipsius potestate omnimode ere-
„ pta, petere liceat. Quam etiam villam vo-
„ bis Fratribus, & Successoribus vestris, qui
„ pro tempore fuerint, taliter expeditam, ut
„ supra legitur, confirmamus, Domino pro-
„ tegente, a vobis & Successoribus vestris per-
„ petua pace habendam, & possidendam. Ut
„ autem hæc perpeti firmitate nitantur, &
„ semper inconcussa permaneant, hujus Scri-
„ pti pagina communimus & roboramus: quam
„ sigilli nostri impressione fecimus insigniri.
„ Præterea proprietatem unius Mansi jacentis
„ in Trivignano, quem vobis Matthias Mi-
„ nisterialis noster resignavit, & vobis contu-
„ limus, hoc ipso scripto vobis jure perpetuo
„ confirmamus habendum. Actum est hoc A-
„ qui-

obitum Wernardi, qui Tergestinam regebat, simulque Justinopolitanam administrabat Ecclesiam, executioni mandavit Gotefredus. In MS. libro Variorum sæpe citato ad Annum M. C. LXXXV. hæc notula legitur: *Urbanus III. decrevit, quod eligendi Episcopi Justinopolitani deberent præsentari Domino Gotifrido Patriarchæ, & Successoribus, & canonice confirmari. Extant Litteræ datæ Veronæ.* Lucio III. successit Urbanus anno 1185. die 25. Novembris: adeoque Pontificiæ litteræ eodem anno ad finem vergente datæ fuerint.

PRIMUS post diutinam Ecclesiæ vacationem electus Antistes fuit Aldigerus, a Gotefredo confirmatus. Hinc jure meritoque Ughellum castigat Venetus Editor adserentem, ab Alexandro III. anno 1166. Anonymum quemdam Antistitem Justinopolitanis præfectum.

V. SOLEMNI consecrationis ritu in eadem Civitate Verona, eodemque anno ac Novembri Mense, Numini supremo a Patriarcha dicatam Ecclesiam S. Mariæ Antiquæ, allegato vetusto monumento narrat Ughellus. *Anno D.* M. C. LXXXV. *Indictione* IV. *die Sabbati* IX. *intrante Novembri, D. Patriarcha Gotfredus Aquilejensis dedicavit Ecclesiam Sanctæ Mariæ Antiquæ ....* Indictio *quarta* a præcedente Septembre inceperat. Alia insequente anno peracta a Pontifice Urbano notatur in Veronensibus Tabulis Ecclesiæ nomine S. Juliani de Lepida consecratio. Adfuit Gotefredus, qui errore manifesto appellatur *Conradus Aquilegensis Patriarcha*. Adfuit etiam *D. Armanus Theutonicus Marchio, & Dominus totius Marchiæ*. Hermannum Ducem Carinthiæ mortem anno 1181. obiisse, adnotavimus Capite LXIV. num. 7. unde alius fuerit prædictus *Armanus Theutonicus Marchio*. Hermanno successit Ulricus puer. An vero memoratus Armanus tum Ducatum Carinthiæ, tum Marcham Veronensem occupaverit; an Ulrici nomine eamdem administraverit Marcham? Res est in obscuro posita.

CIVITATENSIS Ecclesiæ Clerum, Peregrino Aquilejæ Archidiacono & Civitatis Fori- „ stræ Antecessorumque nostrorum, precibus „ quoque ipsius Archidiaconi, easdem decimas integraliter, sicut præfatus Archidiaconus visus est habuisse & possedisse, in pace usibus Fratrum Civitatensis Ecclesiæ, qui „ portant pondus diei & æstus solummodo, „ contulimus & deputavimus perpetuo jure habendas. Et ut hoc ratum habeatur, & permaneat inconvulsum, hanc inde paginam scribi jussimus, nostrique sigilli impressione muniri. Hoc autem factum est anno Dominicæ „ Incarnationis M. C. octoges. VI. Indictione IV. his præsentibus testibus. Johannes „ Emonensis Episcopus, Poppo Pytinensis Episcopus; Comes Engelbertus, & Meynardus ejus filius, Hermannus de Ortemburg; „ W. Abbas Rosacensis, Herbordus de Pertenstain, Henricus de Glemona, Conradus „ de Menzano, Bernardus de Lauriano, Bernardus de Cyrclara, Olricus de Portis, Johannes Golframi, Ropertus de Canusio, „ Marchoardus de Berthenstain, Walterus & „ Henricus de Treven, Wenerus & Ottacus „ de Fagedis, & Heberardus Vicedominus, „ necnon & alii quamplures. Ego Aldericus „ ejusdem Domini mei Patriarchæ Clericus, „ de ipsius mandato hanc paginam scripsi, sigillavi, & dedi IV. Kal. Januarii. „

NON alius fuerit *Comes Engelbertus*, nisi filius Mainardi, & maritus Mattildis Andacensis, ut evincit Goritianorum Comitum stemmatis pars, quam delineavimus. Ex his prognatus innotescit *Mainardus*, quem pariter subscriptum legimus documento anni circiter 1160. ut admonuimus Capite LX. num. 7. Poponis, denique, seu Peponis in Sedem Petenensem successio confirmatur.

VI. INCEPERANT, servebantque adnotato 1186. anno dissidia Urbanum Pontificem inter, ac Fridericum Imperatorem exorta ob Mattildis patrimonium, aliasque causas quas refert Arnoldus Abbas Lubecensis apud Baronium. Jurgio incrementa dedit coronæ impositio, quam Henricus VI. ejusdem Imperatoris filius, Mediolani nullo Pontificis requisito con-

...gis, [illegible]. Alterius verba sunt: *Eodem in die Aquilejensis Patriarcha coronavit* (Mediolani) *Henricum Regem Teutonicum: & ab ea die vocatus est Cæsar*. Pergit vero narrare Aquicinctinus: *Quos omnes*, inquiens, *Papa a divino suspendit officio*. Hinc Pagius, & Saxius in Notis ad Sigonium corrigendos Scriptores admonent, qui Italica decoratum Henricum corona ab Algisio, aut Uberto, aut Milone Mediolani Archiepiscopis protulere.

VII. Documenta subjicio Transactionum, quibus jura Mosacensis ac Beliniensis Abbatiæ firmantur, Gotefredi Patriarchæ jussu, anno 1188. confecta. Primum vulgatum prostat apud Ughellum Venetæ Editionis: quod *actum est apud Villam, quæ dicitur Petra, in Prato quodam sub testimonio Romuli Concordiensis, Liutoldi Tergestiensis, Poppo Pitinensis Episcoporum; Vualchoni Rosacensis Abbatis, Friderici Præpositi Sancti Stefani, Peregrini Aquilegensis Archidiaconi & Vicedomini, Gabrielis Præpositi; Meinardi Junioris Advocati, Artuici & Friderici de Cauriaco, Henrici de Mels, Herboldi de Pertestain, Henrici de Murutio, Ottonis Brugon, Bertoldi de Tricano, Jacobi de Budrio, Uroini Dapiferi, Bernardi de Circlaria, Marchoardi Herbordi filii, Vvosalci Civitat. Militis, & aliorum plurimorum. Anno Domini* M. C. *octuagesimo octavo, Indictione sexta*. Illustratam suppletamque habes ex hoc Documento Antistitum Successionem, riteque digestam Chronographiam apud Ughellum Venetæ Editionis in Episcopis Concordiensibus, Tergestinis, & Petenensibus. Mainardum *juniorem* advocatum intellige filium Engelberti, & nepotem Mainardi. Cæteri sunt Provinciæ nobiles proceresque Viri.

Alterius tabulas Transactionis humanissime communicavit Florius. Non ingratum, sed jucundum fuerit Forojuliensibus, vetustas in hisce memoratas Familias legere, Majoresque suos, eorumque nomina. " Gotefridus „ gratia Dei Sanctæ Aquilegensis Sedis Patriarcha, Dilecto Fratri Witmaro Beliniensi Abbati, & Successoribus suis Canonice substituendis, in perpetuum. Congruum videtur „ & sanum, ut quotiens quæstiones sedantur „ inter se tandem amicabiliter composuerunt, „ & initam nobis compositionem confirmandam præsentarunt. B Fuit autem compositionis hic tenor. Memoratus Abbas dedit Stefano jam dicto decimam, quam Bertoldus „ de Flojano sub annuo censu ab Ecclesia Beliniensi visus est habuisse. Dedit insuper eidem .... marchas; & indulsit, ut si præfatus Stefanus apud Adelardum ejusdem Ecclesiæ vassallum, vel apud aliquem alium „ ab ipsa Ecclesia consimile feudum habentem, obtinere posset ut feudum Ecclesiæ resignaret; idem feudum Stefano prædicto debeat conferri eo jure, quo resignans habebat. Stefanus autem pariter cum uxore sua „ Adelmota, & filiis, Conone videlicet, & „ Voscalco, Henrico, & Ugone tunc præsentibus, C resignavit, dedit, atque concessit eidem Abbati & Ecclesiæ, suæ, si quid juris „ in præfata proprietate habebat: ita quod nec „ ipse Stefanus, nec heredes ejus hoc aliquo „ tempore repetere possint, vel contra factum „ istud aliquo modo venire, aut Ecclesiam „ ipsam super hoc de cætero fatigare. Ut igitur compositio, seu conventio ista rata permaneat, & perpeti firmitate nitatur; hanc „ paginam fieri jussimus, nostrique impressione sigilli muniri. Cujus rei testes fuerunt „ Romulus Concordiensis Episcopus, Wolchonus Rosacensis Abbas; Cono, Andreas Capellani; Elyseus, Volricus de Circulo, Johannes Nespol, Aquilegenses Canonici; „ Pertoldus Vicarius, Dominicus Sacerdos de D Sancto Johanne, Varihandus, Volricus, Canonici Sancti Felicis; Fredericus de Cauriaco, Lodovicus Minor de Lauriano, Henricus Glemonensis, Herbordus de Perthenstain, Jacobus de Budrio, Marchoardus Herbardi filius, Bernhardus de Circlaria, Bernhardus & Henricus de Treven, Amelricus „ de Castro novo, Johannes de Portis, Martemoth, Voscalcus Civitatenses, Volcherus „ de Rotoiba, Thomas, Nespolus, Stefanus, „ Lazarus, & Meinhardus Aquilegenses cives, & alii quamplures. Actum Aquilegiæ „ in Majori Curia, anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXXVIII. Indictione VI. Ego „ Aldericus supradicti Domini mei Patriarchæ „ No-

„ lesimo Centesimo Octuagesimo IX. die Lunæ, qui fuit V. exeunte Mense Marcii (*seu die* 27.) Indictione VII. apud Sanctam Mariam de Carcere. Cum consecratio ejusdem Ecclesiæ Beatæ Mariæ de Carcere per Domnum Gotesredum Aquilegensem Patriarcham, & per Gerardum Paduanum Episcopum, & per Pistorem Vicentinum Episcopum, & per Gerardum Bellunensem Episcopum facta fuisset; & cum prædictus Patriarcha litteraliter sapienter prædicasset, & per eum prædictus Gherardus Paduanus Episcopus maternaliter ejus prædicationem explanasset &c. Imprimis Domnus Gotesredus Aquilegensis Patriarcha donacionem Sanctæ jam dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Carcere omni anno, donec vixerit, decem librarum Venetæ monetæ . . . fecit.„

B

C

PRÆCLARUM & insigne Justus Fontaninus Archiepiscopus Ancyranus hocce reputavit, quod in medium proferret testimonium, ut linguæ Italicæ incrementa seculo duodecimo illustraret. Vide Librum II. Operis, quod inscripsit, *della Eloquenza Italiana*, anno 1736. Romæ typis vulgati. In indicem error irrepsit v. *Olderigo II. Patriarca di Aquileja*, ubi hæc notantur: *Predica in latino in Santa Maria delle Carceri*, non Vodalricus, sed Gotesredus.

IX. CUM diligentissime Patriarcha de splendore Ecclesiarum, emolumentis, ac firmitate satageret, pias aliorum largitiones Patriarchalis auctoritatis munimine firmabat, ipseque nova conferebat beneficia. Collata Canonicis Concordiensibus a Romulo Episcopo bona ut vitam communem suavius faciliusque sectarentur, propriæ confirmat auctoritatis præsidio, Tabulis *in Ecclesia de Portogruario* confectis, *anno Domini* M.C.XCI. *Indictione* IX. *quartodecimo die intrante Mense Decembri*. Vulgatæ leguntur apud Ughellum Venetæ Editionis in ejusdem Ecclesiæ Episcopis.

D

DATAS etiam anno insequente pro Abbatia Beliniensi donationis Tabulas accipe. "In „ nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Gotesredus Dei gratia Sanctæ Aquilejensis ... rum pertinentiis, tibi, Dilecte in Christo Frater, & per te Ecclesiæ tuæ tuisque Successoribus, proprietario jure habendos & possidendos, pro remedio animæ nostræ nostrorumque Successorum, de communi Fidelium nostrorum consilio, conferimus, tradimus, & donamus, & confirmamus. Videntes autem, quod Ministri nostri . . . . nomine Advocatiæ rusticos supradictorum quatuor Mansorum multotiens gravant & molestant; Advocatiam, & totum jus, quod in eisdem quatuor Mansis secundum usum terræ illius habemus, pro remedio animæ nostræ nostrorumque Successorum, tibi, Dilecte in Christo Frater Ortuine, & per te tuæ Ecclesiæ tuisque Successoribus conferimus, tradimus, donamus, & confirmamus. Hoc excepto, quod si aliquis prædictorum rusticorum aliquo tempore plusquam unam ovem furatus fuerit; tunc persona ipsius nostra sit, & bona ipsius Abbatis Beleniensis Ecclesiæ sint. Et excepto, quod si aliquis prædictorum rusticorum equum habuerit; bis in anno cum equo suo nobis servire debet. Quod ut verius credatur, & inconvulsum perpetua stabilitate permaneat, præsentem inde paginam conscribi, & sigilli nostri impressione corroborari fecimus. Actum est Aquilejæ in Palatio Domini Patriarchæ, anno D. M. C. LXXXXII. Indictione X. quartodecimo die intrante Octobri. Hujus rei testes rogati sunt Fridericus Præpositus Sancti Stefani, Leonardus Presbyter de S. Stefano, Henricus filius D. Ludovici, Johannes de Portis, Hartemouth, Fridericus Advocatus, Aldinus Advocatus, Walterus Juratus, Wezelo Juratus, Lazarus de Fossula, Henricus de Treven, Baronus gener D. Mengotti, Jacobus de Portis, & alii quamplures. Ego Artuicus Domini Patriarchæ Got. Notarius ex mandato ipsius hanc paginam scripsi, complevi, & dedi.„ Tabularum formulas, donationum causas, adjectasque donationibus conditiones, remotiore ævo consuetas, hæc docent, promuntque Monumenta.

X. DIPLOMA sequitur, ab Henrico VI. Im-

„ [illegible] differentiam
„ fecerint inter titulos, Regium fcilicet, ac
„ Imperatorium, itaut Henricus quintus v. g. B
„ fe *quintum* Regem, *quartum* Imperatorem
„ in Diplomatibus fuis appellaret; Henricus
„ tamen fextus, nulla inter Regiam, ac Im-
„ peratoriam dignitatem habita differentia;
„ fe uniformiter *fextum Regem*, itemque *fex-*
„ *tum Imperatorem* in fuis Diplomatibus nun-
„ cupaverit. „

NOTÆ Chronicæ funt: *Data funt hæc anno Dominicæ Incarnationis* M. C. XCIII. *Indictione* XI. *Regnante Domino Henrico VI. Romanorum Imperatore Victoriofiffimo, anno Regni ejus* XXIV. *Imperii vero* III. *Datum apud Volcbuaferi* (al. *Volebenfem*) *per manum Sigelmi Imperialis Aulæ Protonotarii, quarto Idus Decembris*. Imperii anni numerantur ab C anno Christi 1191. ac *fecunda Feria Pafchæ*, feu die 15. Aprilis, qua Romæ coronam ipfe fufcepit; unde *tertius* Imperii annus in curfu erat altera anni 1193. medietate. Regni anni ducuntur ab anno Christi 1169. *a Feſto Sancti Joannis Baptiſtæ*, ut habet Annaliſta Bofovienfis apud Eckardum in Corpore Hiftor. medii ævi Tomo I. vel *a die Affumptionis Beatæ Mariæ*, ut refert Godefridus Monachus Colonienfis apud Freherum. Hinc annus XXIV. Regni definit eodem die anni 1193. Potuit ergo Diploma prius actum effe, quam datum *quarto idus Decembris*; hoc enim Menfe, dieque jam annus Henrici vicefimus quartus fluebat. Apud Ughellum perperam Regni annus *quartus* notatur. D

XI. EODEM anno diffidia compofita funt Menfe Octobri præcedente, quæ mutuis depopulationibus, armorumque ftrepitu fovebant Tarvifini, Cenetenfes, Bellunenfes. Inter has populorum fimultates damna plurima inferebantur Patriarchæ locis, ac prædiis, & hominibus in agro Tarvifino: violatique fuerunt Provinciæ fines. Præfidium obtinuerat Gotefredus, quod a cenfura Ecclefiaftica fumi poterat: illudque facile ac ultro fuppeditatum legimus ab Urbano III. Romano Pontifice litteris Apoftolicis, quæ in Archivo Civitatenfis Capituli adfervantur. " Urbanus Epifcopus
„ fervus fervorum Dei, Venerabili Fratri G.

„ communicationis fententiam, liberam tibi
„ & plenariam tribuimus præfentis fcripti pa-
B „ gina facultatem, appellatione nequaquam
„ obftante, fi qui eam, ut licentius valeant
„ fuam malitiam exercere, duxerint opponen-
„ dam. Datum Veronæ Kal. Decembris. „
Urbanus die 7. Calendas Decembris anni 1185. electus, ejufdemque Menfis die prima redimitus corona, integro anno infequente, ac majore anni 1187. quo mortem obiit parte, Veronæ refedit. Itaque datas litteras intelligimus aut anno 1185. aut infequente 1186.

PACIS denique fœdera ut fancirentur promo confenfere animo partes. Celebratus *Mantuæ* conventus: confcriptæque Tabulæ, quas in Hiftoria Bellunenfi refert Pilonus, *die Martis* XIII. *exeunte menfe Octobri* (feu die 19. C ejufdem Menfis) *anno* 1193. Interfuit *Federicus de Cauriago, Procurator Domini Gothofredi Aquilegenfis Patriarchæ*. Hujufce nomine in medium prolatæ funt poftulationes. " Nos
„ Dei gratia G. Aquilegenfis Patriarcha peti-
„ mus a Communi Tarvifii, & ab Homini-
„ bus fuæ partis mille & centum Marchas pro
„ damnis nobis, & noftris hominibus datis in
„ Villa Sancti Pauli & ejus pertinentiis, & in
„ Medadis & ejus pertinentiis: & fimiliter pro
„ damno, quod Federicus cum maxima mul-
„ titudine Tarvifinorum in Forojulio fecit; &
„ pro damnis, quæ idem Federicus intulit Præ-
„ pofito S. Ulrici. Petimus etiam, ut de cæ-
„ tero in Villa Sancti Pauli & ejus pertinentiis,
D „ in Villa de Medadis, vel in aliquibus locis
„ ad Patriarchatum pertinentibus aliquam ju-
„ rifdictionem non exerceant. „ Votis Patriarchæ & poftulatis, excepta Marcharum folutione, factum fatis.

XII. AQUILEJENSEM poftremo loco Synodum memoro, a Gotefredo celebratum. Supereft Epiftola Synodica, quam refert Ughellus, exhibetque Labbeana Conciliorum Collectio. Infcriptio eft: *Gotifredus Dei gratia Aquilejenfis Patriarcha, univerfis Epifcopis ejus Ecclefiæ fuffraganeis Venerabilibus, & in Chrifto dilectis Fratribus, falutem & finceræ dilectionis affectum*. Habita Synodus fuit *altera die poſt Feſtum S. Michaëlis Aquilejæ*: vocaturque *Capitulum Generale*. Saluberrima decreta perftrin-

I. ANNUM Gotefredi emortualem prætermittunt Chronicorum Scriptores, quorum hactenus in Patriarcharum Chronographia constituenda fidem adhibuimus. Obitum ejus ad annum 1196. refert Palladius: Ughellus ad annum 1199. nisi fortasse numeros corruperit Typothetarum oscitantia. Sed anno 1195. mense Februario ineunte jam sedebat Aquilejæ Peregrinus II. Rem indubiam Tabulæ faciunt, queis bonorum juriumque concessio ab eodem *Domino Pelegrino Dei gratia Aquilegiensis Ecclesiæ Patriarcha* firmatur adscriturque Guecelloni, Gabrieli, & Biaquino fratribus de Camino. Pergamenam ex Archivo Estensi desumptam profert Muratorius Dissertatione XI. Antiquitatum Italicarum medii ævi. Data est *anno Domini Millesimo Centesimo Nonagesimo quinto*, *Indictione* XIII. *die* VIII. *intrante Februario; & acta Sacili in Ecclesia S. Nicolai*. Prædictæ beneficiorum feudorumque traditioni præsentes adsuerunt *D. Comes Mainardus de Goricia*, *D. Federicus de Cauriago*, *D. Vvernerus de Pulcinico*, *D. Conradus de Sacilo*, *D. Ardemannus ejusdem loci*, *D. Gabriel de Prata*, *aliique*.

HUNC Peregrinum *secundum* voco: quem *tertium* numerat Chronicon Aquilejense a Muratorio editum. Patriarcharum in eo ita series texitur: *Peregrinus Patriarcha primus* ... *Peregrinus Patriarcha II.* ... *Gotfredus* ... *Vodalricus* ... *Peregrinus tertius*. Repugnant Chronica, quæ vidimus & expendimus, ac in Appendice vulgamus: seque nuncupat *secundum* ipse Peregrinus, qui Gotefredo successit, ut vetusta, quæ dabimus, Monumenta evincunt.

II. CONSTITUTAM sedis epocham confirmat Henrici VI. Diploma eodem anno 1195. datum. Recognitionis ejus conscriptas Tabulas, ex Archivo Civitatensis Capituli depromptas, in lucem profero. *In Christi nomine Amen. Anno a Nativitate ejus Millesimo* C. XCV. *Indictione* XIII. *die Lunæ* XV. *exeunte Mense*

(a) Legunt alii: *S. P.* (Sacri Palatii) *Notarius*.

B *Julio* (seu die 17. ejusdem Mensis) *in Civitate Forijulii*, *quæ dicitur Austria; in præsentia D. Artuichi Decani Ecclesiæ prædictæ Civitatis*, *D. Martini de Corduario Canonici ejusdem Ecclesiæ*, *Magistri Fulcerii præfatæ Ecclesiæ Canonici*, *D. Diatrici de Maniaco*, *D. Bertholdi de Derzano*, *Pulchardi de Aviano*, *& aliorum; necnon & coram D. P.* (Peregrino) *Dei gratia Sanctæ Aquilegensis Ecclesiæ Sedis Electo*, *ante Ecclesiam S. Donati sub porticu; ego Taxonus* (a) *D. P.* (Peregrini) *Notarius vidi & legi litteras a D. Imperatore H.* (Henrico) *allatas*, *& ejus sigillo cum cera sigillatas: & continebatur in illo Sigillo ceræ*, *Henricus Dei gratia Romanorum semper Augustus:*
C *& litteræ illæ apertæ erant*, *& ita videlicet scriptæ erant*, *scilicet in hunc modum*. " H. Dei
„ gratia Romanorum Imperator & semper Au-
„ gustus, & Rex Siciliæ, universis Fidelibus
„ suis, Vassallis, & Ministerialibus Aquilegen-
„ sis Ecclesiæ, gratiam suam & bonam volun-
„ tatem. Quia dilecto Principe nostro, & Do-
„ mino vestro Pellegrino Aquilegensi electo in
„ nostra præsentia constituto, judicatum est in
„ Curia nostra, & approbatum: omnem alie-
„ nationem, & feudationem, quam bonæ me-
„ moriæ Decessor suus Gotefredus Patriarcha
„ tempore infirmitatis suæ fecerat, viribus ca-
„ rere, & de jure esse irritandam; inde est quod
„ Universitati vestræ mandando præcipimus,
D „ quod si qui vestrum sunt, qui a præfato Pa-
„ triarcha G. infirmitatis suæ tempore alicu-
„ jus feudi possessionem susceperunt, de novo
„ Aquilegensi Ecclesiæ & Dilecto Principi no-
„ stro P. electo in pace & quiete dimittatis,
„ sine contradictione possidendum. Dat. Cu-
„ mis VI. Idus Junii. „ *Ego Taxonus D. P. Notarius præscriptas prænominatas litteras*, *sigillatas ut dictum est*, *vidi*, *& legi: & sicut ibi continebatur*, *ita hic scripsi*, *nec plus*, *nec minus*, *nisi forte in compositione litterarum; & me subscripsi*.

IN-

cupatus: ab eoque vulgaris æræ anno annos Regni Siculi numeravit. Hanc epocham evincit Gottwicensis Abbas *binis diplomatibus de anno 1196. in quibus annus Regni Siciliæ secundus computatur*. Annum *primum* ejusdem Regni præferunt allegatæ Epistolæ, qui die *sexta Idus Junii* anni 1195. adhuc erat in cursu.

VOCATUR *electus* Peregrinus, nondum scilicet sacra initiatus Pontificali ordinatione. Unam denique eamdemque dici debere Civitatem *Forumjulium*, & Civitatem *Austriam*, extra controversiam omnem illa verba ponunt, *in Civitate Forijulii, quæ dicitur Austria*.

III. GRAVE per hæc tempora dissidium emerserat Poponem Aquilejensem Præpositum inter, ac Aldigerium Decanum cæterosque Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicos. De possessionum administratione agebatur. Sententiam tulerat Innocentius III. edita Constitutione, quæ in Aquilejensi Tabulario adservatur, typisque vulgata prostat inter Epistolas ejusdem Pontificis Libro II. num. 113. juxta Baluzii editionem. Quæ pauca sequuntur, præstat describere verba: " Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Aldigerio „ Decano, & Canonicis Aquilegiensibus, salutem & Apostolicam benedictionem. Orta „ nuper inter vos, & Dilectum filium Poponem Aquilegensem Præpositum super administratione possessionum Aquilegensis Ecclesiæ ad Canonicos pertinentium contentione „ non parva, cum propter hoc utraque partium ad nostram præsentiam accessisset; Nos „ vobis, & ipsi Præposito dilectum Filium nostrum S. (*Soffredum*) Tituli S. Praxedis „ Presbyterum Cardinalem concessimus Auditorem. *Causam denique solvit Pontifex, ac dirimit lata sententia*: Nos igitur, *inquiens*, „ his & aliis diligenter auditis per Cardinalem „ eumdem, quæ fuerant hinc inde proposita, „ & diligenter intellectis; de Fratrum nostrorum consilio, ab impetitione Præpositi memorati sententialiter Ecclesiam & Capitulum Aquilejense absolvimus, eidem Præposito super hoc perpetuum silentium imponentes... Dat. Lateran. VII. Id. Julii, Ponti-

„ fructibus, tam præsentibus, quam futuris: B „ qualiter controversia, quæ inter Domnum „ Poponem Aquilegensem Præpositum, & ejusdem Ecclesiæ Canonicos per sententiam inter eos super administratione latam super beneficio, quod occasione litterarum Domini „ Innocentii Papæ, & subsequenter Domini „ Gregorii Tit. Sanctæ Mariæ in Aquiro Diaconi Cardinalis petebat, orta est, auxiliante Domino, Domni Patriarchæ Pelegrini auctoritate & petitione, de communi consensu partium est terminata. Imprimis siquidem D. Otto Ministerialis, ac miles suus, „ verbo & mandato Præpositi, in anima ipsius „ Præpositi juravit: quod idem Præpositus Canonicos Aquilegenses in nullo super administratione, C aut aliis pro quibus inter eos controversia fuerat, aliquo modo de cætero inquietabit; nisi aliquid novi, quod ad jus „ suum spectet, emergat: & salvo jure suo in „ electione Canonicorum facienda, quam dicebat sine sua præsentia fieri non posse: salvo etiam jure suo super villa, quæ dicitur „ Dramsa, de qua taliter facta est exceptio; „ quod licet illi, si voluerit, de villa illa jus „ suum persequendo contra Canonicos agere, „ non repetendo fructus perceptos: & insuper „ quod nullo titulo aliquid de plebe de Ripis, „ & tribus Mansis in Carinthia alienabit; quæ „ suæ personæ tantum ibidem sunt a Canonicis Aquilegensibus collata. Præterea Præpositus resignavit in manibus Canonicorum omnem D actionem, quam super his adversus supradictos Canonicos habebat, vel videbatur „ habere; salvo eo, quod de electione, & de „ villa Dramsa dictum est: & litteras, si quas „ super his habuit, & appellationem factam, „ similiter resignavit. Quibus præmissis, supradicti Canonici, pro reverentia Domini „ Papæ, & Domini Patriarchæ petitione, ac „ pro bono pacis, & gratia & bona voluntate „ Præpositi, plebem de Ripis cum omni jure, „ quod ratione Plebanatus in plebe illa habebat, & tres Mansos in Carinthia apud Rathenstain, ipsi Præposito contulerunt, personæ suæ tantum, in vita sua habendum; „ salvis privilegiis super institutione vitæ com-

„ ... anno Domini M. CC. I. Indictio-
„ ne IV. quarto die intrante Januario in Ca-
„ pitulo Civitat. in præsentia Arthuici De-
„ cani, Thomæ Presbyteri, Pertoldi Diaco-
„ ni, Johannis de sub Turre, Jacobi Custo-
„ dis, Volrici, Conradi, Piruz, Civitaten-
„ sium Canonicorum; Arthuici, Situl, Ro-
„ preti, Bonefini, Wariendi Sacerdotum, Joan-
„ nis, Chononis, Caroli Capellani ... Domi-
„ ni Pelegrini, Wigrandi Sancti Wodolrici
„ Præpositi, Wernardi Willacensis Archidia-
„ coni, Vodolrici de Circulo, Stefani Magi-
„ stri Scholarum, Magistri Bonum, Aquile-
„ gensium Canonicorum; Roperti de Canuiz,
„ Wecilonis Vicedomini, Bonini, Wolcangi,
„ Leupoldi militum; Ottonis, Wolcangi, Mi-
„ nisterialium Domini Præpositi, Ingelfredi,
„ Gaulonis, Marquardi, Leonardi, Martini
„ Gastaldionis, & aliorum multorum: qui om-
„ nes ab utraque parte rogati fuerunt testes.
„ Ego Wilelmus Sacri Palatii Notarius his om-
„ nibus interfui, & rogatus ab utraque parte
„ scripsi, sigillavi, & dedi. „ De juramenti formula, quod Otto Ministerialis præstitisse dicitur, *in anima*, seu *in animam* alterius, plura disserit Cangius.

IV. NATURÆ tributum anno 1197. solverat Henricus VI. Imperator. Invicem dissidebant Germaniæ Principes in electione Successoris. Renunciarunt alii Philippum, Ducem Sueviæ, defuncti Henrici fratrem, ac filium Friderici I. Regem creavit pars altera, primo Bertoldum Ducem Zaringiæ, tum Ottonem hujus nominis quartum, filium Henrici quondam Ducis Saxoniæ; ignave namque, nihilque curans, coronam & Imperium Bertoldus abdicaverat. Tantum negotium, solicitudine sua finiendum, ad se revocaverat Pontifex. Studio partium abstinuit Peregrinus: meruitque Pontificis laudes, gratiarumque actiones.

HUNC animi candorem, quem difficillimo servavit in negotio Patriarcha, ejusdem Innocentii litteræ patefaciunt, quæ habentur nu. 42. Regesti apud Baluzium. " Gratum gerimus,

... aut repri-meret Peregrinus, fœdera sancivit cum florentissima Venetorum Republica; quorum etiam ipse Civitate donatus est. Rem Dandulus narrat ante annum decimum Danduli Ducis, qui in annum Christi 1202. juxta Chronistæ calculos incidebat. Verba sunt: " His diebus Pere-
„ grinus Aquilegiensis Patriarcha, ut Tarvi-
„ sinos sibi æmulos facilius comprimeret, Ve-
„ netis confœderatur: & Civis efficitur, &
„ congruas possessiones Venetiis emit, & erga
„ eorum inimicos armigerum auxilium exhi-
„ bere annuit. Dux autem victualia, & com-
„ mercia Tarvisinis subtraxit: & ne unus ab-
„ que reliquo cum illis componat, vicissim pa-
„ cti sunt. „ Dissidiorum causas indicavimus in Gotefredo: quas etiam memorat Innocentius in litteris ad Tarvisinos datis *Calendis Aprilis Pontificatus anno secundo*, idest anno Christi 1199. Profert eas Pilonus in Historia Bellunensi.

TABULARUM, quæ conscriptæ leguntur *anno* M. CC. *Mense Junii*, *Indictione tertia*, summam vidimus; ubi *Venetiarum civis* declaratur Peregrinus: eidemque domus conductio, aut erectio imponitur, ut Venetiis *triginta dierum* spatio singulis annis commorari valeat, quin hac se conditione pactoque solvere queat, nisi facultate a Duce accepta.

VI. CUM Tarvisinis percusserant fœdus Comites Goritiani: belloque adigendum Patriarcham censuerunt, ut jura advocatiæ abdicaret, quæ sibi ipsi adsciscebant conventione fracta dudum inter Vodalricum II. & Engelbertum patrem eorum constituta. Graves istas Peregrino molestias creabant *Mainardus*, & *Engelbertus*, filii Engelberti. Pax denique sancita, operam conferentibus Ducibus Comitibusque Stiriæ & Austriæ, Meraniæ, Carinthiæ, Tirolis, aliisque.

INITÆ pacis & Transactionis Tabulas operæ pretium est referre. " In nomine Sanctæ &
„ individuæ Trinitatis Amen. Notum sit om-
„ nibus Christi fidelibus, tam futuris, quam
„ præsentibus: qualiter discordia inter Domi-
„ num

„ des aliquo tempore fine herede decederent; „ prædictum Castrum de Goritia cum omni B „ jure & proprietate hominum in possessionem, „ exceptis Ministerialibus, & Castrum de „ Mosspurg cum Ministerialibus, & omni familia, ac proprietate pertinente ad ipsum „ libere & integre ad Aquilegensem devolvi „ debet Ecclesiam. Insuper omnem tenutam, „ quam pater eorum, tempore Domini O. „ (*Vodalrici*) Patriarchæ in ultimis vitæ ipsius „ usque ad Patriarcham Gothefredum, habuit, sive juste sive injuste habuerit, ipse „ habere debeat. Et si Patriarcha diceret. (Desiderantur plures lineæ.) " Finita vero expeditione ista, vel si desisterent, Comites a „ Tarvisinis recedere debeant incontinenti secundum consilium Patriarchæ .... Et quamcumque securitatem a Patriarcha exigerent, C „ quod non faciet aliquo tempore confœderationem, aut societatem cum Tarvisinis; „ continens ipse eis præstabit eamdem, si Comites ei præstabunt eamdem cautionem: „ quod contra eum nunquam cum Tarvisinis „ confœderationem facient, aut societatem. „ Sed hæc pax facta non tantum pro antedicto Patriarcha, sed pro Comite Alberto, „ & Comite Henrico, & pro omnibus ipsius „ Patriarchæ adjutoribus, & pro Comitibus „ de Goritia & omnibus adjutoribus eorum: „ & Castellis hinc inde, quocumque modo a „ jure feudi deciderint, in feudo prius habito „ & feudi jure libere & quiete permanentibus. Salvo quod dissensio, quæ est inter D „ Comitem Engelbertum, & Comitem Albertum, per Patriarcham, Ducem Meraniæ ... finiri debeat. Sane ad majorem hujus praxis firmitatem dictus Patriarcha fide „ præstita, D. Venandus de Hohenella, D. „ Dietricus de Fontebono, D. Henricus de „ Glemona, D. Her. de Perthestain, D. Robertus de Tricano, D. Walterpertoldus, „ D. Duringus de Mels, & D. Vernerius de „ Cucanea...... Patriarchæ & ipsius mandato: & Comes Sigilbertus, & D. Folcherius „ de Doremberg, & D. Henricus frater ejus, „ D. Peregrinus Ulogil, D. Conradus de Florentia, D. Ramboto de Ceron procuratores parte Patriarchæ eadem sunt apud Utinum acta, & ut dictum ex juramento firmata. Deinde sunt eadem apud Goritiam „ die V. intrante Februario de utriusque partis consensu & voluntate stabilita, & scriptis authenticis cum Patriarchæ, & Ducis „ Moraviæ B. & ipsorum Comitum de Goritia sigillis feliciter roborata.

„ Hæc autem omnia facta sunt verbo & auctoritate Domini L. Ducis Austriæ Styriæque, Duce B. Moraviæ, Duce Karinthiæ „ Bernardo, Comite V. de Epan, & Comite „ Alberto de Tirol, & Comite Alberto Viltelberch præsentibus, & suam auctoritatem „ præstantibus. Testes hujus rei sunt Duces & „ Comites prænominati, excepto Duce Austriæ Styriæque, & omnes, qui supranominati sunt hanc pacem juramento firmasse: „ & insuper Viperdus de Valesberg, Gotefridus de Teveserth, de Liliemberg, Gerlochus de Stein, Fridericus Glismenthz, Ugo „ de Tunarz, Raimbertus de Murich..... „ de Domo Bernard .... Folcherius juvenis „ de Doremberg Vosenlech, Vernardus, Peregrinus, Otto, Fridericus, Daniel, Maynardus de Copris, Arnoldus, Jacobus de Evemberg..... de Vipach, Dominus Otto „ & D. Henricus filii Ducis Moraviæ, & alii „ plures. Ego Stefanus Domini Patriarchæ „ P. Capellanus, de partium mandato hanc „ cartam, & aliam; quarum unam Patriarcha, & aliam Comites habere debent, scripsi, & sigillis Patriarchæ, Ducis Moraviæ, „ & Comitum de Goritia roboravi, & dedi.„

Hæc ad annum 1204. repugnantibus Tabulis, refert Palladius. Comites Goritianos vocat ille *Mainardum*, *&* *Albertum* contra fidem Tabularum, aliorumque Monumentorum, queis duo Goritiani fratres exhibentur *Mainardus*, & *Engelbertus:* dissidiumque in Tabulis memoratum inter *Engelbertum*, & *Comites Albertum & Henricum*, narrat ille inter ipsos Goritianos Comites erupisse.

VII. Pax eadem firmata dicitur auctoritate *Domini L. Ducis Austriæ Styriæque*, *Ducis B. Moraviæ*, *&* *Ducis Karinthiæ Bernardi*. Austriam regebat, simulque Stiriam Liupoldus.

M. C. LXVIII. notat: ipsum *genuisse Ulricum*, *& Bernardum;* notatque Chronicon Admontense ad eumdem annum M. C. LXXXI. Hermanno *filium Oulricum puerum successisse*. Post fratrem hoc anno 1202. regimen Carinthiæ tenebat *Bernardus*. Filios progenuit *Ulricum*, *Philippum* electum Salisburgensem, tum Aquilejensem, & *Bernardum* de quibus infra agendum.

PATROCINIUM quoque Patriarchæ impenderat *Dux B. Moraviæ*. Reponi debet *Meraniæ*. Is est *Bertoldus* ex Comitibus Andacensibus, filius Bertoldi, quem anno 1180. Meraniæ Ducem renunciaverat Fridericus I. Imperator. Arenpekianum Nobilissimæ Familiæ stemma produximus Capite LXI. Testes in allegatis Tabulis adhibentur *Dominus Otto*, *& Dominus Henricus*, *filii Ducis Moraviæ* (Meraniæ.) Comites vero *Albertum & Henricum*, quibuscum jurgia habebat Engelbertus Goritianus, intelligimus Albertum Tirolensem, & Henricum Andacensem.

VIII. STEMMATIS Goritianorum Comitum partem alteram antequam delineo, sub oculos Tabulas offerre mihi liceat, quæ diligentiorem complectuntur, a judicibus arbitris peractam, inquisitionem in Advocatiæ jura, ut legitimis partium contendentium titulis compertis, firmior persisteret sancita pax. Quamplures Forojuliensis Provinciæ pagi innotescunt: Viri etiam in eadem Provincia proceres, ac Dynastæ numerantur: varia exponuntur, quæ invecta fuerant, Advocatiæ jura: multiplicesque exsolutionum species indicantur. "Anno „ Domini M. CC. II. XIII. die intrante Decembrio, Indictione X. (V.) In Nomine „ Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Nos „ quidem Dietricus de Fontebono, Herbordus „ de Pertenstaine, Folcherus de Doremberg, „ & Peregrinus Glokkeldelt, arbitri & juramento adstricti a Domino Pelegrino secundo Aquilegensi Patriarcha, & Comite Megenardo Aquilegensis Ecclesiæ Advocato & „ fratre ejus Comite Engelberto, ad investigatio prædicta jura & rationes possemus advenire. Nos ergo simul convenientes, prædictos Viros jurare fecimus: quod bona fide sine fraude deberent nobis prædicta jura & rationes, ut supradictum est, juxta quod recordari possent, integraliter significare.

C

„ REQUISITI itaque per juramentum dixerunt: quod Comes Engelbertus habebat „ Advocatiam ab Aquilegensi Patriarcha; & „ in Aquilegia placitabat semel in anno cum „ Nuncio Patriarchæ placitum Advocatiæ; & „ quidquid de placito lucrabatur, cum Patriarcha dividebatur. Advocatum similiter sub „ se una cum Advocato Patriarchæ habebat, „ qui terram regebant & justitiabantur: & „ cum iidem Advocati placitabant, vadimonia in manu Advocati Patriarchæ dabantur; „ & quæ lucrabantur, dividebantur. Omnia „ bona Carnificum, Sutorum, Tabernarum, „ Pannificum similiter dividebantur. Famuli „ Ecclesiarum non tenebantur coram Advocato satisfacere: sed si deprehensus fuerit „ in furto vel præda, tradebatur in carcere „ Patriarchæ, & justitiabatur. Cruentum denarium habebat a Patriarcha, quem similiter dividebat. Item in Aquilegia habebat a „ Patriarcha de Ripatico & Theloneo IV. Marchas, & de Clusa III. Marchas: & cum „ erat in Aquilegia, Riparius dabat ei sal ad

D

„ cibum suum, & in prandio & in cœna sciphum vini, & scutellam cum carnibus vel „ piscibus, donec ibi erat: & per singulos annos C. trivallos cæparum. A quodam Casali, „ cum erat Aquilegiæ, dabantur ligna ad coquinam, & cameram suam. Præterea in his „ villis habebat Advocatiam, in Agello, Juaniz, Gonar, Percoto, Utino, Budrio, Orsara, Fagagna: in quibus Nuncius Advocati cum Nuncio Patriarchæ semel in anno „ placitum Advocatiæ placitabant; & quidquid lucrabantur, inter se dividebant. Has „ etiam Advocatus habebat rationes: in Agello II. modios frumenti, II. modios avenæ, II. oves, vel XVI. denarios, V. gallinas,

,, me, dabat Advocato hyemales vestes: si
,, in æstate, æstivales: & qualibet hyeme pel-
,, licium vulpinum, vel unam Marcham. Si
,, aliquid dabatur Consiliariis Curiæ, specia-
,, liter in donis pro consilio, Advocatus habe-
,, bat portionem suam. In Cinto semel in an-
,, no placitum Advocatiæ placitabat cum Nun-
,, cio Patriarchæ: & quidquid lucrabatur, di-
,, videbatur. Servitium non de jure, sed ex
,, gratia a Domino Patriarcha sibi dabatur.
,, Cum Advocatus veniebat in Civitate cum
,, Patriarcha, Marescalcus Patriarchæ hospi-
,, tabatur equos Advocati in villis circa Civi-
,, tatem. In eadem Civitate, sicut in Aqui-
,, legia, placitabat placitum Advocatiæ se-
,, mel in anno per se, vel per Nuncium suum.
,, Cum Comes Engelbertus ibat, vel reverte-
,, batur de Karinthia, aliquando hospitabatur
,, in Tricesimo, aliquando in Cassaco: in qui-
,, bus villis D. Henricus de Glemona dabat ei
,, servitium, quamvis ibi non deberet hospi-
,, tari. Aliquando hospitabatur in Moymaco:
,, ibi dabat ei servitium Præpositus Civitaten-
,, sis (qui nunc est Patriarcha,) & D. Mat-
,, thias de Sconbemberg. Cutes tertiæ feriæ
,, de coquina Patriarchæ dabantur Advocato.
,, In his villis Mosacensis Monasterii habebat
,, Advocatiam, in Blajuz, Ungiano, & in
,, duabus villis Vellach. In Præpositura S. Fe-
,, licis habebat Advocatiam per totum. De
,, his, quæ sunt Canonicæ Aquilegensis, ha-
,, bet Advocatiam in Muzana. De Meriano,
,, & Farra semper fuit contentio. In Offela-
,, no, quæ Aquilejensium & Civitatensium
,, Canonicorum est, habebat Advocatiam.
,, Omnia Monasteria, quæ sunt ex hac par-
,, te Tulmenti, erant in Advocatia ejus &
,, defensione, excepto Sancto Volrico. Om-
,, nia supradicta habebat Comes Engelber-
,, tus, cum Volricus Patriarcha obiit. De
,, his omnibus nos quatuor Arbitri concorda-
,, mus.

,, De subscriptis non fuit prædictus Co-
,, mes eo tempore in tenuta alicujus rationis,
,, vel Advocatiæ. Nullus albergarias habebat
,, bat Advocatiam in bonis de Milast: & ipsi
,, de Bambenberg in Filem in bonis Marchio-
,, nis de Attens, & Marchionis Albi nullam
,, habebant jurisdictionem. In Præpositura Ci-
,, vitatensi nullum jus habebat, vel Advoca-
,, tiam, excepto Offellano. Si aliquis Vassal-
,, lus, vel Ministerialis habebat in aliquibus
,, locis Advocatiam ab ipso in feudum, nul-
,, lam super his habebat jurisdictionem. Mo-
,, netam non habebat. Monomachia in manu
,, Patriarchæ vadiari debet, & fieri coram Ad-
,, vocato, vel Nuncio ejus. Supradicti Arbi-
,, tri, scilicet D. Dietricus de Fontebono,
,, Herbordus de Pertenstaine, Folcherius de
,, Doremberg, & Pelegrinus Glokkel de om-
,, nibus supradictis concordes fuerunt in Stu-
,, pa Regenaldi Gastaldi Domini Patriarchæ
,, apud Austriam Civitatem. Et hanc Car-
,, tam scribere rogaverunt in præsentia isto-
,, rum testium, videlicet D. Hermanni Capel-
,, lani D. Patriarchæ, Conradi de Flojana,
,, & Ditalmi D. Andreæ de Goritia. Ego Pe-
,, trus Imperialis Notarius interfui, & hanc
,, cartam scripsi rogatus.,,

Præpositura Civitatensi, ut Tabulæ docent, ipse potiebatur Peregrinus Patriarcha. Ab origine dicta fuit Præpositura Sancti Stefani: ejusque unione cum Ecclesia Majore S. Mariæ peracta, Præpositura *Civitatensis* appellari consuevit. Alia hoc ævo Præpositura vigebat sub titulo *Sancti Stefani* Aquilejæ sita: ejusque Præpositorum jam frequens in Monumentis mentio. Adhuc inter *villas* numerabatur *Utinum*, cui tamen imminebat nobile Castrum in colle positum. Hinc Advocatiam dicitur habuisse Comes Goritianus in his *villis*, *in Agello*, *Juaniz*, *Gonar*, *Percoto*, *Utino*, *Budrio*, *Orsara*, *Fagagna:* at vetus Forumjulium vocatur *Civitas*, ac etiam *Austria Civitas*.

IX. Successio, seriesque genealogica Goritianorum Comitum jam innotescit, scilicet *Mainardi*, & *Engelberti*, quos *Engelbertus* progenuit. Pars ergo stemmatis eorum augenda est.

memorantur. "Anno Dominicæ Incarnationis
" Millesimo centesimo octuagesimo sexto, Indictione quarta, quinto die Septembris. Ego Engelbertus Comes de Goritia, Aquilegensis Ecclesiæ Advocatus, in præsentia bonorum hominum, quorum nomina subter leguntur, cunctis Christifidelibus, tam præsentibus, quam futuris, notum facio: quod ego recognoscens, me injuriam Beliniensi Monasterio inferre, pro mea anima meorumque Antecessorum, omnem litem, quam cum Witemaro Beliniensis Ecclesiæ Abbate de Monte quodam apud Cremons, & de Decimis ejusdem montis, cum omni jure & pertinentiis ejus, una cum Filio meo Meginardo, consentiente quoque filio meo Engelberto, refutavi .... Actum est Aquilegiæ in Patriarchali Palatio ... " Firmissimis ergo,

B

team valde pulcram in dicta Ecclesia: verum mirabilem in Ecclesia Aquilejensi, quæ per Pastorum incuriam post longum tempus fuit Venetis pignorata: quam ipsi Veneti hodie pro pretioso servant thesauro.

IN Necrologio demum Aquilejensi hæc posterorum memoriæ tradita legimus ad Diem XV. Maii: *Pelegrinus secundus obiit: qui quingentas Marchas denariorum, & annulum aureum cum Rubino, & X. Marchas ad faciendam Tabulam auream, & cuppam auream ad faciendum calicem Ecclesiæ dedit: & centum Marchas ad emendum allodium Fratribus delegavit. Qui requiescit ante Sanctum Hermogenem.* Hæc satis Patriarchæ solicitudinem patefaciunt erga supremi Numinis cultum, Templorum altariumque decentiam, ac Ministrorum emolumenta.

CAPUT LXVII.

Emortualis Peregrini II. annus indagatur. Sedis initæ a Volchero Patriarcha successore constituitur epocha. In Pallii susceptione Sacramento pollicetur ille Romano Pontifici obedientiam in negotio Imperii. Præclara ejusdem Volcheri gesta. Istriæ & Carniolæ Marcha Henrico Andacensi adempta, traditur Ludovico Bavaro.

I. INTER vivos adhuc agebat Peregrinus II. anno incepto 1204. Fidem facit indubiam Instrumentum dotale *Alisiæ, filiæ quondam Rainaldi Principis Antiocheni*, Azzoni Marchioni Estensi desponsatæ, quod a Muratorio vulgatum est in Antiquitatibus Estensibus. Datum legitur *anno a Nativitate Domini* M. CC. IV. *Indictione* VII. *die Sabbati, qui fuit octavus exeunte Februario;* confectumque *in Provincia dicta Forumjulii, in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Clemena* (forte, *de Glemona*) *in præsentia Domini Pelegrini Dei gratia Sanctæ Aquilegiensis Ecclesiæ Patriarchæ.*

SED eodem provecto anno 1204. vita migrasse Peregrinum die quintadecima Maii, cer-

C

tum compertumque. Annum designant vetusta Monumenta, Chronicon Augustense, seu Stero in Annalibus, & Chronica Salisburgense, Claustro-Neoburgense, & Leobiense, in quibus hæc habentur: M. CC. IV. *Pilgrinus Aquilejensis Patriarcha obiit: cui Vuolfcherus Pataviensis Episcopus succedit, pro quo Popo Aquilejensis constituitur* Pataviæ Antistes. Difficultatem ingerit exemplum Tabularum, queis Advocatiam Aquilejensem, jusque placiti abdicasse Henricus Dux Carinthiæ perhibetur, ab Ughello vulgatum in Vodalrico II. Hac de re plura nos disseruimus Capite LXIII. nu. 5. Transumptum dicitur *a Magistro Alberto Domini Peregrini Aquilejensis Patriarchæ Notario ... anno Domini* M. CC. VI. *Indictione* IX.

D

die

„ quidem prævid . . . mortis meæ . . . attestare mea bona. Inprimis Canonicis Majoris „ Ecclesiæ pro anima mea dimitto unam . . . „ Monetæ Aquil . . . . . quamdam domum de „ allodio habeo, in qua Jacobus de Portis quondam meus gener &c. *Tabulæ desinunt*: Actum Aquilegiæ in Broilo præfati Stefani, „ secundo die intrante Octubre. Ego Magister Albertus D. Pelegrini Aquilegensis Patriarchæ Notarius interfui, & rogatu dicti „ Stefani hoc Testamentum scripsi, & corroboravi. „ Dixerit nemo, vitam cum Sede ad annum M. CC. XI. produxisse Peregrinum; id enim certissimis repugnat vetustis Monumentis. Singularis ergo prædicta clausula id unum fortasse indicat: Magistro Alberto factam a Peregrino Patriarcha facultatem, Notariale munus obeundi; ob eamque causam se, *Peregrini Patriarchæ Notarium* voluisse *appellare*, hoc est a Peregrino Patriarcha institutum.

DEFINITUM Peregrini emortualem annum confirmant Pataviensia Monumenta. Volchero ad Ecclesiam Aquilejæ translato, successit Popo Pataviensis Antistes, deinde Menegoldus. Mellicense Chronicon apud Pezium Tomo I. Rerum Austriacarum sic habet ad Annum M. CC. VI. *Popo Pataviensis Episcopus primo ordinationis suæ anno moritur: pro quo Manigoldus Pontificatus insulis decoratur*. Legimus quoque in Monumentis Tegernseensibus apud Hanzisium Tomo I. Germaniæ Sacræ: *Anno Domini Millesimo ducentesimo sexto Ecclesiæ Pataviensi præficitur Manigoldus*. Jam uno sederat anno in Ecclesia Pataviensi Popo; unde anno 1204. successerat ille Volchero, ad Ecclesiam Aquilejensem post obitum Peregrini evecto.

PATET annus, quo vitam cum morte commutavit Peregrinus. Emortualem diem notat citatum Aquilejense Necrologium *quintumdecimum Maii*. Tabulæ repugnant, quæ sub oculos occurrunt, in quibus *Peregrinus . . . Mathiussio & Driussio fratribus quondam D. Bartholomæi, habitatoribus loci . . . Sancti Danielis . . . concedit jure feudi . . . gironum ac Fortalitium Sancti Danielis*. Easdem a Bertholdo Aulæ Imperialis scriba actas legimus *in Ecclesia Aquilejensi anno Dominicæ Incarnationis* dieque quintodecimo Maii Peregrini emortuali: eodemque anno in Aquilejæ Sedem suffectum Volcherum, Sede Pataviensi dimissa, haud ambigendi locus est. Citata Chronica rem edisserunt. Accedit vetustus Laureacensium & Pataviensium Pontificum catalogus, quem Pezius vulgavit Tomo I. Rerum Austriacarum, in quo hæc habentur: *Vuolscherus de Leubrechtskirchen successit anno* M. C. XC. *Sedit Pataviæ annis* XIV. *Deinde anno Domini* M. CC. IV. *transfertur ad Aquilejensem Patriarchatum*; ubi familiam insuper habes progeniemque Volcheri *De Leubrechtskirchen*.

DECESSOR Peregrinus die 15. Maii vitam amisit, ac Sedem: nondum vero electum die 22. ejusdem Mensis confirmatumque Volcherum, evincunt citatæ Innocentii III. Litteræ ad ipsum *Pataviensem Episcopum* datæ apud Hanzisium *Laterani XI. Kal. Junii* Pontificatus *anno septimo*, idest anno 1204. die 22. Maii. Ejusdem Romani Pontificis ex Vaticano Tabulario depromptas Litteras, acceptasque a Florio, in lucem proferimus, quæ Volcherum ante diem 24. Junii ab Aquilejensi Canonicorum collegio postulatum docent. " Innocentius Papa III. . . , Pataviensi Episcopo. Cum bonæ memoriæ P. (*Peregrinus*) Aquilegensis „ Patriarcha nuper, sicut Domino placuit, „ viam fuerit universæ carnis ingressus; Canonici Aquilegensis Ecclesiæ convenientes in „ unum, assentientibus Nobilibus, & Ministerialibus, in te postulandum a nobis unanimiter convenerunt: & ad impetrandum „ postulationi suæ Apostolicæ Sedis assensum, „ Ven. Fratrem . . . (*Volricum*) Concordiensem Episcopum, & dilectum filium S. Magistrum scolarum, & W. Canonicos Aquilejenses, & quosdam Vassallos & Ministeriales „ Aquilegensis Ecclesiæ ad nostram præsentiam „ destinarunt. Nos autem, licet nobis de prudentia tua & honestate constaret, quia tamen de proposito non constabat; non potuimus, sicut non debuimus postulationem hujusmodi absolute protinus approbare, ne in „ honoris tui redundaret dispendium potius „ quam augmentum. Sane cum Pataviensi Ecclesiæ Sponsæ tuæ spiritualis conjugii vinculo sis astrictus, non posses alii nubere secun-
„ dum

„ utriusque statu pensato, si absque detrimen-
„ to Pataviensis Ecclesiæ, Aquilegensi Metro-
„ poli te credideris profuturum, factæ de te
„ postulationi non differas infra octo dies, post-
„ quam requisitus fueris, consentire. Alio-
„ quin si altera juvari nequiverit absque al-
„ terius læsione, tutius est juvare neutram,
„ quam alteram lædere, sicut novimus te le-
„ gisse. Ne autem Aquilegensis Ecclesia pro
„ te denuo postulando ad Sedem Apostolicam
„ rursum laborare cogatur, Venerabili Fratri
„ nostro .... (*Eberardo*) Salseburgensi Ar-
„ chiepiscopo, & .... (*Vualthero*) Episco-
„ po Gurcensi dedimus in mandatis, ut si po-
„ stulationi hujusmodi assensum tuum duxeris
„ impendendum, ipsi auctoritate nostra suf-
„ fulti a vinculo, quo tibi juncta fuerat Ec-
„ clesia Pataviensis, absolvant: & tibi ab ea
„ similiter absoluto licentiam tribuant ad A-
„ quilegiensem Ecclesiam transeundi. Datum
„ Laterani VIII. Kal. Julii anno septimo.„

JANUARIO Mense, quo Innocentius III. in Romanum Pontificem electus est, aut Februario, quo Pontificiam consecrationem accepit, anni æræ vulgaris 1204. inchoaverat ille septimum Pontificatus annum. Itaque ante diem 24. Junii Aquilejenses Canonici juxta juris formulas Patriarcham postulaverant Volcherum Pataviæ Antistitem. Postulationi *assensum* dedere *Nobiles*, & *Ministeriales* Provinciæ: missique Romam fuerant Episcopus Concordiensis aliique, ut Sedis Apostolicæ benevolentia fruerentur. Nondum prædicta die Volcherus annuerat, aut certe propositum ejus Romano Pontifici ignotum erat. Hinc ad ipsum litteræ datæ, ut infra octo dies mentem aperiret. Dimissa Pataviensi Ecclesia, Aquilejensium postulatis acquievit: ipsumque instituit confirmavitque eodem anno Patriarcham Innocentius.

III. MOX ipsi Pallium consueto more misit Pontifex; simulque injungendum censuit, ut

„ in Teutonia, quam in Italia, similem no-
„ bis professionem fecerunt, aut is qui pro eo-
„ quod talem facere noluit, meruit ab officio
„ Pontificali suspendi, non debeant contra nos
„ scrupuloso corde moveri; tanquam apud
„ nos sit acceptio personarum, aut in manu
„ nostra pondus, & pondus quasi statera dolo-
„ sa consistat. Alioquin propter inobedientiæ
„ culpam, quæ secundum Prophetam idolola-
„ triæ comparatur, ut de reatu perjurii ta-
„ ceamus, nisi feceris quod præcipimus, in-
C „ fra Mensem ex tunc usum Pallii tibi nove-
„ ris auctoritate Apostolica interdictum..„

PRÆSTITURUS *corporaliter* juramentum dicitur Volcherus; hoc est, tactis vel inspectis Sacrosanctis Evangeliis, vel Cruce Dominica & Sanctorum Reliquiis admotis, sublataque aut protensa manu. Hæc juramenta *corporalia* appellabantur, ut ab iis distinguerentur quæ sola voce, aut scripto concipiuntur: eademque a laicis frequentius, non a Sacerdotibus, mos invaluerat, ut exposcerentur. Satis officio suo, votisque Pontificis cumulatissime fecit Volcherus, ut narrare pergimus.

IV. PHILIPPO Regi studebat ille, ejusque partes sectabatur, dum Sedem Pataviensem tenebat. Romam ab Innocentio causam dicturus, evocatus est: ejusque mandatis anno 1203. D promptissime paruit. Sese impactis calumniis purgavit: fecitque sponsionem, quam Romanus Hierarcha imposuerat. Ad ipsum, postquam ad propria remigraverat, dedit Innocentius *Laterani* Epistolas XI. *Kal. Junii Pontificatus anno septimo*, Christi 1204. ab Hanzisio descriptas, in quibus Volcheri promissio continetur, quam ipse Sacramento firmatam Romæ emiserat. Iterum eidem ad Ecclesiam Aquilejensem evecto indixit Pontifex, ut Sacramento, quod in receptione Pallii emitti consuetum erat, apertam adderet professionem obsequendi Pontifici *in rebus super negotio Romani Imperii*.

AT-

nihil apud eum omisisti de contingentibus; quamvis ex iis, quæ tibi mandata fuerunt, aliqua videaris apud alios omisisse. Ipsius Philippi responsum improbat Pontifex in negotio Ecclesiæ Moguntinæ: in quo *sic ille volebat dimittere Liupoldum* (Archiepiscopum) *intrusum, ut & Sifridum Archiepiscopum omnino cessare* Innocentius juberet. Gratum habet acceptumque; *quod inter ipsum Philippum*, & *adversarium suum* Ottonem, *treguas libenter admisisset*. Suggeritque demum Volchero, ut pacis amorem, bonamque voluntatem Philippo inspiret: *Et tu, Venerabilis Frater in Christo, sicut pacis amator, suggeras Principi memorato ut cum treguæ fuerint postulatæ, illas sine difficultate concedat; quatenus nos ex illis occasionem & materiam assumamus, ad pacem Imperii salubriter procurandam, quam utique toti orbi Christiano necessariam reputamus*. Ad idem pertinent argumentum Epistolæ, centesima tricesima octava *Illustri Regi Ottoni*, & centesima tricesima nona *Salzeburgensi Archiepiscopo*.

Legatos a latere, Hugolinum Ostiensem, & Leonem S. Crucis, S. R. E. Cardinales, in Germaniam direxit Pontifex, qui de pace æquis conditionibus firmanda pertractarent. Quid egerint ipsi, narrat ibidem laudatus Otto de S. Blasio: *Itaque die condicta in inferioribus Rheni partibus, non procul a Colonia convenientes, post multa passim tractata, Ottoni a Philippo per Cardinales offertur, ut accepta in uxorem filia ejus cum Ducatu Alemanniæ, aliorumque prædiorum suorum redditibus, Regio nomine deposito, ipsi de cætero ut Regi pareret, Philippo exhinc sine controversia regnante*. Repugnat Otto: neque sanciri optatissima pax potuit. Rem narrant lato calamo Otto de S. Blasio, Arnoldus Lubecensis, & Albertus Stadensis. Pauca subjicio, quæ in eodem Regesto Innocentii habentur num. 142. in Processu Legatorum Apostolicæ Sedis: VI. *Bis eos ad colloquium perduxerunt, tractantes cum ipsis de pace: quam cum consummare non possent, septimo statuerunt inter eos treguas unius anni: & sic tractatum pacis*

B *prio, in quo jacebat infirmus, interfectus est Julio Mense, eodem Patriarcha adhuc Mediolani existente*. Necis nuncium, ejusque auctores Hugolinus in Langobardia Legatus significat Pontifici: *Sabbato proximo*, inquiens, *ante Festum Sancti Joannis Baptistæ, Dominus Philippus cum paucis de familia sua, exercitu in campo dimisso, Civitatem Papembergensem intravit: eoque hora in Palatio Episcopali quiescente, dictus Patinus Comes* (quem Annalistæ vocant Ottonem de Witilinspach) *cui D. Philippus filiam dederat & abstulerat, cum Duce Bavariæ, & Marchione Istriæ fratre ejusdem Episcopi* (Bambergensis,) *& aliis decem viris armatis, Palatium in quo D. Philippus erat ingressus, pulsansque ad ostium cameræ, more* C *admittitur consueto. A quo cum D. Philippus verba jucunda & consolatoria, ut consueverat, expectarct; ille statim cultellum, quo erat accinctus, exeruit ... ipsum transfodit gladio, & jugulavit*. Henricus e Comitibus Andacensibus, filius Bertoldi Meraniæ Ducis, frater Ecberti Bambergæ, & Bertoldi Aquilejæ Antistitum, Marcham Istriæ hoc tempore administrabat. Stemma Comitum Andacensium consule, quod exposuimus Capite LXI. Hunc appellat Otto de Sancto Blasio *Marchionem de Anedchse*.

Philippi morte accepta, Germaniæ Principes Francofurti comitia habuerunt: summoque animorum consensu Ottonem designavere Germaniæ Regem. Prima ejus gesta perstrin- D git Otto de S. Blasio: *Post hoc*, inquiens, *apud Castrum Noricum colloquium habens* ipse Otto, *a Bavaria in Alemanniam pervenit: ibique in Epiphania Domini apud Augustam colloquium habens, Ottonem Palatinum de Vvitilinspach, necnon Marchionem de Anedehse lege Bavarica sententialiter propter occisum Philippum proscripsit: eosque dignitatibus, beneficiis, ac prædiorum suorum redditibus, sine spe recuperationis, judicialiter privavit, dignitates eorum in alios transferens, aliisque beneficia concedens*. Marcham Istriæ creditam fuisse Duci Bavariæ, videlicet Ludovico, filio Ottonis Schyrensis Comitis Palatini, qui Du-

queis ipsi admonentur: ut quantum pro viribus possunt impediant, *ne quisquam* alius præter Ottonem *de novo eligatur in Regem*. Votis Pontificis factum satis. Hinc aliam Volchero dedit Epistolam Innocentius num. *167. quatenus illustri Regi Ottoni in Romanorum Imperatorem* a Germaniæ Principibus *electo adhæreat: eique assistat viriliter, & potenter*. Notæ Chronicæ sunt: *Laterani* XIV. *Kal. Septembris, Pontificatus undecimo*, æræ vulgaris anno 1208.

TUM Summo Pontifici lubentissime paruit Patriarcha, tum optimam erga Ottonem voluntatem præclaris operibus comprobavit. Sibi quoque acceptissimi Viri opera uti voluit novus Rex: ipsumque *misit in Lombardiam*, (ut habet Chronicon Placentinum apud Muratorium Tomo XVI. Scriptorum Italiæ, ad Annum M. CC. VIII.) *qui accepit fidelitatem a Lombardis*. Hæc diligentiore calamo memorat Innocentius in Epistolis C. LXXV. & insequente ad Volcherum datis, quem *Vualterum appellat*. Hisce gratulatur eidem de legatione a Rege demandata, Imperii & Ecclesiæ honorem commendat, facitque recipiendi nomine suo Terram Mattildis facultatem. "Waltero „ Patriarchæ Aquilegensi. Gratum gerimus „ & acceptum, quod ad mandatum nostrum „ Carissimo in Christo Filio nostro Illustri Re„ gi Ottoni in Romanorum Imperatorem ele„ cto fideliter adhæsisti, quodque ad manda„ tum ipsius suscepisti Legationem pro ipso in „ Italia exercendam, cum pro certo creda„ mus, quod hujusmodi legationis officium ad „ honorem & profectum tam Ecclesiæ, quam „ Imperii, tanquam mediator idoneus, in„ tendas utiliter exercere. Ut autem id vali„ dius exequaris; ecce juxta petitionem tuam „ scribimus Potestatibus, Consulibus, & po„ pulis Civitatum Lombardiæ, ac Thusciæ ad „ Imperium pertinentium, prout magis vidi„ mus expedire. Super eo vero, quod de Ter„ ra Comitissæ Mathildis nobis per latorem „ præsentium intimasti, hoc tibi duximus ref-

sto num. *169.* 178. 181. & 182. Quo de argumento hactenus ineditam, ut puto, in lucem profero Epistolam, quam Florius sæpe laudatus a se descriptam, humanissime mihi tradidit. "Dei gratia Otto &c. W. viro hono„ rabili, & amico, & Patri Reverendissimo „ Patriarchæ Aquilejensi, gratiam suam, & „ bonam voluntatem. Multo affectui, & so„ licitudini tuæ, quam circa nos habuisti, & „ habes, sicut nec potuimus nec possumus con„ digne respondere, te tamen sicut nosmet„ ipsos in omni bono & prosperitate semper „ consistere affectamus. Dies tuos in pace opta„ mus prolungari; & in omni felicitate & gau„ dio te eosdem consummare semper optabi„ mus, sicut debemus, cum desiderio sitienti: „ quia nihil aliud te velle, vel desiderare ve„ raciter agnoscimus, nisi bonum nostrum, & „ ea quæ pacis sunt, & quæ ad nostrum & Im„ perii omnimodis conducunt honorem. Un„ de cum status noster, quem semper in bona „ felicitate prosperari desideras, bonus sit; „ eum tibi exponere volentes, significamus, „ quod sani sumus & incolumes per gratiam „ Dei, a quo omne bonum recognoscimus. Et „ quod super Lantgravium proditorem no„ strum cum exercitu nostro magno & forti „ potenter consistimus; & terram ejus, & ca„ stra vastavimus, & incessanter vastamus: „ sicut Nuncius tuus poterit tibi intimare. Et „ tam eum, quam alios ita suæ machinationis „ fecimus, & faciemus pœnitere, quod modo „ in sua præsumptione frustrati, de cætero „ nihil talium contra nos audebunt attentare. „ Insuper quoque tuæ voluntati ac consilio sa„ tisfacientes, significamus tibi: quod matri„ monium, omnibus fidelibus & amicis nostris „ diu desideratum, cum Carissima Conjuge „ nostra Beatrice die Dominica ante festum „ B. Jacobi feliciter & solemniter consumma„ vimus. Quod tuæ voluntati tanto affectuo„ sius esse recognoscimus, quanto magis no„ bis ac benevolis nostris non dubitamus pro„ futurum. Cum itaque te, tanquam dimi-

„ dium

,, mus, & in omni bono prosperari desideramus, nos frequentius reddas certiores; quia ,, tuum bonum, non minus quam proprium ,, diligimus, & commodum nostrum reputamus. De statu autem Venetorum, qualiter ,, se circa nos habeant, te volumus experiri: ,, & caute apud eos studeas investigare, qualem nobiscum affectent habere compositionem. (*Venetos namque sibi amicos vehementissime optabat Otto.*) Quia per Dei ,, gratiam, & auxilio fidelium nostrorum, ,, Lantgravium inimicum nostrum ad eam jam ,, perduximus & perducemus necessitatem; ,, quod Castrum suum Wrzensse, & ipsam Civitatem, eo invito & suorum fautorum, indubitanter obtinebimus, præter alia Castra ,, sua, quæ jam cepimus, & ea quæ in brevi ,, obtinere proponimus, nisi idem a sua stultitia mature resipuerit, & ad nostram (quod ,, solum ipsi superest remedium) quantocius ,, gratiam redierit, & amorem. Nuncium vero tuum Magistrum Laur. ideo scias nos retinuisse, ut per ipsum si qua inter nos & ,, Lantgravium intervenerit compositio, te possimus reddere certiorem. Volumus etiam & ,, monemus, ut Nuncios tuos ad partes Italiæ ,, dirigere sæpius studeas, qui ipsos Lombardos ,, in nostro frequentius confortent servitio. ,, Dat. Wrzensse III. die Kal. Augusti.,, Plura scitu digna prolatæ complectuntur Ottonis Epistolæ, ipsiusque singularis erga Volcherum benevolentiæ egregium perhibent testimonium. Datæ videntur eodem anno 1209.

SACRAMENTUM emiserat Otto Bulla aurea communitum *apud Spiram XI. Kal. Aprilis*, quo sancte pollicebatur, Præsulum electiones impostерum non invadere, insequi ac delere hæreticos, possessiones omnes restituere Ecclesiæ, operamque dare, ut in fide Ecclesiæ Romanæ Sicilia consisteret. Iter ad suscipiendam Mediolani, & Romæ Coronam aggreditur. Augustam venit, indeque ad Alpes *ante Assumptionem Beatæ Virginis*, ut Annalistæ produnt: castraque metatus est ad lacum Benacum *die 14. Kal. Septembris*. Mox trajecto Athesi Veronam, deinde Mediolanum pergit, ubi Coronam accepit, teste Gualvaneo Flamma in Manipulo Florum Capite CC. XLII. nachus Coloniensis: atque ad diem *quartam* ejusdem Octobris Nonas.

PROMISSIS, quæ sacramento firmaverat, non stetit Otto. Spreto contemptoque Ecclesiasticæ auctoritatis fulmine, furebat: elatusque blandientis fortunæ eventis, belli molem contra Siciliam convertit. Ab eo Principes desciscunt, novumque eligunt Germaniæ Regem Fridericum II. anno 1212. Quatuor ipsius Epochæ in Diplomatibus distinguuntur. Annos *Regni Siciliæ* numerabat Fridericus ab anno Christi 1198. quo ipsius in Regem Siciliæ inauguratio peracta est. Ducuntur anni *Regni Germaniæ* ab anno Christi 1212. quo contra Ottonem vocatus a Principibus, Germaniam intravit. In annis *Imperii* difficultas occurrit nulla; cum unanimis eo redeat Scriptorum fides, Fridericum anno 1220. coronam suscepisse Imperialem Mense Novembri, Ottone e vita sublato. Anni supersunt *Regni Jerosolymitani:* quos ipsum numerare cœpisse ab anno 1226. adnotat Abbas Gotwicensis, adhuc vitam agente Joanne Rege Hierusalem ejus socero.

PRÆCLARA Volcheri pro votis Romani Pontificis narravimus gesta: ansa tamen Innocentio data, ut de ipso, ac Ottone, dum adhuc Romanæ Sedi obsequebatur, querimonias haberet; ac si eorum mandato *Peregrini de Transmarinis partibus redeuntes detenti fuerint, nec permissi ad propria libere remeare.* Quanquam *detestandi facinoris* (inquit, meliora de Volchero sentiens) *executorem vix credimus extitisse* Patriarcham: *cum ille non ignoraverit, Crucesignatos hujusmodi, eundo, & redeundo, sub speciali Sedis Apostolicæ protectione consistere; ac tam a se, quam ab aliis Ecclesiarum Prælatis non opprimi, sed confoveri debere.* Data est Epistola *Viterbii* VII. *Idus Julii, anno duodecimo* Pontificatus, Christi 1209. Eodem agit de argumento Pontifex in Epistola, quæ sequitur apud Baluzium, ad ipsum *Patriarcham Aquilegensem* scripta.

V. ADEMPTAM Marcham Istriæ anno 1208. Henrico Andacensi adnotavimus *propter occisum Philippum*, ut ait Otto de Sancto Blasio. Non solum Istria, sed etiam Carniola multatum, tradit Anonymus Leobiensis: ac utramque narrat, Ludovico Bavaro conlatam

ipse Ecclesias curæ suæ concreditas inviseret, earumque prospiceret emolumentis. Patriarcha inauguratus Forojuliensem provinciam lustravit; tum Veronam proficiscitur anno 1206. ubi splendore pene regio excipitur ab Antistite Omnibono, Majorisque Ecclesiæ Canonicis: composuitque dissidium, quod inter istos eruperat, ac Adelardinum de Capite Pontis, Vidonemque ejus Nepotem; utraque parte equum sibi adsciscente, quo ipse ab urbis porta ad Ecclesiam Majorem equitaverat. Rem hanc latissime exponunt conscriptæ Tabulæ, quas in Episcopis Veronensibus vulgavit Ughellus. Sequiore ætate jurgium idem emersit, sævitque Canonicis Bertrandus Patriarcha. Obsolevit demum mos ille invectus; omnisque contentionum ansa præcisa.

AQUILEJENSIUM Canonicorum cœtui, quos impense diligebat, ab Ottone Rege anno 1208. confirmationem Volcherus obtinuit jurium bonorumque, quibus illi potiebantur. Diplomatis initium profero. " In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto quartus „ divina favente Clementia Romanorum Rex, „ & semper Augustus. Ad æternæ beatitudinis meritum, & prospera temporalis Imperii gubernacula apud Regem Regum credimus nobis proficere, si justas spiritualium „ personarum petitiones circa Ecclesiarum opportunitates clementer attendamus, ipsarum „ jura confirmando, nostroque clipeo protectionis eas ab injuriarum occursibus defensando. Noverit igitur Christi & Imperii nostri fidelium præsens ætas & futura: qualiter nos intuitu Divinæ retributionis, & simul ob petitiones Dilecti & Fidelis nostri „ Principis Volscheri Venerabilis Aquilejensis „ Ecclesiæ Patriarchæ, totiusque Capituli sui, „ eamdem Ecclesiam Sanctæ Mariæ Sedis Patriarchalis cum personis, & possessionibus, „ cunctisque bonis, ac pertinentiis ejus in no-

INTER testes locum habent *Ludovicus Dux Bavariæ*, cui Marcha Istriæ, jam Henrico Andacensi adempta, tradita fuerat; *Meinardus Comes Goritiæ*, *& Albertus de Tirol*. Hæc vero dicuntur acta *anno Dominicæ Incarnationis* M. CC. VIII. *Regnante Domino Ottone quarto Romanorum Rege Glorioso*, *anno Regni ejus* XI. *Dataque* sunt *apud Augustam* ... *Idus Januarii Indictione* XII. Januario mense *in Epiphania Domini*, teste Ottone de S. Blasio, anno 1208. *apud Augustam colloquium habuit Otto*. Sed eo Mense adhuc annus Regni ejus C decimus in cursu erat: habuitque anno insequente initium indictio *duodecima*.

VULGATUM aliud ex Codice ornatissimi Viri, Apostoli Zeni profert Diploma Ottonis Venetus Italiæ Sacræ Editor, quo ratam firmamque habet *Romanorum Rex semper Augustus* largitionem *Ducatus Forojulii cum omni jure & pertinentiis suis*, *& sanguinolento denario*, *scilicet feritis*, *plagis*, *vulneribus*, *homicidiis*, *furtis*, *& omnibus maleficiis*, *quæ ad correctionem & bannum Principum spectare noscuntur*. Itemque *Transactiones* sua firmat roboratque auctoritate *inter Peregrinum* (II.) *Patriarcham & Maynardum Comitem*, *& inter Vvoldaricum* (II.) *& Engelbertum Comitem*, *super Advocatia aliisque factas*. Datum D Diploma legitur apud Ughellum Venetæ Editionis *anno* M. CC. IX. *apud Augustam Indictione* XII.

II. CONLATAS Ludovico Bavaro Istriæ, & Carniolæ Marchas, quæ Henrico Andacensi ob necem Philippo Regi inlatam ademptæ fuerant, ægre ferebat Volcherus. Suæ jura Ecclesiæ strenue tutatus est: ipsique causa cessit pro votis. In MS. Codice, qui *Thesauri Claritas* inscribitur, alioque in Indice Diplomatum & Documentorum ad Istriam pertinentium, *Transumptum privilegii Ottonis Quarti* recensetur: *qualiter Dux Bavariæ per definiti-*

Regem, *& Ludovico Duci Babariæ collata*, *sibi restitui impetravit*. In Indice allegato *Privilegium* innuitur *de Marchionatu Istriæ*, *& Carniolæ concessum per Ottonem Imperatorem* M. CC. VIII. *cum Bulla aurea*.

FRIDERICUM II. anno 1212. in Regem electum contra Ottonem, jam narravimus: ab eoque de jurium suorum firmitate solicitus Diploma obtinuit Volcherus, quod Privilegio insertum Caroli IV. vulgavit Muratorius Tomo XVI. Scriptorum Italiæ. Præcessorum confirmantur conlata beneficia: adseriturque Ecclesiæ Aquilejensi " Marchia, Carniola, & „ Istria cum Comitatu & honore, & universis „ pertinentiis, omnique jure Imperiali; secundum quod ab Ottone Imperatore, tunc „ ante Rege, Aquilejensi Ecclesiæ, de consilio & voluntate Principum, ratione antiquorum Privilegiorum suorum, libere & absolute Wolcherio Patriarchæ supradicto, & per „ eum Aquilejensi Ecclesiæ, in perpetuum possidendum donavit atque concessit. „ Linguæ latinæ sphalmata corrige. Hæc *acta* dicuntur *anno ab Incarnatione Domini Millesi.* CC. XIV. *Indictione secunda*, *mensis Februarii septimo exeunte*, *apud Augustam in Curia Generali*. Inter testes numeratur *Albertus Comes Tirolis*.

III. GESTA persequor Patriarchæ, Ecclesiarum Cœnobiorumque emolumentis, proximorumque utilitati consulentis in Provincia Forijulii. Ejus consilio ac petitione, Leonardus Monachus Rosacensis, qui erat ipsi a Sacello, Belniensi præficitur Abbatiæ. Ne quid Monachorum juri derogatum videretur, sequentes Tabulæ confectæ sunt. " Volfkerus Dei „ gratia Sanctæ Sedis Aquilegensis Ecclesiæ „ Patriarcha. Notum facimus universis hanc „ paginam inspecturis: quod dum Beleniensis „ Ecclesiæ quondam Abbas viam universæ carnis fuisset ingressus; Conventus, & confratres illius Cœnobii ad petitionem nostram „ Capellanum nostrum, Leonardum Rosacensem Monachum, in Dominum & Abbatem „ elegerunt, pro quo intercessimus ea spe & „ fiducia, quod idoneus & utilis tantæ credebatur administrationi. Nos igitur, sicut „ nostra interest ejusdem Ecclesiæ honori & uti- „ Kalendas Januarii: præsentibus Fulcerio Parentino Episcopo, Conrado quondam Tridentino Episcopo, Henrico Aquilegensis Ecclesiæ Archidiacono, Philippo Aquilegensi „ Canonico, W... Archidiacono, Henrico „ Pincerna, Johanne de O... & aliis quampluribus.

B

DICTUM Conradum legimus *quondam* Tridentinum Episcopum. Docet namque Epistola Innocentii III. quæ Libro X. num. 72. recensetur: ipsum regimine Ecclesiæ Tridentinæ se abdicasse, ut *apud Ecclesiam S. Georgii super Montem in vita Monastica militaret Domino*: jam voto religiosæ professionis emisso, voluntatem mutasse, *carne & sanguine præpeditum*: datum a Pontifice in mandatis Episcopo Patavino, *ut nisi memoratus Episcopus* Conradus *justam & necessariam causam ostenderet*, *quare cedendi mutaverit voluntatem*, *ipsum ut cederet* Episcopatui *moneret*, *& induceret diligenter*: ab eoque demum resiliendi rationes adductas, quas veluti vanas futilesque rejecit Innocentius. Hinc *Episcopo Tervisino & Alberto Presbytero Mantuano* datum a Pontifice in mandatis: quatenus *Capitulum Tridentinum attentius* admoneant, *ut infra octo dies personam idoneam sibi eligant canonice in Pastorem*. Datæ sunt Epistolæ *Laterani* IX. *Calendas Junii anno decimo*, idest Christi anno 1207. adeoque Conradus *quondam* Episcopus Tridentinus nuncupari debuit in Tabulis, quas anno 1210. conscriptas novimus.

C

IV. PIUM præclarumque sequitur opus, quod optima incepit, perfecitque voluntate Volcherus. Peregrinorum securitati, qui per Provinciam iter agebant, sedulo prospiciens, maximeque dolens angustias christianorum, qui captivi apud Saracenos miserrime affligebantur, erigendum Xenodochium duxit. Consilium insederat ipsi, ut hospitio peregrini liberaliter exciperentur; subsidioque pecuniæ, quæ ex ejusdem loci proventibus colligeretur, ac redundaret, captivi christiani levarentur. Rem hanc posterorum memoriæ tradendam scripto reliquit Pertoldus, Volcheri successor, in Tabulis anni 1249. quæ ævi illius historiam satis illustrant.

D

TABULAS ipsas publici juris facimus, quas

» continetur. Cui Hospitali de consensu Canonicorum, Vassallorum, necnon & Ministerialium Sanctæ Aquilegensis Ecclesiæ dedit, B & in proprium jure proprietario possidere fecit Ecclesiam de Camartio, & VI. mansos in eadem Villa cum omnibus suis pertinentiis, cultis & incultis, & insuper terram cultam illi Stratæ adjacentem, ex utraque parte terminatam & limitatam: in latitudine a terra Abbatissæ S. Mariæ usque ad flumen Isontium, in longitudine a Riuda usque ad Hospitale Sancti Johannis. Quæ terra, ut Scriptura dicti continet Privilegii, tempore illius donationis erat deserta, & nunquam ab homine utiliter habitata, apta latronibus & prædonibus, qui frequenter ibi latitabant, ibique transeuntes homines Aquilegiam venientes, & inde redeuntes spoliabant, & interficiebant. C Pro hac malitia, & alia difficultate magnarum paludum in prædicta Strata multi miserabiliter periclitabantur; quousque per Dei adjutorium prava in directa, & aspera in vias planas convertit: sicque fugatis territisque latronibus, prædictum hospitale ad viarorum securitatem & pacem, necnon ad Stratæ custodiam ibidem erexit, atque dotavit: & in eo Viros spirituales, & probatæ religionis, tam Clericos, quam Laicos, locavit Deo servituros; qui ad Dei laudem amplificandam illi novellæ structuræ invigilarent & intenderent, & de Stratæ reparatione curam gererent, non tamen ipsam Stratam reparare suis sumptibus tenerentur. D Sed cum aliqua ruptura in ipsa strata ex impetu aquarum, vel alio casu accideret; Magister Hospitalis cum consilio Patriarchæ, qui pro tempore fuerit, vel aliquorum Majorum de Aquilegia, ad reficiendam illam rupturam, & stratæ reparationem duas Marchas Den. Aquil. si necesse foret, singulis annis expendere teneretur: nec ultra illam summam in Stratæ reparatione teneretur expendere, nisi de libero arbitrio aliquid aliud super duceret erogandum. Patriarcha vero, & Civitas Aquilegensis, & quilibet sicut cuique Deus inspiraverit, de totali Stratæ reparatione integraliter provideret; tamen maxime Pa-

» dissolvebantur, quam a .... nuditate, fame, & siti. Asperitates & dolores inexplicabiles dictorum captivorum præfatus Wolcherus venerandæ memoriæ Prædecessor noster vidit, & intellexit ... temporibus audebat eis, nec poterat per helymosinarum largitiones quispiam subvenire. Demum Treugis ordinatis inter Christianos & Saracenos, dictus Prædecessor noster obtinuit apud Regem Serafandinum privilegium, ut libere & secure mitterentur eis helymosinarum consolationes. Unde sæpedicti W. Prædecessoris nostri in fundatione præfati Hospitalis hæc principalis fuit intentio, ut cum per agriculturam, & per alia adjuvamina, & per bonorum hominum pias erogationes Hospitale prædictum processum haberet, & augmentum; Provisores ejus singulis annis quæcumque super victum & vestitum necessarium, stratæque reparationem prædicto modo faciendam, jam dicto Hospitali & personis ibi ministrantibus superabundarent, congregarent fideliter, ut opportuno tempore ad Transmarinas partes mitterent, & in alimoniam prædictorum captivorum integraliter converterentur. Dedit insuper eidem Hospitali, & cum consensu Canonicorum Aquilegensium & Vassallorum & Ministerialium Aquilegensis Ecclesiæ in perpetuum, fecitque omnes Decimas Novalium, quæ tunc temporis erant, & futuræ fuerant in terra supradicta: quæ Decimæ tunc temporis absolute, & sine ulla contradictione spectabant ad ipsum jure Patriarchatus. Dans eis licentiam & auctoritatem, recipiendi ad sepulturam quoslibet Catholicos volentes ibi sepeliri, Ecclesiis unde corpora sumentur portione Canonica reservata. Statuens etiam; quod nulli personæ nomine Advocatiæ esset subjectum, nisi Aquilegensi Ecclesiæ & Patriarchis, qui pro tempore ibi forent: & ut illam Advocatiam nullus Patriarcha unquam deberet infeudare; quod si fieret, pro infecto & nihilo haberetur. Adjiciens insuper, ut idem Hospitale Aquilegensi Ecclesiæ in signum subjectionis urnam olei de prænominatis Mansis de Camartio ad luminariam Ecclesiæ, & libram incensi persolveret: & ut

» illi

„ Peregrini de Manzano Sancti Felicis Præpo-
„ siti extitit ei, & Aquilegensi Ecclesiæ sine
„ alicujus contradictionis obstaculo expedita
„ cum omnibus suis pertinentiis, pratis, cam-
„ pis, pascuis, silvis, aquis, & cum omni ju-
„ re, præfato Hospitali. Ita tamen ut Præce-
„ ptor sæpedicti Hospitalis, qui pro tempore
„ fuerit, singulis annis in die Beati Hermacho-
„ ræ in signum subjectionis unum .... Came-
„ ræ Aquilejensi persolvere: cum quo Cali-
„ ces, & si qua forent in eadem Camera,
„ quæ indigerent reparatione, deaurari de-
„ berent, ac etiam si opus foret renovari.
„ Pro cujus villæ de Blasic permutatione Re-
„ ctor hospitalis prædicti postmodum recepit
„ duos Mansos in Villa de Agello, & duos Man-
„ sos in Villa de Bicinigo, & quamdam terræ
„ quantitatem cum molendino in Villa de
„ Campolongo. Ut autem supradicta rata per-
„ manerent, &... perpetuo perseverarent,
„ idem Ven. Prædecessor noster de præfatis om-
„ nibus Privilegium scribi jussit, & sui sigilli
„ Patriarchalis munimine roborari.

„ Nos vero, qui Deo auctore Aquilegensi
„ Ecclesiæ licet immerito præsidemus, quod
„ per sæpe memoratum Prædecessorem no-
„ strum provide super præmissis omnibus.....
„ aliæ duæ Marchæ ipsius Hospitalis, quæ in
„ Stratæ reparatione addantur expendendæ;
„ ut........ ipsum Hospitale, salvis his om-
„ nibus quæ superius continentur, spirituali
„ & Advocatia nobis retentis, ut prædictum
„ est, Hospitale S. Joannis Hierosolymitani.
„ (*Sensus corruptus est vitio apographi.*) Ita
„ videlicet ut Provisores ejus quæcumque su-
„ pra victum & vestitum necessarium, Stra-
„ tæque reparationem ..... est faciendum
„ in dicto Hospitali, ut personis ibi ministran-
„ tibus superabundaverint, fideliter congre-
„ gent, & servent, & opportuno tempore
„ Rectori præfati Hospitalis transmittant, in
„ alimoniam, & sustentationem dictorum ca-
„ ptivorum omnimodis convertenda. Cæte-
„ rum si dictarum helymosinarum consolatio-
„ nes præfatis captivis, superveniente impe-
„ dimento legitimo, deferri non possent, vel
„ captivi non invenirentur: quæ in eorum
„ usus & alimoniam convertenda erant, con-
„ re, vel ejus juri tam in personis, quam in
„ rebus sibi attinentibus quisquam præsumat
„ derogare, vel in aliquo malignari: hoc Pri-
„ vilegium memorati Prædecessoris nostri, &
„ per nos de consensu nostri Capituli appro-
„ batum, conscribi fecimus, & sigillorum no-
„ stri, & præfati munimine roborari: ana-
„ thematis sententia ferientes eum, quicum-
„ que prædictis in aliquo præsumpserit obvia-
„ re. Actum in Capitulo Aquilegensi, præ-
„ sentibus Dominis, Bonacursio Episcopo E-
„ monensi, Magistro Joanne electo Parenti-
„ no, Joanne Præposito Sancti Stefani, Ma-
„ gistro Urnigero Vicedomino; Nobili Viro
„ Biagno de ..... Aquino, & Varmozuro
„ de Mels, Matthæo de Rivarotta, Pectenia-
„ no de Ragona, Henricho Papafava de Mels;
„ Magistro Marsilio Capellano Domini modo
„ Patriarchæ, Catonello & Conrado Canoni-
„ cis Parentinis; Marco, Cuppo, & Nicolao
„ Civibus Aquilegensibus testibus, & aliis plu-
„ ribus. Ego Ottobregenia Canonicus Aqui-
„ lejensis his omnibus interfui, & de mandato
„ ipsius Domini Patriarchæ, & præfati Capi-
„ tuli hoc Privilegium feci, & dedi. Hæc fa-
„ cta sunt sub anno Domini Millesf. CC. XLIX.
„ Indictione septima, sextodecimo die exeun-
„ te Decembrio; *seu die 16. ejusdem Mensis.*„

Dati a Volchero Privilegii annus deside-ratur. Annum 1213. aut insequentem indicare videntur *Treguæ*, quæ *inter Christianos, & Saracenos ordinatæ* memorantur. Ad annum quidem 1213. pertinent Innocenti III. litteræ, quas ad annum sequentem refert Richardus de Sancto Germano in Chronico, *Nobili Viro Sephadino Soldano Damasci & Babyloniæ* scriptæ. Idem est ac *Serafandinus* in Tabulis appellatus. Hortatur, rogatque ipsum Pontifex, ut Terram Sanctam Christianis restituere velit: utque *dimissis utrinque captivis, quiescamus* (inquit) *a mutuis impugnationum offensis*. Datæ leguntur Epistolæ *Laterani* XIII. *Calen. Maii*, *Pontificatus nostri anno sextodecimo*: quæ Chronicæ notæ, scriptas anno 1213. litteras evincunt, perperamque in annum sequentem conjectas a Richardo. Eodem anno idem Chronista litteras describit, ad Innocentium datas a Patriarcha Jeroso-

impedirentur.

ERECTO Xenodochio adjungitur Ecclesia, in *Camartio* posita. An vero Camartius fuerit *Campus-Martii?* Hac appellabantur olim voce, ut adnotat Cangius in Glossario, Comitia publica, seu generales Conventus, quos Franci primæ stirpis Reges singulis annis *Martio* Mense indicere, eosque celebrare consueverant in patenti *Campo*, & sub dio. Hinc non a *Marte*, sed a Martio Mense originem ducit appellatio. Conventus eosdem Pipinus Rex Francorum, secundæ stirpis caput, commoditatis facilitatisque causa, trahendos ad Calendas *Majas* decrevit: dictique imposterum illi fuere *Campi-Maii*, *Madii*, *Magi*. Campus-Martii, & *Campus Martius* differunt. Is erat, eodem Cangio adnotante, planities ampla juxta Civitates ac majora Oppida, in qua armorum exercitationi dabant Cives operam. An ergo *Camartius* potius fuerit Campus Martius?

INTER Episcopos, qui testes vocantur, alter est *Joannes Parentinus:* diciturque *electus;* unde sedis ejus innotescunt tempora, quæ ignoravit Ughellus, neque novit Venetus Editor: itemque anno 1249. jam sedebat in Civitate-nova Istriæ, seu Emonæ Præsul Bonacursius.

V. PLURIBUS etiam largisque beneficiis conlatis Metropolitanam Ecclesiam Aquilejensem, Collegiatamque civitatis Forijulii cumulavit Volcherus. Tabulas affert Ughellus confectas *anno* M. CC. X. *Indictione* XIV. VI. *Idus Novembris apud Flumisellum;* quibus *Plebs de Puzzol* Aquilejensi Canonicorum cœtui traditur, ad Sacram Metropolitanæ Patriarchalis Ecclesiæ augendam supellectilem. Ducitur a Septembri Mense Indictio *quartadecima*.

MUNERA Civitatensibus Canonicis ab eodem Patriarcha data, ejusdemque sane impetrata patrocinio ac favore, Documenta patefaciunt, quæ subjicio. Alterius, quod in eorum adservatur Archivo, prima verba refero. "In Nomine Domini Amen. Anno Do-
„ mini M. CC. XIV. V. Nonas Madii, In-

Volcherum, ex hisce Tabulis intelligimus.

ALTERIUS Documenti, quod anno 1216. confectum est, apographum habetur, quod Mainardum, Engelbertum, hujusque Filium, Comites Goritianos, abdicantes exhibet, compensatione recepta, jus advocatiæ, quo potiebantur, in *Mansos*, ejusdem Civitatensis Canonicorum cœtus in Faganea positos. Tabulas, quas humanitati debeo Laurentii a Turre, pretium est operæ in lucem proferre, ut præsto sint Monumenta, quæ Comitum Goritianorum stirpem ac genealogiam illustrent.
„ In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis
„ Amen. Anno Domini M. CC. XV. XII. die
„ intrante Decembri, Indictione quarta; in
„ præsentia Henrici Aquilegensis Archidiaco-
„ ni, Stephani Decani Aquilegensis, Uldo-
„ rici..... & Conradi Veneti, & Thoma-
„ sini de Brazaco Canonicorum Aquilegen-
„ sium.... Joannis de Zuccula, Artuici de
„ Varmo, Rodulphi de Areis.... & aliorum
„ multorum. Comes Marquardus (*Mainardus*)
„ de Goritia pro pretio XXX. Marcharum,
„ quas Otto Decanus pro Capitulo Civitatensi
„ wadiavit dare, resignavit in manu Domini
„ Wolcheri Patriarchæ Aquilegensis Advoca-
„ tiam de Faganea, quam habebat in Man-
„ sis Canonicorum Civitatensium, quos olim
„ emerat a Wolchero Milite de Civitate: &
„ ibidem Dominus Patriarcha contulit eam-
„ dem Advocatiam præfatæ Ecclesiæ Civita-
„ tensi, dicto Ottone Decano recipiente no-
„ mine ipsius Ecclesiæ: deditque nuncium
„ Ecclesiæ ad intromittendum Joannem de
„ Zuccula. Insuper idem Comes Marquardus
„ (*Mainardus*) dedit vadium dicto Ottoni
„ Decano recipienti nomine Ecclesiæ Civita-
„ tensis sub pœna XXXV. Marcharum: quod
„ faciet resignare fratrem suum Comitem En-
„ gelbertum, & Filium ejus, eodem modo
„ in manu Domini Patriarchæ Aquilegensis
„ eamdem Advocatiam, & eam dari dictæ
„ Ecclesiæ Civitatensi. Similiter Fidejussor ex-
„ titit Rodulphus de Areis. Actum in Civi-
„ tate in Palatio Patriarchæ. Ego Wolricus
„ Im-

Ecclesiastica disciplina, decretaque in Terram Sanctam expeditio. Suos Oratores Otto IV. & Fridericus II. miserunt: alter quidem, ut obtenta venia, Imperium recuperaret, a quo dejectus fuerat: alter vero, ut sua electio in Regem Œcumenici Concilii auctoritate confirmaretur. Utrinque de tanto negotio fluctuantibus, asperioribusque animis decertatum: ipseque Innocentius *assurgens e Pontificio solio*, (verba sunt Richardi a Sancto Germano) *manu silentio indicto, Sacrum Senatum dimisit: cumque a Beati Martini ad Sancti Andreæ Festum ter Concilium coëgisset; electionem Principum qui Fridericum salutarant Imperatorem, confirmavit.*

SYNODO Volcherum adfuisse, colligi posse ex ejusdem Innocentii litteris anno insequente datis videtur, quæ ipsum diserte narrant, *iter arripuisse ad Sacrum Concilium*. Absente Patriarcha, sumpsit animos Mainardus Comes Goritianus, quem *secundum* appellamus: proque jure Advocatiæ, quod in Pagum Farræ sibi vendicabat, eamdem *villam ingrediens, Capitulo Aquilegensi damna gravia irrogavit*. Delatæ jam fuerant Patriarchæ Canonicorum querimoniæ; utriusque partis ad examen vocata, quæ adducebantur, momenta rationum; ac lata demum adversus Comitem sententia. Robur accessit Apostolicæ auctoritatis: *quatenus eamdem sententiam, sicut rationabiliter prolata* fuerat, *usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, firmiter* Mainardus *observaret*.

VII. HÆC omnia complectuntur Tabulæ, jussu Jordani Episcopi Patavini conscriptæ. Ipsi namque demandatum fuerat, ut Pontificias Epistolas ad Mainardum Comitem transmitteret, ipsumque ad satisfactionem Aquilejensi collegio reddendam cogeret. *In Nomine Dei æterni. Anno ejusdem Nativitatis Millesimo Ducentesimo sextodecimo, Indictione* IV. *die tertio intrante Junio; Paduæ in Episcopali Palatio, coram Presbytero Bartholomæo de Clausuris, Acerbo Clerico de Capite-Sylvæ, Capellano D. Jordani Dei gratia Padovani Episcopi, Raimundo Clerico de Sorbaria, Magistro Al-*

B „ strarunt: quod cum inter ipsos ex parte una, „ & Nobilem Virum M. Comitem de Goritia „ Aquilegensis Diæcesis ex altera, super Advocatia villæ de Fara, possessionibus, & rebus aliis coram Ven. Fratre nostro Patriarcha ..... iter arripuit ad Sacrum Concilium ...... per violentiam Villam ingrediens memoratam, eidem Capitulo damna gravia irrogavit. Ne igitur nominatus Comes de sua valeat contumacia gratulari; Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eamdem sententiam, sicut rationabiliter est prolata, facias auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, firmiter observari:

C nihilominus memoratum Comitem ad satisfaciendum præfato Capitulo de damnis ipsis ab eodem illatis per censuram Ecclesiasticam, sublato appellationis impedimento, compellens. Dat. Laterani III. Idus Februarii, Pontificatus nostri anno octavo-decimo. „ *Unde vobis, qua fungimur auctoritate, firmiter præcipiendo mandamus: quatenus die quintodecimo a Litterarum nostrarum receptione Paduæ ante nostram præsentiam veniatis; memorato Capitulo Aquilegensi facturi prout Justitia postulaverit rationem, vel sufficientem pro vobis transmittatis Responsalem.*

INSERTÆ Pontificiæ litteræ, quæ datæ sunt III. *Idus Februarii*, *Pontificatus* Innocentii *anno octavo-decimo*, spectant ad annum Chri-

D sti, 1215. si peracta spectetur Pontificis electio die 8. Januarii. At Pontificatus ejus annos a consecratione, seu a die 22. Februarii computandos, arbitror; adeoque litteras easdem in annum 1216. conjicio: ipsumque negotium quo de agitur, luculentissime id evincit.

VIII. INSEQUENTE anno vitam amisit Volcherus, ac Sedem. Inita eodem anno inter ipsum, Ducemque Austriæ ac Stiriæ occurrit conventio, quam ex Tabulario Capituli Civitatensis descriptam dispendium operæ non fuerit in lucem proferre. Ministerialium permutatio quædam perficitur; eorumque mutua traditio fit Glemonæ, utroque præsente, Pa-

„ bii, ad petitionem nominati D. Suiredi, dedit & perpetuo credidit memorato Domino Duci Austriæ duos filios ejusdem D. Suiredi, & Rodulphum, & Warnerum, & unam filiam ipsius nomine Bertam: quod quidquid possidebat D. Suiredus in Ragonia, ad justum feudum debet habere. Ita videlicet, quod tam ipsi Rodulphus, & Warnerus, ac Berta, quam alia proles ipsius D. Suiredi universa debeat hereditare perpetuo totum Feudum & Allodium, quod tunc habebat D. Suiredus in sua Tenuta, tam in Ragonia, quam alibi ubicumque habebat, & tunc habere videbatur, & possidere tam a supradicto Domino Duce, quam ab Ecclesia Aquilegensi indifferenter: & quod prædicti heredes Domini Suiredi possint emere in Castro Ragoniæ imposterum tam domos, quam sedimina a quocumque habitatore Castri ejusdem cum eo jure, quod habent & visi sunt habere, & fuerunt ipsi vendentes, sine requisitione & licentia prædicti Domini Ducis, heredum, & Successorum ipsius. Et pro his præsens Dominus Dux ibidem incontinenti dedit, & tradidit in perpetuum ipsi Domino Patriarchæ, & Ecclesiæ Aquilegensi, medietatem totius prolis supradicti D. Alrami, quam tunc habebat, & habiturus erat, & filium D. Henrici de Cols nomine Pelegrinum. Tamen tali tenore, quod tota proles D. Alrami debeat hereditare perpetuo tam Feudum, quam Allodium a præfato Domino Duce, & Ecclesia Aquilegensi indifferenter. Actum Glemonæ in Ecclesia Majori; in præsentia Domini Archiepiscopi Colocensis, C. Tergestini electi, A. Concordiensis electi; D. Meinardi & Engelberti Comitum de Gorze, D. Artuici de Varmo, Domini L. de Tarcento, D. Henrici quondam Marchionis de Andex, D. Almerici de Osop, Cononis filii ipsius, Suiredi de Peuma, D. Conradi de Condrumberch, & aliorum. Ego

tionis. Primus in Tabulis nostris adhibetur testis *Archiepiscopus Colocensis*, scilicet Pertoldus aut Bertoldus ex Comitibus Andacensibus, qui Volchero in Sedem Aquilejensem suffectus est. Hunc decepti dixere nonnulli *Coloniensem* Archiepiscopum. Colocia, sive Colocza Civitas est in Comitatu Bacsiensi in Hungaria, olim *ad Statuas*, sive *ad Colosios*, vel etiam *ad statuas colosios* nuncupata. De Metropoleos hujusce origine agit Ludovicus Thomasinus Tomo I. Novæ & Veteris disciplinæ Ecclesiæ Libro I. Capite XLV. num. 6.

SEQUITUR *Conradus* Tergestinus, littera initiali C. designatus. Appellatur *electus:* C idemque nihilominus jam ab anno 1214. tenebat, quo latæ per Volcherum sententiæ in causa Dynastarum *De la Frattina* subscribit. Electi frequentius hoc ævo dicebantur Episcopi; hoc est, nondum sacra Pontificali manuum impositione initiati. Prædicta prostat sententia in Tabulis Tergestinis apud Ughellum Venetæ editionis. Tertius est Concordiensis Antistes, non *Albertus*, ut Ughello placuit: sed *Almericus*, ut Hieronymus David evincit. Is etiam *electus* dicitur: *electumque* appellant, eodem Scriptore teste, Libri Anniversariorum, qui in Ecclesia Concordiensi adservantur.

SUCCEDUNT *Mainardus* (II.) & *Engelbertus* (III.) *de Gorze*, seu de Goritia. Aderat denique *Henricus quondam Marchio de Andex.* D Nobilissimæ Familiæ stemma descripsimus Capite LXI. quod Arenpekius delineavit. Henricus nuncupatur *quondam* Marchio Andacensis. Causam aperuimus Capite præcedente, quam refert Otto de S. Blasio inquiens: *Apud Augustam* (Otto IV.) *colloquium habens* (anno 1208.) *Ottonem Palatinum de Vitilinspach, necnon Marchionem de Anedebse lege Bavarica sententialiter propter occisum Philippum proscripsit: eosque dignitatibus, beneficiis, ac prædiorum suorum redditibus sine spe recuperationis judicialiter privavit; dignitates eorum in alios transferens, aliisque beneficia concedens.*

CA-

I. VOLCHERI annum, diemque emortualem consignatum definitumque habes in Catalogo II. Laureacensium, & Pataviensium Pontificum apud Pezium Tomo I. Rerum Austriacarum: *Anno Domini* M. CC. IV. *transfertur Volcherus ad Aquilejensem Patriarchatum: ubi sedit annis* XIV. *Obiit ibidem* VI. *Cal. Februarii anno* M. CC. XVIII. Annum retinet, aliumque diem notat Necrologium Aquilejense: X. *Kal. Febr. anno Domini* M. CC. XVIII. *sanctæ memoriæ Volfkerus Patriarcha obiit in Domino.*

A

CŒTU coacto Aquilejensium Canonicorum, dissidioque inter ipsos moto, eligunt alii Volricum Canonicum, alii postulant Pertoldum Andacensem, Colociæ in Hungaria Archiepiscopum. Hujus postulationem, & electionem illius, utpote vitio laborantes, irritas habuit Honorius III. Romanus Pontifex, rejecitque. Rem narrant ipsius Pontificis litteræ. Verba sunt. " Honorius Papa III. Capitulo Aquilegensi. Cum nuper Aquilegensi Ecclesia vacante Pastore, quidam ex vobis in Ven. Fratrem nostrum B. (*Bertoldum*) Colocensem Archiepiscopum postulandum a nobis contulerint vota sua; & alii Wlricum Concanonicum vestrum duxerint eligendum, utrique super his Procuratores idoneos ad nostram præsentiam transmiserunt, quibus benignam concessimus audientiam, & diligenter audivimus quæ curaverunt proponere coram nobis. Quia vero ex hinc inde propositis plenius intellectis constitit, tam postulationem, quam electionem prædictas contra formam Concilii Generalis fuisse præsumptas, de Fratrum nostrorum consilio electionem eamdem cassavimus, & postulationem non admisimus factam de Archiepiscopo supradicto, reservando nobis potestatem Ecclesiæ vestræ secundum officii nostri debitum providendi. " Reliqua cum notis chronicis infra dabimus.

B

C

D

STATUERAT scilicet Innocentius III. in Concilio Œcumenico Lateranensi IV. anno 1215. celebrato Canone XXIV. certam & constantem in futuris Episcoporum electionibus servandam formam, quæ vel *Scrutinio*, vel *Compromisso*, vel demum *Adoratione* seu inspiratione perageretur: *aliterque electionem factam non valere*, declaraverat. Forma prædicta non servata, Volricus electus fuerat Aquilejensis Patriarcha, postulatusque Pertoldus.

II. PRO sua, sedisque Apostolicæ auctorite laudatum Pertoldum, pluribus nominibus commendandum, instituere placuit Honorio Aquilejæ Patriarcham. Quæ sequuntur in memoratis Epistolis, ex Vaticano Tabulario depromtis, verba sunt: " Sane habito postmodum super ejusdem Ecclesiæ provisione cum Fratribus nostris diligenti tractatu, nolentes ut gregi dominico deesset diutius cura Pastoris, & credentes firmiter præfatam Ecclesiam sub prædicti Archiepiscopi regimine debere proficere, ac a malignorum injuriis consistere posse securam; ipsum eidem Ecclesiæ præficiendum providimus, & ad ejus curam & sollicitudinem transferendum. Hinc est, quod eumdem Archiepiscopum a vinculo, quo tenebatur, Colocensis Ecclesiæ absolventes, ad supradictam Ecclesiam vestram transferimus, & licentiam sibi ad eam tribuimus transeundi, Pallium sibi ad nomen & usum ejusdem Ecclesiæ transmissuri. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus cum honore debito recipientes eumdem, sibi tanquam Prælato vestro, & Pastori animarum vestrarum humiliter intendatis, ejus salubria monita & præcepta suscipiendo devote, ac plene in omnibus observantes. Alioquin sententiam, quam ipse rationabiliter tulerit in rebelles, ratam habebimus, & servari firmiter usque ad satisfactionem condignam auctore Domino faciemus. Dat. Laterani VI. Kal. Aprilis anno secundo.

SEDEM Pontificiam indeptus fuerat Honorius III. anno 1216. die 18. Julii, consecratione accepta die 24. ejusdem Mensis. Hinc die 27. Martii anni æræ vulgaris 1218. annus currebat secundus regiminis ab Honorio adsumpti. Annum vero, diemque habes electionis Pertoldi in Aquilejæ Patriarcham. Eumdem annum

mate *Ecbertum* Bambergæ Antistitem: quod etiam nomen retinet Hoffmanus in Annalibus Bambergensibus apud Ludewigum.

TRES ejusdem Pertoldi, primum Colocensis Archiepiscopi, deinde Aquilejensis Patriarchæ, sorores memorat idem Arenpekius, *Gertrudem* uxorem Andreæ Regis Hungariæ, *Agnetem* Franciæ Reginam, & *S. Hegvvidem* Duci Silesiæ nuptam. Quartam patefacit suppresso nomine *Abbatissam* Albericus. Quintam denique profert in lucem Chronicon Mellicense a Pezio vulgatum Tomo I. Rerum Austriacarum, in quo ad Annum M. CC. XLII. dicitur *Bertholdus Patriarcha Aquilegensis, frater Ottonis Ducis Meraniæ, cujus soror Mectildis Comitissa Tyrolis;* eamdemque indicare videtur Anonymus Leobiensis apud eumdem Pezium, qui ad Annum M. CC. LXXII. sic habet: *Meinhardus Comes, Alberto patre ex filia Marchionis Andacensis Viri nobilissimi ortus.* Latiore calamo hac de re, quæ minime indubia compertaque haberi debet, infra dicemus.

OTTO Dux Meraniæ, & frater Pertholdi nostri, teste Arenpekio in Stemmate Comitum Andacensium, vita functus est anno 1248. Eumdem notant emortualem annum Chronica, Mellicense, & Salisburgense. In illo hæc habentur: M. CC. XLVIII. *Obiit Otto junior Dux Meraniæ, & Comes Palatinus Burgundiæ, sine liberis, interfectus a suis in Castro Nistnstrangen, ultimus suæ stirpis, paterna fundatione in Lankaim sepultus.* In Additamentis ejusdem Chronici Mellicensis floruisse dicitur circa annum 1241. alter Pertoldi frater, Henricus: M. CC. XLI. *Floruit circa hæc tempora Heinricus Marchio Istriæ, frater Ottonis Senioris* (Junioris) *Ducis Meraniæ, cum conjuge Sophia sepultus in Andacensi.* Obitum ejus refert Arenpekius ad annum 1228. quam amplectitur Chronologiam Hoffmannus in Annalibus Bambergensibus. Hæc insuper habet Arenpekius Libro V. Chronici Bajoariorum Capite XIII. *Hainricus ultimus Comes de Andachs... Castrum suum de Andachs destruxit, ne de cætero aliquis Comitum suorum Consanguineorum sibi usurparet: & eodem anno, videlicet Chri-*

B Bernardum Pezium Tomo III. Thesauri Anecdotorum Novissimi: " Andreas II. filius Be-
„ læ III. (*Rex Hungariæ*) de filia Berctoldi
„ Ducis de Civitate Meraniæ (*Gertruda*) ge-
„ nuit Belam, Colomannum, Andream, &
„ Beatam Elisabeth. Sed proh dolor! Huma-
„ ni generis inimico procul dubio suadente,
„ ab Hungaris occisa est (*Gertruda*) anno Do-
„ mini M. CC. XXI. Causa autem quare occi-
„ sa sit, sic se habet. In desponsatione Sanctæ
„ Elisabeth filiæ suæ, quæ nupta fuit Ludovi-
„ co Lantgravio Thuringiæ, nuptiæ in Buda
„ Civitate Hungariæ celebratæ sunt: quibus
„ Berchtoldus Patriarcha Aquilegensis, frater
„ Reginæ Gertrudis, interfuit. Qui videns
C „ quamdam Comitissam valde pulchram, eam
„ convenit & oppressit. Dum vero Comitissa
„ hoc malum Marito suo conquesta esset, Pa-
„ triarcha querimoniam vilipendens ad pro-
„ pria remeavit. Temporibus igitur paucis
„ elapsis, prædictus Comes Petrus Bankbanus,
„ Magnificus Vir, de genere Bor oriundus, su-
„ spicionem sinistram habuit, quod Regina con-
„ scia fuerit, & consensum præbuerit hujus ma-
„ li, quod uxori suæ acciderat. Unde tempo-
„ re sibi congruo convenit quosdam maleficos
„ pro pecunia: qui nocturno tempore Reginæ
„ Cameram ingressi, & ipsam strangulantes
„ suspenderunt. Quo facto omnes hi malefici
„ membrorum contractionem inciderunt: Et
„ mane familiaribus intrantibus, omnes muti
D „ inventi sunt; uno excepto, qui omnem rem
„ ut gesta erat narrabat. Qui omnes ob hoc
„ malum suum sequenti nocte pœnam mortis
„ subierunt. Hæc, & alia signa apud Regi-
„ nam claruerunt. Cui Episcopus Strigonien-
„ sis misit in Epistola amphiloica ista verba:
„ Regina nolite occidere timere, bonum est,
„ si omnes consentiunt, ego non contradico.

CORRUPTUM hujus loci postremum textum, quem nemo intelligat, lucide exponit Anonymus Leobiensis: prædictumque turpitudinis facinus Ecberto Bambergensi imputat, ejusdemque consciam traducit Gertrudem. Chronicon ejus prostat apud Hieronymum Pezium. Ad *Annum* M. CC. XIII. hæc habentur:

tur:

INVICEM si duæ comparentur historicæ narrationes, validissima duo occurrunt momenta, quæ crimen amoliuntur Patriarchæ impactum. Facinoris Reginam consciam, ait Anonymus Leobiensis: id solum in suspicionem venisse, narrat Arenpekius. Iste Pertoldum stupratorem facit, adulterum, ac sacrilegum: ille Egbertum fratrem.

ACCEDUNT Chronologiæ calculi, qui definito intentati criminis tempori adversantur. Gertrudis necem ad annum 1213. refert Anonymus Leobiensis: adprobantque Chronographiam Stero in Annalibus, & Auctor Chronici Salisburgensis. Sibi minime constat Arenpekius, qui Gertrudis nefarie peremptæ obitum anno 1212. illigat in Stemmate Comitum Andacensium, & anno 1221. loco supra citato Chronici Bajoariorum. Vitio fortasse typorum mendum cubat in priore numero: diffidensque hæc oriri rursum Chronologia potest ex æquivoco *Desponsationis* nomine. Matrimonium Elisabeth cum Lantgravio initum si mavis intelligere, id anno 1221. contigit: quod si promissio sponsalitia significetur, eademque a parentibus facta, hanc longe ante peractam scimus, ipsa Elisabeth solum annum ætatis quartum nata. Utrumque narrat Theodericus in ejus Vita. Capite I. refert ille: tum in lucem prodiisse Elisabeth *anno Dominicæ Incarnationis* 1207. tum eam *non multo post* Ludovico Turingo nutu Dei desponsatam, *anno a Nativitate ejus quarto*, Christi 1210. vel insequente, *in Thuringiam adductam*, ut ibi enutriretur: simulque in Thuringiam processisse *comitatum, & familiam multam cum apparatu copioso, prout tantæ Nobilitatis excellentia requirebat*. Addit etiam Capite VIII. Ludovicum *anno ab Incarnatione Domini* 1221. *Dominam Elisabeth virginem castam .... duxisse uxorem: conjunctumque esse Dei nutu Virum fidelem cum muliere fideli, Sanctum cum Sancta, innocentem cum innocente.*

ATQUI vero turpe facinus, quo Pertoldi, vel etiam Ecberti fama infuscatur, contingere haud potuit anno 1221. quo matrimonium initum fuit; cum pridem interfectam periisse Ger-

B inlatam Reginæ a Comite Petro necem; anno quippe 1210. vel 1211. nuptiæ celebratæ fuere; quæve *tempora pauca* fluxisse dicuntur ante Reginæ mortem, integrum biennium vel triennium intelligat nemo.

VERUMENIMVERO aliam neci Gertrudis datam ansam, aliamque causam probatissimi aperiunt Scriptores: Andrea scilicet marito bellum in Ruthenos movente, Gertrudem uxorem conjuratione facta interemptam obiisse. Steronis ad Annum M. CC. XIII. profero verba: *Regina Gertruda Ungarorum, Mater Sanctæ Elisabeth, Sponso expeditionem contra Ruthenos movente, a Comite quodam Petro trucidatur: qui & ipse subsequenti nocte in ultionem sceleris cum aliis jugulatur. Cui Episcopus*
C *de Gran misit in Epistola amphibologica: Reginam occidere nolite timere bonum est: si omnes consentiunt, ego non contradico*. Eadem narrat Chronicon Salisburgense: remque testatur disertissime Theodericus: *Regina Mater ipsius*, inquiens, *a Magnatibus & Proceribus Regni, in mortem ipsius malitiose conspirantibus, crudeliter interfecta est*. Facile consentiunt quamplures, quos allegat in Annalibus Bambergensibus Hoffmannus: ipsorumque fidem & ipse sectatur. Una eorum hæc sententia est: Scelerati facinoris calumniam ex odio Hungarorum in Germanos prognatam: structasque vitæ Gertrudis ab Hungaris insidias, quod ipsis prætermissis Regina crederе-
D tur Germanorum emolumentis plus nimio intenta.

IV. DIVÆ Elisabethæ Vitam, a Canisio vulgatam, ad posterorum memoriam litteris tradidit Theodericus Turingus Ordinis Prædicatorum. Non eumdem hunc esse cum Theoderico de Apoldia, Vitæ Sancti Dominici scriptore, pluribus evincunt Quetifus, & Echardus in Bibliotheca Scriptorum ejusdem Ordinis. Ejusdem probatissimæ Feminæ munere, Codicem Psalmorum cum litaniis ac precibus, inauratis litteris pictisque imaginibus speciosissimum, possident Civitatenses Canonici, servantque in Archivo.

ID enim patefaciunt inscripta quædam ver-

„ nostro Capitulo Forojuliensi, hortatu Bertoldi Patriarchæ, qui frater erat Geltrudæ, „ ex Ducibus Meraniæ, ejusdem Elisabeth genitricis. Codex vero ante ducentos annos „ scriptus fuerat in usum alterius *Geltrudæ*, „ cujus genus in obscuro latet: quanquam ex „ Principum progenie fuisse, ex eo liquet quod „ non semel ipsa orat *pro Petro filio meo unico, & exercitu ejus*. Hæc Codicis ætas deducitur ex Pagina duodecima, in qua visitur Imago picta ejus qui Librum scripsit, „ offerentis Librum ipsum Egberto Præsuli, „ ut ex versu hinc inde expresso: *Donum fert Ruodprebt quod Presul suscipit Egbrebt*. Non „ alius hic est, quam Egbertus Trevirorum „ Archiepiscopus, qui eam rexit Ecclesiam „ ab anno *979.* ad *993.* Nam Sancti, qui pictis imaginibus in Psalterio, & grandioribus & aureis litteris in Litaniis repræsentantur, sunt pariter Episcopi Trevirenses. „ Ergo inter memoratos annos *979.* & *993.* „ Codex noster exaratus fuit: & quidem in Urbe Trevirensi, vel loco alio ejus Diœcesis, „ in qua etiam *Geltrudam* Principatum habuisse suum suspicari licet. „

NONNULLORUM, qui recensentur in litaniis ac invocantur, pictisque repræsentantur imaginibus, Divorum nomina refero. Sunt enim *Eucherius*, *Valerius*, *Felix*, *Maximinus*, *Agritius*, *Paulinus*, *Marus*, *Apruncu- lus*, *Leontius*, *Magnericus*, *Modoaldus*: quos omnes inter Cælites veneratur Ecclesia Trevirensis.

V. VIX Aquilejensem obtinuerat Sedem Pertoldus, cum belli faces Tarvisini in perniciem Forojuliensis Provinciæ accenderunt. Imperium quoque Patriarchæ detrectabant Forojuliensium quamplures, qui se suaque Castra, beneficii titulo a Patriarchis accepta, Tarvisinis tradiderunt, eorumque civitate donati sunt.

TABULAS profero: quo ex fonte hanc Historiæ partem hausere Scriptores Forojulienses. „ Anno Domini Mill. CC. decimo-nono, Indictione VII. die Dominico quinto-decimo „ intrante Septembri, Tarvisii in Curia Majori, in præsentia..... Hæc est Posta, Pa-

„ ra & spontanea voluntate, constituerunt se B „ Cives Civitatis Tarvisii per se & suos heredes in perpetuum, tanquam alii Cives hujus Civitatis Tarvisii: & omnem jurisdictionem suarum terrarum, & locorum, & „ specialiter infrascriptorum, & suorum hominum tam servorum quam liberorum omnium prædicto Potestati, pro Communi Tarvisii accipienti........ Nomina vero Castrorum, & locorum, quæ suprascripti Milites dederunt, & concesserunt prædicto Potestati, & Communi Tarvisii, sunt ista. „ Scilicet Andricus & Warnerius fratres de „ Pulcinico cum vexillo dederunt & concesserunt jam dicto Potestati, pro Communi Tarvisii accipienti, & ipsi Communi Pulcinicum, & Pizan. Et Bernardus & Leonardus C „ fratres de Sonembergo eodem modo cum „ vexillo dederunt, & concesserunt Sonembergum. Et Henricus de Villalta eodem modo cum vexillo dedit, & concessit Villaltam, & Urusbergum. Et Federicus de Cauriago eodem modo cum vexillo dedit, & „ concessit Cauriagum, & Tercentum, & Livilinum. Et Rodulphus de Sevorgnano eodem modo cum vexillo dedit, & concessit „ Severgnanum. Et Federicus prædictus de „ Cauriago, & Articus filius Odolrici de Cauriago eodem modo cum vexillo dederunt & „ concesserunt Porpedum...... Et Articus „ de Straso eodem modo dedit, & concessit „ cum vexillo Straso. Et Diatricus de Fon- D „ tanabona eodem modo dedit, & concessit cum vexillo Fontanambonam. Et Conradus & Articus fratres de Castiliro eodem „ modo cum vexillo dederunt, & concesserunt Castilirum, & Jacobus de Budrio eodem modo cum vexillo dedit, & concessit „ supradicto Domino Vicecomiti Potestati Tarvisii, vice & nomine Communis Tarvisii „ recipienti, & ipsi Communi Tarvisii Budrium. Et juraverunt omnes suprascripti „ Milites, sequi Dominum Vicecomitem Potestatem Tarvisii, secundumquod continetur „ in Quaternis Communis Tarvisii, & in brevi „ sequi eumdem Potestatem. Et quod jurabunt, „ deinceps quolibet anno sequi Potestatem, vel „ Con-

„ Dabeam Civitati & Communi Tarvisii pro
„ se, & suis hominibus liberis, & servis. Et
„ dabunt, & solvent pro pondere & quantita-
„ te centum quinquaginta Millium libr. de-
„ nariorum Veronensium, quando & eodem
„ modo & ordine, quo fiet in Civitate Tar-
„ visii. Scilicet hoc modo: quod Andricus &
„ Warnerius prædicti de Pulcinico dabunt &
„ solvent pro pondere XVI. Mill. lib. Et Ber-
„ nardus & Leonardus de Sonembergo pro pon-
„ dere III. Mill. lib. Et Henricus de Villal-
„ ta pro pondere XXXII. Mill. lib. Et Con-
„ radus & Articus de Castiliro pro pondere
„ IV. Mill. lib. Et Jacobus de Budrio pro pon-
„ dere V. Mill. lib. Et Rodulphus de Sever-
„ gnano pro pondere VIII. Mill. lib. Et Ar-
„ ticus de Straso pro pondere VIII. Mill. lib.
„ Et Diatricus de Fontanabona pro pondere
„ VI. Mill. lib. Et Odolricus de Cauriaco pro
„ pondere XXXIV. Mill. lib. Et Federicus de
„ Cauriaco pro pondere XXXIV. Mill. libr.
„ Et quod aperient sua Castra & loca Pote-
„ stati & hominibus Tarvisii & ejus districtus,
„ vel Consulibus qui pro tempore fuerint, quæ
„ habent & habebunt ipsi & eorum heredes
„ Forojulii in Werra & pace: & in eis reci-
„ pient, & custodient, & defendent ... Pot.
„ & cives Tarvisinos, & homines ejus distri-
„ ctus ad voluntatem Potestatis & Consulum,
„ qui pro tempore fuerint. Et hoc idem fa-
„ cient in eundo, redeundo, stando in omni-
„ bus suis locis, & terris & Fortilitiis. Et da-
„ bunt, & concedent plenum, & largum, &
„ tutum Mercatum, prout melius poterunt,
„ omnium rerum per se & suos heredes, &
„ homines suos tam liberos quam servos, in
„ omnibus suis locis & terris, hominibus Tar-
„ visii & ejus districtus, & eorum amicis. Et
„ specialiter in omnibus exercitibus, & Ca-
„ valcatis, & Wardis, quæ fient per homines
„ Tarvisii & ejus districtus & eorum amicos
„ in Forojulii, nullo banno vel pœna per eos
„ vel suos super his impositis. Et .... stra-
„ tas securas in eundo, & redeundo, & stan-
„ do facient pro posse hominibus Tarvisii &
„ ejus districtus, & eorum amicis. Et Wer-

B „ tota sua forcia, & omni suo posse tam mi-
„ litum, quam peditum suis expensis .....
„ Si vero ab ista parte Liquentiæ, adjuvabunt
„ prædictum Commune Tarvisii, & homines
„ Tarvisii & ejus districtus cum suis militibus
„ bonis & idoneis, suis expensis .... quali-
„ bet vice. Et quod ement interea omnes res
„ immobiles, vel quæ inter immobilia com-
„ putantur, divisione facta inter eos, secun-
„ dum quod inferius declarabitur, ab hac par-
„ te Liquentiæ, sine omni fraude, in Distri-
„ ctu Tarvisii, valentes decem Mill. lib. de-
„ nariorum Veronensium, usque ad tres an-
„ nos, datis bonis fidejussoribus hujus Civita-
„ tis, & hoc arbitrio Potestatis. Et quod ea
C „ non alienabunt aliquo modo sine verbo Po-
„ testatis vel Consulum, qui pro tempore fue-
„ rint, dato cum toto Consilio, vel majori
„ parte, ad utramque campanam convocato.
„ Salvo eo, quod si generalem obligationem
„ suorum bonorum de cætero fecerint, in pœ-
„ nam propter hoc Communi Tarvisii non ca-
„ dant. Nec tamen per hoc aliquod præjudi-
„ cium Civitati, vel Communi Tarvisii in
„ dictis bonis generetur. Nec per hoc Civi-
„ tatem Tarvisii, seu Potestatem prædictis
„ hominibus verbum obligandi, seu alienandi
„ in dictis rebus videatur seu intelligatur de-
„ disse. Et quod quilibet eorum infra annum
„ in Civitate Tarvisii domum propriam con-
D „ venientem pro sua habitatione habebit, nec
„ eam prout dictum est de terris alienabit; &
„ emere debeant res immobiles hoc modo.
„ Videlicet Odolricus de Cauriaco MM. CC.
„ LXVII. lib. Et Federicus de Cauriaco MM.
„ CC. LXVII. lib. Et Rodulphus de Sever-
„ gnano CCC. & XXXIV. lib. Et Andricus
„ & Warnerius de Villalta MM. C. XXXIV.
„ lib. Et Articus & Conradus fratres de Ca-
„ stiliro CC. LXVII. lib. Et Bernardus & Leo-
„ nardus de Sonembergo CC. lib. Et Jacobus
„ de Budrio CCC. XXXIV. lib. Et Articus
„ de Straso CCC. XXXIV. lib. Et Diatricus
„ de Fontanabona CCCC. lib. Et si aliquis il-
„ lorum Militum haberet terras vel possessio-
„ nes ab hac parte Liquentiæ, & districtus
„ Tar-

„ suprascripta & infrascripta, quæ in hac Po- B „ sta continentur, observent & attendant. Et „ facient jurare omnes homines suos, tam liberos, quam servos, in suis locis & Forciis „ habitantes, quod jurabunt sequi Potestatem „ Tarvisii, salvare & custodire & defendere „ Commune Tarvisii, & omnes homines Tarvisii & ejus districtus, cum rebus in eorum „ districtu & Forcia, pro posse, in eundo, & „ redeundo, & stando. Et facere stratas, & „ mercata secura. Et quod bona fide operam „ dabunt, ut suprascripti Milites & Domini „ omnia, quæ in hac Posta continentur, attendant & observent. Et de omnibus suprascriptis & infrascriptis, vel eorum aliquo, „ non petent aliquo modo, vel recipient absolutionem. Et si forte daretur, vel fieret „ per aliquam personam, quod ea non teneat, „ & irrita habeatur, & non valeat. Et illa „ non obstante, omnia jura, quæ in hac Posta continentur, teneantur & serventur. „ Et hoc toties quoties fieret absolutio. Et „ hæc Posta quolibet quinquennio ab utraque „ parte renovetur, si requisitum fuerit, infra „ mensem post requisitionem factam sine fraude. Et promisit, & juravit quilibet, quod „ adjuvabit Commune Tarvisii contra illum „ vel illos, qui hanc Postam fecerunt Communi Tarvisii, & nollet eam observare, vel „ contravenire: & quod bona fide operam dabit, ut prædicta omnia jura, quæ in hac Posta continentur, attendat & observet: & D „ quod non faciet pacem, vel concordiam, „ seu aliquod pactum cum aliqua persona seu „ personis, universitate seu universitatibus, „ quin jura omnia quæ in hac Posta continentur, attendat & observet: & omnia observentur & attendantur, salva posta Portus-Naonis, & ejus pertinentiarum; & salvo „ omni jure, quod Commune Tarvisii nunc „ habet in terris & aliis locis eorum. Et promiserunt omnes per se & suos heredes, cum „ obligatione suorum bonorum, & specialiter „ rerum & possessionum & domorum, quas „ emere tenentur, Domino Vicecomiti suprascripto Potestate Tarvisii, accipienti vice & „ re obligationis constituentes se pro Communi Tarvisii possessores. Et quod non probabunt, vel ostendent finem, remissionem, „ absolutionem, vel aliquid nomine Civis Civitatis Tarvisii, de omnibus quæ in hac Posta continentur vel aliquo. Et quod ..... „ confec .. per manum Tabellionis habitantis „ in Civitate Tarvisii, qui sit bonæ famæ & „ bonæ opinionis. Et quod Instrumentum confectum sit in Consilio ad Campanam .... „ convocato. Et juraverunt omnes suprascripti „ Milites, & Articus filius Odolrici de Cauriago per se & suos heredes, se .... omnia „ suprascripta attendere, & observare; nullo „ modo, nulla ratione ... contravenient. E- C „ go Manfredinus Sacri Palatii Notarius his „ omnibus...... jussu prædicti Domini Vicecomitis Potestatis Tarvisii, & suprascriptorum Militum scripsi.„

NIMIA valebant hoc tempore Tarvisini potentia, quam in finitimos converterant Bellunenses, ac Feltrenses. Impetus eorum Honorius III. reprimendos censuit Ecclesiastica censura; qua contempta, nedum inlata illis damna compensare detrectabant, verumetiam perniciem Aquilejensis Ecclesiæ moliri ausi sunt. Pertoldo infensi Forojuliensium plures, Tarvisinorum faciles acquievere consilio. Conscriptas Tabulas allegavimus, quæ voce barbara *Posta* appellantur. Singuli innotescunt Vassalli, a Patriarcha descifcentes: Tarvisina donantur Civitate: pacta sanciuntur, pacis ac belli tempore servanda: Sacramento adstringuntur, quo inhibitum sibi intelligant, inducias impetrare, itemque *pausare* seu cessare a bello, ac *recredutam* seu *recredentiam* facere. In duello, vel bello *recredere* dicti sunt, qui se victos profitebantur, seseque hosti reddebant.

VI. SUBSIDIUM auctoritatis Pontificiæ adversum tot mala, quæ furor exterorum, domesticorumque motus irrogabant, enixe postulavit Pertoldus. Annuit Pontifex. Litteras dedit Angelo Baroccio Gradensi Patriarchæ, ac Leonardo Venetæ S. Pauli Parœciæ Rectori, ut eorum adhibita opera Forojulienses a fide

debeo Francisci Berettæ Patricii Utinensis, nunquam mihi sine honore, gratiarumque actione nominandi. " Anno Domini M. CC.
„ XIX. II. die intrante Decembrio Indictio-
„ ne VII. in præsentia Warmodi Militis, Ro-
„ bol Militis, Jacobi Militis de Straso, Meynar-
„ di Jurati de Joanniz, & aliorum. Laus a parte
„ Dominorum A. (*Angeli*) Patriarchæ Graden-
„ sis, & L. (*Leonardi*) Plebani Sancti Pauli de
„ Venetiis, D. Artuico de Straso duas litteras
„ ipsorum Dominorum sigillis sigillatas præ-
„ sentavit, hunc tenorem habentes. A. Dei
„ gratia Sanctæ Gradensis Ecclesiæ Patriar-
„ cha, & Dalmatiæ Primas, & L. Sancti Pauli
„ de Venetiis Plebanus, Viro Nobili & discre-
„ to Artuico de Straso salutem in eo, qui om-
„ nium est salus. Noscat tua discretio, nos
„ nuper a Summo Pontifice litteras accepisse,
„ quarum tenor talis est: „ *Honorius Episcopus Servus Servorum Dei Venerab. Fratri Patriarchæ Gradensi, & dilecto filio L. Plebano S. Pauli de Venetiis Castellanæ Diœcesis, salutem & Apostolicam benedictionem. Sperabamus, quod populus Tarvisinus &c.* " Exequen-
„ tes itaque juxta districtionem nostræ obedien-
„ tiæ mandatum Apostolicum secundum for-
„ mam nobis datam, auctoritate qua fungi-
„ mur, tibi inhibemus: ne occasione colliga-
„ tionum, quas in præjudicium Ecclesiæ ne-
„ quiter diceris fecisse cum Civibus Tarvisi-
„ nis, Ecclesiam Aquilejensem infestare præ-
„ sumas, aut eidem subtrahere jura sua; sciens
„ quod si secus facere tentaveris, mandatum
„ Apostolicum aure surda non poterimus, si-
„ cut non debebimus præterire. „

SIMUL emerserat inter Nobiles, ac Ministeriales Provinciæ jurgium, quod arbiter constitutus lata sententia componere studuerat Pertoldus. Judicium detrectantes, qui minus addicti Patriarchæ fuerant, ciebant turbas motusque. Ut latæ sententiæ starent, Apostolicis litteris indixerat Honorius: quas ipsi, Gradensis Patriarcha, & S. Pauli Parochus, tradidere, ne ipsarum ullo dissimulari obtentu notitia posset. Traditionis formulam profero:
„ A. Dei gratia Sanctæ Gradensis Ecclesiæ Pa-

B *nisterialibus a Nobilibus antedictis quæstio emersisset; tandem in ipsum Patriarcham, tanquam in Arbitrum, sub jure jurando & certa pœna fuit a partibus compromissum: sed dicti Nobiles ejus stare arbitrio recusantes, in nullo gravati, se ad appellationis diffugium converterunt. Quocirca Discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus: quatenus dictos Nobiles ad standum super his ipsius Patriarchæ arbitrio, ut teneantur, per pœnam in Compromisso statutam, sublato appellationis obstaculo, compellatis. Dat. Viterbii* XIII. *Kal. Novembris, Pontificatus nostri anno* IV. " Verum quia mandatum
„ Domini Papæ præterire non possumus, nec
„ debemus; auctoritate qua fungimur, tibi
„ præcipiendo mandamus: quatenus die XVI.
C „ intrante Mense Decembris proxime venturi
„ coram nobis Venetias veniatis, prædicto Do-
„ mino Patriarchæ Aquilejensi responsuri. A-
„ ctum apud Straso feliciter. „ Similis formæ litteræ perlatæ ad Porpetanos fuerunt, Fontebonos, Caporiacos, Sonembergenses, Pulcinicos.

VII. SATIS non erant Pertoldo impetrata, eademque conlata a Romano Pontifice subsidia. Dynastarum potentium confœderatio quærenda illi fuerat; propriæque vires validiore auxiliarium Militum copia augendæ, ut oppugnandis Tarvisinis, comprimendisque par esset. Percussum itaque fœdus, cum Patavinis; quorum etiam Civitate donatus est Patriarcha.

D QUÆ parte ex utraque peracta fuere negotia, narrat Rolandinus in Libro Chronicorum II. Capite I. apud Muratorium Tomo VIII. Scriptorum Italiæ. " Habebant (*inquit*) Tar-
„ visini tunc temporis litem quamdam cum
„ Domino Bertoldo Dei gratia Patriarcha A-
„ quilejensi, occasione quarumdam Terrarum
„ in confinio utriusque Districtus. Cum forent
„ igitur Tarvisini amicati cum Venetis, & Do-
„ minus Patriarcha est amicatus cum Paduа-
„ nis, & factus est Paduanus Civis: & in Cit-
„ tadinantiæ firmitatem & signum fecit de
„ sua Camera quædam in Padua ædificari Pa-
„ latia magna, & pulcra valde: & voluit, &
„ se poni fecit cum aliis Civibus Paduæ in col-

rationem cum Tarvisinis, Rolandinus narrat. Eosdem ut amicos, ac benevolos haberet Pertoldus, conventiones cum ipsis optimo ductus consilio sancivit, firmavitque pacem. Venetiis conscriptæ Tabulæ sunt: quam in Urbem adventaverant Patriarcha, Comesque Goritiæ Advocatus. Paucis verbis rem totam complectitur Dandulus in Petro Ziano Duce, Parte XXXVI. inquiens: *Patriarcha cum Comite Goritiæ Advocato suo Venetias veniens, cum Duce pacem firmavit.*

TABULARUM summam inspicere licuit, queis Pertoldus, Comesque Goritianus, obligata Sacramento fide, sese adstringunt: *quod omnes Veneti securi erunt ... infra Ducatum Aquilegensis Patriarchatus: & Dominus Dux Venet. habere debet suum Vicedominum in Terra Aquilegiæ, ad faciendam plenam rationem, & justitiam omnibus petentibus & conquerentibus de Venetis.* Dicitur *Acta* conventio *apud Venetias in Hospitali S. Mariæ Cruciferorum; in præsentia D. Corradi Episcopi Tergestini, D. Corradi Aquilegensis Scholarum Magistri & Canonici, D. Friderici de Cavoriaco, D. Matthæi de Rivarotta, Conradi Dapiferi Domini Patriarchæ prædicti, Ottolini de Glemona, D. Gabriel de Prata, & aliorum multorum. Anno Domini* M. CC. XXII. VIII. *die exeuntis Junii* (seu die 23.) *Indictione* X. *Ego Leonardus Domini Patriarchæ prædicti Clericus & Notarius jussu ipsius hanc chartam scripsi, & sigilli ipsius Domini Patriarchæ munimine roboravi.*

IX. PIETATIS officium hoc loco memoro, quo Divi Dominici, vita mortali functi anno 1221. die Sexta Augusti, funus ut honestaret Pertoldus, Bononiam profectus est, Sacra parentalia celebraturus. Divinæ providentiæ muneri tribuunt Scriptores vitæ ejus, quod Sanctissimi Viri decessum eximii Præsules Ecclesiæ, quos inter Aquilejensis Patriarcha nu-

... storia Forojuliensi, Cœnobium Utinense ab ipso Dominico construi cœptum: Fratribusque Prædicatoribus beneficia multa a Volchero Patriarcha conlata post expletam Sedis Apostolicæ in Langobardia legationem. Sus deque miscet omnia. Apostolicæ Sedis legatione anno 1208. & 1209. fungebatur Volcherus: instituti vero Ordinis confirmationem obtinuit S. Dominicus ab Honorio Papa III. XI. *Kal. Januarii Indictione* V. *Incarnationis Domini anno* M. CC. XVI. Tota nutat ergo, caditque a Palladio digesta Chronographia. Verum etiam fallitur ille, Cœnobii Utinensis originem S. Dominico tribuens. Verissima tempora notat Julianus in Chronico, quod in Appendice num. 8. damus: *Anno Domini* M.CC.LXXXV. *Indictione* XIII. *die ultimo exeunte Majo, ingressi sunt primo in Utinum Fratres Prædicatores ad habitandum ibidem: & primo celebraverunt publice in eorum loco Missam. Lapis autem primus Ecclesiæ ædificandæ impositus fuit ultimo die Maii.*

REMOTIORA sunt Cœnobii in Civitate Forijulii primordia: quod attamen plures post obitum Sanctissimi Patris annos erectum est. Nondum anno 1242. positum, indubiam fidem facit Chronicon vetustissimi Gynæcei quod in eadem Civitate incolunt Benedictinæ Sanctimoniales. De Sanctorum lipsanis agitur, quæ in interiore, quod habent, Sacello, opera Leonardi de Latissana Concionatoris Ordinis Prædicatorum, eodem anno 1242. adinventa fuere: notatque Chronici Auctor, eo tempore domum in Civitate non habuisse Fratres: Verba sunt: *Igitur anno Domini* M. CC. XLII. *pervenit in Civitatem Austriam F. Leonardus de Latisana Ordinis FF. Prædicatorum de Conventu Tarvisino; nondum enim erat Conventus Fratrum Prædicatorum in Civitate. Prædicante autem eo in Civitate, & commorante in hospitali, habebatur in magna reverentia & devo-*

(a) Ad annum M. CC. VII. *Si trasportò in questa Provincia lo stesso Domenico, ove anche stabilì la sua Religione, e particolarmente in Udine principiò un Convento. Per lo che ritornato dalla sua legatione Volchero, lasciò a quei Padri segni memorabili della sua pietà, e magnificenza.*

mites Goritiani. Istriæ, & Carniolæ Marchæ Aquilejensi Ecclesiæ, Ottone fratre cedente, traduntur. Forojulienses ac Istros cohibet Patriarcha, jure feudi abutentes quo potiebantur. Utinum ornat, & amplificat: indicaturque Capituli Canonicorum origo in eadem Civitate. Comitia celebrat ibidem Fridericus Imperator. Pergit etiam in Civitatem Austriam, quæ varias hoc ævo subit appellationes.

I. GRAVISSIMO dissidio Sacerdotium, B & Imperium hac ætate certabant. Friderico hujus nominis II. Romanorum Regi renunciato Imperialem coronam anno 1220. die 22. Novembris in Festo Divæ Cæciliæ imposuerat Honorius. Interea Damiata Civitas, quæ olim Pelusium dicebatur, totiusque Orientis in Ægypto nobilissimum emporium erat, eademque Crucesignatorum sanguine comparata, Saladino Ægypti Sultano anno 1221. Mense Septembri tradi debuit. Vehementi percitus dolore Pontifex, Friderici comperendinationem, secus atque pollicitus fuerat, litteris acerbioribus redarguit: urget- C que ipsum, ut omni abjecta cunctatione iter Orientis aggrederetur, minas intentans si differret. Varias semel, iterumque, ac pluries allegabat Imperator causas: diuturnoque tempore gravissimum jacuit negotium Terræ Sanctæ.

REGENDAM post Honorium Christianam suscepit Ecclesiam Gregorius IX. anno 1227. die 19. Martii: datisque die 22. ejusdem Mensis litteris, Fridericum qua potest animi vehementia, monet ac hortatur, ut sæpe datam velit solvere fidem, pollicitumque arriperet iter. Ludificationes ejus, Pontificis iram, su- D sceptam denique expeditionem, ejusque fata, miserumque exitum, Historici narrant.

FRIDERICI partes Pertoldus sectabatur. Litteras Gregorii memorat Raynaldus ad Annum M.CC.XXIX. num. 45. datas XII. *Kal. Julii*, seu die 20. Junii, queis Aquilejensem Patriarcham carpit Pontifex; quod sentiret cum Ecclesiæ hostibus, ad alios etiam subornandos studium & operam converteret; eamque ob causam Hungariæ Regem, Andream hujus nominis secundum adiisset. Litteras ex Vaticano Archivo desumptas, quas humanissime Florius communicavit, proferimus in lucem. "Gregorius Papa IX.... Patriarchæ „ Aquilegensi. Cum nemo possit Deo, vel „ homini sine fide placere, quia qui fidem „ perdidit, perditus reputatur, nil habet ul„ tra quod perdat; non injuste miramur, nec „ indigne movemur, quod cum sis Ecclesiæ „ Romanæ juramento fidelitatis astrictus, alio„ que nobis ut nosti obligatus vinculo specia„ li, qui adhuc in minori officio constituti „ (*cum legatione sub nomine Ugolini Cardinalis Episcopi Hostiensis in Langobardiæ partibus fungeretur*) te prompto diligentes affe„ ctu, & ad profectus tuos efficaciter inten„ dentes, Ecclesiam tuam liberavimus a va„ riis tribulationibus & pressuris; tu, sicut au„ divimus, mala pro bonis nobis inique retri„ buens, faves Ecclesiæ inimicis, aliosque ad „ favendum inducere machinaris, personali„ ter in Ungariam accedendo, ut Karissimum „ filium nostrum.... Ungariæ Regem illu„ strem seduceres & corrumperes, ut ab Ec„ clesiæ Romanæ devotione recedens baculo „ arundineo inhæreret, qui manum perforat „ innitentis. Et ne vestigia tuorum gressuum „ apparerent, Dilectum filium Magistrum E„ gidium subdiaconum & Capellanum nostrum „ alloqui dedignatus, vel potius dolose decli„ nans, tibi ab ipso velut ab hoste cavisti; „ non attendens, quod frustra jacitur rete an„ te oculos pennatorum; nec metuens, quod „ sæpe quis incidit in laqueum, quem para„ rat. Verum quia contra te nonnisi ex in„ tolerabili offensa tua provocari possemus, „ ut scias intolerabilius a te posse nobis infer-

„ ri,

„ eos, quam ductores ipsorum spirituali & „ temporali districtione compescens. Alioquin „ cum in talibus culpis culpa esset relaxari vin„ dictam, Venerabilibus Fratribus nostris.... „ (*Angelo Baroccio*) Patriarchæ Gradensi, & „ Episcopo Castellano (*Marco Michaëli*) no„ stris damus litteris in mandatis, ut excom„ municatum te denuncient, & perjurum. A„ liasque contra te severius procedentes super „ variis & enormibus excessibus tuis, quibus „ frequens & clamosa insinuatio perculit au„ res nostras, faciemus inquisitionem fieri di„ ligentem, ut punitus agnoscas, quod perti„ nax commisisti. Dat. Perusii XII. Kal. Ju„ lii Pontificatus nostri anno tertio.

II. MONITIS Pontificiis obsequitur Pertoldus: suique nominis infamiam sarcivit, mente ac opera præclare adhibita, ut se Gregorio in perdifficili negotio utilem gratumque exhiberet. De pace inter utrumque, Romanum Pontificem, & Imperatorem, pro votis omnium constituenda, anno 1229. pertractari cœptum: eademque insequente anno communi lætitia firmata est, Pertoldo nostro primas agente partes. Paucis Henricus Stero rem totam narrat ad Annum M. CC. XXX. *Dominus Papa*, inquiens, *& Dominus Imperator*, *mediantibus Principibus Alemanniæ*, *videlicet Patriarcha Aquilejensi Bertoldo*, *Archiepiscopo Salzburgensi Eberhardo*, *Episcopo Ratisponensi Sifrido; Austriæ Luipoldo*, *Moraviæ* (Meraniæ) *Ottone*, *Carinthiæ Bernardo Ducibus*, *& quibusdam aliis*, *ad concordiam redierunt*: *& Dominus Imperator ab excommunicatione absolvitur*, *& post absolutionem in hospitio & mensa a Domino Papa excipitur*. Mense Julio, & Augusto pacis conditiones constitutas referunt Scriptores.

III. ECCLESIARUM, quæ sibi creditæ fuerant, quietem ac emolumenta solicite curabat Pertoldus. Abdicationem advocatiæ in Faganea suasit ille Comitibus Goritianis, ut eodem jure pacifice, remotisque molestiis, potirentur Civitatenses Canonici. Documentum conscriptum sequenti forma publici juris facimus.

„ re ad ipsam pertinente Ecclesiæ Civitaten„ si, ponens eam super Altare Sancti Donati „ ad usum Canonicorum Civitatensium, ab„ solute in perpetuum possidendam. Datum „ in Ecclesia Sancti Donati in Austria Civi„ tate, in præsentia rogatorum testium C. „ Episcopi Tergestini, Epponis Præpositi de „ Carnia, Ottonis Civitatensis Decani, Co„ nonis de Castro-novo, Hugonis fratris ejus, „ Conradi de Pertica, Puresini.... & alio„ rum multorum. Ego Leonardus Imperialis „ Notarius interfui, & rogatus hanc cartam „ scripsi, & authenticavi.„

C

EODEM se Advocatiæ jure anno 1215. abdicasse notavimus *Mainardum Comitem*, *Engelbertum Comitem*, *& Filium Engelberti*. Summam protulimus Documenti Capite LXVIII. num. *6*. Aut firmior ejusdem abdicationis hoc anno confirmatio, aut plena executio, Pertoldo operam dante, peracta est. Engelbertum jam vita migrasse, colligimus: ejusque filium novimus *Mainardum* hujus nominis tertium, Mainardi *Senioris* nepotem.

IV. ISTRIÆ Marcham administraverant Pertoldus avus Patriarchæ, Pertoldus alter pater ejusdem, itemque Henricus frater. Henrico eadem Marcha ob necem Philippi Regis mulctato, regimen ejus Ludovico Bavaro traditum fuit. Jura Aquilejensis Ecclesiæ exposuerat Volcherus: eique prædictam Istriæ Marcham, & Carniolæ adseruerunt Otto IV. & Fridericus II. Imperatores. Adserto jure potiebatur Pertoldus: ipsumque inscriptum legimus *S. Aquilegensis Ecclesiæ Patriarcham*, *necnon Istriæ atque Carniolæ Marchionem* in Diplomate, quod habetur apud Ughellum Venetæ Editionis Tomo X. in Addendis & Corrigendis ad Episcopos Parentinos, *acto in Civitate Parentina anno* M. CC. XXII. *Indict.* X. *die* VII. *exeunte Mense Januario*. Sibi tamen jus in illas vendicabat Otto Dux Meraniæ, Patriarchæ frater: habitoque invicem negotio, facile sibi suasit Otto, ut fratri Pertoldo gratificaretur, omnique jure si quod inesset sponte cederet. Ratam habet cessionem traditionem-

D

que

„ paginæ memoriæ commendare. „ Tum Otto *cedere* ac *remittere* Pertoldo dicitur *in perpetuum, & eidem Sedi Aquilejensi omne jus, & quæstionem, quæ contra eum in eisdem Marchia & Comitatu Istriæ, & Carniola requirere poterat, & siquid juris in eis videbatur habere.*

TABULÆ *actæ sunt anno Dominicæ Incarnationis* M. CC. XXX. *Mense Julii*, III. *Indictione, Imperante Domino nostro Federico Dei gratia .... Romanorum Imperatore semper Augusto, Hierusalem & Siciliæ Rege Invictissimo, Imperii Romani ejus anno* X. *Regni vero Hierusalem* V. *Regni vero Siciliæ* XXXII. *feliciter Amen. Datum apud S. Germanum anno, mense, & Indictione præscripsit.* Varias annorum Friderici, quæ numerantur, exposuimus epochas Capite LXVII. num. 3. Imperii, & Regnorum anni, quos notatos legimus, optime conveniunt anno Christi 1230.

ISTRIAM porro, postquam in Marcham Carolus Magnus erexit Provinciam, Marchiones proprii administravere, ac etiam Duces Carinthiæ. Tum Regum & Imperatorum largitate in ditionem Aquilejensis Patriarchæ cessit: sed ipsam regere perrexerunt Carinthiæ Duces, aliique Germaniæ Principes. Possessionem hoc ævo adierunt Patriarchæ: novamque regiminis rationem invexere. Marchiones frequentius ad annum designabant, mittebantque; certa constituta pecuniarum summa, quam ipsi persolverent. Rem memoro, quam innumera certissimam faciunt Monumenta hujus ævi, sequiorisque.

V. ADSERTIS vindicatisque Ecclesiæ Aquilejensis juribus, ipsa quoque juris officia atque munia in tuto poni debuerunt, cum ea sibi adsciscerent Forojulienses, & Istri. Diploma Friderici memorat Bellonus, quod Caroli IV. insertum Diplomati vulgavit Muratorius loco sæpe citato. Amplissima fit Patriarchæ facultas, ut *in Civitatibus suis, Castris, villis, & locis aliis* valeat *ordinare de Fori venditione;* ac *bannire, & disbannire quoslibet in jurisdictione sua.* Civitatibus quibusque,

B *Ministerialibus, & aliis multis. Ego Romanus anno Domini* M. CC. XXXII. Eumdem æræ Christianæ annum exprimit Bellonus: quo tamen Indictio quinta, & sexta post Septembrem, minime *nona* currebat. Eodem anno Forojuliensem peragravit Provinciam Fridericus, ut infra dicemus: dispositisque Imperii negotiis, in Calabriam profectus est.

ALIO Forojulienses ac Istros feudorum beneficiis insignitos Diplomate cohibet idem Imperator. Partem Bellonus in Vitis Patriarcharum descripsit. Integrum prostat apud Muratorium citato insertum Caroli quarti Diplomati. Datum dicitur ab eodem Bellono *anno* 1230. *in obsidione Brixiæ*. Typorum fortasse vitio cubat error in anno Christi, cum ad
C annum 1238. pertineat obsidio Brixiana, teste Jacobo Malvecio in Chronico Brixiæ Tomo XIV. Scriptorum Italiæ. Datum actumque pariter legitur apud eumdem Muratorium *in Castris in Obsidione Brixiæ, anno Dominicæ Incarnationis* M. CC. XXXVIII... *Mensis Octobris*, XII. *Indictione, Imperante Domino nostro Federico secundo, Dei gratia Invictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, & Hierusalem & Siciliæ Rege, Imperii ejus anno decimo-octavo, Regni Hierusalem* XIII. *Regni vero Siciliæ Quadragesimo-primo.* Ducitur Indictio *duodecima* ab Septembri Mense: consignatoque Incarnationis anno conveniunt Imperii, & Regnorum Epochæ. Diplomatis
D verba sunt: " Notum fieri volumus universis
„ Imperii Fidelibus, tam præsentibus, quam
„ futuris; quod Dilectus Princeps noster Bertholdus venerabilis Patriarcha Aquilejensis
„ in nostra proposuit præsentia constitutus:
„ quod cum quidam in Forojulio, & in Histria existentes, qui a Prædecessoribus suis,
„ vel ab ipso per Aquilejensem Ecclesiam infeudati sunt in Mansis paucis, vel pluribus:
„ & quod quidam in eis obtinebant Advocatiam gratia conferentis; iidem Infeudati,
„ privatis eorum utilitatibus & suis proventibus non contenti, de furtis & aliis criminalibus causis & pœnis judicium sanguinis inferentibus, & de quibusdam quæ spectant

„ ceat, occasione Mansi sive Mansorum, quos „ ab Aquilejensi Ecclesia feudaliter obtinere „ noscuntur, vel sub prætextu Advocatiæ, „ vel occasione præscripta quod Mansos cum „ omni jure obtineant, (cum verbum ipsum, „ cum omni jure, privatas & annexas ipsis „ Mansis utilitates exponat,) de criminalibus „ causis, furtis, fustigationibus, vel consimi- „ libus, quæ ad judicium sanguinis, vel me- „ rum & mixtum Imperium sapiunt, cogno- „ scere, vel temere se intromittere sine præ- „ dicti Patriarchæ indulgentia, vel mandato. „ Sed tantum idem Patriarcha, & Officiales „ sui, quos auctoritate ordinariæ jurisdictio- „ nis loco & vice sua duxerit deputandos, præ- „ dictam jurisdictionem exerceant, sicut de- „ cet. „

VI. SEDEM in Provincia, quæ dignitati suæ consentanea foret, animo designabat Pertoldus: elegitque Castrum Utini. Loci amœnitate oblectatus, illum frequentius incolebat, ornavit etiam, & amplificavit. *Templum divi Odorici* (ait Candidus) extruxit: *in quo Custodem, & octo Canonicos instituit.* Palladius narrat, *Benedictinas* Moniales, quæ in Parthenone Sancti Quirini Deo famulabantur, a Pertoldo immunitate donatas, jurisdictione sublata, qua *ab antiquo* Canonici Utinenses potiebantur. Documentum in lucem protulit Madrisius in Appendice II. Operum S. Paulini Aquilejensis num. 17. in quo *Capella Sancti Quirini de Utino* memoratur, minime Monasterium: eoque in loco *commorari* dicuntur *Conversæ*, non Benedictinæ Sanctimoniales: ac demum jurisdictione Parœci, minime Canonicorum Collegii, eximuntur. Verba refero; „ Nos Pertoldus Dei gratia Sanctæ Sedis A- „ quilegensis Patriarcha notum fieri volumus „ omnibus, ad quos præsens pagina devene- „ rit: quod de nostro consensu & voluntate „ est, quod de cætero Capella Sancti Quirini „ de Utino, ubi Conversæ commorantur, Ple- „ bi de Utino non debeat pertinere, vel ei „ subjacere, nisi quod ei annuatim unam li-

A præcedente Septembri mense Indictio *septima* computatur. Animadversione digna sunt verba, quæ subjicimus: *Ad hæc cum petitiones & supplicationes dilectorum nostrorum Communis de Utino* (accederent,) *Ecclesiæ nostræ nihilominus ac ipsius loci utilitate non modica suadente, certos Canonicos in prædicto loco de Utino decernimus ordinandos.* Item, *volumus, ordinamus, & statuimus, ut medietatem redditnum quondam Plebis vacantis & Ecclesiæ, quæ nunc dicitur Sancti Volrici de Utino, Canonici instituendi, cum a nobis instituti fuerint, percipere debeant & habere.* Item, C *statuentes atque præcipientes, ut nullus apud Ecclesiam, quæ est in Castro de Utino, quæ quondam plebs erat, debeat de cætero sepelliri, seu etiam baptizari, aut alia recipere Sacramenta: nec ibi populus conveniat solemniter ad Divina, sed apud Ecclesiam inferiorem quæ nunc dicitur Sancti Volrici, omnes sepelliantur, baptizentur, & conveniant ad Divina, ibidem recepturi Ecclesiastica Sacramenta. Quam eamdem Ecclesiam, quæ quondam plebs erat, eidem Ecclesiæ, quæ dicitur Sancti Volrici de Utino, tanquam Capellam suæ Matrici volumus & ordinamus in omnibus esse subjectam.* Veterem novamque Utini sortem, ac originem Utinensis Canonicorum Capituli, nondum Pertoldi ætate, sed Gregorii de Monte- D longo opera studioque instituti, perspicue testatam habes in certæ fidei Documento.

VII. GENERALIA Fridericum II. celebrasse Utini Comitia, auream que Bullam condidisse pro libertate Principum S. R. I. adnotat Jo. Petrus de Ludewig in reliquiis Manuscriptorum omnis ævi Diplomatum ac Monumentorum Tomo VII. Bullam refert Libro III. quæ incipit: " In nomine Sanctæ & Individuæ „ Trinitatis. Fridericus secundus Divina favente Clementia Romanorum Imperator „ semper Augustus, Hierusalem & Siciliæ Rex. „ Excelsa nostri Imperii sedes exaltatur a principali moderamine regiminis; & in omni „ justitia & pace disponimur, cum ad nostro-

„ rum

„ Friderico secundo Dei gratia Invictissimo
„ Romanorum Imperatore semper Augusto,
„ Hierusalem & Siciliæ Rege, anno Romani
„ ejus Imperii duodecimo, Regni Hierusalem
„ septimo, Regni vero Siciliæ tricesimo quin-
„ to, feliciter Amen. Datum apud Udina-
„ tum, anno, mense, & Indictione præscri-
„ ptis.„

ERUDITIS adnotationibus Diploma illustrat Ludewigus. Discrimen, quod *Actum* discernit a *Dato* in Diplomatibus, his verbis declarat: "Quod verbo *Actum* tempus significe-
„ tur, quo res in Codicillo scripta, Principi C
„ exposita, ab eoque vel concessa, vel nega-
„ ta. Contra *Datum* vult tempus, quo Co-
„ dicillus in Curia conceptus est verbis, in lit-
„ teras relatus, & subscriptus. Uti igitur in
„ primo opus est Principis præsentia, qui men-
„ tem suam debet aperire, annuendo, juben-
„ do, prohibendo: ita in ultimo Princeps po-
„ test abesse, quod hoc sit Curiæ Imperialis;
„ eo præsertim ævo, quo non ipsi Imperato-
„ res Codicillis nomen subscripsere sua manu,
„ sed vel Notarius vel Aulæ Cancellarius.„

Quæstionem ergo movet, quomodo Aurea prædicta Bulla *data* sit eodem mense, anno, & D Indictione, quo *actum* de illa, & ab Imperatore conventum? "Repono, inquit, fieri hoc
„ vix potuisse, ut eodem die aliquid a Princi-
„ pe dictum, & scriptum sit in Cancellaria,
„ sive Curia principali. Sed cum hujus Codi-
„ cilli non sit indicatus dies, verum *Mensis*
„ solus *Martius*; nulla dubitatio est, quia
„ utrumque fieri potuerit menstruo spatio eo-
„ dem.„ Aptari sane hæc eadem regula debet *Acto*, *datoque* in alio Friderici Imperatoris Diplomate, quod num. 3. descripsimus: eademque præ oculis in aliorum diplomatum examine habenda, quoties tempora ac etiam statur, in fine diplomatis *scripturam legibilem esse*, *Utinum*; ut frustra fuerint Heineccius, & Schilterus, legendo *Sibidatum*.

VIII. CERTA constat Historicorum fide, Fridericum eodem anno 1232. in Provinciam Forijulii adventasse, ipsumque Aquilejæ aliisque in locis diversatum esse. Satis fuerit Steronis verba referre: M. CC. XXXII. *Imperator Natalem Domini apud Ravennam celebravit*. (Annos a Nativitate Domini auspicatur Auctor.) *Et per Venetias transiens, usque ad Aquilejam & Forumjulii processit: ubi Rex Filius suus, & quidam alii Principes, scilicet Fridericus Dux Austriæ, qui jam apud Viennam gladio militari accinctus erat; cum quibus de pace Alemanniæ verbotenus ordinans, in Apuliam se recepit*.

VIDENATI, hoc est Utini generalia ipsum celebrasse Comitia, narrat Ludewigus. Legi oportere in Bulla *Sibidatum*, Heineccius & Schilterus arbitrabantur; qua voce Civitas intelligitur, olim *Forumjulium* dicta, postea *Civitas Austria*, ac *Civitas* sine adjecto. Pronunciationis vitio *Sibidatum* dicebant exteri; cum *Cividatum*, & *Civitatum* dici debeat, vernacule *Cividat*, & politiore demum sermone *Cividale*. Ad hunc pervenisse locum Imperatorem, luculentissime evincitur Documenti fide, Tomo II. Bullarii Cassinensis recensiti num. 252. quo Fridericus juramentum Fidelitatis pro *Comitatu Burziganæ* recipit ab Abbate Sanctæ Mariæ de Pratalea. Conscriptum legitur *anno Nativitatis Millesimo ducentesimo trigesimo secundo*, *Indictione quinta*, *die tertio exeunte Martio*, (seu die 29.) Actum vero *in Civitate de Friule in Camera Palatii Domini Patriarchæ*. Locus idem hodieque appellatur *Cividale di Friuli*, ut ab alio *Cividale* Bellunensi secernatur.

C A-

lejensi, canonicas preces quotidie in ejus honorem a designatis Clericis persolvendas decrevit: ipsisque propterea congrua stipendia statuit.

TABULAS refero, quæ in Archivo Aquilejensi adservantur. "In nomine Domini Amen. Anno Domini M. CC. XXIV. decimo die intrante Mense Junio, Indictione quintadecima." (*Christi Domini annus, & Indictio non conveniunt; hæc enim annum* 1227. *designat: currebatque anno* 1224. *Indictio* XII.) "Nos Bertoldus Dei gratia Sanctæ Sedis Aquilegensis Patriarcha notum esse cupimus universis, tam præsentibus, quam futuris, hanc præsentem paginam inspecturis: quod ad honorem Dei Omnipotentis, & Beatæ Mariæ Virginis Genitricis suæ, & pro salute animæ nostræ, volumus, & statuimus, ac perpetuo stabilimus sex Præbendarios: duos Presbyteros videlicet, duos Diaconos, & duos Subdiaconos ad hoc specialiter deputatos; ut per circulum anni in perpetuum dicti sex Præbendarii celebrent officium divinum coram Altari Beatæ Mariæ supradictæ in Ecclesia Aquilegensi ad honorem Dei & ipsius Dominæ nostræ. Ita videlicet quod omni die, dictis Matutinis in Choro Aquilegensi per Canonicos ipsius Ecclesiæ, incipiant Officium, pulsata Campana; Matutinas, Primam, Tertiam, Missam, & Sextam, antequam incipiat Prima Canonicorum, per ordinem celebrantes. Nonam vero suam dicant post Nonam Canonicorum, Vesperas ante Vesperas Canonicorum, & Completorium post Completorium Canonicorum dicant Præbendarii memorati. Ita quod teneantur nihilominus interesse omnibus horis Canonicorum in Choro Aquilegensi cum eis. In Matutinis die qualibet dicant tres lectiones, præterquam in diebus Sabbati, in quibus solemnes Matutinas cum IX. Lectionibus dicant. In qualibet sexta Feria Vesperas solemnes cum Antitione, Absolve Domine animam famuli tui Pontificis nostri. In istis tamen quatuor Solemnitatibus, in Annunciatione, in Nativitate, in Purificatione, & in Assumptione Beatæ Mariæ, debent totum Officium suum dicere in Choro similiter cum Canonicis nominatis. Præterea dicendum est omni tempore officium in Missa, Salve Sancta Parens: Orationes omni die tres, prima de Beata Virgine, secunda de Martyribus Hermacora & Fortunato; tertia quoad vixerimus, Deus omnium Fidelium; post mortem vero meam, Fidelium Deus. Intra Adventum Domini tamen dicendum est Officium in Missa, Rorate Cæli. Et semper dicti Præbendarii in Divinis Officiis sint honeste induti vestibus albis, idest, Superpelliceis. Debent & esse cotidie omni tempore in Aquilegensi Ecclesia residentes; nec absentare se ullo tempore sine Decani Aquilegensis, qui pro tempore fuerit, licentia speciali: cui damus potestatem nostram corrigendi, & compellendi eos ad officia divina per subtractionem beneficii eisdem Præbendariis conferendi. Præterea volumus, & conservamus in nos, & Successores nostros in perpetuum plenam & liberam potestatem instituendi & destituendi, culpa legitima exigente, dictos Præbendarios nunc institutos, & in posterum instituendos.

QUIBUS videlicet Præbendariis nos ad honorem Dei, & Beatæ Virginis Mariæ, & pro remedio animæ nostræ, de communi consilio & consensu Capituli nostri Aquilegensis, necnon Prælatorum & Vassallorum ac Ministerialium nostrorum, damus, concedimus, tradimus, & nostro Patriarchali privilegio stabilimus undecim Mansos sitos in Villa, quæ dicitur Ronches ultra Isontium, qui temporibus nostris evacuati sunt nobis & Aquilegensi Ecclesiæ, cum ..... campis, pratis, vineis, ortis, silvis, arboribus fructiferis & infructiferis, aquis, pisca-

„ dividendum eosdem redditus æqualiter inter
„ Præbendarios supradictos. Indulgemus in- B
„ super per hoc nostrum Privilegium, conce-
„ dimus, & stabilimus ipsis Præbendariis in
„ perpetuum, ut liceat tam Vassallo, quam
„ Ministeriali Aquilegensis Ecclesiæ, si volue-
„ rit, donare vel conferre pro anima sua eis-
„ dem Præbendariis, quantum voluerit de feu-
„ do, quod habuerit ab Aquilegensi Ecclesia,
„ usque ad quantitatem unius Mansi, ad pro-
„ prium in perpetuum. Ea quoque bona, quæ
„ ipsis tam in possessionibus immobilibus, quam
„ mobilibus, a bonis hominibus aliquo tem-
„ pore juste fuerint erogata, habeant, & pos-
„ sideant pleno jure, ipsa cum oblationibus
„ eisdem offerendis inter se adinvicem æquali-
„ ter dividentes. Hanc itaque dictam conces-
„ sionem, traditionem, seu donationem, ut C
„ supradictum est, juste & pro affectu solem-
„ niter celebratam, volumus per nos nostros-
„ que Successores, firmam & inconvulsam per-
„ petuo servari. Et quæcumque persona, par-
„ va, vel magna, aliqua occasione, vel au-
„ su temerario, aliquid de supradictis affrin-
„ gere attentaverit, maledictionem Dei Om-
„ nipotentis, & Beatæ Virginis Mariæ, in cu-
„ jus gloria & honore hæc facta sunt, incur-
„ rat æterno supplicio puniendus. Hujus rei
„ testes sunt Meinhardus Junior, Conradus
„ Decanus Aquilegensis, Leonardus Abbas
„ Beleniensis, Duringus Præpositus Sancti Fe-
„ licis, Leonardus de Utino Magister Scola-
„ rum, Witemarus, Wecello, Henricus de D
„ Carnea, Conradus Suevus, Henricus de Riu-
„ nio, Philippus, Popo de Tricano, Leonar-
„ dus Musellinus, Leonardus Presbyter, Leo-
„ nardus de Fauniaco, Wolricus Plebanus,
„ Martinus, Canonici Aquilegenses, Conra-
„ dus Sagerius Vicedominus, Johannes de Por-
„ tis, Johannes de Rivo, Rodulphus de At-
„ tens, Marquardus Pechorarius, & alii quam-
„ plures. „

Primum testem Mainardum *juniorem*, intellige filium Engelberti III. & nepotem Mainardi secundi. Factam animadverte hocce documento facultatem, quam Vassallis frequentius Domini largiebantur, donandi legandique

„ in Aquilegensi Ecclesia Beatæ Virginis non
„ celebraretur officium, tu ad cultum divini
„ nominis ampliandum, una cum Capitulo
„ ejusdem Ecclesiæ instituisti sex Præbendarios
„ in eadem, certis sibi redditibus assignatis,
„ per quos Missarum solemnia, & aliud Offi-
„ cium ad honorem Beatæ Virginis institutum
„ perpetuo celebrentur. Nos igitur Fraterni-
„ tatis tuæ precibus inclinati, quod super hoc
„ a te pie ac provide factum est, ratum ha-
„ bemus, & auctoritate Apostolica confirma-
„ mus, & præsentis scripti patrocinio commu-
„ nimus. Nulli ergo omnino hominum liceat
„ hanc paginam nostræ confirmationis infrin-
„ gere, vel ei ausu temerario contraire. Si
„ quis autem hoc attentare præsumpserit, in-
„ dignationem Omnipotentis Dei, & Beato-
„ rum Petri & Pauli Apostolorum ejus se no-
„ verit incursurum. Dat. Laterani V. Idus
„ Junii, Pontificatus nostri anno quarto. „
Æræ vulgaris anno 1230. a die 19. Martii *quartus* Gregorii IX. ad Ecclesiæ Pontificatum evecti currebat annus.

II. Benevolum se quoque, ac munificum Pertoldus exhibuit Civibus Aquilejæ, plena eisdem ac ampla facultate facta, ut bona *ad censum Aquilejensem* possessa in aliorum dominium cessione, donatione, voluntatis ultimæ tabulis, alioque contractu transferre possent. Documentum a Florio desumptum luci publicæ damus. "Anno Domini M. CC. XXXI. In-
„ dictione IV. die XIV. intrante Julio. Cum
„ hactenus Civitas Aquileja, & Cives Aqui-
„ lejenses eorum possessiones, quas ad censum
„ Aquilejensem aquisitas habebant, & tene-
„ bant, nullam habuissent potestatem in eo-
„ rum infirmitate in testamento alicui dandi,
„ dimittendi, seu judicandi: pro qua causa
„ Civitas Aquileja, & ejus habitatores ma-
„ gnum videbantur incurrere incommodum &
„ defectum; videlicet quod homines ex ipso
„ defectu, & incommoditate prædictam Civi-
„ tatem intrare vitabant, nolentes ejus Ci-
„ ves, & habitatores fieri. Unde D. Bertol-
„ dus Dei gratia Sanctæ Aquilegensis Eccle-
„ siæ Sedis Patriarcha, considerans prædictam
„ suam Civitatem inde magnam pati diminu-

„ poterint, tam in infirmitate, quam in sanitate, & testamento dimittendi, dandi, „ seu judicandi cuicumque, vel quibuscumque „ ipsi voluerint: exceptis personis, quas jus & „ consuetudo Aquilegensis census antea excludebat; & salvo jure Dominorum possessionum „ in omnibus, quæ hactenus habuerunt. Et si „ prænominati Cives ab intestato decesserint, „ eorum parentes propinquiores in eorum possessionibus ad censum Aquilegensem habitis, sine augmento Dominis dando, succedere debeant. Actum in Prato de Camformio feliciter. Hujus rei testes fuerunt, Dominus Federicus Concordiensis Episcopus, „ Stefanus Sextensis Abbas, Jacobus Mosacensis Abbas; Conradus Aquilegensis Decanus, Otho Præpositus S. Wolrici, Artuicus Præpositus S. Stefani, Duringus Præpositus S. Felicis, Leonardus Tergestinus Archidiaconus, Leonardus, Popo, & Martinus, Aquilegenses Canonici; Comes Meynardus de Goritia, Ludovicus de Villalta, „ Bernardus de Straso, Conradus de Castelir, Artuicus de Pers, Duringus de Mels, „ Vulricus de Cucania, Matthias de Glemona, Hermannus de Pinzano, Conradus de „ Sacil, Bertoldus de Tricano, Herbordus de „ Pertestaino, Volvradus Vicedominus, Rodulfus de Ariis, Johannes & Hermannus „ de Portis, & alii quamplures. Ego Andreas „ Imperialis Aulæ Notarius interfui, & jussu „ prænominati Domini Patriarchæ hanc Cartam scripsi, & corroboravi. „

GENERALIS *Terminus*, qui apud Camformium pagum habitus dicitur, idem intelligitur ac generalis Conventus, in quo causæ disceptrabantur, ferebanturque judicia de negotiis. Nullo certo in loco olim habebatur: eratque quodammodo ambulatorius, pro ipsius Patriarchæ arbitrio, hoc vel illo loco congregandus. Totius Provinciæ conveniebant Ordines, Episcopi, Abbates, aliique inter Ecclesiasticos dignitate fulgentes, Goritiani Commentario Historico Vitæ S. Agathæ Hildegardis, Palatinæ Carinthiæ, quæ anno 1024. ad superos evolavit. Allegatas refert ille §. II. num. 10. Tabulas: narratque in ipsis Patriarcha, tum ejusdem *S. Hildegardis* exuvias in eadem quiescere Ecclesia; tum sacrum locum *propter Miraculorum insignia mirabiliter refulgere*. Facit vero Parœco Steinensi facultatem, *præsentandi & confirmandi duos Præbendarios, quos Dominus Albertus Comes de Tyrolis fundavit & ordinavit*. Hæc acta dicuntur Velaci, *præsente Meinhardo Comite Goritiæ*, & aliis Viris Ecclesiasticis & Nobilibus *die* III. C *Aprilis* M. CC. XXXVIII. *Indictione* XI.

NOTAM appingit Bollandus his verbis: Albertus, qui in suo Diplomate (codicillos ipse „ suos codicillis Patriarchæ adjunxerat) se „ *Palatinum Carinthiæ*, *Comitem de Goritia*, *& Tyrolis* nominat, & *Advocatum Aquilejensis Ecclesiæ & Brixinensis*, ob eamdem causam, miraculum nempe sacrosanctæ Eucharistiæ, *quando*, ut ait, *Corpus* „ *& sanguis Christi*, *non sub speciebus*, *sed* „ *visibiliter in manibus Sacerdotis apparuit*; „ proprio suo decreto exemit dictam Sancti „ Laurentii Ecclesiam ab omni jurisdictione „ Eberndorfensium, aut potius horum jus commutavit bonis aliis *ad Sanctum Danielem*; „ ita ut Steinensis Ecclesia deinceps ad solos D „ successores suos, Comites scilicet Tyrolis, „ & Patriarcham Aquilejensem (qui tunc erat „ Bertoldus, ejusdem Comitis frater) immediate spectatura esset. Munivit hoc Diploma Albertus proprio, & *Comitis Hermanni* sigillo, præsente *Comite Meinardo de Goritia*, anno & die antedictis. „

IV. FALLI sine dubio Doctissimum Virum tene, dum Pertoldum Patriarcham adserit *Fratrem Comitis Alberti*. Familiam Pertoldi in mentem revoca, Capite LXIX. exhibitam. Pergimus vero stemma delineare Comitum Goritianorum.

En-

ENGELBERTUM III. patrem Mainardi A hujus nominis pariter tertii Diplomata patefaciunt anno 1216. & anno 1223. data. In priore, quod allegavimus Capite LXVIII. num. *6.* dicuntur Advocatiam *Mansorum in Faganea* abdicasse *Mainardus Comes*, *Engelbertus Comes*, & *Filius Engelberti*. In altero, quod habetur Capite LXX. num. 3. eamdem firmam ac ratam habent abdicationem *Meinardus Comes Senior*, *&* *Meynardus Junior Comes de Coritia*. Idem *Meinhardus Junior* subscribit Tabulis, hocce Capite num. 1. allatis. Non dicitur filius Mainardi, sed *Meynardus* B *Junior*, ut a Mainardo II. patruo distinguatur; unde proles fuerit Engelberti III. quod luculentissime confirmat Documentum anni 1226. Illud infra Capite LXXII. num. 4. dabimus.

FRATREM ipsi damus *Albertum I.* Duos, ne facile decipiaris, Albertos distingue. Primus in Documentis hactenus allegatis vocatur Comes Tirolensis. In Tabulis initæ inter Peregrinum II. & Comites Goritianos conventionis anno 1204. occurrit *Comes Albertus de* C *Tirol*: subscribit Diplomati Ottonis quarti anno 1208. *Albertus de Tirol;* itemque ejusdem Ottonis Diplomati anno 1214. *Albertus Comes Tiroli:* factamque *Familiarum servilium* anno 1217. donationem ab *Alberto Comite Tirolis* refert Hieronymus David in Almerico Concordiensi apud Ughellum Venetæ editionis: atque is ille demum est, qui in Documento anni 1259. in Egeno seu Egnomo Tridentino apud eamdem Venetam Ughellii editionem, appellatur *Comes Adelprettus Tirolensis*. Tirolim videlicet proprii Comites re- D gebant. Alberto pater fuit *Ulricus*, ut ex Hundio refert Jo. Benedictus Gentilottus in Ulrico, seu Alderito, seu Aldrighetto Tridentino apud eumdem Ughellum. Stirpis postremus fuit Albertus, vitamque amisit mascula prole orbus.

FILIAM, quam vocant nonnulli *Adbelaidem*, matrimonio copulavit Engelberto III. Goritiano, filio Engelberti II. & Mattildis Andacensis. Nato filio nomen *Alberti* inditum est; quod in Familia Goritianorum Comitum audiri cœpit, Engelberti nomine prætermisso, quod hactenus obtinuerat. Hic ille est, qui Ecclesiam Steinensem Aquilejensi Patriarchæ subjecit: seque in suo Diplomate nominat *Palatinum Carinthie*, *Comitem de Goritia*, *&* *Tyrolis*, & *Advocatum Aquilejensis Ecclesiæ*, *&* *Brixinensis*. Dicitur *Comes de Goritia* primo loco, ut ejus stirps aut familia significetur: additurque *Comitatus Tirolis*, quem hereditatis aut dotis titulo comparaverat. Hinc etiam appellatur *Advocatus* tum *Aquilejensis*, tum *Brixinensis Ecclesiæ;* cum priore Advocatia Comites Goritiani, altera vero Comites Tirolenses potirentur, ut admonet Hundius in eadem Ecclesia Brixinensi. Proposita genealogia veterum Documentorum fide Capite LXXIII. splendidius innotescet.

V. HÆC Pertoldo non erant impedimento, quin assiduus esset in comitatu Friderici, perpetuoque versaretur in motu, quocumque ipsum negotia evocarent. Imperatoris Diplomatibus non paucis, quæ variis in locis acta, dataque sunt, Patriarcham subscribentem legimus apud Lunig in Spicilegio Ecclesiastico, aliosque Diplomatum collectores.

ARMIS ipsum pro Imperatore pugnavisse contra Fridericum, Ducem Austriæ Stiriæque, legimus in Chronico Salisburgensi apud laudatum Hieronymum Pezium ad Annum M. CC. XXXVI. Verba sunt: *Patriarcha Aquilejensis cum Episcopo Babenbergensi Stiriam hostiliter intrantes*, *Ecclesias spoliaverunt*. Dissidiorum causas narrat Stero in Annalibus: "Fridericus, *inquiens*, Dux Austriæ & Stiriæ, ab „ Imperatore proscribitur apud Augustam. „ Iste Fridericus, cum esset severus homo, „ in judicio districtus & crudelis, magnanimus in præliis, in thesauris congregandis „ cupidus, terrorem suum sic fudit super indigenas & vicinos, ut non solum non diligeretur, sed ab omnibus timeretur. Ibat „ enim potenter cum exercitu in Moraviam „ contra Wenceslaum Regem Bohemorum. „ De-

tis admonitionibus, nihilque metuens dirarum interminationem, quas anno 1239. imprecatus fuerat Romanus Pontifex, Friderico Imperatori adhærebat Pertoldus, censura Ecclesiastica & ipse innodatus. Facinus ejus deplorat, improbatque litteris ad ipsum datis Gregorius, quæ apud Ughellum in Tabulis Aquilejensibus prostant.

VI. VOTA sua Pontifici significarunt, adhibueruntque preces Bela & Colomannus fratres, ille Hungariæ, iste Ruthenorum Rex, Pertoldi nepotes, ex Gertrude sorore nati, ut mitius agere cum Patruo dignaretur, ipsumque anathematis vinculo solveret. Annuit mitissimus Pontifex adjecta conditione, quam ipse in eisdem declarat litteris apud Ughellum vulgatis. "Licet igitur, *inquiens*, hæc sit culpa, in qua culpa est relaxare vindictam, & facilitas quæ facilitatem veniæ demeretur; quia tamen personas Carissimorum in Christo Filiorum nostrorum, Belæ Hungariæ, & Colomanni Ruthenorum Regum illustrium, Nepotum tuorum, inter cæteros Reges Catholicos & Principes Christianos, speciali quadam prærogativa dilectionis & gratiæ amplexamur, propter quod non valemus ipsorum Regum devotioni negare, in tas a Gregorio, ut censuris absolvere Pertoldum posset.

NONDUM anno 1241. incepto solutum Patriarcham, aliæ patefaciunt Gregorii litteræ, quæ datæ fuere ad Gregorium de Monte-longo, Subdiaconum, Romani Pontificis Notarium, sedisque Apostolicæ Legatum. Refert eas Rainaldus ad Annum M. CC. XLI. num. 44. Eisdem conceptæ sunt verbis, quæ in allegatis legimus ad ipsum Pertoldum litteris transmissis. Sub finem hæc habentur: *Mandamus, quatenus postpositis omnibus personaliter accedens Venetias, vel Torcellas, eidem* C *Patriarchæ, postquam ad præsentiam nostram iter arripuerit veniendi, auctoritate nostra juxta formam Ecclesiæ munus absolutionis impendas humiliter postulanti. Dat. Laterani* V. *Kal. Februarii, anno* Pontificatus XIV. *Christi* 1241. Hoc eodem vita migravit anno Gregorius XII. Kal. Septembris. Octobre Mense sufficitur Cælestinus IV. in Sedem Apostolicam, vitamque cum morte insequente Novembre commutat. Diu vacat Romana Ecclesia: eligiturque demum anno 1243. die 24. aut 25. Junii Innocentius IV. Romanum arripuisse iter Pertoldum, Ecclesiam regente Innocentio, tradit Auctor Chronici Aquilejensis.

CAPUT LXXII.

Legati Apostolici pro instauratione Ecclesiæ Aquilejensis decretum exequitur Pertoldus. Bellum gerit cum Tarvisinis, a quo retrahitur: sancitaque fœdera pacis cum Venetis instaurat. Controversia dirimitur inter ipsum, & Antistitem Bambergensem. Aquilejæ, & Civitatis Austriæ Ecclesias beneficiis exornat. Festum indicit Sanctæ Elisabeth: diemque extremum claudit.

I. PLURIMUM Aquilejensi Ecclesiæ attulerat detrimenti intemperies cæli, quam circumfusæ ingerebant deterri- D mæ palustres aquæ. Ad instaurationis opus mentem, operamque converterat Pertoldus: obtinuitque a Gregorio de Monte-longo, qui Se-

dis

„ ad utilitatem Ecclesiarum provenire noscuntur, nos decet libenter intendere, & ad id solicita diligentia laborare. Significantibus siquidem vobis, accepimus quod Aquilegensis Civitas adeo intemperie aëris est infecta, quod Aquilegensis Ecclesia a suis servitoribus omnino deseritur, & ab eis debitæ laudes domino non redduntur: sicque ipsa divinis defraudatur obsequiis, & in temporalibus enormem patitur læsionem. Cum autem ad reformationem ipsius Ecclesiæ, sicut asseritis, solicite intendatis; nos vestris supplicationibus inclinati, præsentium auctoritate statuimus: ut omnes proventus cujuslibet Præbendæ, vel beneficii, quæ in Ecclesiis Civitatis & dictæ Diocesis Aquilegensis ad jurisdictionem vestram spectantibus deinceps vacare contigerit, per annum in reformationem hujusmodi convertantur. Ita tamen, quod eædem Ecclesiæ hac occasione debitis non fraudentur officiis; & Clericis ibidem consistentibus secundum tuam, Fili Decane, & Archidiaconi loci providentiam necessaria congrue ministrentur: nullumque prætextu Constitutionis hujusmodi in Ecclesiis ejusdem Civitatis, vel Diocesis in Canonicos jam receptis præjudicium generetur. Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam nostræ Constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Bononiæ IV. Idus Decembris.„ Pares ab eodem Legato litteras inspeximus eodem die datas *Dilecto in Christo Fratri .... Præposito S. Stefani de Aquilegia Ordinis S. Augustini*. Datas vero utrasque anno cadente 1241. mox dicemus.

CONSTITUTIONIS allegatæ solicitam urget executionem ad opus instaurationis Patriarcha, lato Edicto, quod lectorum oculis exhibeo. "Bertoldus Dei gratia Sanctæ Aquilegensis Sedis Patriarcha, universis Christifidelibus, Clericis, & Laicis, tam præsentibus, quam futuris, in nostra Diocesi constitutis in perpetuum. Cum ad petitionem

„ fraudentur officiis, & Clericis ibidem existentibus secundum Decani Aquilegensis & Archidiaconi loci providentiam necessaria congrue ministrentur. Nos vero ratam, & firmam eamdem Constitutionem cum dicto Capitulo habentes, monemus, hortamur, & præcipimus mandantes: quatenus dictam Constitutionem, factam a dicto Legato in favorem dictæ Aquilegensis Ecclesiæ, debeatis penitus observare. Si quis autem contra sæpedictam Constitutionem, quam volumus cum jam dicto Capitulo in perpetuum inviolabiliter observari, ausu temerario, Diabolo instigante, ire præsumpserit, a communione Sanctissimi Corporis & Sanguinis Domini nostri Jesu Christi fiat alienus: & Dei Omnipotentis, Beatæ Mariæ Virginis Genitricis ejus, Apostolorum Petri & Pauli, necnon Sanctorum Hermacoræ & Fortunati Martyrum, Beatorum omnium, Sanctorum atque Sanctarum iram se noverit incursurum. Dat. in Capitulo Aquilegensi coram Fratribus, die V. post Festum SS. Martyrum Hermacoræ & Fortunati, anno Domini Millesimo Ducentesimo Quadragesimo secundo, Indictione quintadecima.„ Ad Julii Mensis diem 17. pertinet Pertoldi edictum: adeoque litteræ Gregorii de Montelongo, cum datæ sint IV. *Idus Decembris*, ad annum superiorem 1241. referri debent.

II. BELLUM eodem anno 1242. indixerat, gerebatque Pertoldus cum Tarvisinis. Cohibet ipsum Innocentius IV. gravissimis Epistolis: monetque, indignum videri, ut qui pro Ecclesia sese fortissime adversariis ejus opponere debuisset, eamdem oppugnaret *in Clientibus*. Litteras memorat Rainaldus ad Annum M. CC. XLIII. num. 22. aliasque indicat ab eodem Pontifice scriptas ad Gregorium de Monte-longo Legatum; cui provinciam imponit, ut Pertoldum, ni desisteret, pœnis percelleret Ecclesiasticis. Obsequebantur, adherebantque hoc tempore Pontifici Tarvisini; quos ideo *Clientes Ecclesiæ* vocat ille.

MOREM gessit Innocentio Patriarcha. Ad sancita pacis fœdera cum Venetorum Republica novis Tabulis instauranda animum ipse

nem imponendum utrique censuerunt acta Transactione, quæ lites omnes, jurgiorumque causas imposterum præcideret.

UTRIUSQUE jussu Tabulas confectas proferre placet. " In nomine Sanctæ & individuæ
„ Trinitatis Amen. In remedium oblivionis
„ humanæ, cujus dispendio consueverunt acta
„ negotia in processu temporis aboleri, quod
„ in tempore geritur perpetuari debet apici-
„ bus litterarum. Proinde noverint universi,
„ tam posteri, quam præsentes, ad quos per-
„ venerint ista scripta: quod cum inter Do-
„ minum B. venerabilem Patriarcham Aqui-
„ legensem & Antecessores ipsius nomine Aqui-
„ legensis Ecclesiæ ex parte una, & Magi-
„ strum Henricum Venerabilem electum Ba-
„ benbergensem ipsiusque Prædecessores no-
„ mine Ecclesiæ Babenbergensis ex altera, su-
„ per Capella S. Petri, S. Martini apud Vil-
„ lacum, & de Okke quæstio fuisset diutius
„ agitata; illo tandem misericorditer operan-
„ te, qui dissidentium mentes ad unam sæpe
„ conciliat voluntatem, talis convenit compo-
„ sitio inter ipsos. Quod præfatus Dominus
„ Patriarcha cessit omni juri-patronatus in Ec-
„ clesia S. Martini per se suosque Successores
„ eidem Electo & suis Successoribus. Et e
„ converso idem Electus per se & suos Succes-
„ sores cessit omni juri-patronatus in Ecclesia
„ de Okke eidem Domino Patriarchæ, & Suc-
„ cessoribus suis. Ecclesiam vero S. Petri am-
„ bo prædicti, Patriarcha, & Electus, per se
„ & eorum Successores concorditer contulerunt
„ Hospitali S. Katherinæ apud Villacum in
„ temporalibus; ita quod ipsius proventus in
„ usum & utilitatem pauperum, & religiosa-
„ rum personarum ibidem pro tempore Do-
„ mino famulantium de cætero convertantur:
„ salvo in omnibus & retento in præfatis tri-
„ bus Ecclesiis jure Spirituali & Diœcesano
„ eidem Domino Patriarchæ, & Successoribus
„ ejus. Promiserunt insuper præfati, Patriar-
„ cha, & Electus, sibi ipsis adinvicem: fir-
„ sigillis earum & sigillo Ven. Episcopi Ter-
„ gestini pendentibus roborata. Testes autem
„ fuerunt Volricus Episcopus Tergestinus, Ma-
„ gister Holwardus Archidiaconus Villacensis,
„ Curadus Archidiaconus Sauniæ, Guibertel-
„ lus, Syboto, Graphto, & Bonencontrus Ca-
„ nonici Aquilegenses, Magister Marsilius,
„ Magister Petrus, & alii. Datum apud Vil-
„ lacum in Ecclesia S. Jacobi anno gratiæ M.
„ CC. XLIV. Indictione secunda XII. Kal.
„ Januarii.„ Henrici Bambergensis Antistitis gesta refert, ac illustrat Martinus Hoffmanus Libro IV. Annalium Bambergensium. Ipsum cognomine appellat *Sebmidelfeldium*: commendatque Virum maturæ ætatis, cum infulas ejus Ecclesiæ, urgente Friderico II. Imperatore, circa Nonas Januarii anni 1243. indeptus est; sed majores ad res gerendas, & instaurandas, spiritus gerentem. Pontificia confirmatio, eodem Auctore teste, per triennium ferme protracta; quod omnes propter assidua bella & seditiones, quibus Italia premebatur, interclusi essent ad Apostolicam Sedem aditus. Hinc fortasse anno 1246. quo conscripta dicitur Transactio, Henricus dicitur *electus*, vel etiam nondum consecratus.

CUM suis Pertoldus Patriarcha rebus consuleret, benignas etiam expostulanti *Vvecceloni* Abbati Beliniensi de multiplici a Proceribus Viris inlato damno adhibuit aures: suæque auctoritatis pollicetur præsidium. Tabulæ leguntur confectæ *anno* M. CC. XLVI. *Indictione* IV. VII. *die intrante Februario in Capitulo Aquilegensi*. Reliquis prætermissis, querebatur Wecelo *de D. Comite Meginhardo de Goritia*.

IV. METROPOLITANÆ Aquilejensi Ecclesiæ plurima accesserunt hac ætate beneficia, partim a Pertoldo conlata, partim a Dynastis Viris in gratiam Pertoldi. Codice utor propria Belloni manu exarato, quo Forojuliense Chronicon, plurimæque insignes Principum aliorumque donationes continentur. De Chronico Forojuliensi infra agendum.

AD

„ Quas præfatus Dominus Patriarcha eidem „ Comiti Meynardo Seniori in feudum contulit, ut eas quamdiu vixerit habere debeat, cum omnibus redditibus, qui ex eisdem villis præfato Domino Patriarchæ proveniebant, & quos ipse ad manus habebat. „ Ita tamen, quod præfatus non debeat, nec „ possit easdem Villas impignorare, investire, nec aliquo modo obligare: aliter debeat amittere omne jus. Insuper tota proprietas, quam idem Comes habet in Latisana, libere & absolute debet esse Ecclesiæ „ Aquilegensis: & pro IV. Marchis Aquilegensis Monetæ, quas idem Comes in vita „ sua annuatim percipere debet de Muta Aquilegiæ, dedit, donavit, & posuit super „ Altare Sancti Marci, ad proprium tradidit Aquilegensi Ecclesiæ Dei, præfato Patriarcha recipiente nomine & vice ejusdem „ Ecclesiæ, Castrum de Linz cum omnibus „ possessionibus & Masnatis, omnique jure & „ jurisdictione, jure proprietario ad dictum „ Castrum pertinente: & Castrum de Rotestayn cum omni jure, & Portum de Latisana cum omnibus suis pertinentiis, & insuper omnem suam proprietatem ubicumque sit, quam tunc visus est habere; exceptis Prisinico, Carpanara, Blancara cum „ eorum pertinentiis; & excepta illa proprietate, quam D. Federicus de Purcillis a præfato Comite in feudum tenebat; & salva „ quæstione, quam Dominus Patriarcha cum „ eodem Domino Comite habebat de quadam silva. Et ibidem incontinenti præfatus Dominus Patriarcha investivit prænominatos Comites de omni supradicta proprietate ad rectum Feudum; ita quod eorum heredes, tam feminæ, quam masculi, in eodem feudo succedere debeant: & „ quod præfati Comites, & eorum heredes, „ vel proheredes nec debeant, nec possint „ præfatum feudum alicui investire, vel aliquo modo alienare; hoc excepto, quod „ uxoribus suis donationem propter nuptias „ iidem facere possint. Ita quod si ipsæ ex „ eis liberos non susceperint, non debent habere eamdem donationem, nisi quamdiu

nardum loco citato conjecimus Nepotem Mainardi *Senioris*: quod allatum Documentum mirifice confirmat, in quo diserte Comes Mainardus *Junior* appellatur Senioris *Nepos*.

In eodem Codice MS. ad Annum M. CC. XLIV. hæc habentur: *Ulricus Comes de Sternimberg concessit in perpetuum Bertholdo Patriarchæ Castrum, & Provinciam de Losf. Item in eodem anno præfatus D. Ulricus Comes resignavit Patriarchæ Bertholdo omne jus suum in Castro & prædio de Chemich cum suis pertinentiis: veluti dudum Comes Guillelmus cum Fratre resignaverat*. Ad Annum denique M. CC. LI. dicitur ipse *Bertoldus Patriarcha donavisse Ecclesiæ Aquilegensi Castrum de Vvindisgratz eum Foro, & Provinciam totam in perpetuum, quod suum erat, cum omnibus aliis suis locis ad ipsam Provinciam pertinentibus, tam in proprietate, quam in possessione*.

Ad aliam Civitatis Austriæ Ecclesiam, quæ post Aquilejensem Metropolitanam præ cæteris in Provincia splendore dignitatis, ac latifundiorum copia præfulgebat, beneficentiæ munera extendit Patriarcha. Piam ejus largitatem Tabulæ complectuntur, in ejusdem Archivo adservatæ. "In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Nos Bertoldus Dei gratia „ Sanctæ Aquilegensis Sedis Patriarcha, præsentium annotatione, pro remedio animæ „ nostræ conferimus Capitulo Civitatensi decem Marchas Aquilegensis Monetæ, ipsis de „ Muta nostra Civitatensi de cætero annis singulis persolvendas; donec nos, vel aliquis „ Successorum nostrorum eamdem Mutam per „ æquivalentem recompensationem sive in possessionibus, sive in aliis, duxerimus redimendam. Ita tamen quod Festum Beatorum „ Hermacoræ & Fortunati, Missam unam pro „ peccatis quousque vixerimus in qualibet septimana, post obitum vero nostrum Anniversarium in memoriam nostri, celebrare „ solemniter teneantur. In cujus rei memoriam, & stabilem firmitatem, præsentem „ paginam scribi fecimus, & sigilli nostri pendentes munimine roborari. Testes autem „ fuerunt Federicus Episcopus Concordiensis, „ Stephanus Abbas Sextensis, Andreas Abbas „ Soma-

Octobris Pontificatus anno II. Christi 1266. Discimus vero, ab eodem Pertoldo injunctum, ut *una* singulis annis persolveretur *Marcha pro Festivitate Beatæ Elisabeth suæ consanguineæ, inibi* (in Ecclesia Aquilejensi) *celebranda*.

UTRAMQUE largitionem, ac annum inque Andreæ Hungariæ Regis, Gregorius IX. anno 1235. inter Ecclesiæ fastos collocari decreverat: diemque festum ejus indixit decimum nonum Novembris, quo eadem mortis absoluta vinculis, ad fontem evolavit supernæ voluptatis.

CAPUT LXXIII.

Imperii negotia perstringuntur. Finitimi Aquilejensibus Principes. De Portu-Naone in Provincia Forijulii. Duces Carinthiæ, quorum pia gesta recensentur. Stemma Comitum Goritianorum. Explanantur difficultates. Iidem Comites Tiroli, & Carinthia potiuntur.

I. TEMPORA attigimus, ob factionum studia simultatesque difficillima, dissidiorum & periculi plena. Contra Fridericum II. operam navante Innocentio IV. eligitur *Henricus Lantgravius Turingiæ*, Divæ Elisabethæ Levir, anno 1246. Datus est eidem successor anno 1247. *Vuillelmus*, Comes Hollandiæ, ætate, viribus, opibus florentissimus, multorum Principum affinitate & amicitia suffultus.

FATO suo fungitur Fridericus II. anno 1250. Loco Patris Imperium affectabat *Conradus* filius: at Willelmum anno 1251. confirmavit Innocentius. Parat ille ineunte anno 1256. profectionem in Italiam, Imperii coronam suscepturus: jaculisque & contis confossus, vitam amisit, ac imperium.

EGIT Alexander IV. qui anno 1254. thronum Pontificium conscenderat, ut Conradus, quem Itali *Conradinum* vocabant, Friderici II. nepos, in Regem eligeretur. Schismate inter Electores orto, elegerunt alii *Richardum*, Comitem Cornubiæ, fratrem Regis Angliæ: aliorumque suffragiis Rex dictus est *Alphonsus*, Rex Castellæ. Hæc anno 1257. contigere. Neutri favere Alexandro placuit. Ut ambo, missis Procuratoribus, ad excipiendam sententiam se Apostolicæ Sedi sisterent, jubet Urbanus IV., iterumque mandavit Clemens IV. In Apostolicam sedem anno 1261. ille conscenderat: iste successit anno 1265. Vita migravit Richardus anno 1271. Jura Alphonsi ad Imperium cum nimium obscura censerentur, in cœtum coacti, Gregorio X. urgente, Electores Rodulphum, Comitem Habspurgensem, dixerunt Germaniæ & Romanorum Regem anno 1273. Regnavit ille ad annum usque 1292.

II. FINITIMI sequuntur Principes quorum negotia Historiæ Aquilejensi, quam illustramus, lucem afferunt. Fridericus Dux Austriæ Stiriæque, anno 1246. interfectus vita excessit, filio non relicto. Regimen Austriæ Ludovico Bavariæ Duci commisit Fridericus Imperator: Stiriamque administrandam tradidit, Anonymo Leobiensi teste apud Hieronymum Pezium, *Comiti de Aych Suevicæ nationis*. Quo *reverso*, (ait idem Chronista) *Meinhardum misit Comitem Tyrolensem, committens ut omnibus de judicio & justitia provideret*. Idem Mainardus in Chronico Salisburgensi ad Annum M. CC. XLVIII. dicitur *Comes de Gorze;* itemque *Comes Goritiæ* ad Annum insequentem, *ab Imperatore pro Capitanco*

cum tota Austria cederet, Belæ reliquum Stiriæ. Verum *Stirienses* (verbis utor Anonymi Leobiensis ad Annum M. CC. LX.) *ab Ungaria afflicti plus quam ante, Otakerum invocant.* Hinc motum, gestumque bellum inter duos Reges, Boëmiæ, & Hungariæ. Pacem denique *Otto Marchio Brandenburgensis, & Ulricus Dux Karinthiæ taliter firmaverunt; ut Bela Junior, Belæ filius, filiam Marchionis, consanguineam Otacheri duceret; & Bela Rex omni juri suo, quod videbatur habere in Stiria, cederet: & amplius quæstionem super ipso Dominio non moveret. Sicque nuptiæ celebrantur in magna gloria: atque pacis & amicitiæ fœdera inter eos perpetue roborantur.* Per hæc itaque tempora Boëmo Regi parebant Austria, & Stiria.

III. HAC etiam ætate Portum-Naonis, nobile in Forijulii Provincia Oppidum, regebant Austriæ Stiriæque Duces. Epistola Friderici II. Imperatoris ad Boëmiæ Regem data anno 1230. refertur Tomo III. Spicilegii Dacheriani juxta secundam editionem inter Miscellanea Epistolarum, & Diplomatum; in eaque Imperator ait: *Inviti trahimur .... adversus Fridericum* (supra memoratum) *Austriæ Ducem* (& Stiriæ.) *Nobis transeuntibus Aquilegiam, cum ibidem eum videre vellemus ... quin potius ut eo non recederemus inviso, personaliter nos contulimus ad Terram suam Portæ-novæ, quam habet in Forolivio.* Nihil hæsitans repone *Terram suam Portus-naonis*, itemque *in Forojulio*.

DIPLOMA legitur ejusdem Imperatoris apud Goldastum Tomo I. Constitutionum Imperialium, quod datum est *ad Portam-Naonis in Carinthia, anno ab Incarnatione Domini* M. CC. XXXII. X. *Maii Indictione* V. Castrum, sive Oppidum Portus-Naonis dubio procul significatur: quod Carinthiis Ducibus addictum prædictis indicari verbis videtur. Sed illud *Principi Stiriæ* paruisse docet Anonymus Leobiensis loco infra citando Capite LXXVI. num. 4.

IV. CARINTHIAM administraverat Bernardus usque ad annum 1257. Laudati Anonymi Leobiensis Chronologiam, & historiam sectari hoc loco satis est. Tres ille genuit filios, Philippum, Ulricum, & Bernardum.

ma, originemque Cœnobii sub nuncupatione *Fontis S. Mariæ* illustrant. Habuit etiam Bernardus Senior præter filios a Leobiensi Anonymo numeratos filiam *Margaritam*: ipsique uxor fuit nomine *Juta*. Primum Diploma, quo Cœnobii Fontis S. Mariæ erectio indicitur, ad annum 1234. pertinet. Alterum confectum legitur anno 1248. quod in lucem profero.

B C D

„ In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis „ Amen. Cum littera quasi legitura nuncupetur, eoque legentibus certissimum iter „ monstret; ad hoc ipsa ingeniosa veterum „ subtilitas adinvenit, quatenus cum breves „ dies hominis sint, ejusque memoria repente transeat velut umbra; præsentium historiæ, sive acta digna memoria ipsius charactere notius elucescant notitiæ futurorum. „ Hinc est igitur, quod nos Bernardus Dei „ gratia Dux Carinthiæ, tenore præsentium, „ modernorum memoriæ inculcamus, & exponimus notitiæ futurorum: quod nos consideratis transitoriis stipendiis, & fallaci gloria hujus mundi, cujus omnia sunt caduca; „ nec aliqua quoad æternæ salutis præmium „ nobis videmus proficere ex omnibus, quæ „ obtulit nobis mundus, nisi ea tantummodo „ quibus pro amore Dei cedimus, vel quæ „ juste in usus & eleemosynas pauperum & „ egentium erogamus, pro remedio animæ „ nostræ, necnon Jutæ uxoris nostræ, ac Ulrici, Bernardi, Philippi filiorum nostrorum, „ Margaretæ filiæ nostræ, omniumque heredum ac progenitorum nostrorum; in honore Omnipotentis Dei apud Landstrat forum „ nostrum, in valle quæ Topliz vulgariter dicitur, juxta Capellam S. Laurentii Monasterium Cistercienfis Ordinis, nominatum „ Fons S. Mariæ, ex novo duximus construendum. Ipsum autem Monasterium redditibus ducentarum Marcharum dotamus: quos „ ducentarum Marcharum redditus ipsi infra „ quinquennium conquirere pollicemur. Pro „ quibus redditus nostros, ac prædium in Laybaco, voluntate & assensu præfatæ uxoris „ nostræ ac præfatorum heredum nostrorum, „ ipsi Monasterio libere obligamus; tali appofito laudamento, quod si medio cedere nos „ contingat, antequam ipsi Monasterio me-

„ tores: in Berloch 7. Mansos, in Creylow „ 50. Mansos cum Decimis, in Zerwich „ 7. Mansos, in Sussiz 4. Mansos, in Hrublach 3. Mansos, in Haberwich 3. Mansos: apud S. Udalricum 4. Mansos, item „ in Carinthia in Vonwiz 4. Mansos, apud „ Steinpüch 12. Mansos. Prædicta vero bona „ absolute & libere Monasterio ipsi damus, „ ut videlicet in ipsis bonis plene ac libere „ fruatur omnibus juribus & utilitatibus, quibus & nos usi fuimus in eisdem; in agris videlicet, pratis, piscinis, vineis, nemoribus, piscationibus, exitibus, & redditibus, „ omnibus communitatibus; ac aliis quibusque juribus seu utilitatibus, quibus nos in „ eisdem, cum ea possedimus, sumus fruiti. „ Ipsam insuper Ecclesiam cum jam dictis bonis suis, & aliis quibuslibet quæ dante Deo „ habebit per nos, vel heredes nostros, seu „ Ministeriales nostros, vel alios quoslibet homines nostros vel alienos, ab omni jure advocatitio, & exactionis, & aliorum servitiorum qualiumcumque, per nos vel heredes „ aut Successores nostros, seu etiam judices „ aut Officiarios aut Præcones nostros & alios „ quoslibet requirendorum, vel in genere, „ vel in specie penitus duximus eximendam „ secundum emptionem & libertatem & privilegia, quibus Ordo Cisterciensis tam a „ Sede Apostolica, quam ab Imperiali Excellentia esse dignoscitur roboratus. Homines „ quoque ipsius, ubique in nostro Dominio „ constitutos, eximimus usquequaque a jure „ nemoris & jure venatitio, quæ .... vulgariter appellantur. Deinde Conventui ipsius „ Ecclesiæ gratiam talem damus, quod liceat „ eis piscari, & piscatores habere in Gurka „ fluvio, ubicumque per Dominium nostrum „ fluit. Insuper eam gratiam damus eis, quod „ de omnibus victualibus, quæ ad domum „ ipsorum deportantur, & aliis rebus quibuslibet, in omnibus Civitatibus nostris & aliis „ locis quibuslibet, tributariis jam habitis, „ & imposterum habituris nulla solvantur te-

„ tus conquiremus, ex quibus tria millia caseorum, sex somas olei, & duodecim somas „ salis habere valeant annuatim. Ipsam autem plantationem nostram novellam sæpe „ superius repetitam, videlicet Fontem S. Mariæ, cum omnibus suis possessionibus tam habitis quam habendis, supra Altare Beatæ „ Virginis in Victoria Ordinis Cisterciensis offerendam duximus & legandam: in Matricem ipsi eamdem Ecclesiam eligentes secundum ipsius Ordinis instituta, ut exinde sibi „ provideant in perpetuum in regularibus disciplinis juxta Ordinis ejus normam. Præterea scribi debet, quod cum a principio „ ipsum Monasterium fundassemus anno Domini M. CC. XXXIV. super libertate ac juribus seu possessionibus ipsius Ecclesiæ antedictis sibi Privilegium confici fecimus & conscribi, quod aliquantulum improvide fuit „ scriptum. Cujus causa negligentiæ, & etiam „ quia post datum Privilegii ipsius Monasterio „ majorem fecimus gratiam, tam in ampliatione suorum jurium & bonorum, & quia „ sigillum nostrum nos postea contigit renovare, ipsum Privilegium tunc conscriptum „ præsenti pagina duximus renovandum; quam „ in ejusdem facti testimonium & cautelam, „ & etiam ne super ipsa Fundatione nostra, „ seu donationibus memoratis per heredes vel „ Successores nostros, vel alios quoslibet aliqua contradictio vel calumnia imposterum „ oriatur, vel aliquis in Monasterio possit infringere jura sua; sigilli nostri munimine „ duximus roborandum. Promittimus desuper, quod Decimas prædictarum Villarum, „ quibus Decimæ superius sunt astrictæ, ab „ Aquilejensi Ecclesia, a qua ipsas habemus „ in feudo, ipsi Monasterio aquiremus. In „ fine apponimus, quod scire volumus universos: Capellam in prædicto Foro nostro Landstrat, in qua juspatronatus habere dignoscimur, cum eodem jure ipsi Monasterio similiter nos dedisse; ita quod ipse Conventus „ populo ibidem provideat in Divinis per Cle-

„ ricum

„ semper Amen. „ Annum insequentem 1249. notat Indictio *septima*. Aut ergo in æræ vulgaris anno, aut indictione cubat error. Philippi, qui testis vocatur, electionem in Antistitem Salisburgi ad annum 1246. referunt Anonymi scriptores Chronicorum, Leobiensis, & Salisburgensis, apud Hieronymum Pezium.

B

POLLICITAS decimas, quibus jure feudi ab Ecclesia Aquilejensi acceptis potiebatur Bernardus, lubenti animo Pertoldus Patriarcha ratas habuit, transtulitque inter bona novi Cœnobii, quod idem Carinthiæ Dux erexerat. Subjicio Tabulas: "Nos Bertholdus Dei gratia S. Sedis Aquilejensis Patriarcha, universis Christifidelibus, tam præsentibus, quam futuris, præsentem paginam inspecturis, salutem & memoriam gestæ rei. Si justa supplicantium vota & desideria, quæ multæ religionis & justitiæ informat caritas, & via non deserit honestatis, debita promptitudine liberaliter admittimus, & ipsorum preces favorabiliter exaudimus; Patriarchalis dignitatis morem & consuetudinem imitamur, utpote ne de sua Justitia videantur incommodum, sed potius commodum reportare. Dilecti siquidem nobis in Christo Viri religiosi, Rudolphus Abbas, & Conventus Monasterii Fontis S. Mariæ juxta Landestrot Ordinis Cisterciensis, nobis devote & humiliter supplicarunt: quod cum Bernardus, Illustris Dux Carinthiæ, ob salutem & remedium suæ & Antecessorum suorum animarum quasdam Decimas, quas a nobis & Aquilejensi Ecclesia ad legale & rectum Feudum libere obtinebat, eidem Monasterio duxerit liberaliter conferendas, ac possidendas sine contradictione cujusquam in perpetuum & tenendas; ipsam donationem ratam habere, & confirmare misericorditer dignaremur. Nos igitur, inspecta eorumdem Abbatis & Conventus reverentia, quam circa nos & Aquilejensem Ecclesiam hactenus habuerunt, & habituri sunt concedente Domino in futurum, necnon præfati Ducis devotione, quam dignis in Domino laudibus commendamus; omnes donationes, sive collationes Decimarum, quas a nobis vel A-

„ cedominus in Werdeneg, Magister Bertholdus Aquilejensis Canonicus, Magister Ludovicus Plebanus Labacensis, Paulus Canonicus Civitatensis; Hermanus de Portis, Ludovicus de Utino, Prehtelinus de Tyetemberg, Henricus de Pievoch, Fridericus de Wincg, Henricus & Wuringus fratres de Midech, & alii quamplurimi. Datum in Monasterio Sitticensi anno Domini M. CC. L. die XII. Augusti Indictione octava.„ Rodulfum primum novi Cœnobii Abbatem credere par est. Insequente anno vitam Pertoldus Patriarcha cum morte commutavit.

C

CONLATA prædicta jura ac bona Ulricus Bernardi filius, Carinthiæque post ipsum Dux, conscriptis Tabulis rata habuit: ipsumque Cœnobium novis beneficiis cumulavit. "In nomine S. & individuæ Trinitatis Amen. Cum vita & actio præteritorum sint speculum & exemplar futurorum; nec salvo jure cassari valeat, quod pia intentione collatum dignoscitur: inde est, quod nos Ulricus Dei gratia Dux Carinthiæ, Dominus Carniolæ, attento animo considerantes secundum desiderium ac piam devotionem felicis memoriæ Patris nostri Bernardi Dei gratia illustris Ducis Carinthiæ; qui seminare volens in valle lacrymarum, quod metere valeat cum exultatione in terra viventium; & recondere thesaurum in ærario intimo locoque securo, ubi nec tinea demoliretur, nec fures effodere vel furari potuissent; omnibus membris sui corporis incolumis, plenaque utens

D

ratione, cum consensu beatæ memoriæ Matris nostræ Jutæ, necnon nostro, Bernardique & Philippi fratrum nostrorum, & Margarethæ sororis nostræ beneplacito, Conventum Fontis S. Mariæ de Landestrot Ordinis Cisterciensis donationibus perpetua securitate & jure pacifico possidendis stabilivit, ut in ipsius authentico Originali plenius continetur. Nos igitur eodem desiderio, eademque devotione succensi, eamdem remunerationem cum ipsis & idem bravium accipere volentes; donationes jam præfatas ex nostro assensu familiarique consilio sæpe... factas recognoscentes, eisdem perpetuo jure „ possi-

„ riori Tzattesch in Marchia cum agriculturis, pratis, virgultis, decimis, jure montis, aliisque pertinentiis; & terras trium „ Fratrum, Meinhardi scilicet, Frizonis, & „ Wolringi jam defuncti habitas & habendas „ cum agriculturis, cultis, & incultis, vineis, molendinis, virgultis, pratis, & omnibus aliis pertinentiis, prout iidem jure pacifico possidebant, defuncti fratris nunc statim, duorum autem post obitum superstitum eorum. Praeterea in illo loco Fundum „ villae in Ofridek juxta villam Prissikam, „ cum omnibus attinentiis habitis & habendis, cultis & incultis, cum consensu & beneplacito Dominae Agnetis uxoris nostrae secundae, jam saepius memoratae Ecclesiae Ordinis Cisterciensis conferimus, damus, assignamus perpetuo jure pacificaque quiete possidendas; nulla nobis, nostrisque Successoribus super bonis omnibus praenotatis jurisdictione, vel obligatione, vel actione reservata. Et ne quod a piis salubri intentione „ devotaque conscientia confertur, ab improbis iniqua fraude aut subdola cavillatione „ valeat violari; bona, & attenta consideratione patentes concessimus coram testibus „ autenticis, & Curiae nostrae fide dignis; scilicet Domino Friderico Marchione de Verona Consobrino nostro; Henrico Ortolpho, „ Cunrado Capellanis nostris; Ottone, Offone, Ortolpho Fratribus de Landestrot; Nicolao & Lisone de Reutenberg, Engelbero „ de Sichelberg in Carinthia, Winhardo dicto Conenzel, Haidenrico de Hailekke, „ Hermano de Umberg, & Cunrado Castellano; ibidem sigillorum nostrorum, & Dominae Agnetis Consortis nostrae secundae munimine irrefragabiliter roborandas. Datum „ anno Domini M. CC. LV. (LXV.) Indictione VIII. In Castro nostro Landestrot, „ nunc & semper valiturae. Amen.„ Tum prima, cum altera Ulrici uxor vocabatur Agnes: illa Ottonis Ducis Meraniae filia; ista

C

„ te exitum habeant salutarem; & ne fragili „ memoria hominum per continuam revolutionem temporum valeant inducere oblivionem, & mentes Successorum super his quae „ salubriter gesta sunt enervando: scripturae, „ quae arca est memoriae, sunt dilucide mancipanda. Verum cum status praesentis vitae in „ omnibus, quae amatores mundi delectant, „ florem quemdam praetendit in apparentia, „ marcescibilem tamen secundum illud: Mane floreat & transeat, vespere decidat, induret, & arescat; elegimus mundum fallentem fallere, ut sicut a Conditore nostro „ praestantius sumus divitiis, honoribus, & dignitate sublimati: sic de mammona nobis „ & progenitoribus nostris volumus facere amicos, sed & defensores, sed & advocatos, „ sed & receptores; videlicet gloriosam & intemeratam Virginem Dei Genitricem Mariam, & Praecursorem Domini Joannem Baptistam, qui clausus in utero Matris ipsum „ Christum cum gaudii tripudio prophetavit. „ Hinc est, quod annotatione praesentis paginae tam modernorum, quam posterorum notitiae declaramus: quod nos longe ante conceptum desiderium Domini & Patris nostri „ (*Bernardi*) & voluntatem complentes, & „ propriae salutis intuitu, novellam plantationem Ordinis Cartusiensis fundamus, accedente consensu & uxoris nostrae Agnetis, in „ loco qui Wrainiz dicitur juxta originem fontis & aquae, quae Veüstriz vulgariter appellatur; nullum nobis jus Advocatiae in ea fundatione, vel nostris Successoribus reservantes, quod plerumque sicut experimento didicimus, consuevit succedentibus pro medicina salutis interitus toxicum ministrare; „ sed solum propter Domini defensionem sine „ omni emolumento, si nos vel heredes nostros ad hoc elegerint consilio & voluntate: „ alias liberum sit eis, uno injuriante, alium „ Deum timentem eligere Protectorem. Volumus autem, quod nullus Judex noster, vel

D

Suc-


„ modo ad se pertinentibus, nomine Mutæ, „ vel Taliæ, vel alterius violentiæ sustineant „ vexationem. Sane ne hujus plantationis, „ utpote novellæ, teneritudinem pruina exco„ quat egestatis; damus eis novem Mansos „ in Vroniz, & undecim Zobozeii, & septem „ in Werde cum montibus & plantis, vallibus „ & nemoribus, extirpatis & extirpandis, vir„ gultis & aridis, introitibus & exitibus, pa„ scuis & piscationibus, venationibus & omni„ bus attinentiis, ac omni usu & libertatis ju„ re, quo ea Majores nostri in nos jure here„ ditario transtulerunt. Limitamus eis siqui„ dem terminos emunitatis secundum consue„ tudinem Ordinis eorum a Stain sive Potpez „ fluvii Labaci ad originem dicti fluminis cum „ paludibus, pascuis, sylvis, secundum quod „ fluvius Labacus dividit; prout cognoscimus, „ ea jure quolibet possedisse. Volumus etiam „ inviolabiliter observari, ut nullus qui ad præ„ dictos emunitatis terminos causa securitatis „ confugerit, ab aliquo hominum offendatur. „ Si quis hujus Statuti transgressor fuerit, si „ plebejus est, solvat viginti Solidos: si sol„ vendo non est, plagis vapulabit coram judi„ ce secundum mensuram culpæ: si Militaris, „ judex eum in quinque Marcis mulctare ju„ bebit. Addimus itaque prælibatis omnibus „ XI. Mansos in Nolcz, XIX. in Vegam, „ & alios V. in Villula juxta Vegam, quæ „ vocatur Topol; III. in Goritscha, dimi„ dium in Celsach cum omni jure & liberta„ te, qua nos & Majores nostri ipsos possedi„ mus ab antiquo. Insuper dotamus ipsum Cœ„ nobium cum XXXXVIII. Mansis, qui quon„ dam D. Witandi Vicedomini de Stain fue„ runt, omnibus heredibus suis annuentibus „ una pariter voluntate. Heredes vero, qui „ dictos Mansos præfato Cœnobio resignarunt, „ hi sunt: Gebhardus de Lilienberg, Berthol„ dus de Rabensperg, Walterus Ungarus de „ Stain, & frater suus Witigo: item Gevol„ dus de Stain, & fratres sui Waltherus, & „ Ortholphus: item Henricus de Osterberg. „ Dicti autem Mansi, videlicet XXXXVIII. „ horum V. locati sunt in Tufsstain, in Swe-

[illegible] „ de Gyriove; Frater Henricus, & Frater „ Witego Prædicatores, Henricus Domini Du„ cis Capellanus; Ulricus Comes de Heven„ berg, Henricus de Schenrphenberg, Liu„ poldus frater ejus, Fridericus de Vohhen„ berg, Ortholphus de Stleingozburg, Wil„ helmus de Munchendorff, Marcuardus de „ Stain, Henricus de Helsenberg, Henricus „ de Rosenberg, & plures alii. Acta sunt hæc „ anno gratiæ Domini Millesimo Ducentesi„ mo Sexagesimo, Calendis Novembris ter„ tiæ Indictionis.„

POST annum 1253. in Ecclesiastica Germaniæ Historia, gallice anno 1724. edita Bruxellis, in Episcopatu Gurcensi, Henricus ordinis Prædicatorum alumnus obtruditur hujus Ecclesiæ Antistes, qui vitam adhuc ageret anno 1265. Errorem patefacit ac elevat Anonymus Leobiensis apud Hieronymum Pezium. Ad Annum 1252. hæc habet: Philippus, Ulrici Ducis Carinthiæ frater, electus Archiepiscopus Salisburgi, *contulit Episcopatum Chimensem* (seu Chiemensem) *Fratri Henrico de Ordine Prædicatorum*. Anno vero insequente sic adnotat ille: *D. Philippus electus Salzburgensis quemdam ex confratribus Gurzensis Ecclesiæ Episcopatui Gurzensi præfecit*. Hunc vocat Marcus Hanzisius in Ecclesia Salisburgensi *Dietricum*, & *Theodoricum*. Idem est cum Theodorico, qui in eisdem Episcoporum Germaniæ Tabulis Henrici Successor numeratur, diciturque anno 1278. morte sublatus. Digna sunt animadversione Diplomatis verba, queis limites *emunitatis secundum consuetudinem Ordinis* Carthusiani constituuntur. Emunitatem Hostiensis in Summa positam statuit in *libertate concessa Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis, & rebus aliis ad eas spectantibus*. Adnotat Cangius, ea voce præterea significari quodlibet privilegium a Principe concessum, vi cujus Viri, Ecclesiæ, ac prædia sub ejus esse protectione intelliguntur. Sed alio sensu, quem laudatus Cangius declarat, eadem vox ab Ulrico usurpatur, pro ambitu Monasterii cum jure immunitatis.

1216. 1223. ✠ 1255.

Goritiæ & Tirolis.
1238. ✠ circiter 1253.



MAINARDUM IV. Comitem Goritiæ & B Tirolis, Ducemque Carinthiæ, & Albertum II. Comitem Goritiæ fuisse Fratres, eorumque Sororem Adaleitam, docet Epigraphe ipsius Adaleitæ Sepulcro incisa in Ecclesia Fratrum Prædicatorum Civitatensium. ✠ *Hic jacet Dña Adaleysa Comitissa uxor Dñi Federici de Ortenburch soror Domini Maynardi Ducis Karinciæ & Dñi Alberti Comitis Goriciæ*. Friderici Ortemburgensis mentio habetur in Necrologio, quod in Archivo eorumdem Civitatensium Fratrum adservatur. Martio mense, ad postremam *Litteram* C. seu diem 28. sequens nota appingitur: *Anno Domini* M. CCC. IV. C *Obiit Dominus Federicus Nobilis Comes de Ortenburch: qui fuit amicus, & magnus benefactor Ordinis, & maxime istius Conventus*.

MAINARDI III. & Alberti I. obitum notat Chronicon Salisburgense, memoratque filios Mainardi: ad Annum M. CC. LIII. *Comes Tyrolensis obiit:* & ad Annum M. CC. LV. *Meinhardus Comes Goritiæ, filiis suis pro Alberto quondam Comite Tyrolense in captivitate constitutis, obiit*. Is est Albertus I. diciturque *quondam* Comes Tirolensis, quod anno 1253. jam vita migrasset. Captivitatis filiorum Mainardi pro Alberto causam aperit idem Chronicon ad Annum M. CC. LII. Verba sunt: *Comites, Tirolensis, & Goritiensis,* (ille Albertus I. iste Mainardus III.) *manu potenti Greinsenberch castrum obsederunt. Quibus occurrit Dominus Electus Salzburgensis* (Philippus) *manu valida: inito cum eis campestri certamine ipsos devicit, captivando Tyrolensem, & de Eschelch Comites*. Itaque pro Alberto patruo captivitatem subiere filii Mainardi.

PROPRIO istos nomine appellatos legimus, itemque patrem, ac avum in Tabulis *anno Domini* M. CC. LVIIII. *Indictione* II. *die Mercurii* X. *exeunte Februario* (seu die 19. ejusdem Mensis) *in Tridento* confectis, quas Jo. Benedictus Gentilottus vulgavit in Egenone Tridentino Antistite apud Ughellum Venetæ Editionis. Legere cuique in his est "Dominum Egenonem, nomine recti & honorabilis feudi, & ad rectum feudum investivisse Nobilem D. Comitem Menhardum,
" filium

comes Goritiæ; nam Tirolensem comitatum ad annum usque 1253. tenuerat Albertus frater, quem vidimus in Diplomate anni 1238. nuncupatum *Palatinum Carinthiæ*, *Comitem de Goritia & Tyrolis*, *Advocatum Ecclesiæ Aquilejensis & Brixinensis*: idemque *Nobilis Dominus Comes Menhardus* (*pater*) dicitur *investitus per dictum Dominum Egonem de dictis feudis*. Ecclesiam Tridentinam regendam susceperat Egeno anno 1250. Migravit e vita Mainardus anno 1255. teste Anonymo Salisburgensi; unde beneficia, quibus Mainardus pater potiebatur, conferuntur hoc anno 1259. Mainardo filio.

QUIS ille fuerit *Comes Adelpretus Tirolensis*, satis aperiunt quæ sequuntur verba: *ita quod dictus Dominus Comes Menhardus, & frater ejus D. Comes Albertus, & eorum hæredes.... habeant, & retineant.... secundum quod D. Comes Adelpretus Tyrolensis, eorum Avus... habebat & tenebat*. Adalpreti Albertique unum est idemque nomen; adeoque & ipse *Albertus* frater Mainardi in eodem vocatur documento Alpretus: *juravit quoque dictus D. Comes Menhardus pro se, & fratre suo Comite Alpretho ad Sancta Dei Evangelia fidelitatem prænominato Domino Episcopo*. Cave diligenter, ut Albertum seu Adalpretum Tyrolensem distinguas a Comite Alberto Goritiæ & Tyrolis. Ille Advocatia Tridentina potiebatur: non iste, unde in diplomate citato se nuncupat *Advocatum duntaxat Ecclesiæ Aquilejensis, & Brixinensis*. Adde, Albertum Goritiæ & Tyrolis Comitem fuisse patruum Mainardi, cui Egeno in Documento beneficium largitur Advocatiæ Tridentinæ: dicitur vero ejusdem Mainardi *avus* alter Albertus, seu Adalpretus Tirolensis. Rem ita se habuisse dicendum. Tirolensis Albertus, mascula prole orbus, fortasse filiam matrimonio junxerat Engelberto III. ex eaque genitum Mainardum III. arbitramur, patrem Mainardi IV. Hinc vero Albertus Tirolensis dici potuit debuitque *Avus*, seu proavus ejusdem Mainardi IV. ejusque fratris Alberti II. In eodem Documento Albertum Tirolensem legimus *investitum de Advocatia Episcopatus & Ecclesiæ Tridentinæ*, cæterisque *feudis per D. Al-*

B Hæc Documenta, Gentilotto operam conferente, vulgata prostant apud Ughellum in Henrico Tridentino. Rodulphi Diploma occurrit, *actum & datum apud Augustam anno Domini* M. CC. LXXV. *Indictione* III. XV. *Kal. junii*, in quo vocatum legimus *Menhardum Tyrolis & Goritiæ Comitem*. Sequuntur *compromissionis* Tabulæ, quæ sæpius exhibent *Dominum Menhardum illustrem Comitem Tyrolensem*. Diploma adjungitur Rodulphi datum *Ulmæ anno Domini* M. CC. LXXVI. ubi Menhardus *Comes Tyrolensis* dicitur. Hæc rursum habentur animadversione digna: *Comes etiam* (Mainardus) *retinebit, & pacifice perpetuo retinebit omnem jurisdictionem & omnia jura, quæ in prædicto Oppido Bozano & ejus districtu, quommodo Albertus Comes*
C *Tyrolensis ipsius Avus, & Pater ejusdem Comitis Menhardi, & postmodum ipse Menhardus Comes continuata possessione Patris, & Avi.... pacifice tenuerunt*. Hæc eadem est successio, quam documento anni 1259. exhibitam illustravimus. Pari mentis acie sequentia verba animadverte: *Juri autem, quod ex infeodatione quondam Egenonis Episcopi Tridentini ipsi Comiti in prædictis curiis competit, idem* (ut puto, Episcopus) *renunciabit omnino*. Ecce Mainardum, hoc loco pacem cum Henrico Tridentino firmantem, ipsissimum sane, quem in Documento anni 1259. ab Egenone beneficiis cumulatum novimus. Pondera & illa quæ sequuntur verba: *Dictus Episcopus* (Henricus) *infeodabit eumdem Co-*
D *mitem* (Mainardum) *de omnibus feodis, quæ vacaverunt Ecclesiæ Tridentinæ per mortem Comitis Vettimis, & Eppiano.... de quibus idem Comes, & Pater suus a quondam Egenone Episcopo Tridentino fuerant infeodati*. Quæ feudi conlatio perspicue habetur in Documento anni 1259. his verbis concepta: *Dictus D. Egeno ... de novis feudis investivit dictum D. Comitem Menhardum, recipientem pro se, ac nomine & vice fratris sui D. Comitis Alberti jam dicti... quæ quondam fuerunt D. Ulrici de Vetimis Comitis, & Dominorum Georgii & Friderici Comitum de Eppiano*. Jam ergo idem in his documentis occurrit Mainardus Comes Tirolis, idem Mainardus pater Comes

Gori-

eamdemque post obitum ejus placuit Eginoni conferre Mainardo III. Goritiano, ejusque post mortem Mainardo IV. filio. Vitam iste adhuc agebat *anno Domini* 1295. *Indictione* VIII. *die Sabbati* 12. *intrante Februario*, quo nuncupatur in Tabulis vulgatis in Philippo Tridentino *Princeps illustris D. Menbardus, Dei gratia Dux Carinthiæ, Tyrolis Comes, Tridentinæ & Brixinensis Ecclesiæ Advocatus.*

VI. NONDUM expedita res est, emergentibus difficultatibus, quæ diligentiorem requirunt indaginem. In Chronico Monasterii Stamsensis, quod Mainardus Tirolensis, & Carinthiæ Dux erexit, apud Pezium Tomo II. Rerum Austriacarum, pater Mainardi, quem numeramus quartum, Albertus vocatur. Verba sunt: *Anno Domini Millesimo* CC. LIII. *in die Sanctæ Mariæ Magdalenæ, obiit Albertus Comes Goritiæ & Tirolis, pater Comitis Meinbardi fundatoris nostri, qui apud nos est honorifice tumulatus.* Consentit Anonymus Leobiensis apud eumdem Pezium Tomo I. ad Annum M. CC. LXXII. *Meinbardus Comes Tyrolis laudibus celebrare consueverat Albertum Seniorem, Tyrolis & Goritiæ Comitem, suum scilicet genitorem*: itemque, *Meinbardus Comes Alberto patre ex filia Marchionis Andacensis ortus.* Eadem scribit Vitus Arenpekius in Chronico Austriaco apud Pezium Tomo I. Rerum Austriacarum: *Avus* Mainardi *Albertus Comes nobilissimus fuit. Genitor ipsius Albertus Comes Goritiæ & Tyrolis.*

SCRIPTORUM fides, quos allegavimus, pugnat cum fide Tabularum, quas hactenus expendimus. Quidni vero authentica Rodulphi Diplomata, cæterasque Tabulas eo tempore, quo vitam agebat Mainardus, confectas quisque præferat Chronicis, quæ sequiore ævo scripta sunt? Hisce præterea Diplomatis Tabulisque consentit Chronicon Salisburgense. Longius etiam a vero non nico mentio inter eos habetur qui recensentur tumulo dati in Monasterio Stamsensi. Fuerit ergo *Albertus, Comes Goritiæ & Tirolis*, qui anno 1253. mortem obiit, eodem in sacro loco tumulatus; ipseque non *pater*, sed *patruus Comitis Meinbardi Fundatoris.*

HUJUSCE Mainardi Matrem Anonymus Leobiensis *filiam* adserit *Marchionis Andacensis*: eamque nominat Mellicense Chronicon *Mectildem*, sororem Pertoldi Patriarchæ. Id fieri quidem potuit: solidiora tamen rei, quæ adseritur, momenta desiderantur.

C VII. Prærogativæ, dignitates, ditiones, quæ Nobilissimæ Goritianorum Comitum Familiæ accessere, hoc loco memorandæ sunt. Uxor Mainardo fuit *Elisabeth, quæ erat* (verba sunt Chronici Stamsensis) *filia Ducis Bavariæ, ac relicta piæ recordationis quondam Conradi Regis Romanorum.* Perillustris Feminæ obitum ad *annum* 1273. refert idem Chronicon. Pietatis causa Cœnobium *in Stams* erexit Mainardus, quod *anno* 1284. solemni ritu *a septem Reverendis Episcopis* consecratum fuit. Honoris prærogativa ac potestate auctus ille *anno* 1286. *ipsa die Nativitatis Domini, creatus est Dux Carinthiæ in Augusta a Rudolpho Rege Romanorum:* diemque supremum clausit *anno* 1295. *in Vigilia omnium*
D *Sanctorum sepedictus Meinbardus Dux Carinthiæ, Comes Tyrolis & Goritiæ, Aquilegensis, Tridentinæ, & Brixinensis Ecclesiarum Advocatus, Fundator* Monasterii Stamsensis.

PROLEM Mainardi & Elisabethæ numerat Anonymus Leobiensis ad Annum M. CC. LXXII. "Quatuor, inquiens, habuit filios: primum Ludovicum, qui non fuerat conjugatus. Secundum Albertum, qui Alberti Comitis de Hajerloch filiam duxit: ex qua genuit filiam, quæ Fridrico Purgravio de Noremberg nupsit, & utriusque sexus fœtum protulit copiosum. Tertium Ottonem, qui Filiam Ducis Poloniæ; & ex ea quatuor filias progenuit, quarum

„ una

„ na Romanorum est effecta. „

ANNOS emortuales notat Chronicon Stamsense, quos operæ pretium erit Chronistæ verbis descriptos proferre, ut Goritianæ Familiæ B Dynastarum, quorum negotia Aquilejensem illustrant historiam, funera quoque obitusque tempora comperta fiant. M. CC. XCII. *In die S. Georgii Martyris obiit Albertus, illustris Dux Carinthiæ, filius Fundatoris nostri.* M. CCC. V. *Obiit Inclitus Dux Ludovicus, in die S. Mauritii.* M. CCC. X. *In die S. Urbani Papæ obiit illustris Dux Otto, primogenitus Fundatoris nostri.* M. CCC. XIII. *Quinto Calendas Novembris obiit Serenissima Domina Elisabeth, relicta D. Alberti Regis Romanorum.* Item M. CCC. XIII. *Tertio Nonas Septembris obiit Domina Anna Regina Bohemiæ, prima contboralis Regis Heinrici, filii Fundatoris* C *nostri.* M. CCC. XX. *In die Agapiti Martyris obiit Domina Adelheidis Ducissa de Bravvnsvvig, secunda contboralis præfati Regis.* M. CCC. XXXI. *in Prævigilia S. Thomæ Apostoli obiit Domina Beatrix, Comitissa de Sabaudia, tertia contboralis sæpedicti Regis Heinrici.* M. CCC. XXX. (XXXV.) *In die S. Ambrosii,* (apud Anonymum Leobiensem, *Dominica, qua canitur, judica me Deus,*) *obiit D. Heinricus, Illustrissimus Rex Bohemiæ, Dux Austriæ & Carinthiæ, Comes Tyrolis & Goritiæ.* Eorum corpora in eodem Stamsensi Cœnobio condita tumulo jacent.

„ Monasterii in Sittich Ordinis Cisterciensis super diversis libertatibus tradita ab antiquo „ suis confirmaverit privilegiis ex gratia speciali; nos paternis inhærere volentes vestigiis, „ eadem jura, libertates, & privilegia ratificavimus, & authoritate præsentium confirmavimus. Itaque ut recenter dictæ confirmationi aliquid gratiæ ob digna merita præfati Abbatis superaddere videamur; concedimus volentes, ut omnia bona, prædia, „ res, & possessiones qualescumque, ad præfatum Monasterium a Data privilegiorum „ prælibati nostri Genitoris usque modo comparata, seu quovis alio modo conquisita „ eisdem juribus & libertatibus, quibus cæteræ possessiones & prædia juxta concessionem & tenorem dictorum suorum privilegiorum uti & gaudere videntur, debeant „ subjacere eisdem juribus efficaciter, & gaudere. Promittentes, dictos, Abbatem, & „ Monasterium, in præmissis omnibus utiliter defensare. Igitur in prædictorum testimonium atque robur præsentes has eis dedimus, nostri Ottonis pendentis sigilli munimine roboratas. Actum, & datum in „ Griez, anno Domini M. CCC. II. die XXVI. „ Novembris Indictione quintadecima. „ Syticense prædictum Cisterciensis Ordinis Monasterium fundavit, erexitque in Carniola Peregrinus hujus nominis primus Aquilejensis Patriarcha. Vide Caput LX. num. I.

CAPUT LXXIV.

Gregorius de Montelongo renunciatur Aquilejensis Patriarcha. De Juliano, & Joanne, Forojuliensis Chronici Scriptoribus. Præposituram Civitatensem extinguit Gregorius. Præpositi munus, aliaque ministeria exponuntur ad varia officia. Statuta Ecclesiæ Aquilejensis meliorem in formam redigit: numerumque minuit Canonicorum.

I. AQUILEJENSIS Ecclesiæ regimen D post Pertoldum suscepit Gregorius de Montelongo, Innocentii IV. Romani Pontificis Notarius, Sedisque Apostolicæ Legatus. Legationis munere dum fungeretur, Ferrariam cepit, quæ ad Fridericum II. Imperatorem desciverat: obsidioque Parmam liberavit, fusis fugatisque copiis, captisque tentoriis cum pretiosa supellectile. Ratam electionem ejus habuit Innocentius dato Diplomate,

Verba sunt: *Petrus Passerinus Utinensis Diarium scripsit Rerum Forojuliensium, sed satis barbare. Orditur ab anno* M. CC. LVIII. *& pertingit usque ad annum* M. CCC. LVI. *Superest manuscriptum*. Eumdem Scriptorem Carolus du Fresne Dominus du Cange recenset in Indice, seu Nomenclatore Scriptorum mediæ & infimæ latinitatis: *Petrus Passerinus, Utinensis, Scriptor Diarii Rerum Forojuliensium, vixit ann.* 1356.

CHRONICON idem prodit in Appendice, ex Codice descriptum, quem propria exaravit manu Bellonus sæpe laudatus. Postrema Codicis verba hæc sunt: *Hucusque Passerinus, seu quisquis fuit alius. Descript. per me Antonium Bellonum Notarium*. Ipsi ergo Bellono certus non erat compertusque Chronici Auctor, tametsi Passerino opus illud adjudicetur. In Diariis Eruditorum Italiæ Tomo IX. Articulo III. num. 7. Vossii, Cangii, & Belloni error castigatur: verusque proditur Auctor Julianus Canonicus Civitatensis. Allegantur in confirmationem verba, quæ ad Annum M. CC. LXXXXIII. scripta leguntur: *Venerabilis Vir D. Jacobus quondam Ottonelli* (de Ungrispaco) *consecratus fuit in Episcopum & Pastorem Concordiensis Ecclesiæ per D. Brisam Tergestinum* (ex Familia de Topo) *die duodecimo exeunte Decembri* (seu die 20.) *scilicet in Vigilia S. Thomæ Apostoli, in Aquilegensi Palatio. Item eodem anno in die S. Thomæ Apostoli post Missam in Capitulo Civitatensis Ecclesiæ data fuit mihi Juliano Præbenda ipsius D. Jacobi per D. Odolricum de Ragonea, & per Capitulum prædictæ Ecclesiæ Civitatensis. Et Mansioneria mea prædicto die data fuit Johanni fratri meo*. Quibus Julianum verbis prodi Auctorem Chronici, nemo iverit inficias. Arbitror ego, simul cum Juliano manus adhibuisse in Opere concinnando Joannem fratrem ejus: quod evincunt, quæ sequuntur loco citato verba: *Item ego Johannes celebravi primo Missam nono die Maio, currente Dominica per C. anno Domini* M. CC. LXXXXIV. Itaque Chronici Auctores dici debent Julianus, & Joannes fratres: ille

B Cæterum ad annum usque 1331. suum perduxisse Chronicon Julianus, & Joannes videntur; statim enim nota appingitur, quæ diversum indicat residui Auctorem: nempe, *In Libretto D. Joh. Jacobi de Venustis*. In eisdem admonentur Diariis lectores, Chronicon idem adservari autographum (*originale*) in Tabulario Capituli Civitatensis in calce vetusti Necrologii, teste advocato Justo Fontanino, Ancyræ Archiepiscopo, in Rebus Forojuliensibus egregie versato. At in calce vetusti allegati Necrologii solum Epitome Chronici legitur, cum aliis quibusdam Fragmentis historicis, quæ dabimus omnia in Appendice. Ipsum Chronicon fusiore calamo scriptum
C frustra jam quæritur in Tabulario Capituli, punienda fortasse manu surreptum. Hoc igitur prælucente Chronico, Patriarcharum Successorum, qui Ecclesiam Aquilejensem per seculum administrarunt, gesta illustrabimus.

III. PRÆPOSITURÆ, quæ in Civitatensi vigebat Ecclesia, animo concepta reque ipsa peracta extinctio inter prima Gregorii gesta locum habet. Plurimorum evaserat ipsa dissidiorum origo Præpositos inter, ac Decanos Capituli; quorum uterque præcipuam sibi dignitatem, & prærogativam in cœtu Canonicorum vendicabat. Amplissimis ea proventibus abundabat, qui alienos in usus, Præpositorum aut Ministrorum malitia sive negligentia, distrahebantur, maximo Civitatensis Ec-
D clesiæ detrimento. Eadem frequentius dignitate potiti sunt Patriarchæ. Ut jurgiis demum finis imponeretur, meritisque non fraudarentur Canonici Deo famulantes pensionibus, Rainaldo Decano & Canonicis enixe postulantibus, abolendam censuit Gregorius Præposituram, justa proventuum divisione facta, quorum pars Patriarchæ, pars altera in stipendium Canonicorum cederet. Tabulæ adservantur in Archivo Capituli, quæ plura addiscenda proponunt.

„ EXEMPLUM ex Authentico relevatum.
„ In nomine Christi Amen. Anno a Nativi-
„ tate ejus Millesimo Ducentesimo Quinqua-
„ gesimo tertio, Undecimæ Indictionis, apud
„ Civi-

„ ii Ecclesiarum Rectores de Subditorum quiete & commodis ex Officii debito providentes, discordiæ rimulas procurent & satagant bono concordiæ resarcire. Unde quia retroactis temporibus inter Præpositos Civitatensis Ecclesiæ, & Capitulum ipsius frequenter & sæpius, tam per duriorem, quam per avidam subtractionem Præpositorum ipsorum, qui quæ sua erant quærentes potius quam quæ Christi, multa ex iis quæ ad suum pertinebant Officium per incuriam omittebant; quodque per malitiam, vel negligentiam Officialium suorum, qui proventus & alia jura consueta & debita eidem Capitulo in quibusdam malitiose ac indebite subtrahebant; propter quod dicta Ecclesia defectum non modicum tam in spiritualibus, quam temporalibus hactenus est perpessa: consueverunt lis, discordia, & scandala non absque gravi Ecclesiæ prædictæ præjudicio suscitari. Venerabilis Patriarcha & Dominus Gregorius Dei gratia Electus Aquilegensis, & Magister Rainaldus Decanus, & Capitulum Ecclesiæ memoratæ obviare damnis, dispendiis, & defectibus hujusmodi; & utilitatibus Ecclesiæ jam dictæ providere salubriter intendentes, tractatu & deliberatione diu habita diligenti pro evidenti utilitate, ut cesset super hæc imposterum quorumlibet fluctuatio jurgiorum, & exinde tranquillitatis status proveniat & quietis: concordaverunt simul, & composuerunt sub infrascripto tenore, & forma. Videlicet, quod ex nunc in antea in dicta Ecclesia Civitatensi Præpositus, seu aliquis gerens vices aut locum Præpositi esse non debeat: sed Præpositura dignitas sit de cætero re & nomine extincta penitus, & deleta. Quodque præfatus Dominus G. Aquilegensis Electus, tanquam loci Diocesanus, per se suosque Successores habeat, possideat, & teneat libere, pacifice, & quiete Plebem de Tulmino cum Mansis, decimis, & juribus pertinentibus ad eamdem, præter illa quæ de prædictis decimis & juribus eidem Capitulo reservantur, prout inferius annotatur. Et quod prædicto modo habeat & possideat villam de Osellano, secundum

B

„ serius nominantur, habeat & teneat Dominus Electus nomine supradicto. Reservavit insuper, & retinuit in se memoratus Dominus Electus pro se & Successoribus suis collationem Personatuum Custodiæ, & Scolastiæ in supradicta Ecclesia Civitatensi: ita tamen quod Custodia & Scolastia ipsæ, quoties & quandocumque vacaverint, Canonicis ipsius Ecclesiæ & non aliis conferantur. Confirmatio vero Canonicorum, quæ prius spectabat ad Præpositos ejusdem Ecclesiæ, deinceps spectet ad dictum Dominum Gregorium Electum, & Successores suos, tanquam ad Diocesanos. Cæterum memorati Decanus, & Capitulum, & Successores eorum de cætero habeant, teneant, & possideant quidquid in lino, & caseis .... de Plebatu Tulmini dictum Capitulum hactenus percipere consuevit: & partem beneficii & proventuum Ecclesiæ S. Mariæ de Monte, quæ hactenus ad mensam Præpositi pertinebat; quam dictus Dominus Electus dedit, concessit, & deputavit eidem Capitulo pro ædificiis Claustri, & coopertione ipsius, atque reparatione officinarum & aliorum, quæ spectabant ad Officium Præpositi in fabricis & reparationibus faciendis. Si quid autem de prædicta parte superfuerit, remaneat in dispositione & ordinatione Decani, & Capituli prædictorum: reservato tamen omni jure, quod habet Camera sive Custodia Civitatensis Ecclesiæ in prædicta Ecclesia S. Mariæ de Monte. Collatio autem, institutio, & destitutio Capellarum omnium, positarum intus & extra Civitatem in toto Plebatu, quæ ad collationem Præpositi pertinebant, immediate de cætero pertineant atque spectent ad Decanum & Capitulum memoratos. Decimas autem omnes, & quartisia, quæ spectant ad Præposituram, in S. Petri, de Ponte, S. Silvestri, & Ambrosiana portis Civitatis, & Suburbiis, ac toto Plebatu cum omni integritate; & hortum cum curte, vinea, domibus, & omnibus appendiciis & juribus suis, positum apud S. Stephanum in Gallano; Mansos omnes positos in villis de Gallano, Premariaci, & de Rissano, Puresono, Lesa, Toyano, Gru-

C

D

„ pigna-

„ positura, & eos decedere contingat absque „ heredibus, feuda ipsa & decimæ, quamcito „ vacare ea contigerit, ad Decanum & Capi- „ tulum memoratos immediate cum integrita- „ te deveniant. Si autem aliqui petant a di- „ cto Domino Electo, vel Successoribus suis „ occasione Præpositurae aliquod annuum feu- „ dum de Camera; petatur ab ipso Domino „ Electo & Successoribus suis, nec Capitulum „ teneatur. Infrascriptos insuper famulos ad „ Præposituram prædictam pertinentes, & eo- „ rum heredes concessit, & reservavit, & con- „ tulit sæpefatus Dominus Electus, ad mini- „ steria & officia debita & consueta, eidem „ Capitulo exercenda. Scilicet ..... & fra- „ tres, & Jacuscium filium qu. Olvini, & „ Philippum & Stephanum Talianum Bedeas „ ad ministerium Coquinæ: Burellum & Can- „ num, Michaëlem & Martinucium filios „ qu. Jordani, Grigulinum & Martinum fra- „ tres, Henricum Cortan cum Henrico nepo- „ te suo ad officium Pistoriæ: & Zaccarlinum „ cum Henrico filio ejus ad officium Scutella- „ rum: Antonium dictum Berit, ad officium „ Ostiariæ: Rodulphum de Arroalis, Grima- „ num & Johannem Molendinarium, ad offi- „ cium Olerum coquinæ: Johannem Rozet, „ ad officium Coclearium: universos quoque „ famulos, residentes in terris, Mansis, pos- „ sessionibus, & bonis quondam Præpositurae, „ quæ remanserunt Capitulo, solventibus di- „ ctæ Præpositurae, vel Capitulo censum. Et „ si qui ex prædictis vassallis, feudatariis, fa- „ miliis, vel aliis existentibus in locis Capi- „ tulo deputatis, qui solverunt hactenus cen- „ sum Præpositurae, vel Capitulo, etiamsi re- „ maneant prædicto Domino Electo & Eccle- „ siæ Aquilegensi: nihilominus censum con- „ suetum, & debitum memorato Capitulo cum „ integritate persolvant. Quæ quidem prædi- „ cta in omnibus, & per omnia, cumque om- „ ni jure & actione, reali & personali, utili „ & directa, secundum quod dicta Præpositu- „ ra & Præpositi hactenus habuerunt & posse- „ derunt, vel visi sunt habere & possidere,

„ S. Petri de Carnea, & Magistro Gardamo- „ mo Scolastico, Canonicis Civitatensibus, Pro- „ curatoribus & Sindicis Capituli memorati, „ prout apparet per publicum Instrumentum „ factum per manum Juliani de Ruzolio No- „ tarium, cujus tenor inferius annotatur. Ita „ quod si dictus Dominus Electus, vel Succes- „ sores sui contra prædicta, vel aliquid præ- „ dictorum aliquo tempore venerint; posses- „ siones, Mansi, & jura prædicta ipso jure „ ad dictum Capitulum devolvantur. Promi- „ sit etiam, se daturum operam diligentem, „ quod Capitulum Aquilegense iis omnibus „ præstabit assensum. E converso memorati

C „ Decanus, Præpositus, & Scolasticus, Pro- „ curatores, promiserunt pro se & dicto Ca- „ pitulo Civitatensi, supradicta omnia rata „ & firma habere, & nullo unquam tempo- „ re contravenire. Pro quibus & singulis fir- „ miter attendendis & observandis, dictus Ma- „ gister Gardamomus Procurator super ani- „ mas præfatorum Decani, & Præpositi, & „ Capituli Civitatensis, necnon & Magistri „ Berengerii Præpositi S. Volrici præsentis, „ & ad hoc consentientis, juramentum præ- „ stitit corporale. Quæ quidem omnia facta „ sunt, salvo in omnibus honore & auctori- „ tate Apostolicæ Sedis. Tenor vero Instru- „ menti supradicti talis erat. „ *Anno Domi- nicæ Nativitatis* M. CC. LIII. *Indictione un-*

D *decima, die Mercurii,* VI. *exeunte Junio, in Capitulo Canonicorum Civitatis Austriæ, præ- sentibus Geboldo, & Dominico Stelon Presby- teris, Præposito Mansionariorum, & Conrado dicto Boyano Civitatensi, coadunato Capitulo Civitatensis Ecclesiæ Aquilegensis Diocesis mo- re solito per campanam: & ibidem per eos di- ligenti meditatione pensato, quot & quanta per malitiam, incuriam, & negligentiam Of- ficialium Præpositurae dispendia sustineant, & defectus; unanimiter, & concorditer volentes ipsi Ecclesiæ tranquillitati & suæ providere quieti, Domini Johannes, Barat, Bertholdus, Bilinus, Lupoldus, Vvalconus, Johannes, Ti- bu... Bartholomæus, Rubertus, Alkerus, Her- man-*

ecclesia in perpetuum penitus enervetur, & deleatur omnino. Et quod de personis, feudis, proprietatibus, possessionibus, & proventibus, atque aliis tam Ecclesiasticis quam secularibus, pertinentibus ad Præposituram eamdem Patriarchatui & quod Capitulo cedat imposterum, personatu Præpositurae deleto. Et ad faciendam dicto Domino Electo securitatem, & cautionem præstandam super hujusmodi, & ad negotium consummandum, secundum quod utilius viderint expedire; necnon ad requirendum ab eodem Electo, & recipiendum cautionem, quam in iis viderint nomine suo & Civitatensis Ecclesiæ opportunam. Dederunt insuper Gardamomo Scolastico liberam potestatem, in animabus eorum jurandi, si fuerit opportunum, habere contractum quem inient cum dicto Electo super hujusmodi firmum & ratum: & quod nunquam contravenietur aliqua ratione, quamdiu dictus Electus & Successores ejus eumdem contractum inviolabiliter observabunt; promittentes habere firmum & ratum, quidquid dicti Sindici & Procuratores in prædictis, & circa prædicta duxerint faciendum. Ego Julianus de Ruzolio Imperiali auctoritate Notarius prædictis interfui, & rogatus scripsi: ad majorem siquidem evidentiam prædictorum, præsens Instrumentum est sigilli pendentis dicti Capituli munimine roboratum. " Ad majorem autem „ evidentiam, & perpetuam firmitatem prædictus Dominus G. Aquilegensis Electus, & „ præfatum Capitulum fecerunt præsens Instrumentum sigillorum suorum munimine „ roborari. Ego Johannes de Lupico S. Imperii publicus Notarius supradictis omnibus „ interfui: & de mandato prædicti Domini Aquilegensis Electi, & rogatu prædictorum „ Procuratorum scripsi, in formam publicam „ reducendo. Ego Morandinus de Remanzaco „ Imperiali auctoritate Notarius pridem Autenticum vidi, legi, & de verbo ad verbum „ fideliter transcripsi, nihil addens, vel minuens, quod ipsius sententiam variet, sive „ sensum, & diligenter cum præsenti asscultavi Transcripto.„

DICTUM in hisce Gregorium Tabulis *electum Aquilegensem* legis: nondum scilicet Pontificali manuum impositione initiatum, ut sæ-

eosdemque Canonicis, aliisque Clericis famulantibus Deo distribuere. Tabulas profero in Archivo ejusdem Capituli adservatas, queis hujuscemodi forma distributionis continetur.

„ Anno Domini M. CC. XLIX. Indictione „ VII. Hi sunt redditus, & rationes, quos „ & quas Præpositus Civitatis ratione Præposituræ, & administrationis tenetur dare Canonicis Civitatensibus. De frumento CCC. L. „ Modiales, & L. Stariolos. Item XV. Modiales pro Festis, in quibus Canonici sedent „ in Refectorio: a Festo scilicet S. Michaëlis „ inclusive, usque ad Resurrectionem Domini. Item duos Modiales, & dimidium dare debet pro quatuor hospitibus, qui invitantur a Canonicis in Nativitate Domini, „ in Pascha, & Pentecoste. Item Cellerario „ Canonicorum in Quadragesima debet dare I. „ Modialem: coquinariis Modialem similiter „ dare debet. Item Cellerario dantur IV. Sextarii Siliginis, & IV. Sextarii Millii, quos „ solvit Decanus de Premariaco. Item de Molendinis de Pusterula, & de Vado debentur „ dari Canonicis hæ azimæ: videlicet, XV. „ in Festo Omnium Sanctorum, XV. in Festo S. Martini, XV. in Adventu Domini, „ XV. in Nativitate Domini, XV. in Circumcisione, XV. in Epiphania, XV. in Purificatione Sanctæ Mariæ, XV. in Dominica „ Carnis-privii, XV. in Pascha, XV. in Pentecoste, & XV. in Dedicatione Ecclesiæ. „ Debent autem tales esse Azimæ: duæ scilicet de uno Pisonali de Sextario. Item in „ quolibet Festo per circulum anni, quando servitur Canonicis in coquina de Præpositura, debentur servitoribus, sive familiæ „ duæ Azimæ similes superioribus; & duæ „ Pettæ de Millio: petta vero quælibet debet „ constare ex uno Pisonali. De his autem duabus azimis, & duabus pettis percipit Cellerarius Canonicorum dimidiam azimam, & „ dimidiam pettam: & ex hac parte dat ipse „ partem Ortolanis, & illis qui dant vinum „ ea die Canonicis. Item in Quadragesima „ de Molendinis supradictis, VIII. Sextarios „ Millii familiæ servienti Canonicis. Item ad „ coopertura, & reparationem Claustri, Coquinæ, Pistrini, Necessarii, Refectorii, &

SPLENDIDIUS Præpositi auctoritas effulgebat in *collatione personatuum Custodiæ & Scholastiæ*, in *confirmatione Canonicorum*, in *institutione & destitutione Capellarum omnium positarum intus & extra Civitatem in toto Plebatu*. Satis omnibus Gregorii auctoritate provisum, ne dissidia imposterum ac scandala orirentur.

INFERIORA quædam in Tabulis num. 3. recensitis numerantur Ministeria, quæ paucis exponere liceat. Ea instituta dicuntur, *ad officium Coquinæ*, *ad officium Pistoriæ*, *ad officium Cochlearium*, *ad officium Scutellarum*, *ad officium Olerum coquinæ*. De his aliisque id genus officiis agit Bellonus in Tractatu de Feudis Patriæ. Quæ sequuntur verba refero ex Capite XVII. "Ministeriale feudum, quod a ministerio nuncupatur, non alia causa institutum videtur, nisi ut Sedes Patriarchalis, quæ pulcherrimam amplissimamque ditionem habebat, congruentibus & fere necessariis adjuta Ministeriis, optime regi posset. Ministeriales enim operam & obsequium, cui fundi addicti erant, multifariam ex præscripto subministrare solebant: quos Bertrandus, sicut ex temporum indicatura perspicere est, Pontificatu suo solicite recognovit, ut ipsis ministeria juxta præscriptum exercentibus, Aquilejensis Ecclesia stare solidius & honorificentius pergeret. Feudum autem diversa sumpsit nomina pro qualitate Ministerii; ut Pistorum, Scutellarum, Saccigerulorum, Tabellariorum, Sartorum, Murariorum, & alia quæ servientium ministeriis convenirent." Ad infima id genus ministeria præstanda fundos etiam servis & hominibus de plebe largiebantur Ecclesiæ, Capitula, Nobilesque Viri Forojulienses, ut quamplurima produnt in Tabulariis documenta. Hujusce sortis famulos memorat Muratorius Dissertatione XI. Antiquitatum Italicarum medii ævi, tum nobiles, cum ignobiles, quibus abundabant Archiepiscopi Mediolanenses: docetque singulis pro ministerii sui aut sublimi, aut inferiore gra-

MINUTI quoque fuerant adsignati sacris Ministris proventus: proque decenti stipendiorum ratione minui Canonicorum, qui Deo famulabantur, numerus debuit. Rem hanc ut perficeret, facultatem postulaverat Gregorius ab Alexandro IV. Romano Pontifice, qui benigne votis annuit. Pontificis litteras Ughellus refert, datas *Dilecto Filio G. Electo Aquilejensi*. Nondum Gregorius consecratus fuerat Episcopus. Commonuerat Romanum Pontificem Patriarcha: *Aquilejensem Ecclesiam esse adeo Canonicorum multitudine oneratam, quod iidem de facultatibus ejus, cum sint tenues & exiles, nequeunt commode sustentari:* Cujuslibet Canonici *præbendas*, *præter quotidianas distributiones*, *vix trium Marcharum argenti valorem annuum excedere*. Hinc obnixius petebat: *ut super hoc utilitati & decori ejusdem Ecclesiæ paterna providere solicitudine* Sanctissimus Pontifex *curaret*. Annuit ipse, facitque Gregorio facultatem, *moderandi in præfata Ecclesia hujusmodi Canonicorum multitudinem; ipsas præbendas cedentium*, *vel decedentium Canonicorum convertendi in communes usus Capituli*; neque permittendi, ut *loco eorum* alii *surrogentur*, *donec numerus*, quem ipse Gregorius *moderatus* fuerit, sit *redactus* ac definitus. Datæ sunt Apostolicæ litteræ *Neapoli* V. *Nonas Martii*, *Pontificatus anno* I. æræ Christianæ 1255.

IN eodem Statutorum libro Capite II. definitus legitur quatuor & viginti Canonicorum numerus. Statuto totius Canonicorum cœtus accessit consensus *anno Domini* M. CC. LX. *die* VI. *intrante Martio*, III. *Indictione*. Documentum vulgavit Ughellus. Hac ætate Aquilejensium Canonicorum albo adscriptos memorare liceat *Venerabiles Episcopos*, (qui eodem in Documento cum cæteris consensum præstitere,) *Bonacursium Emonensem*, & *Conradum Justinopolitanum; Vvolricum Decanum Civitatensem*, & *Berardum Præpositum Sancti Felicis*.

CA-

nistrabat Dux Volricus. Damna plura Aquilejensis Ecclesiæ juribus inrogaverat ille: eademque, gnaviter ac strenue Gregorius agebat, ut pro officio tutaretur. Damnis inlatis consultum initis conventionibus, cessionibusque; quas percenset omnes Bellonus in Vita Gregorii, in alioque ejusdem Codice MS. quem citavimus. Ad Annum M. CC. LXI. hæc habentur. " D. Ulricus Dux Carinthiæ pro se & D. Philippo fratre suo inter cætera dedit libere & perpetue D. Gregorio Patriarchæ, quæcumque habebant, & habere videbantur circa sylvas Pozinor in Castro, & Forojulii, tam in Castris, quam in Villis, prædiis, dolesmanis, servis & ancillis, & aliis hominibus, possessionibus, & Advocatis, & aliis bonis omnibus, tam fundatis, quam non, ac omnibus bonis ac pertinentiis eorumdem, præter duas villas, scilicet Trigonuf & Oleren, quas donaverat Abbatiæ de Milistach. Et eidem Domino Patriarchæ promisit eluere omnia & singula, quæ ei donaverat: & hoc pro damnis datis, & illatis ipsi Ecclesiæ Aquilegensi.„

Ad eumdem notat annum M. CC. LXI. Anonymus Leobiensis: *Ulricum Ducem Karinthiæ obtulisse Laybacum Gregorio Patriarchæ, Officialibus Castri clavibus datis.* Labacum, Civitas Carniolæ, caput est totius Regionis. Episcopalem sero obtinuit Sedem. Hanc instituit Pius II. Romanus Pontifex, fecitque Metropoli Aquilejensi suffraganeam. Sex post annos Metropolitico jure, Friderico Romanorum Rege postulante, a Paulo II. exempta, Romanæ Sedis immediato arbitrio parere cœpit. Eodem anno ipsam Labacensem Civitatem, cum aliis Castris Volrico largitus est Gregorius feudi titulo. Belloni, authentica Documenta decerpentis, verba refero. "Item constat, restituisse eidem Domino Patriarchæ eumdem Dominum Ducem omnia bona, & Castra Ecclesiæ Aquilegensis, ubicumque per eum occupata forent: promisisseque reædificare Castrum Guardenochs, atque dedisse & donasse Castrum de Laybac cum omnibus suis pertinentiis, & Castris videlicet Gorzach, Ortimberch, Valchemberch, item

siquidem modo, quod dictus Dominus Dux, & heredes sui legitimi ex legitimo matrimonio ex eo geniti, Laybacum cum Castris supradictis habitare debebant, (ac) recipere ea velut vassalli in feudo ab ipso Domino Patriarcha, & Ecclesia Aquilegensi. Et sic ibidem fuit investitus ipse D. Ulricus per ipsum Dominum Patriarcham de Laybac, & Castris prædictis, jure feudi. Cæterum ipse Dominus Dux promisit, quod statim eo mortuo sine heredibus ex eo descendentibus, & Fratre ejus similiter, statim Laybacum & Castra supradicta restituerentur ipsi Ecclesiæ, qualibet desensione cessante.„ His ab Volrico actis consensum præbuit anno insequente Philippus frater. Authentici Documenti summam affert laudatus Bellonus. M.CC.LXII. *Ill. Dominus Dux Philippus Electus Ecclesiæ Salzburgensis, frater prædicti D. Ulrici Ducis, ratificavit omnia data, & concessa, ut supra, per Ulricum fratrem suum.*

Initas alias anno 1265. inter utrumque, Patriarcham, ac Ducem, conventiones, conscriptasque Tabulas, ut integra ac illibata servarentur Ecclesiæ Aquilejensis jura, Bellonus recenset. Ejus accipe verba. " M. CC. LXV. Inter Patriarcham, & D. Ulricum Ducem Carinthiæ factæ sunt confœderationes, de se, & juribus suis adinvicem juvandis, & defendendis. In quibus pactis ipse D. Ulricus Dux Carinthiæ promisit eidem D. Gregorio, redimere possessiones & bona Ecclesiæ Aquilegensis, oblata dudum D. Ulrico Comite de Sternimberch vel aliis personis in partibus Triven & Treven, ubilibet existentia: & hoc pro mille Marchis, in quibus idem Dux eidem Patriarchæ erat obstrictus. Et si prædicta eluere negligeret, ex tunc ipsi Domino Patriarchæ & Ecclesiæ Aquilegensi Castrum suum Nossennos cum sexaginta Marchis de redditu ad usum specialiter dedit: & promisit, quod D. Philippus Dux frater suus ratificaret. Et promisit quoque idem D. Dux Ulricus eidem D. Gregorio Patriarchæ, quod tam liberos, quam servos, qui prius habitabant in foro Guardensech Ecclesiæ Aquilegensis, compellet &

„eo

tiam in uno Roncino (equo gregario) *anno Domini* M. CC. LXVII. *die Mercurii exeunte Julio; nullo alio capto præter Johannem Lucensem, & paucis aliis vulneratis*. Hoc idem facinus in Chronico Salisburgensi posterorum memoriæ traditum legitur. M. CC. LXVII. *Patriarcha Aquilegensis a D. Alberto Comite Goritiæ captivatur*.

INLATAM Patriarchæ injuriam, commissumque sacrilegium dolet, detestaturque Clemens IV. in Epistola quæ data est *Dilecto Filio G. de Medio-Bladi Militi*, *Regni Siciliæ citra Pharum Capitaneo Generali*, apud Edmundum Martene & Ursinum Durand in Thesauro novo Anecdotorum Tomo II. Verba sunt: „ Horrendum facinus, & Sacrilegium detestabile, quod Comes Goricensis in Venerabilis „ Fratris nostri G. Patriarchæ Aquilegiensis „ captione commisit, multos merito perturbavit, auditum tamen ac nostrorum Fratrum præcipue: quos eo gravius ex hac causa vulneravit dolor in intimis, quo præter „ excellentiam dignitatis, habent hoc temporalia (*al.* spiritualia) dicti merita Patriarchæ, qui tam apud Sedem Apostolicam commorans, quam ad varia destinatus officia, „ de bono proficiens semper in melius, sibi „ multipliciter comparavit; propter quod eidem factam injuriam nobis ipsis vindicavimus illatam, nec tam crudeliter tangi potuit quin in eo nos pariter tangeremur.„

SE quoque certiorem factum, scribit Clemens: *Feltrensem Episcopum*, *non solum tam scelestæ conscium factionis*, *quin etiam vel intentatorem*, *vel auctorem extitisse:* id quidem pernegari ab Episcopo: ipsum vero *in partibus Forojulii aqud bonos*, *& graves publice infamatum esse;* neque levem ingeri contra ipsum suspicionem, quia *duos ex suis fratribus captioni memorati Patriarchæ interfuisse non neget*, *quamvis dicat ignorantes venisse*, *nec ad ipsam opem vel operam præstitisse*. Antistes erat Algerius de Villalta. Hinc Medio-Bladio mandat Pontifex: *ut veritatem diligentissime per-*

& repertus est malus. Hæc reticet omnia Julianus, qui captum Patriarcham narrat non apud Justinopolim, sed in pago Villæ-novæ, Colli & Castro Rasacensi subjecto.

III. INITIS conventionibus, operamque maxime suam præstantibus Otochero Boëmiæ Rege, & Uladislao Archiepiscopo Salisburgensi, libertate Patriarcha donatus. Juliani verba sunt: "Gregorius Patriarcha Aquilegensis „ anno M. CC. LXVII. die quinta exeunte „ Augusto (*seu die* 27.) exivit captivitatem „ dicti Comitis Alberti Goritiæ, & conductus „ fuit Civitatem: procurato tamen per Venerabilem Patrem Ulotislaum Archiepiscopum „ Salspurgensem cum ipso Domino Patriarcha, dum erat in captivitate, & cum Forojuliensibus ex parte una; & cum dicto Comite ex altera, quod fuit per partes compromissum in ipsum Archiepiscopum, & „ Dominum Regem Boëmiæ, & postea confirmatum.„ Quæ perstringens omnia Anonymus Salisburgensis, Aquilejensem Patriarcham, ait, *per Dominum Archiepiscopum Salzburgensem Vvlodeslaum sub quibusdam conditionibus absolutum fuisse*.

LATIUS hæc narrat Clemens IV. apud laudatos collectores, Benedictinos Ascetas, Litteris ab eo datis *Carissimo in Christo Regi Bobemiæ Illustri*. Ejus verba recensere pretium est operæ: " Excellentiæ tuæ dudum probata devotio, quam ad Romanam geris Ecclesiam, „ & ad personas Ecclesiasticas in necessitatibus „ eorum ostendis, eo nuper indicio manifestius claruit: quod capto nuper Venerabili „ Fratre nostro Patriarcha Aquilegensi, te „ ad procurandam liberationem ipsius, promptum nobis per tuas litteras obtulisti: & ne „ tam piam & humilem suspensionem (*an oblationem?*) occupatio quævis suspenderet, „ per te & Venerabilem Fratrem nostrum N. „ Salisburgensem Archiepiscopum, Nepotem „ tuum, absolutionem ejusdem efficaciter procurasti, priusquam super oblatis nostrum „ posses habere responsum.„

VENE-

… quo Fridericus Austriæ potiebatur, anno 1246. interfectus. Concessionis Tabulas compendio collectas legimus in Codice Aquilejensi, qui inscribitur *Thesauri claritas*. Hæc profero verba: „ Eodem anno (1263.) „ Dominus Patriarcha Gregorius investivit Venerabilem Patrem D. Brunum, Dei gratia „ Olomucensem (*in Moravia*) Episcopum, „ Capitaneum illustris Regis Bohemiæ & Styriæ, recipientem nomine & vice ipsius Domini O. Regis Bohemiæ, de Feudo etiam, „ quod in latino dicitur officium Pincernatus: „ quod ab Ecclesia Aquilegensi habuit in feudum bonæ memoriæ D. Fridericus illustris „ Dux Austriæ.

IV. COMPOSITAS per hæc tempora ex eodem addiscimus Codice, Nobilium Forojuliensium turbas, qui Ecclesiæ Aquilejensis hostibus adhærentes, debitam meritamque Patriarchis obedientiam subtrahebant. Sectati fuerant Ecelini de Romano partes Viri nobiles de Prata: pluraque damna Ecclesiæ intulerant. Ecelini hujus nominis III. tyrannidem & iniqua facinora referunt Laurentius de Monacis, Gerardus Maurisius, Antonius Godus, Monachus Patavinus apud Muratorium Tomo VIII. Scriptorum Italiæ. Obitum ejus Julianus notat his verbis: *Ecelinus de Roman captus fuit anno Domini* M. CC. LVIIII. *die quarto exeunte Septembri* (seu die 27.) *qui comedere nolens septem diebus, in octavo mortuus fuit*.

MELIORE ducti consilio Pratenses, in gratiam Patriarchæ redire summopere optabant: sibique demum, pleniore pollicito obsequio, factaque locorum cessione, benevolum fecere Gregorium. Codicis allegati verba sunt: "Domini Gabriel, „ & Wezelettus de Prata, Procuratores ad hoc „ constituti per D. Vezelonum patrem eorum, „ nomine ipsius Patris sui, ac suo, propter graves offensas, & enormes injurias illatas Domino Patriarchæ Gregorio, & Aquilegensi Ecclesiæ, ac toti Terræ Forijulii per ipsos Dominos de Prata, quondam Ecelino de Romano Ecclesiæ Romanæ, & Aquilegensi Ecclesiæ, ac aliis Fidelibus ipsius Domini Patriarchæ & dictæ Aquilegensi Ecclesiæ (*inimico*) „ contra honorem ipsorum & statum totius Terræ damnabiliter adhærendo; ut gratiam ip- „ nentis & adjacentis ex utraque parte fluminis Liventiæ, cum introitu & exitu suo. Fecerunt etiam cessionem de possessionibus, & „ singulis aliis juribus, quæ tam dictus Pater eorum, vel ipsi & eorum homines de Masnata „ habent, vel visi sunt & videntur habere in locis aut villis Turris, & Latisanæ.

SANCITÆ paci, quam memoravimus, diu non stetit Albertus Goritianus. Vicedominum renunciaverat Patriarcha Albertum Concordiæ Episcopum: ipseque, & Asquinus de Varmo, dum captivum tenebat Patriarcham Comes, *instituti fuerant*, Juliano teste, *in Forojulii Capitanei*, ut armis in libertatem, si opus esset, Dominum suum adsererent. Anno post pacem constitutam nondum elapso, nihil mali cogitans Concordiensis Antistes, incidit in insidias, quas infensi homines paraverant, nefarieque peremptus interiit. Rem narrat Julianus: M. CC. LXVIII. *die* III. *intrante Julio mense ante tertiam apud Montem Medeam interfectus fuit Venerabilis Pater Concordiensis Episcopus, Vicedominus Reverendi Patris Gregorii Patriarchæ, & quidam alii cum eo, per insidias ei impositas per fautores D. Alberti Comitis Goritiæ*. Nulla injecta mora, ut Viri præclarissimi, optimeque de se meriti mortem ulcisceretur, *dicto anno* (verbis utor Juliani) *die Veneris* V. *exeunte Julio* (seu die 27.) *exivit Gregorius Patriarcha Utino cum suo exercitu contra dictum Comitem: & tunc die* XII. *Augusti destructus & dirutus fuit pons Isuntii prope Goritiam. Reversus est die penultima Augusti Civitatem, facto iterum Compromisso inter dictas partes*.

V. VITAM denique suam, quam plures inter angustias traduxerat Gregorius, cum morte commutavit. Emortualem annum, mensem, diemque diligentissime notat Julianus in Chronico: M. CC. LXVIIII. *die* VIII. *intrante Septembri, hora sexta, in Civitate Austria Gregorius Patriarcha Aquilegiensis obiit in Domino, qui extitit Patriarcha* XVII. *annis*, X. *mensibus*, & XVI. *diebus*. In Epitome ejusdem Chronici hæc adjecta leguntur. *Et juxta corpus S. Paulini sepultus est*. Positam Epigraphem exhibet Marcus-Antonius Nicolettus in ejus Vita: *Hic requiescit Corpus bonæ memoriæ D. Gregorii de Montelongo, natione Campani, Patriarchæ*

„ de natura Militum, neque per Patrem,
„ neque per Avum, neque Proavum; & per-
„ veniret ad honorem militiæ propter divitias
„ ſuas, vel aliter; ſi poſſet habere manum
„ feudi, & heredes ipſius poſſent hereditare
„ feudum? Et quærente ipſo Domino Aqui-
„ legenſi Electo, judicatum fuit per D. Hen-
„ ricum de Villalta: quod ſi illi, qui accepe-
„ rat militiam, non contradictum fuit per ali-
„ quam partem, vel per Dominum Terræ,
„ tempore receptionis ſuæ Militiæ; quod de-
„ beret uti honore Militiæ, & hereditare feu-
„ dum ipſe, & heredes ſui. Ex alia parte ju-
„ dicatum fuit per D. Cononem de Murucio: C
„ quod ſi cum voluntate Domini Terræ acce-
„ perit Militiam, debeat ipſe, & heredes ejus
„ habere manum feudi, & uti honore Milita-
„ ri: ſin autem, non poſſit habere manum
„ feudi, niſi vivente illo de cujus manu feu-
„ dum accepit; nec uti honore Militari ipſe,
„ vel heredes ejusdem. Cujus D. Cononis ſen-
„ tentia fuit a majori parte Curiæ approbata. „

ADHUC ergo *Electus* anno 1267. nuncupabatur Gregorius. Milites hoc ævo & superiore appellari conſueverant Viri Nobiles: Militeſque *per naturam* dicebantur, qui nobili genere prognati erant. Mos invaluit, ut iidem cingulo militari accingerentur a Viris ſummis, Romano Pontifice, Imperatoribus, Regibus, Dynaſtis, Epiſcopis, Abbatibus, aliiſque Militibus: iidemque feudis, ac beneficiis cumulabantur. Hinc *Milites* in Hiſtoria Medii ævi diſtingui ſolent a *peditibus*. Haud raro contingebat, quamplures ob divitias, quibus affluebant, Nobilium albo adſcribi, cinguloque accingi militari. Hinc orta quæſtio, quam in Curia Patriarchali agitavere, diremeruntque delecti judices. D

PROVINCIALI, ut ajunt, Carmine celebratum Gregorii funus, eximia nos humanitate admonuit Henricus-Joſephus Thomaſin de Mazaugues in Supremo Provinciæ Gallicæ Se-

„ Que pert amic, ni bon Segnor.
„ Ni ja om tro qu'en es perdaire
„ Non ſaura d'amic ſa valor.
„ La mortz m'a ſait connoſſedor
„ De mon dammage, non a gaire.
„ Tuit cil c'amon prez, ni valor
„ Devon doler d'aqueſt aſaire.

„ Morz nos a tolt lo debonnaire,
„ Lo pro Patriarcha Gregor.
„ On avian fait lo repaire
„ Tuit li bon aib, e li meillor.
„ Qui vena mais tal guidador
„ Tan pro, tan franc, tan larc donaire.
„ Paſſat avia de largor
„ Alixandre que venquet Daire.

„ De lui ſes valor exemplaire,
„ E lialtaz Caſtel (*a*) e Tor,
„ Al bos ſo francs, e merceiaire,
„ Plen d'umiltat, e d'alegor.
„ Los Crois tenien tal rancor,
„ Per re non li podion plaire.
„ Aras ſabron gran, e menor,
„ Que pert lo fils, can mor lo paire.

„ Aſſaz podon cridar, & braire
„ Friolan, el veizin d'entor;
„ Car be ſavon lor averaire,
„ Qu'il an perdut lo bon Paſtor;
„ Qui los defendia d'error,
„ Els Crois fazia arreras traire.
„ Lairon, predon, e raubador
„ An jois, car manz en ſes desſaire.

„ Dieus non ſes Rei, ni Emperaire
„ Del Crois tal juſtiziador,
„ Tal guerrier, ni tal desſendaire
„ Dels ſieus, ni ab tan de vigor
„ Que laion lazia en langor
„ E greu ſi podia ſoſtraire.
„ N'avion ſi Croi tal paor,
„ Que non auzavon vezer l'aire.

„ Lais

(*a*) De Caſtello Turris in Gregorii Patriarchæ poteſtatem redacto, ejusque benevolentia in loci Proceres, differit Jo. Franciſcus Palladius Parte 1. Hiſtoriæ Forojulienſis.

Philippus Dux Carinthiæ, olim Electus Salisburgensis, in Aquilejæ Patriarcham eligitur. Confirmationem electionis a Cardinalium collegio, Romana Ecclesia vacante, postulant Suffraganei Aquilejenses Episcopi. Electionem Philippi rejicit Gregorius X. Volrici Fratris defuncti ditiones vendicare sibi nititur Philippus: easdemque assequitur Otocherus Boemiæ Rex. Forojuliensium pars Philippo favet, qui Portu-Naone potitur: ab eoque descifcunt Civitatenses, aliique Boemo Regi fœderati. Raimundus Patriarcha Aquilejensibus præficitur. Provincias Otocheri, & Philippi obtinet Rodulfus Rex: quas tradit Alberto filio, & Mainardo Tirolensi.

I. SUCCESSOREM Gregorii elegerunt Aquilejenses Philippum, fratrem Volrici Ducis Carinthiæ, olim Electum Salisburgensem. Hanc Fratris electionem curavit, promovitque ipse Volricus, qui paullo post infirmitate correptus e vivis excessit, tumulo datus in Austria Civitate. Henricus Stero in Annalibus hæc habet ad Annum M. CC. LXIX. *Gregorius Patriarcha Aquilejensis obiit: in cujus locum eligitur Philippus, quondam Salzburgensis Electus, frater Ulrici Ducis Carinthiæ*. Paria in Chronico Salisburgensi habentur. Latiore calamo rem narrat Anonymus Leobiensis: *Hoc etiam anno* (1269.) *Gregorius Patriarcha moritur. Ulricus Dux Carinthiæ ad Aquilegiense Capitulum venit cum intercessoriis Otakeri, ut fratrem suum Philippum ad hanc Cathedram promoveret. Sed modicum fructum attulit spes concepta. Dux enim in Forojulii infirmatus moritur: & in Civitate, quæ Austria dicitur, tumulatur.*

DE peracta Fratris electione Regem Boëmiæ datis litteris certiorem facit Volricus. Litterarum partem ex Codice MS. Cæsareo refert Hanzisius in Germania Sacra Tomo II. in eodem Philippo Salisburgensi Electo. Litteras alias ab eodem scriptas ad ipsum Philippum fratrem ex Tabulario Capituli Civitatensis luci publicæ damus. "Reverendo in Christo Patri Domino & Fratri suo Karissimo „ Ph. Divina providentia Sanctæ Ecclesiæ Aquilegiensis Electo, Ulr. Dei gratia Dux „ Karinthiæ, Dominus Carn. & Marchiæ,

B „ totius Terræ Forijulii Capitaneus Generalis, „ fraterni amoris constantiam cum obsequio „ indefesso. Reverendo in Christo Patre piæ „ memoriæ D. Gregorio Sanctæ Aquilegiensis Ecclesiæ Patriarcha in Festo Nativitatis „ B. Virginis proxime præterito viam, sicut „ Deo placuit, universæ carnis ingresso, & in „ Ecclesia Civitatensi honorifice tumulato, suffraganei & Capitulum ipsius Aquilegiensis „ Ecclesiæ, ne sub viduitatis incommodo diutius eadem langueret Ecclesia, de futuri substitutione

C „ Patriarchæ tractantes, termino „ apud Aquilegiam, scilicet die octavo exeunte Septembre (*seu die* 23.) ad electionem „ præfixo; ipso die, super quo laudes dignas „ persolvimus Filio Dei vivi, nullo penitus „ discrepante, vos in Patriarcham & Dominum Ecclesiæ supradictæ unanimiter & concorditer per formam scrutinii elegerunt: „ argumento probabili obtinentes, quod Ecclesia ipsa, quam diversi procellarum turbines durissime ac amarissime conquassarunt,

D „ per vos potissime, mediantibus amicis & „ consanguineis nostris, de quibus nostram „ prosapiam Divina Clementia perdotavit, „ quietis percipere gaudia, & spiritualibus & „ temporalibus proficere poterit incrementis. „ Quod Fraternitati vestræ in eximiæ decantationis jubilum nunciantes, rogamus & petimus toto corde: quatenus onus tam egregiæ dignitatis sub Divini favore Numinis „ viriliter assumentes, juxta petitiones & in „ formationes Canonicorum, & idoneorum

„ Nun-

liensis in Capitaneum Forojulii. Mos erat, ut Patriarcha sublato e vivis, duo eligerentur, *Vicedominus*, & *Capitaneus Generalis*, qui negotia Ecclesiæ & Provinciæ administrarent, donec novus Patriarcha præficeretur. Vitam idem Volricus cum morte commutavit *eodem anno*, Juliano teste, *die* V. *exeunte Octobre* (seu die 27. ejusdem Mensis) *in civitate Austria*.

II. OBIERAT Clemens IV. mense Novembre anno 1268. præcedente. Sedes Apostolica ad diem usque primum Septembris anni 1271. vacavit, quo electus est Gregorius X. Eo temporis intervallo ad Cardinales Romanæ Ecclesiæ Patres litteras dedere Suffraganei Aquilejensis Metropoleos Episcopi, ut Philippum ab cœtu Canonicorum electum confirmarent. Turbæ plurimæ in Ecclesia ac Provincia, vacante Sede, permotæ impulerant ipsos, ut confirmationem postularent, ac ea qua possent urgerent vehementia. Litteras damus ex eodem Civitatensi Canonicorum Tabulario desumptas. " Reverendis in Christo Patribus & Dominis Venerabilibus, Servi Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium I. Paduanus. Al. Tarvisinus. B. Vincentinus. P. Cenetensis. & F. Concordiensis Episcopi debitam in omnibus reverentiam, & devotam. Vulneravit cor nostrum plaga crudelis & duplex miseræ, proh dolor, & vox miserabilis Matris nostræ Sanctæ Aquilegensis Ecclesiæ, quæ tanto majoris infelicitatis deplorat incommoda, quanto dudum sub nobilitatis eximiæ titulo feliciori extitit gloria decorata, dum eadem Ecclesia tanto nuper viduata pastore, nosque tam honorabili patre, tam utili orbatos agnoscimus; dum etiam sub viduitatis incommodo tot anxietatibus uritur, tot procellis involvitur, tot tribulationum malleis conquassatur, ut jam ipsa Dei Genitrix, cujus vocabulo gaudet & nomine, clamare cogatur ad Filium, quod non solum in vestibus, sed & in membris propriis se doleat lacerari. Et nos quidem, Patres Beatissimi, non possumus in tam acerbo casu fi-

C

tantis vexetur injuriis, tam ignominiose perpetuæ confusionis discrimen incurrat, imo nomen ejus hactenus tam præclarum de terra pene penitus deleatur; dominationi vestræ flexis genibus sub omni humilitate, qua unicuique vestrum possumus, supplicamus in Jesu-Christo: rogantes, quatenus cum mors & vita Ecclesiæ memoratæ in manu vestra consistat, mori pie ac misericorditer erga eam, imo jam fere demersam de naufragio liberantes, Reverendum Patrem Dominum Philippum electum ad ipsius Ecclesiæ regimen, (quod) per ejus industriam potius, quam per aliquem alium reviviscere poterit, communiter & concorditer absque tam damnabilis dilationis dispendio confirmare velitis; aut saltem in spiritualibus & temporalibus curam sibi committere, priusquam irremediabiliter Ecclesia prædicta in se ac suis, tempestatum fluctibus absorberi contingat.

LITTERIS, qui initialibus indicantur Episcopi, qui litteras conscripsere: *Jordanus* Patavinus, *Albertus* Tarvisinus, *Bartholomæus* de Bragantiis Vicentinus, *Prosavius* de Novello Cenetensis, *Fulcherius* Concordiensis. Hinc vero colligas, *Antonium*, quem in Tabulis Concordiensibus inter Albertum & Fulcherium invectum legimus, pelli de serie ejus Ecclesiæ Antistitum debere.

D

III. VOTIS eorum minime factum satis: ipsiusque Philippi rejecta a Gregorio X. electio, qui Sedem Apostolicam conscenderat. Causam aperit Julianus in Chronico: M.CC. LXIIII.... *exeunte Septembre*, *D. Philippus*, *frater dicti Ducis Carinthiæ*, *olim Archiepiscopus Salburgensis*, *electus fuit in Patriarcham Aquilegensem*. (Lacunam Codicis reple, posita die *octava* exeuntis Septembris.) *Sed privatus fuit per Summum Pontificem Gregorium X. & Curiam Romanam; eoquod electio Patriarchalis fuerat ante dictam electionem per Romanam Curiam interdicta*. Nempe Aquilejensi Canonicorum Collegio inhibitum fuerat, ne Successoris Patriar-

rant militiæ Forojulienses, donec electionem ejus Romanus Pontifex, qui eligeretur, auctoritate Apostolica confirmaret. Rem testatur Julianus loco citato: *Cum, Apostolica Sede vacante, non confirmaretur, receptus fuit, salvo jure electionis Patriarchalis, in Capitaneum Forojulii*. Pro munere officioque conlato, *die Jovis in Festo S. Gervasii* (anno 1270. die 19. Junii) *equitavit cum exercitu super D. Artuicum de Castello, fautorem Comitis Goritiæ, nomine Alberti; comburendo, & runcando bona sua ad burgum Castelli*.

SIMUL etiam mentem operamque adhibebat Philippus, ut Provinciarum, quas reliquerat Volricus frater, possessionem adiret. Hostem nactus est fortissimum, Otocherum Boëmiæ Regem. Refert Hanzisius ex Hornekio in Chronico: solemnia olim pacta Boëmum Regem inter, & Volricum inita, ut altero absque mascula prole mortem obeunte, superstes hereditatem defuncti adiret. Hinc Otocherus movit arma contra Philippum. Labacum, Carniolæ caput, subegit: Carinthiosque recepit in fidem. Regi quoque tradita sunt Castra, quæ ad Ecclesiam Aquilejensem pertinebant, *Typher, Treven, Vvindischgratz, & Clemau*.

EADEM narrat Anonymus Leobiensis: initæque inter utrumque Transactionis pacta memorat. Verba sunt ad Annum M. CC. LXIX. *Otakerus Karinthiam ingreditur, & primo Laybacum obsidet, Philippi fautores opprimens: & in brevi utrasque Terras* (Carinthiæ, & Carniolæ) *sibi subjecit, quia nemo resistere potuit. Philippus videns se minorem*, propositæ lubens præstitit assensum conventioni. Nempe, *resignavit omnia; & acceptis proventibus ab eo necessariis, in Cremsam Civitatem Austriæ commigravit: & privilegio de Ducatu Karinthiæ misso in Bohemiam, ipse Forumjulium introivit. Ubi Castrum Portus-Naonis, quod ad Principem Stiriæ pertinet, Aquilegense feodum, exemptis ibidem de Porciliis & Castello Nobilibus*, accepit: *& vassallus Ecclesiæ est effectus*.

V. PHILIPPO parebant Forojulienses. Prima ab eo Civitas Austria descíscit: trahiturque in partes Provincia. Fœdera percussa fuerant cum Otochero, confectasque Tabulas Archi-

„ Julii affectu paterno, & regio studeat fovere
B „ favore; de verbo, licentia, & auctoritate
„ Capituli Aquilegen.... Ministerialium, &
„ Communitatum Terræ Forijulii, cum eo con-
„ fœderationis & amicitiæ unionem sub infra-
„ scripta forma fecimus: eamque prædictorum
„ Capituli, & aliorum omnium, & nostro no-
„ mine, corporali firmavimus juramento. Vi-
„ delicet, quod nos pro supradictis omnibus,
„ & pro nobis promittimus, assistere & astare
„ bona fide totis viribus præfato Domino O.
„ Regi Bohemiæ, ad manutenendum honorem
„ suum, & jura sua contra omnem personam,
„ exceptis Ecclesia Romana, Ecclesia Aquile-
„ gensi cum omnibus Subditis & viribus suis, &
„ Civitate Paduana. Ita quidem quod Capita-
C „ neus, qui electus est per homines Terræ Fo-
„ rijulii, eo adveniente in Terram, corporali
„ juramento firmabit nomine suo, & supradi-
„ ctorum Capituli & aliorum, ac nostro, con-
„ fœderationem, amicitiam, & unionem hanc
„ toto tempore sui Capitaneatus attendere, ac
„ observare. Et si forte contigerit, alium Ca-
„ pitaneum per homines Terræ communiter
„ eligi, vel haberi; ille qui . . . . erit, hæc
„ eadem proprio juramento firmabit. Quo fa-
„ cto per Capitaneum, qui tunc electus est, nos
„ a Sacramento præstito erimus absoluti. Hoc
„ autem expresso specialiter. . . . quod si di-
„ ctus Dominus Rex per se, vel per gentes suas
„ faceret in aliquo contra Ecclesiam Roma-
„ nam, seu contra Ecclesiam Aquilegiensem,
D „ & honorem ac jura ipsius; aut in formam
„ confœderationis, amicitiæ, ac unionis hu-
„ jusmodi forte noluerit acceptare; & promit-
„ tere ac firmare, quod. . . Ecclesiam Aqui-
„ legensem, & Terram ac honorem Terræ Fo-
„ rijulii, bona fide sub ejus protectione susci-
„ piet, eisque contra ipsius Adversarios asta-
„ bit defensionis auxilio & favore: supradictus
„ Capitaneus electus, aut si quis alius pro tem-
„ pore fuerit, & supradictum Capitulum, Li-
„ beri, Ministeriales, & Communitates ad ob-
„ servationem confœderationis, amicitiæ, &
„ unionis prænotatæ in nullo penitus tenean-
„ tur. In cujus rei evidentiam, præsentes lit-
„ teras Sigillorum Capituli Aquilegensis, &

qui tunc Vicarius erat D. Philippi, (verbis utor Juliani) *ubi multorum abstulit bona; quosdam Cives Utinum, quosdam alio ad suum beneplacitum transmittendo, & quosdam captivando; Carlucium Civitatensem & unum Pratæ decapitando, Sophiam Florettæ comburendo; & volendo in alios decapitare, imposito eis quod Terram dare vellent Forensibus*, nimirum Extraneis. Hæc anno 1272. *in Vigilia S. Matthiæ die Bissexti quinta exeunte Februario*, contigere.

NARRARE Julianus pergit: Suburbium *Pontis*, ut vocant, *die Dominico* VIII. *intrante Majo* ejusdem anni receptum *per Forojulienses fideles Ecclesiæ Aquilegensi, & quosdam Theotonicos Regis Bohemiæ:* eademque die adventasse *Nobilem Virum Volricum Durnolz Capitaneum* laudati Regis cum exercitu valido: ab eoque cinctam obsidione Civitatem, quam Philippus occupaverat. *Die vero Sabbati sequenti Civitas data fuit dicto Capitaneo: & claves Civitatis ei assignatæ fuerunt in Ecclesia Sancti Stephani per D. Detalmum de Villalta, qui fautor D. Federici* (de Pinzano) *erat in Civitate, & per quosdam Civitatenses*. Ab hoc eventu sumit Jo. Franciscus Palladius epocham appellationis, qua Civitas hæc cœperit *Austria* vocari; eoquod in potestatem venerit Otocheri, Boëmiæ Regis, ac Ducis Austriæ Stiriæque. Fabellam canit. Hoc illam seculo undecimo vocatam *Austriæ* nomine, vetustis authenticis documentis confecimus Capite LIX. num. 3.

VI. ANNUS Christi succedit 1273. quo soluta Ecclesiæ Aquilejensis viduitate, sponsum dedit illi ac Patriarcham Gregorius X. Raimundum Turrianum Mediolanensem. Novi Antistitis creationem, ejusque adventum in Forijulii Provinciam diligentissime notat Julianus: M. CC. LXXIII. *die* XI. *exeunte Decembri* (seu die 21.) *factus per Alexandrum* (lege Gregorium) *Papam, & Curiam Romanam Venerabilis Pater Raymundus Mediolanensis, Episcopus Cumanus, Patriarcha Aquilegiensis. Venit autem in Forumjulii, videlicet Sacillum, anno* M. CC. LXXIV. *die Jo-*

B Gualvaneus de la Flamma in Manipulo Florum Tomo XI. Scriptorum Italiæ in Collectione Muratoriana, & Anonymus in Annalibus Mediolanensibus Tomo XVI. ejusdem Collectionis. Raimundum nostrum laudatus Gualvaneus Fratrem adserit *Napi*, seu Napoleonis de la Turre, qui consanguineus erat Martini & Philippi fratrum.

POST electionem moras ipse trahebat in Langobardia, causamque itineris ad Concilium Lugdunense arripiendi obtendebat. Literis urget ipsum Gregorius, ut Aquilejam cito proficiscatur, Ecclesiæ suæ possessionem aditurus. Has refert Italice redditas Litteras Aloysius Tattus in Annalibus Comensibus Decade II. C Libro X. num. 34. Datæ sunt *Lugduni* XIII. *die Februarii, Pontificatus anno secundo*. Hic annus a die electionis incidit in annum Christi 1273. quo nondum evectus fuerat Februario Mense in Sedem Aquilejensem Raimundus: adeoque *secundus* Gregorii annus ducentdus est a die 27. Martii, annoque 1272. quo Pontifici diadema pro more impositum fuit.

VII. JAMVERO Philippum pœnituerat, jure suo cessisse in gratiam Otocheri Boëmiæ Regis: ipsumque spoliari ditionibus optabat, quas inita conventione tradiderat. Rem suasit Rodulfo Regi Romanorum, qui bellum Boëmo Regi indixit: ditionesque & loca eripuit, quas abdicaverat Philippus; eademque partim Alberto filio, partim Mainardo Tirolensi D distribuit. Verba refero Anonymi Leobiensis, qui ad Annum M. CC. LXXIII. hæc habet: „ Tandem hic Philippus cum Baronibus Stiriæ, Domino de Wildonia, & Domino de Lansse, & aliis, Regem Rudolphum Romanorum adierunt; ipsum inducentes ad hoc ut descenderet, & Ducatum Austriæ ac Karinthiæ de dominio Regis auferret Bohemiæ. Descendit autem hic Rex per Danubium in Austriam: & subjugata sibi Terra, Philippum prædictum circa Cremsam locavit; ubi non diu vixit, & in Cremsa in Prædicatorum (*Cœnobio*) est sepultus. In Austria vero Regi Romanorum Rudolpho existenti Rex Bohemiæ Otakerus „ Au-

„ contulit Terram & Ducarum Austriæ, & „ Stiriæ, & Terram Carniolæ, & Comitiam „ Portus-Naonis: Comiti vero Meinhardo Go„ ritiæ & Tyrolis, Socero filii sui Alberti præ„ dicti, contulit Ducatum Carinthiæ.„

QUÆ simul vero varia & multiplicia collegit hoc loco Chronista, ad annos referri singula debent, quibus eadem juxta calculos ejusdem Scriptoris contigere. Anno 1274. Rodulfum vocat Philippus in possessionem ditionum, quas Otochero tradere coactus fuerat. Anno insequente 1275. sponte Carinthiam, aliasque Provincias, & loca Rex Boëmus abdicat. Initi *Laudi* Tabulas anno 1276. confectas inter Rodulfum Romanorum & Otocherum Boëmiæ Reges vulgavit Godefridus Guillelmus Leibnizius C in Mantissa Codicis juris gentium Diplomatici, inter Diplomata Austriaca. Arbitri sunt *B. Herbipolensis*, *Bruno Olomucensis Episcopi; L. Comes Palatinus Rheni*, *Marchio Brandeburgensis*. Arbitrantur ipsi, feruntque sententiam num. 3. *Quod Dominus Rex Bohemiæ cedat simpliciter & præcise omni juri*, *quod habebat*, *vel habere videbatur in Terris & hominibus*, *cujuscumque conditionis existant; Austria videlicet*, *Styria*, *Charinthia*, *Carniola*, *Marchia*, *& Gorritia*, *ac Portusnab*. Qua postrema voce appellatum intellige Oppidum Portus-Naonis in Provincia Forijulii.

VITA cessit anno 1278. Otocherus in bello peremptus, quod ira uxoris permotus gere*cum aliis; Officiales*, *atque Nobiles cum suis signis*.

MOX Feudorum beneficia largiri Mainardo placuit, novo Carinthiæ Duci: resque contigit animadversione digna, quam posterorum memoriæ laudatus Chronista tradit. " Albertus Comes Goriciæ, *inquiens*, frater ejus, „ feoda sua recipere recusavit: sed ea con„ ferri Hainrico filio suo postulavit, & visus „ est invidere fraternæ gloriæ. Dux arbitrans „ se contemptui haberi, uni filiorum suorum „ dixit potius conferenda. Accesserunt autem „ ad Albertum Comitem Hugo de Duwion „ ex Istria (*legendum puto*, de Duino,) Ju„ lianus de Seburg ex Karinthia. Albertum „ redarguunt, dicentes: non esse hanc glo„ riam respuendam, cum quondam Impera„ tor Ludwicus Arnolfo Ducatum Karinthiæ „ cum Castro de Mosspurg, quod ad Palati„ num pertinet, contulerit. Adjicientes, si „ alterius Dux esset gentis per Imperium de„ stinatus, flectere genua, feoda suscipere, „ homagium facere oporteret. Mox ergo Al„ bertus fidelitatem Fratri fecit, feoda susce„ pit: & quæ petiit, obtinuit genu flexo. „ Addiscimus vero: Goritianos Comites fuisse Palatinos Carinthiæ: Feudorum beneficiis potitos esse, quæ Dux Carinthiæ conferebat: Albertum denique progenuisse filium, nomine *Henricum*. Stemma Goritianorum Comitum infra augendum erit prole Alberti.

CAPUT LXXVII.

Dissidia Raimundi, initæque conventiones cum Alberto Goritiano. Utinensium Canonicorum emolumentis consulitur: celebraturque Aquilejæ Synodus Provincialis. Ventionum, aliaque loca Mainardo Carinthiæ Duci tradita. Bella gerit Raimundus, ac fœdera sancit.

I. FINEM dissidiis imponere, quæ inter D Gregorium Præcessorem orta fuerant, & Albertum Goritianum, summopere exoptabat Raimundus. Adierat ipse prima vice Civitatem Austriam anno 1274. *die Veneris* XVII. *intrante Augusto:* dieque sequenti de pace constituenda, Juliano teste, *cum Domino Alberto Comite Goritiæ* serio pertra-

prius, non obstante juramento, & quibusdam securitatibus super hoc præstitis. Militum copiæ ex utraque parte ad prælium ductæ: simulque induciæ factæ, ut novis consiliis pax optatissima sanciri demum posset. Induciarum Tabulas debeo summæ Viri Clarissimi Josephi Binii Forojuliensis humanitati. En illas. "Nos „ Raymundus Dei gratia Sanctæ Aquilegensis „ Sedis Patriarcha, tenore præsentium notum „ fore volumus universis: quod ad requisitionem & instantiam Venerabilium Virorum, „ Fratris Conradi Præceptoris Domus S. Mariæ Theutonicorum per Austriam & Stiriam „ Generalis, & Magistri Henrici Werden Præpositi Nunciorum Domini O. Serenissimi ac „ Illustris Bohemiæ Regis, per nos & subditos, coadiutores, & fautores nostros omnes „ ordinavimus, ac fecimus firmas & inviolabiles Treugas Nobili Viro Alberto Comiti „ Goritiæ, ac suis complicibus & fautoribus „ universis, tam in personis, quam in bonis, „ usque ad Octavas B. Martini proximas, sub „ hac forma. Videlicet, quod si aliquis de „ parte nostra offenderit, vel damnificaverit „ aliquem de parte dicti Comitis; debeat ex „ nunc eligi unus pro parte nostra, qui damnum passo satisfactionem de damnis illatis „ fieri faciat competentem: & si aliquis de „ parte ipsius Comitis offendet aliquem de parte nostra, eligatur ex nunc pro parte Comitis ejusdem unus, qui satisfieri faciat e converso. Illi quoque, qui electi fuerint, jurabunt ad Sancta Dei Evangelia, bona fide „ reddere super querimoniis plenam justitiam „ congruentem; & ipsas querimonias infra „ quindecim dies proximos, postquam eis delatæ fuerint, finaliter terminare. Quælibet „ vero pars remaneat in tenuta locorum, villarum, & possessionum, de quibus fuit in „ tenuta & possessione, quando nunc Dominus „ dictus Patriarcha in Forumjulii venit. Promittentes harum tenore sub pœna quattuor „ Millium Marcharum monetæ Aquilegensis, „ ad quam omnia bona nostra & Ecclesiæ A„ dæ Indictionis, secundo die intrante Octobre. „

PACTIS induciis diu expetita pax successit. Pacis Tabulæ confectæ *anno* 1275. *die* IIII. *exeunte Februario* (seu die 25.) *in Civitate Austria in Palatio Patriarchali:* iterumque fœdera instaurata ad firmitatem eodem in loco *anno* M. CC. LXXVII. *die Mercurii* VIIII. *intrante Junio*. Arbitros Patriarchæ memorat Julianus *Valteropertoldum de Spengimberch & Joannem de Zuccula;* Arbitrosque Comitis Goritiani *Hugonem de Duino, & Henricum de Pisino*. Is ille Hugo de Duino est, qui Alberto suaserat, Anonymo Leobiensi teste, ut obsequia sua Mai- C nardo fratri, renunciato Duci Carinthiæ, non recusaret; ab eoque feudorum beneficia lubens acciperet.

TUM iter Patriarcha arripuit *die Sabbati* XI. *intrante Septembri*, eodem anno 1277. *ad Illustrem Regem Romanorum Rodulphum*, qui versabatur *in Carinthia*. Sibi suisque rebus timentes Albertus Goritianus, aliique Proceres Forojulienses, atque Otto Vicecomes Mediolani Archiepiscopus, clam ad Regem contra Patriarcham Oratores legaverunt. Maturato reditu *in Utinum* se recepit Raimundus *die* IX. *intrante Novembri:* dixitque sententiam capitis *die Lunæ proxime subsequenti*, seu die 15. D ejusdem Mensis, in "Norandum Notarium de „ Faganea, eoquod ipse confessus est sine tortura: se ad petitionem D. Rantulfi de Villalta „ ex parte D. Federici de Cavriaco, Matthiusii „ de Glemona, & Dominorum de Tricano, scripsisse quasdam litteras, quæ mittebantur per „ quemdam Nuncium Lombardum, qui cum „ litteris captus fuit & confessus, Domino Archiepiscopo Mediolanensi, qui erat inimicus „ dicti Domini Patriarchæ; notificando ei, qua „ die idem Patriarcha arrepturus erat iter eundi ad Imperatorem Rodulphum. „ Simultates nempe Raimundus pro Turrianis suis exercebat cum Ottone Mediolani Antistite. Narrat vero Gualvaneus De la flamma ad Annum M. CC. LXXIX. in Manipulo florum: *Treguam tan-*

debuit animo Raimundus, ne diutius cum hoste acerrimo contenderet. Confectæ demum binæ Tabulæ, quas compendio colligit Bellonus in ejusdem Raimundi Vita. Tum *Comes*, meliora & æquiora sentiens, *Albonam*, *Flavonam*, *Vallem*, *Pinguentum*, *& alia pleraque* Istriæ *Municipia reddere* Patriarchæ pollicitus est. Tum ipse Raimundus cum *Goritiano composuit de Ronchis*, *Sancto Canciano*, *Bullacho*, *Timavo*, *Diettendorfio*.

II. DUM hæc agebantur, rixarum armorumque strepitu plena, Ecclesiarum commodis & incrementis, quas a Deo sibi creditas administrabat Patriarcha, diligentissima cura consulebat. Statutum vulgavit Madrisius in Appendice II. Operum S. Paulini Aquilejensis, confectum *anno a Nativitate Domini* M. CC. LXXVIII. *Indictione* VI. *apud Utinum*, *die* III. *intrante Februario*. Spectat illud Capituli Utinensis nuper instituti in Ecclesia *Sancti Volrici* ampliorem statum melioremque fortem. " Volens *quippe Raimundus*, quod Canonici ejusdem Ecclesiæ domos habeant, in quibus valeant habitare, sicut in aliis Ecclesiis habentibus Capitula fieri ordinavit; idcirco præcepit inviolabiliter observari, quod medietas redditum omnium prædictæ Ecclesiæ S. Volrici, quocumque nomine censeantur, sive spectent ad Dominum Archidiaconum Aquilegensem, sive ad dictos Canonicos, poni debeant in sequestro, conservanda per duos ex Canonicis memoratæ Ecclesiæ, & convertenda per eosdem duos Canonicos in comparanda terra juxta illam terram, quam habent ipsi Canonici prope dictam Ecclesiam S. Volrici; ac construi faciendo domos juxta consilium prædictorum Domini Patriarchæ & Canonicorum. " Nuper institutum adsero Utinense Canonicorum Collegium. Nondum illud anno 1263. erectum, authentico Gregorii de Montelongo Documento ostendimus Capite LXX. num. 6. Nondum etiam hoc anno 1278. dignitas Decanatus in eo fulgebat; unde Raimundus allegatum dicitur Statutum edidisse, *præsentibus & consentientibus Dominis*, *Naticlero Custode*, *Leone Presbytero*, *Hen-*

celebrata. Saluberrimæ Constitutiones editæ sunt. Synodi mentio occurrit in Chronico Juliani ad Annum M. CC. LXXXIV. ubi necem refert ille *Rubei Sonescalchi Reverendi Patriarchæ*. Proferunt alii ac scribunt *Senescalcum*; illum fortasse, ad quem cura domus seu familiæ Domini spectabat. Vocis etymon nondum satis constat. Juliani verba sunt: " Die Sabbati VII. intrante Octobri interfectus fuit Sonescalchus Reverendi Patris D. Raimundi Patriarchæ Aquilegensis per Reynardum, Varnerum filios D. Francisci Orzono, & Jacobum, & forte alios Civitatenses. Quare dirutæ fuerunt domus dicti Jacobi filii Marquanduccii de ultra Pontem: & locus sive Terra Civitatensis per dictum Patriarcham fuit supposita Ecclesiastico Interdicto die Jovis XIX. Octobris usque ad ultimum diem ejusdem Mensis, quod suspendit ab hora tertia usque ad beneplacitum suum; eo quod Dominus Patriarcha dicebat, eum fuisse Clericum, & Vicarium; & propter hoc Terram, ubi interfectus fuit, esse debere suppositam Ecclesiastico Interdicto secundum cujusdam suæ Constitutionis tenorem editæ Aquilegiæ in sua Synodo Generali. " Synodi Acta, sive Constitutiones infra dabimus.

III. FACTAM titulo feudi Mainardo Tirolensi, ac Duci Carinthiæ traditionem Ventioni, chronicus exhibet rerum Aquilejensium ordo. De loco, olim in Provincia Castro, frequentissimo ac nobili postea Oppido adnotare pauca liceat, quæ vetusta, & hujus ævi documenta produnt. Dictum *Aventionem* legimus in Diplomate anni M. I. quo Otto III. largitur Joanni Patriarchæ *omne illud Herbaticum*, *quod publicæ rei Exactores . . . . per Clusam de Aventione*, *vel ubicumque transeuntibus exigere solebant*. Eo Castro Nobilis potiebatur inter Proceres Forijulii Familia: ipsumque juri suo vendicare voluisse Mainardum, satis patefacere videtur Documentum *anno Domini* M. CC. LXI. *intrante Augusto in Aquilegia* conscriptum. Prima, quæ instituto conferunt, verba damus: *Nicolaus de Vigna dixit*, *quod D. Eligoy de Venzono concordavit se cum D. Comite Maynardo*

„ Medea juxta Sedimen sive Casatam Dominorum Hermanni & Hugonis de eodem loco; præsentibus Dominis, Bernardo Decano Ecclesiæ Civitatensis, Nicolao de Budrio, Ulrico de Reimsinberg .... Gabriele de Strasolt ... & aliis. Cum Dominus Guillelmus quondam D. Eligoy de Venzon dedisset, & vendidisset Illustri Viro D. Alberto Comiti Goritiæ Castra, de Venzono videlicet, Soffimberch, & Monfort, cum villa & foro de Venzono, & omnia alia bona quæ habebat, aut videbatur habere in Venzono, cum villis, pratis, vineis, campis, silvis, pascuis, domibus, piscationibus, & cum omnibus, quæ pertinent ad dicta Castra de Venzono, ab aqua Felæ usque ad Hospitale, cum introitu & exitu, & cum omni jure ac dominio, quod sibi & suis heredibus pertinebat, ad habendum, tenendum, possidendum, & quidquid sibi & suis heredibus placuerit faciendum; ita quod D. Nicolaus de Budrio habebat ab utraque parte liberam licentiam dicendi, & sententiandi de solutione supradictorum bonorum ad suam voluntatem: & quidquid D. Nicolaus diceret, & sententiaret pro solutione omnium supradictorum, D. Guillelmus prædictus promisisset ratum habere, & non contravenire, & promissis (*stare*) quandocumque ab eo peteret Dominus Comes supradicta Castra, & villam de Venzono, & omnia alia supradicta bona ..... Et pactum appositum fuisset inter eos, quod si Dominus Patriarcha nollet Dominum Comitem investire de ipsis bonis; tunc idem D. Guillelmus de ipsis Feudis facere deberet, quidquid Dominus Comes & sui heredes vellent sub data pœna. Et (*cum*) dedisset pro Nunciis ponendi Dominum Comitem in tenutam dictorum bonorum Dominum de..... & Voricum filium D. Conradi de Hungrispach, prout de prædictis omnibus & singulis plene patebat publico Instrumento, facto manu Francisci de Goricia Imperiali auctoritate Notarii: supradictus D. Albertus Comes Goriciæ, & D. Henri-

„ D. Guillelmo prædicto de Venzono & ejus heredibus plenam licentiam, & liberam potestatem intrandi, & adipiscendi tenutam & corporalem possessionem omnium prædictorum bonorum, ac de eisdem faciendi ejusdem D. Guillelmi & ejus heredum omnimodam voluntatem, tanquam de re ipsius vel ejus heredum, sine impetitione, seu repetitione, vel contradictione dictorum Dominorum Comitum, vel ipsorum heredum, sive alterius cujuscumque personæ pro ipsis. Et renunciantes dicti Domini Comites per se suosque heredes, cum obligatione omnium eorumdem bonorum, præsentium, C & futurorum, & omnium damnorum & expensarum litis .... refectione ac interesse ipsi D. Guillelmo de Venzono, vel ejus heredibus, aut cui dederint. (*Promittentes*) nunquam de dictis Castris, villa, & foro, & aliis bonis memoratis, in parte, nec in toto; nec de aliquo jure, actione, usu, requisitione, dominio, servitute, commodo, vel honore .... aliquo modo, occasione supradictæ venditionis factæ ipsi D. Alberto Comiti, contra dictum D. Guillelmum movere seu facere litem, vel aliquam quæstionem: imo prædictas cessionem, resignationem, renunciationem, & promissionem per ipsos Dominos Comites ipsi D. Guillelmo & ejus heredibus factas, perpetuo firmas & D ratas habere ac tenere, & nullo tempore per se vel per Interpositas personas contradicere facere, vel venire ratione aliqua, dolo .... ingenio, seu causa, de jure vel de facto, sub pœna duarum mille Marcharum denar. Aquilegensis monetæ. Quam pœnam dicti Domini Comites & heredes ipsi D. Guillelmo, & ejus heredibus, & cui dederint, toties solvere teneantur cum integritate & refectione damnorum & expensarum, quoties ipsi Domini Comites, vel eorum heredes contra prædictas cessionem, resignationem, renunciationem, & promissionem per eos factas, vel aliquid in eis contentum per se, vel interpositas personas

habet: *Die Jovis* XIX. *intrante Februario*, *investivit D. Raimundus Patriarcha Nobilem Virum D. Meynardum Ducem Carinthiæ de Venzono ad rectum & legale feudum Ecclesiæ Aquilegensis: quod emerat* (ipse Mainardus) *a Villelmo de Venzono pro mille & quingentis Marchis*, *ut dicebatur*. Pignoris loco ipsum postea Oppidum Henrico Goritiano traditum ab Henrico Tirolensi, dicemus infra.

IV. EXCITOS per hæc tempora in Istria Provincia motus refert Dandulus, eosdemque frequentius cohibitos armis, compositosque conventionum Tabulis. Anno 1278. *Terra Montonæ recipitur ad fidelitatem ... sicut receptum est Parentium*. Bellum Istris insequente anno inlatum. Causam Dandulus affert: *quia Justinopolitani*, *videntes Venetos plurimis bellis irretitos*, *disposuerant*, *obliti juramenti quo Venetis tenebantur*, *reliquas terras Istriæ ab eorum fidelitate pervertere*. Marcus *de Canali*, & Egidius *de Turchis* Justinopolim, & Parentium terra marique aggrediuntur. Oppidum oppugnatur, quod *Insula* dicitur: conciliaturque Venetis Comes Pisini, facta Castri S. Laurentii restitutione.

NOVA prælia anno 1283. teste Juliano, moliebatur Raimundus, viribus conjunctus Alberti Goritiani, Tergestinorum, & Muglensium. Sancita fuere anno 1285. concordiæ fœdera: eademque sæpe fracta insequentibus annis. Tot bellorum motus paucis Venetus Chronista perstringit in Joanne Dandulo Duce: *Hujus Ducis*, inquiens, *temporibus*, *quod duravit a* M. CC. LXXX. *ad* M. CC. LXXXIX. *errorum & guerrarum immensa discrimina inter Patriarcham Aquilegiensem*, *Comitem Goritiæ*, *& Istros ex parte una; & Venetos ex altera non cessarunt: & potissime contra Tergestinos*, *qui Venetos vehementer molestabant*.

DISSIDIORUM quoque cum Ducibus Austriæ, Carinthiæque accensæ faces. Quæstio eruperat de nonnullis in *Carinthia*, *Savia*, *Carniola*, *Marchia*, *Forojulio* positis locis, quæ pars utraque sibi adsciscebat, parabatque bello prælioque vendicare. Fœdere sibi junctos in auxilium Raimundus habuit Antistitem Salisburgensem, Comitemque Hewnburgi.

B „ viribus Prælatorum, resistentia efficaci, eædem Ecclesiæ contra suos persecutores defensionis clypeo fortius muniantur. Consideratione igitur debita recognoscentes, Paternitatem vestram nobis super fœdere unionis mutuæ contrahendæ vobiscum has destinasse, cum id pro bono procurando statu Ecclesiarum utriusque nostrum expediens & utile reputemus; cum Reverenda Paternitate vestra fœdus unionis hujusmodi, & amicitiæ specialis perpetuo iniendo, promittimus constantius per præsentes vice præstiti juramenti: quod vobis pro tempore vitæ nostræ, nostris viribus atque posse, aderimus, & adesse debemus, volumus, ac etiam affectamus contra omnes & singulos hostes vestros, & offensores Ecclesiæ vestræ, &

C „ specialiter contra Dominos, Albertum Austriæ, & Meynardum Carinthiæ Duces, favore, consilio, & auxilio manuali, videlicet in Terris Carinthiæ, Sawiæ, Carniolæ, Marchiæ, ac Forojulii, quando super hoc per vos fuerimus legitime requisiti, sicut similis nobis juvaminis brachium porrigatis. In cujus rei evidentiam, & majoris roboris firmitatem præsentes litteras sigilli nostri pendentis fecimus munimine roborari. Dat. in Sancto Vito, pridie idus Augusti, anno Domini M. CC. LXXXXII. quintæ Indictionis.„ Pares dedit litteras *Ulricus*, qui *Comes de Heneburg* inscribitur, *in Castro Triben in Vigilia Assumptionis B. Mariæ* eo-

D dem anno 1292.

SALISBURGENSIBUS, rejecto Stephano e Ducibus Bavariæ, Antistitem præfecerat Conradum hujus nominis quartum Nicolaus IV. Romanus Pontifex. Electionem ejus ægre ferebant Salisburgi, aliorumque Oppidorum Proceres; quorum dissidia ut componeret Raimundus, cui vices suas demandaverat Pontifex, operam ille egregie præstabat. Litteras Nicolai Hanzisius refert, datas *apud Urbem-Veterem* X. *Kal. Octobris*, *anno quarto* Pontificatus, Christi 1291. Sede pacifice indepta, jura sua quocumque valeret modo, vindicare statuit Conradus: in ejusque partes, ut eas tutarentur, plures pertracti Comites. Cæteris præcellebat Ulri-

tereunda posterorum memoriæ tradunt, aut negotia produnt animadversione digna, queis eadem Patriarchæ gesta illustrantur. Ornatissimos ex Turriana gente Viros Canonicorum Civitatensium albo adscriptos Tabulæ exhibent, quas Agricolæ Agricolæ Patricio Utinensi acceptas debeo; Turriani quippe Mediolano expulsi, domicilium in Provincia Forijulii, Raimundo favente, nacti sunt. Tabulas ipsas subjicio.

„ M. CC. XCVI. nonæ Indictionis, apud Ci-
„ vitatem in Lobia Palatii Domini Patriarchæ C
„ Aquilegensis, die Veneris XIII. intrante A-
„ prili; præsentibus Dominis, Manfredo de la
„ Turre Archipresbytero Modociensis Eccle-
„ siæ, Magistro Rodulphino Plebano plebis S.
„ Mariæ de Circhiniz, & Nobili Viro D. Mar-
„ tino de la Turre, Joanne de Vedano, & Pri-
„ vidino de Marliano Ostiario D. Raymundi
„ Dei gratia Patriarchæ Aquilegensis, testibus
„ ad hoc vocatis & rogatis, & aliis. Cum Ve-
„ nerabilis Vir D. Bernardus Decanus Ecclesiæ
„ Civitatensis, auctoritate & potestate Cano-
„ nicorum & Capituli Ecclesiæ Civitatensis,
„ prout continetur in quodam publico Instru-
„ mento confecto manu Nicolai Civitatensis D
„ auctoritate Imperiali Notarii publici sub an-
„ no Domini M. CC. XCVI. nonæ Indictionis,
„ die XII. intrante Aprili; in Capitulo Majo-
„ ris Ecclesiæ Civitatensis elegisset Nobiles &
„ prudentes Viros Dominos, Castonum de la
„ Turre Canonicum Aquilegensem, Claudi-
„ num de la Turre Plebanum plebis S. Michaë-
„ lis de Juna, & Napinum filium Nobilis Viri
„ D. Muschæ de la Turre, in suos & Ecclesiæ
„ Civitatensis Canonicos, & Confratres: Re-
„ verendus Pater & D. Raimundus Dei gratia
„ Sanctæ Sedis Aquilegensis Patriarcha, ele-
„ ctionem hujusmodi factam per dictum D. Ber-
„ nardum Decanum de prædictis Dominis Ca-
„ stono, Claudino, & Napino in Canonicos
„ confirmationi electionis supradictæ præsens
„ interfui: & de mandato prædicti D. Ray-
„ mundi Patriarchæ Aquilegensis scripsi, in
„ formam publicam reducendo. „

SEDEM hoc ævo ac domicilium in Provincia Forijulii quæsierant Turriani. In Chronico Placentino Tomo XVI. Scriptorum Italiæ hæc memorantur: *Anno* M. CC. LXXVI. *illi de la Turre*, Vicecomitibus prævalentibus, *expulsi fuerunt de Mediolano*. Sunt quoque Petri Azarii verba in Chronico, quod Tomo citato typis vulgatum est, Capite IV. *Habebant autem illi de la Turre, tempore expulsionis eorum, de ipsorum domo Patriarcham Aquilejensem, cum quo in Forojulii se reduxerunt: & penes alteros Patriarchas etiam de suis, ibidem continuo permanserunt*. Quamplures alias Familias, Mediolano, Roma, Florentia, aliisque locis depulsas, hospitio ac Civitate a Raimundo donatas, memorat ac numerat Joannes Candidus in Commentariis Aquilejensibus.

II. ALTERO, quod idem humanissimus Agricola tradidit, Documento exemplum vigentis proponitur disciplinæ, qua Suffraganei Antistites tenebantur, piæ visitationis honorem Ecclesiæ Metropolitanæ impendere. Hoc officio erga Metropolim Aquilejensem, misso Procuratore, novus Episcopus Patavinus defunctus est, consuetumque fidelitatis Sacramentum emisit. *Anno Domini* M. CC. XCVI. *nonæ Indictionis, Utini in Castro in Capella majori Palatii Domini Patriarchæ Aquilegiensis, die lunæ* XII. *exeunte Augusto* (seu die 20.) *præsentibus D. Nicolao Delfino de Venetiis Archidiacono Polensi, & Dominis Philippono de la Turre, & Becaccio Paduanis Canonicis; & Fratre Beneto de Civitate Ordinis Minorum, D. Folchero Plebano de Uraslau, & D. Bono de Labreta, Reverendi Patris D. Raymundi Dei gratia Patriarchæ Aquilegiensis Capellanis, testibus ad hoc vocatis & rogatis, & aliis*

„ Frater Johannes permissione Divina Paduanus Episcopus occupati simus variis negotiis „ nostræ Ecclesiæ Paduanæ, propter quæ nos „ ab ipsa nostra Ecclesia Paduana ad præsens „ commode absentari non possumus, nec etiam „ ad Ven. Patrem Dominum ..... Patriarcham Aquilegensem accedere personaliter, „ prout de jure tenemur; facimus, constituimus, & ordinamus providum Virum D. Stephanum D. Jordani de Urbe Canonicum „ Paduanum, Domini PP. Capellanum, Consanguineum & socium nostrum dilectum „ præsentem, & recipientem, nostrum Procuratorem, & Nuncium specialem, ad se „ præsentandum nostro nomine, & nostræ Ecclesiæ Paduanæ coram Venerabili Patre Domino .... Patriarcha Aquilegensi præfato; „ & ad præstandum eidem nomine Ecclesiæ „ Aquilegiensis juramentum sibi debitum secundum Canonicas Sanctiones; & ad visitandum ipsam Ecclesiam Aquilegiensem secundum modum debitum de jure, & consuetudine approbata. Promittentes nomine nostro, & Ecclesiæ Paduanæ..... publico Notario infrascripto recipienti nomine „ omnium, quorum intererit, ratum & firmum habere, quidquid per ipsum Procuratorem actum fuerit in prædictis. In cujus rei testimonium præsens Instrumentum „ per infrascriptum Notarium .... fieri fecimus ad majorem cautelam nostri sigilli muniminе roborari. Actum Paduæ in Palatio „ nostro, anno Domini a Nativitate M. CC. „ XCVI. Indictione IX. die II. Augusti; præsentibus Magistris, Ricicherio Canonico Parentino Vicario, Johanne Cio de Urbe Camerario, & Jacobo de Astara Notario, & „ Familiaribus nostris testibus. Et ego Manfredus Thomæ de Auximo publicus Imp. „ auctoritate Notarius, & nunc Domini Episcopi, prædictis omnibus interfui: ipsaque „ ipsius mandato scripsi & publicavi, & signum meum apposui consuetum. „ *Quo Procuratorio lecto coram supradicto Domino Patriarcha, memoratus D. Stephanus Procurator, procuratorio nomine memorati D. Fratris Johannis Episcopi Paduani, & pro ipso, præsti-*

B „ do Patriarchæ Aquilegiensi, suisque Successoribus canonice intrantibus. Nunquam erit „ in consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdant aut membrum, aut capiantur „ mala captione. Consilium vero, quod sibi ..... per se, aut per Nuncios suos, sive per litteras, ad eorum damnum se scienter nemini pandet. Patriarchatum Aquilegiensem, & Regalia Patriarchatus ejusdem, „ adjutor ejus erit, ad retinendum & defendendum, salvo ipsius ordine, contra omnem „ hominem. Legatos & Nuncios ipsius Domini Patriarchæ, & Ecclesiæ Aquilegiensis, „ eundo & redeundo, honorifice tractabit: & „ in suis necessitatibus adjuvabit. Vocatus ad „ Synodum veniet, nisi præpeditus fuerit canonica præpeditione. Limina Ecclesiæ Aquilegiensis annis singulis visitabit, aut per se, „ aut per suum Nuncium, nisi ipsius Domini „ Patriarchæ absolvatur licentia. Possessiones „ vero ad Mensam suæ Ecclesiæ Paduanæ pertinentes non vendet, neque donabit, neque „ impignorabit, neque de novo infeudabit, „ neque alio modo alienabit, inconsulto Domino Patriarcha Aquilegiensi. Sic Deus me, „ & eumdem Dominum Episcopum Paduanum „ adjuvet, & hæc Sacra Dei Evangelia. „ *In cujus rei causa memoratus D. Frater Johannes Episcopus Paduanus Instrumentum præsens fecit sui sigilli pendentis munimine roborari. Ego Johannes de Lupico Sacri Imperii publicus Notarius supradictis omnibus præsens interfui: & de mandato suprascripti Domini Raymundi Patriarchæ scripsi, in formam publicam reducendo.*

PATAVINAM Sedem, Bonifacio VIII. demandante, Joannes anno 1295. administrandam susceperat. Vocant ipsum nonnulli *Johannem Jordanum*, *Jordanum Ursinum* alii, aliique *Johannem Sabellum*, sive *Savellum*. Patria Romanus erat, professione Dominicanus; stirpis nobilitate, integritate morum, præstantissimaque doctrina spectabilis. Ad Sedem Bononiensem anno 1298. translatus est. Hanc consuetudinem, qua tenebantur Episcopi annua Metropolitanam Ecclesiam visitatione revereri, sublatam & extinctam Synodi

„ In quodam campo Raynerucii Junioris de
„ Scaulis de Glemona, qui parum distat a
„ Monte, in quo solet esse quoddam Castrum,
„ quod vocatur Grossembech, juxta viam pu-
„ blicam, per quam itur ad Hospitale de col-
„ libus de Glemona. Die Martis x. exeun-
„ te Majo „ (seu die 22. Vitio laborat aut
Feriæ nomen, aut numerus diei. Anno 1297.
littera Dominicalis F. in cursu erat: adeo-
que feria tertia, Martis nomine appellata,
incidit in diem 21. aut undecimam exeunte
Majo.) " Præsentibus Nobilibus Viris Domi-
„ nis, Muscha de la Turre Marchione Istriæ, C
„ Mathia & Adalghero Fratribus de Glemo-
„ na, & Dominis Albertino de Reponio Sco-
„ lastico Ecclesiæ Aquilegensis, & Magistro
„ Fulchero de Urazlau, & Nicolao de Goriach
„ plebium Plebanis, & D. Raymundi Dei gra-
„ tia Patriarchæ Aquilegensis Capellanis, &
„ D. Milano de Paona habitatore Castri de
„ Utino, Stephano Vilich, & Pizulo filio
„ quondam D. Ottolini de Portis de Glemona,
„ testibus ad hoc, & aliis multis. Reverendus
„ Pater & D. Raymundus Dei gratia Sanctæ
„ Aquilegensis Sedis Patriarcha, tenens ma-
„ num dexteram ad quamdam perticam, in
„ cujus summitate fixa erat quædam Crux
„ ferrea; & stans in prædicto Campo, dixit:
„ Nos ad honorem Dei, & gloriosæ Virginis D
„ Mariæ Matris ejus, & Beatorum Martyrum
„ Hermachoræ & Fortunati Patronorum no-
„ strorum, & ad honorem status, & exalta-
„ tionem nostram & Ecclesiæ Aquilegensis,
„ fiximus, & figi præcepimus hanc perticam
„ cum signo Sanctæ Crucis in hoc Campo,
„ in signum quod hic volumus, dante Domi-
„ no, construere & construi facere quamdam
„ Terram, & Forum nostrum nomine Eccle-
„ siæ Aquilegensis, quod Mediolanum Ray-
„ mundi volumus & statuimus nuncupari: &
„ prædictam perticam cum Cruce figi fecimus
„ in Campo prædicto. Ego Johannes de Lu-
„ pico Sacri Imperii publicus Notarius supra-

bus, quos Mensæ Patriarchali in abolitione
Præpositura addixerat Decessor ejus, Grego-
rius de Montelongo. Tabulas ex Archivo Ca-
pituli a Laurentio a Turre Decano deprom-
ptas publicam in lucem emittimus. *Anno Do-
mini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo septi-
mo, Indictione decima, die duodecimo exeunte
Julio* (seu die 20.) *in Civitate Austria in
Curia D. Phebi infrascripti; præsentibus Do-
minis, Hermanno Canonico Civitatensi,....
Mediolanensi, Johanne filio quondam Ribis de
Civitate, & aliis. D. Leonardus Canonicus
Civitatensis Ecclesiæ, ex parte Reverendi Pa-
tris & Domini Raymundi Dei gratia Sanctæ
Sedis Aquilegensis Patriarchæ, præsentavit
D. Phebo Castaldioni Thulmini quasdam Lit-
teras, patentes, non vitiatas, non cancellatas
in aliqua parte sui, sigillo ipsius Domini Pa-
triarchæ cereo, integro, & illæso sigillatas;
quarum tenor talis est.* " R. Dei gratia Sanctæ
„ Sedis Aquilegensis Patriarcha, Nobili &
„ prudenti Viro D. Phebo de la Turre, Ca-
„ staldioni Thulmini, Dilecto Nepoti suo,
„ salutem & omne bonum. Cum nos totam
„ plebem Thulmini cum omnibus Mansis, de-
„ cimis, tam vivorum, quam mortuorum,
„ & Ecclesiis seu Capellis, cum dotibus &
„ juribus earumdem, & aliis juribus ad ipsam
„ Plebem spectantibus, Dilectis filiis.....
„ Decano & Capitulo Ecclesiæ Civitatensis,
„ pro evidenti utilitate nostra & Aquilegensis
„ Ecclesiæ, duximus dimittendam dilecto Fi-
„ lio Leonardo, Canonico ejusdem Ecclesiæ,
„ pro Nuncio præsentandi eas, vel Procura-
„ tore ipsarum in possessionem omnium præ-
„ dictorum concesso. Discretioni tuæ per præ-
„ sentes districte præcipiendo mandamus, qua-
„ tenus de prædictis, vel eorum aliquo te
„ deinceps nullatenus intromittas: sed ipso-
„ rum possessionem dictis Decano & Capitu-
„ lo, & eorum Procuratori in integrum di-
„ mittas pacifice & quiete. Super illis, seu
„ ipsorum aliquo non permittas eos aliquate-
„ nus

CAPUT LXXIX.

Synodi Aquilejensis a Raimundo celebratæ Constitutiones. Notæ.

I. SYNODUM Provincialem anno 1282. a Raimundo Patriarcha Aquilejæ celebratam ad instaurationem Disciplinæ Ecclesiasticæ, quam bellorum motus, pravorumque hominum mores labefactaverant, adnotavimus Capite LXXVII. num. 2. Saluberrimas, quas ediderunt convocati in Synodo Patres, proferre in lucem Constitutiones, operæ pretium est.

„ RAYMUNDUS Dei gratia Sanctæ Sedis Aquilegensis Patriarcha ad præsentium certitudinem, & memoriam futurorum. Super speculam a Domino constituti ex injunctæ nobis servitutis ministerio super grege solicitudini nostræ commisso, ne veri Pastoris nomine abutamur, mentem & spiritum solicitudine dirigere cogimur accurata; ut impetus, quos in eum facit hostis antiquus, aut præveniendo eminus propulsemus; aut si in eum per partem aliquam fraudulenta calliditate irrupit, cooperante divina gratia, collectis in unum viribus excludamus. Considerantes igitur, quod humani generis inimico, qui insidiari non desinit, procurante, sic jugiter crescit diei malitia, sic mala tempora invalescunt, quod divina tepet devotio, moribus & actis deformatis dissolute vivitur, & sacris reverentia non habetur: quinimo peccatis exigentibus, impunita temeritas adeo excandescit, & per agrum licentiæ vagatur efrenis, quod . . . proh dolor, libertas Ecclesiastica miserabiliter ancillatur, nonnulli iniquitatis filii, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, exultantes in rebus pessimis, & cum male fecerint gloriantes, non solum ad Ecclesiarum bona cœca cupiditate manus improbas moliuntur extendere, verumetiam interdum in Christos Domini, & tangi prohibitos, desævire sacrilege non verentur: ad opportunæ provisionis tam reformantia, quam obviantia remedia juxta pos- B sibilitatis nostræ modulum decrevimus recurrendum. Eapropter ad restaurandas ruinas graves, & varias, quibus Ecclesiæ Aquilegensis Diocesis & Provinciæ subjacere noscuntur, & restaurandas scissuras, quibus tam ipsarum, quam Ecclesiasticarum personarum status multifariam cernitur fluctuare, diligenti studio, ne de negligentiæ vitio damnari possimus, & Summo Patri-familias, qui pro grege suo etiam mori dignatus est, cum ad exactionem processerit, de credita nobis dispensatione gratam valeamus reddere rationem, quantum fragilitati nostræ bonitas divina permittit, pro viribus laborantes, ad honorem Dei, C Cleri honestatem, animarum salutem, Ecclesiarum commodum, & Ecclesiasticæ libertatis tutelam, præsenti Sacra Synodo approbante, infrascriptas Constitutiones edimus perpetuo valituras: universis Suffraganeis nostris in virtute obedientiæ præcipientes, quod ipsas & diligenter observent, & per suos subditos mandent, & suo posse faciant observari. Subditis autem tam nostris, quam ipsorum Suffraganeorum sub excommunicationis pœna, quam ex nunc in transgressores hujus nostri mandati promulgamus his scriptis, mandantes ut eas studeant inviolabiliter observare.

D „ *De celebratione Festi Beatorum Hermachoræ & Fortunati, & eorum commemoratione facienda.*

„ Devotione congrua, & debitis honoribus gloriosos Christi Martyres Hermachoram & Fortunatum, S. Aquilegensis Ecclesiæ Patres pariter & patronos, a grege nobis credito venerari, ut eorum apud Dominum adjuvetur patrociniis, cupientes; ipsorum Festum per Aquilegensem Civitatem, Diocesim, & Provinciam solemniter a Clero & populo anniver-

„ *De vita, & honestate Clericorum.*

„ In Canonicarum sanctionum observationi-
„ bus Clerum nostræ Civitatis, Diocesis, &
„ Provinciæ dilatato corde currere delectati,
„ volumus & mandamus: Sanctorum Patrum
„ Canones, nec non Constitutiones tam per
„ ipsos, quam per Reverendum Patrem & D.
„ Fratrem (A) Latinum Ostiensem & Vele-
„ trensem Episcopum, tunc Apostolicæ Sedis
„ Legatum, super vita & honestate Clericorum
„ editas, in Aquilegensi Civitate, Diocesi, &
„ Provincia in omnibus observari.

„ *Contra Sacrilegos in personas Ecclesiasti-*
„ *cas excedentes.*

„ Horribilium scelerum nefanda præsumptio,
„ sic fallente Diabolo, contra Clerum noscitur
„ excrevisse, quod Clericalis Ordinis dignitas
„ non tam in minoribus, verumetiam in ma-
„ joribus, prout etiam experientia docente
„ præsertim didicimus, contemptui, & morti
„ exponitur. Conteruntur velut vasa testea fi-
„ lii Sion incliti: & sicut oves ad occisionem
„ deputantur a Belial filiis Ecclesiæ filii & Præ-
„ lati, in quibus Dei Filius se honorari asserit
„ & contemni, & pupillam oculi tangi prohi-
„ bens in eisdem. Ne igitur magis & magis
„ per impunitatis licentiam crudelium insole-
„ scat cervicositas, impiorum & superbia in-
„ valescat; statuimus & sancimus, quod si con-
„ tingat D. Patriarcham Aquilegensem, qui
„ pro tempore fuerit, capi, (B) quod absit:
„ omnes ejus Suffraganei, quamcito id ad no-
„ titiam ipsorum pervenerit, Aquilegensi Ca-
„ pitulo nunciare teneantur, apud Aquilegiam
„ si absque proprio periculo potuerint, vel apud
„ locum alium quem idem Capitulum duxerit
„ statuendum, tractaturi cum effectu de liber-
„ tate ipsius, præfixo eis termino personaliter
„ convenire. Donec autem detentus fuerit, in
„ tota Aquilegensi Civitate, Diocesi, & Pro-
„ vincia Divina sint officia interdicta. Sacri-
„ nomine censeantur, tam ecclesiasticis quam
„ secularibus, quæ tunc in Civitate, Diocesi,
„ & Provincia obtinuerint supradicta, sine spe
„ restitutionis perpetuo sint ipso facto privati,
„ & inhabiles ad alia obtinenda. Si vero forte
„ præterea de facto dignitates, beneficia, ho-
„ nores, vel officia, quamvis Ecclesiastica vel
„ secularia, per collationem, electionem, vel
„ assumptionem fuerint assecuti; collatio, ele-
„ ctio, seu assumptio hujusmodi ipso facto non
„ valeat: & nihilominus collatores, electores,
„ & assumptores ipsi sint ipso facto excommu-
„ nicationis sententia, quam in eos ex nunc
C „ ferimus, innodati.

„ Si autem (quod Deus avertat) D. Pa-
„ triarcham Aquilegensem, qui pro tempore
„ fuerit, contingat interfici, vel captum clau-
„ dere diem extremum in carcere; iidem sacri-
„ legi & eorum complices & fautores, cujus-
„ cumque sint præeminentiæ, dignitatis, aut
„ status, & ab ipsis descendens posteritas uni-
„ versa, in detestationem tam horrendi scele-
„ ris, dignitatibus, beneficiis, honoribus, &
„ officiis omnibus, tam ecclesiasticis quam se-
„ cularibus, necnon feudis, allodiis, & bonis
„ aliis universis, mobilibus & immobilibus,
„ sint privati perpetuo, ac inhabiles ad alia
„ obtinenda: & ipsorum bona omnia ad usum
„ & utilitatem Aquilegensis Ecclesiæ confiscen-
D „ tur. Ejusque Successor cum consilio & auxi-
„ lio Suffraganeorum, & Capituli Aquilegen-
„ sis, tam apud Sedem Apostolicam, quam
„ apud Imperatoriam Majestatem, hujusmodi
„ injuriam persequi teneantur. Ingrediente ve-
„ ro aliquo eorumdem Civitatem aliquam vel
„ locum dictæ Diocesis vel Provinciæ, statim
„ usque triduum post ejus recessum, ibidem di-
„ vina officia sint suspensa. Qui autem eum
„ sciens esse sacrilegum, sibi aliqua necessaria
„ dederit, vel vendiderit, sive quovis modo
„ præstiterit, aut ipsum hospitio susceperit, ex-
„ communicationis sententiæ, quam in eum
„ proferimus, subjaceat ipso facto. Et insuper
„ loci Diocesanus, invocato ad hoc si opus fue-
rit

» Si forte (quod absit) aliquem Episcopum
» Aquilegensis Provinciæ capi contigerit; tam B
» D. Patriarcha Aquilegensis, quam omnes alii
» ejusdem Provinciæ Coëpiscopi, quamcito id
» ad eorum auditum pervenerit, sacrilegos
» ipsos & complices & fautores eorum, cujus-
» cumque præeminentiæ, dignitatis, aut sta-
» tus extiterint, statim inquirere; & postquam
» ipsi D. Patriarchæ per Capitulum ejusdem
» Episcopi eorum nomina scripta fuerint, no-
» minatim excommunicatos teneantur per uni-
» versas Ecclesias suarum Civitatum & Dioce-
» sum tam Cathedrales, quam Collegiatas &
» Parochiales, pulsatis campanis, & candelis
» accensis, singulis diebus Dominicis & festi-
» vis, denunciare ac facere denunciari. Quam-
» cito per ipsum D. Patriarcham, vel per A- C
» quilejense Capitulum, absente D. Patriarcha,
» vel Aquilegensi Sede vacante, fuerint apud
» Aquilegiam vel alium locum vocati, præfi-
» xo eis termino, ad tractandum efficaciter de
» liberatione ipsius capti Episcopi, conveniant.
» Civitas quoque & Diocesis ejusdem Episcopi,
» necnon Civitas & Diocesis, in qua captus vel
» detentus, aut ad quam ductus fuerit, Eccle-
» siastico subjaceat Interdicto, donec libertati
» fuerit restitutus, & de damnis & injuria satis-
» factionem receperit competentem. Ita ta-
» men quod ipso Episcopo relaxato, sint suæ
» Civitatis & Diocesis relaxata divina, nisi for-
» te in ipsa Civitate, vel aliquo loco, seu Pa-
» rochia illius Diocesis captus, vel detentus, D
» aut illuc ductus extiterit. In quo casu Civi-
» tati, loco, seu Parochiæ captionis, ductionis,
» & detentionis hujusmodi, nisi ipsius satisfa-
» ctione competenti præstita, Divina nullate-
» nus relaxentur. Præfati vero sacrilegi, &
» eorum complices ac fautores, cujuscumque
» fuerint præeminentiæ, dignitatis, aut status;
» ac eorum filii & heredes usque in quartam
» generationem omnibus feudis, quæ tunc ab
» ipso Episcopo & ejus Ecclesia, & ab aliis Ec-
» clesiis eidem subjectis habuerint; & universis
» dignitatibus, beneficiis, honoribus, & officiis,
» quocumque nomine censeantur, tam ecclesia-
» sticis quam secularibus, quæ tunc in Civitate
» beneficiis, honoribus, & officiis omnibus,
» tam ecclesiasticis quam secularibus, allodiis
» & bonis aliis universis, mobilibus & immo-
» bilibus, quæ tunc in Civitate & Diocesi ha-
» buerint ejusdem Episcopi; & feudis, quæ
» tunc obtinuerint ab ipso Episcopo & ejus Ec-
» clesia, & aliis Ecclesiis sibi subjectis, per-
» petuo privati sint, & inhabiles ad alia obti-
» nenda: eorumque bona ad usum & utilita-
» tem Ecclesiæ ipsius Episcopi confiscentur.
» Cujus etiam Successor cum consilio & auxi-
» lio D. Patriarchæ, Suffraganeorum ejus, &
» Aquilegensis Capituli, & apud Sedem Apo-
» stolicam & apud Majestatem Imperatoriam
» persequi hujusmodi injuriam teneatur. Si-
» quando vero dictorum Sacrilegorum aliquis
» Civitatem aliquam, vel locum Diocesis vel
» Provinciæ Aquilegensis intraverit, statim
» sint ibi suspensa divina, donec ibi fuerit, &
» triduo post ejus recessum. Is quoque, qui eum
» sciens esse sacrilegum, necessaria quævis ei
» vendiderit, vel donaverit, sive quocumque
» modo præstiterit, vel eum hospitio suscepe-
» rit, sit ipso facto excommunicationis vincu-
» lo innodatus. Loci etiam Diocesanus illum
» seu illos capere, assignandos Successori dicti
» Episcopi pro viribus elaboret, invocato ad
» hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secula-
» ris.

» Ad hæc si aliquis Suffraganeorum Aqui-
» legensis Ecclesiæ per aliquem laicum fuerit
» de guerra invasus, tam D. Patriarcha Aqui-
» legensis, quam omnes alii Suffraganei sua-
» rum Civitatum & Diocesum hominibus, ne
» in subsidium dicti invasoris aliquatenus præ-
» sumant ire vel mittere districte inhibeant:
» & contra præsumentes hujusmodi, quanto
» durius poterunt, tam spiritualiter quam tem-
» poraliter procedentes, nullum præpeditio-
» nis obstaculum volentibus in subsidium ejus-
» dem Suffraganei se conferre, vel mittere,
» aliquatenus interponant.

» Cæterum si D. Patriarcha Aquilegen-
» sis, qui pro tempore fuerit, vel aliquis Suf-
» fraganeorum ejus in Civitate sua, vel castro,
» burgo, seu quocumque alio loco suæ jurisdi-

„ rit, ipso facto Civitas Ecclesiastico subjaceat interdicto: & tam Potestas, seu Rectores, quam Officiales, Consules, Consiliarii, & universi, qui ad hoc consilium præstiterint, auxilium, vel favorem, excommunicationis vinculo sint astricti, per universas Ecclesias Cathedrales, Collegiatas, & Parochiales Aquilegensis Civitatis, Diocesis, & Provinciæ, postquam per ipsum suis litteris D. Patriarchæ Aquilegensi, & suis Suffraganeis ejectio hujusmodi fuerit intimata, usque ad satisfactionem condignam excommunicati, pulsatis campanis, & candelis accensis, quolibet die dominico & festivo publice nunciandi.

„ Si autem de Episcopatu suo ejectus fuerit occasionum aliqua prædictarum, dictus D. Patriarcha cum aliis Suffraganeis suis, & Clero Aquilegensis Civitatis, Diocesis, & Provinciæ, sibi cum quatuor equis & quinque personis ipsius personam inclusam teneatur in omnibus necessariis providere.

„ Circa inferiores quoque Prælatos, ut puta Abbates, Priores, Præpositos, Archidiaconos, Decanos, Archipresbyteros, Plebanos, & quoslibet in personatu vel dignitate constitutos, necnon Ecclesiarum Cathedralium Canonicos Aquilegensis Civitatis, Diocesis, & Provinciæ, si aliquem capi vel interfici, aut captum in carcere mori contigerit; prædicta omnia, sicut circa Episcopos, statuimus & præcipimus observari.

„ At si Clericus alius, aut persona Ecclesiastica prædictæ Civitatis, Diocesis, vel Provinciæ captus vel interfectus fuerit, vel captus in carcere forsitan expiraverit; sacrilegus, seu sacrilegi, & eorum complices per omnes Ecclesias Civitatis & Diocesis, in qua sacrilegium perpetratum extiterit, singulis diebus dominicis & festivis, pulsatis campanis & candelis accensis, excommunicati pu-

C

„ CONSIDERANTES, quod aliqui non ut divinis insistant obsequiis, sed ut privilegio clericali muniti declinent in perpetratis seu perpetrandis malitiis judicium seculare, clericari procurant; statuimus, ut nullus Episcoporum nostræ Provinciæ alicui de aliena Civitate vel Diocesi, absque litteris sui Diocesani, qui agnitionem habere debet sui pecoris pleniorem, primam tonsuram conferre præsumat. Qui autem præsumpserit, per annum ab executione collationis hujusmodi sit suspensus.

„ *De Statutariis contra Ecclesiasticam libertatem.*

„ PLERIQUE indevotionis filii sic a Matris Ecclesiæ utero, pro qua etiam se defensionis murum deberent exponere, alienos se reddere non verentur; quod Dei timore postposito, & materna reverentia retrojecta, statuta execrabilia, quæ ad justificationis colorem *Reformationes*, seu *Consuetudines*, nuncupatione rei dissona, nominant, cum deformationes seu corruptelæ, ut nomen rei consonet, verius dici possint, conflare præsumunt in conculcationem ecclesiasticæ libertatis. Constitutione namque perpetuo valitura sancimus, quod nulla Statuta, vel Reformationes, seu Consuetudines, aut quævis edicta, quocumque censeantur nomine, in Aquilegensi Civitate, Diocesi, vel Provincia contra Ecclesiasticam libertatem edantur. Si quæ vero per Communitates, Potestates, Rectores, Ancianos, Officiales, Consiliarios, seu personas alias, cujuscumque sint præeminentiæ, dignitatis, aut status, fuerint edita, infra duos menses ex nunc computandos de suis Capitularibus totaliter aboleantur per ipsos, ullo nunquam tempore iteranda. Hos enim

D

Pote-

» *De Occupatoribus bonorum & jurium*
» *Ecclesiasticorum.*

» QUIA vero nonnullos sic seducit cœca cu-
» piditas, quod voluntatis libito, abstinentiæ
» ruptis habenis, ad illicita relaxato, circa
» invasionem & occupationem bonorum & ju-
» rium Ecclesiasticorum tanto impudentius de-
» lectantur, quanto qui ea eripiunt, rario-
» res inveniunt.... Nos hujusmodi pravo-
» rum improbis conatibus resistere cupientes,
» ne neglecta incendia vires sumant; univer-
» sos tam Duces, quam Marchiones, Comi-
» tes, Barones, Potestates, Capitaneos, Va-
» vasores, Communitates, & universitates
» Civitatum, Castrorum, villarum, & quo- C
» rumcumque locorum, ac Cives & quasvis
» alias personas, cujuscumque præeminentiæ,
» dignitatis, honoris, gradus, conditionis,
» status, & sexus, qui loca, castra, villas,
» jura, jurisdictiones, feuda, decimas, cen-
» sus, pedagia, mutas, argentifodinas, pri-
» vilegia, instrumenta publica, seu quaslibet
» alias scripturas authenticas, prata, nemo-
» ra, molendina, pascua, piscarias, posses-
» siones, montes, valles, insulas, paludes,
» aquas, salinas, domos, & alia loca quæ-
» cumque, Ecclesiis, Capitulis, & personis
» Ecclesiasticis Aquilegensis Civitatis, Dioce-
» sis, vel Provinciæ spectantia occupaverint,
» vel quovis modo detinent occupata; vel Ec-
» clesias ipsas, Capitula, seu Ecclesiasticas D
» personas impediunt, quominus eis libere pro
» suæ voluntatis libito uti possint, aut in eis
» angarias vel parangarias exercere præsu-
» munt; aut qui prædictæ Civitatis, Dioce-
» sis, vel Provinciæ Ecclesias, aut Capitula,
» seu Ecclesiasticas personas impediunt, ne in
» Terris seu possessionibus suis possint uti aquis,
» aquarumve ductibus, salinas facere, vel
» molendina construere, ac illis uti pro suæ
» libito voluntatis, præsenti Constitutione di-
» ligentius admonemus, eis mandantes: ut
» infra duos menses a præsentis Constitutio-
» nis publicatione peremptorie res ipsas, &

B » genio, arte, vel dolo violare præsumpse-
» rint; si Duces fuerint, vel Marchiones,
» Comites, vel Barones, Capitanei, Potesta-
» tes, Vavasores, Cives, aut quævis aliæ per-
» sonæ, cujuscumque præeminentiæ, digni-
» tatis, honoris, gradus, conditionis, status,
» vel sexus, excommunicationis sententiam
» promulgamus: Civitates, Terras, & loca
» eorumdem Ducum, Marchionum, Comi-
» tum, Baronum, Potestatum, Capitaneo-
» rum, & Vavasorum seu aliorum Nobilium
» interdicto Ecclesiastico supponentes. Si ve-
» ro fuerint Communitates, sive universita-
» tes Civitatum, Castrorum, villarum, &
» quorumcumque aliorum locorum, Potesta-
» tes, Gastaldiones, Maricos, Rectores, An-
» cianos, Consiliarios, & Officiales ipsorum,
» voluntate, assensu, & auctoritate prædictis,
» excommunicationis ex nunc vinculo inno-
» damus: & Civitates, castra, villas, & lo-
» ca ecclesiastico supponimus interdicto. Non
» obstante, quod detentores, seu occupato-
» res hujusmodi, illicitæ venditionis, loca-
» tionis, concessionis, impignorationis, seu
» infeudationis sibi factarum per Prelatos, seu
» quaslibet alias personas, juxta sanctiones
» canonicas vel civiles prætendant titulum,
» seu allegent: Diocesanis auctoritatem & li-
» centiam concedentes, quod excommunica-
» tos excommunicationibus supradictis possint
» absolvere vice nostra, & itidem hujusmodi
» relaxare, cum ab ipsis delinquentibus sa-
» tisfactum fuerit competenter.

» *Contra defraudatores decimarum, &*
» *Quartisiorum Ecclesiis debitorum.*

» IN tantum erroris demum quidam pro-
» lapsi noscuntur, quod saluti animarum tem-
» porale commodum præferentes, decimas quas
» in signum universalis dominii sibi reserva-
» vit Dominus in Ministris, eis subtrahere
» seu de ipsis per avaritiam defraudare præ-
» sumunt eosdem; non considerato pruden-
» ter, quod Anania & Saphyra, pro eo quod
» agri pretium quem vendiderant defraudave-
rint,

„ seu retentis satisfacturos, vel satisfactionem „ plenariam impendisse, & de solvendo imposterum promisisse. Ad cujus Constitutionis observantiam Fratres Prædicatores, Minores, Heremitanos, & Religiosos alios, cujuscumque sint Ordinis, teneri volumus & mandamus.

„ *Ne excommunicatorum corpora tradantur Ecclesiasticæ sepulturæ.*

„ NE prout plerumque consuevit accidere in animarum periculum, temporalis rei dispendium, ac transgressionis pejus incentivum, speratam satisfactionem & debitam C absolutio adimat ..... statuimus quod excommunicatorum a canone vel ab homine corpora, si ante mortem excommunicati denunciati fuerint, etiamsi fuerint absoluti, sepulturæ Ecclesiasticæ non tradantur; nisi prius de his, pro quibus excommunicati fuerant, damnum seu injuriam passo si præsens fuerit, vel ipso absente in manus Diocesani seu ejus Vicarii, aut Plebani, sive vices ejus gerentis satisfactione vel satisdatione præstita competenti. Si qui autem Sacerdotum, quacumque dignitate, professione, vel Religione præfulgent, hujusmodi Constitutionis transgressor extiterit, ab officio & beneficio sit suspensus: & D nihilominus corpora hujusmodi exhumentur.

„ *Ut Suffraganei Aquilegensis Ecclesiæ ipsam singulis annis visitent, ut tenentur.*

„ FIDEI & dilectionis Zelus, quo S. Aquilegensi Ecclesiæ Sponsæ nostræ astringimur, nos prout non decet, circa ipsius honoris decorem negligentes esse non sinit. Nolentes igitur, Sponsam ipsam congruis honoribus defraudari: præcipimus, quod omnes nostri Suffraganei prædictam Ecclesiam annis „ anno Domini Millesimo Ducentesimo octuagesimo secundo, Indictione decima, die vero quartodecimo exeunte Decembre, & die sabbati sequenti in Generali nostra Synodo Constitutiones ipsas laudante & etiam approbante, Dilectis Filiis Leonardo de Fawignaco Vicedecano & Capitulo Aquilegensi, ac Venerabilibus Fratribus nostris, *Henrico Tridentino*, *Bernardo Vicentino*, *Adalgero Feltrensi* (E) & *Bellunensi*, *Ulvino Tergestino*, *Bono* (F) *Justinopolitano*, *Bonifacio Parentino*, *Marcio Cenetensi*, *Egidio Emonensi*, & *Vvernardo* (G) *Petensi Episcopis*; necnon Procuratoribus Venerabilium Fratrum nostrorum infrascriptorum, scilicet Presbytero Antonio Canonico Garden. *Bartholomæi Veronensis*; Petro Presbytero S. Laurentii de Padua *Johannis Paduani*; Eppone Abbate Monasterii S. Michaëlis de Monte de Pola & Petro Canonico Polen. *Johannis* (H) *Polensis*; Presbytero Avancio *Præsavii Tarvisini*; & Bernardo Decano Civitatensi *Folcheri Concordiensis*, Episcoporum Procuratoribus, nobis assistentibus in eadem: præsentibus quoque Dilectis Filiis, *Conrado Rosacensis*, *Pagano Beliniensis*, & *Federico Oziacensis* Monasteriorum Abbatibus: Fratribus, Prosperino Custode Fratrum Minorum in Forojulii, Jacobo Lectore Fratrum Prædicatorum Conventus Civitatensis; ac aliorum Fidelium, tam Clericorum Religiosorum & Secularium, quam laicorum Aquilegensis Civitatis, Diocesis, & Provinciæ multitudine copiosa.„

II. (A.) FRATER *Latinus* cognomine *Malabranca*, quem & *de Frangipanis*, & *Ursinium* appellatum legimus. Filius erat Sororis Joannis Ursinii Tit. Sancti Nicolai in Carcere Diaconi Cardinalis, qui postea Summus Pontifex fuit Nicolaus III. appellatus, & Patris ex gente Malabranca, æqualis Nobilitatis conjugum. Ordinis Prædicatorum alumnus,

erat. Rem narravimus Capite LXXV. allegatis Clementis Papæ IV. Epistolis, ac Juliani & Danduli Chronicis.

(C.) HANC indicat Constitutionem Julianus in Chronico ad Annum M. CC. LXXXIV. ubi cædem narrat *Rubei Sonescalchi* in Civitate Austria; quam propterea Ecclesiastico Interdicto suppositam voluit Raimundus.

(D.) DE lege, seu consuetudine, qua Episcopi Suffraganei singulis annis Metropolitam, ac Metropolitanam invisere Ecclesiam

Palladius in Historia Forojuliensi Parte I. Libro VI. Idemque utroque in loco occurrit error in *Egidio Emonensi*.

(G.) WERNARDUS, seu Bernardus Petenensis desideratur in hujusce Ecclesiæ Tabulis apud Ughellum.

(H.) NON legitur *Johannes Polensis* apud Ughellum. An idem dici debeat ipse cum *Anonymo* Polæ Antistite, ad quem extant Innocentii IV. litteræ anno 1251. conscriptæ apud eumdem Ughellum, divinare non licet.



MONUMENTORUM
ECCLESIÆ AQUILEJENSIS,

QUÆ COMMENTARIO
HISTORICO-CHRONOLOGICO-CRITICO
ILLUSTRANTUR,

TOMUS II.

CUM APPENDICE,

In qua vetusta AQUILEJENSIUM PATRIARCHARUM, rerumque Forojuliensium Chronica, emendatiora quædam, alia nunc primum, in lucem prodeunt.

Conradi Ducis Poloniæ electio in Patriarcham ad examen vocatur. Militiæ præficitur Henricus Goritianus, quem recipere Forojulienses Civitates renuunt. Patriarcha renunciatur Petrus Gerra, hujus nominis II. *Bellum geritur cum Girardo Caminate. Mortem obit Patriarcha.*

I. POST Raimundi decessum, qui die 23. Februarii contigit, *eodem anno* (1299. Verba sunt Juliani in Chronico) *die* V. *intrante Martio electus fuit in Patriarcham Aquilegensem D. Conradus Dux Poloniæ unanimiter, communiter, & concorditer per Capitulum Aquilegense.* In Codice M. S. lineolæ visuntur propria Belloni manu in margine ductæ e regione verborum, quibus Ducis Conradi electio narratur. Hinc nobis ingesta suspicio, prædicta verba aut invecta fuisse in Chronicon Juliani, aut certe depravata. Suspicionem auget ipse Bellonus, qui in Vitis Patriarcharum hæc habet: *Petrus* (Gerra) *paullo post* obitum Raimundi, *ad Patriarchatum annis gravior adsciscitur: Conradus, antea dictus Poloniæ Dux, ut in Annalibus quibusdam antiquis reperio, ad Forijulii præfecturam.* Non Ecclesia Aquilejensis Conrado dicitur conlata, sed Præfectura Provinciæ.

ACCEDIT, nullam in Historia Polonica, quam Joannes Longinus, & Stanislaus Sarnicius conscripsere, Conradi Poloniæ Ducis mentionem fieri, qui ad Sedem Aquilejensem electus fuerit. Ad Annum M. CC. XCV. quemdam Longinus memorat Conradum *Ducem Glogoviensem*, ex spe consequendæ Bambergensis Ecclesiæ Diaconi gradu insignitum: ipsumque perditorum hominum opera, veneno sublatum & extinctum. Meminit etiam Sarnicius in Wladislao Loctico Rege ad Annum M. CC. XCVI. *Conradi Gibbosi Sinaviensis Ducis*, ad Archiepiscopatum Salisburgensem vocati. At Conradum electum Aquilejensem frustra quæris, nuspiam invenis.

IN Catalogo Pataviensi II. apud Hieronymum Pezium Tomo I. Rerum Austriacarum, hæc adnotata legimus: *Conradus II. filius Ducis N. Poloniæ, anno Domini* M. CC. L. *in*

A *Episcopum Pataviensem eligitur. Sedit annum unum, deinde ad matrimonium convolavit; & sic non fuit consecratus.* Quidni *Conradus P.* ita fortasse scriptus in Codicibus, creditus a nonnullis fuerit, dictusque *Patriarcha*, cum Pataviensis legi debuerit? Hæc sunt, quæ Ducis Conradi electionem in Patriarcham Aquilejensem suspectam reddunt. Sed eam disertissime refert Chronicon Juliani in compendium redactum, quod in Archivo Capituli Civitatensis adservatur in calce vetusti Necrologii: *Eodem anno* (1299.) *electus fuit D. Conradus Dux Poloniæ in Patriarcham Aquilegiensem.*
B Rem hanc in medio relinquere, satius est: prædictæque electioni, si peracta quidem fuerit, Sedis Apostolicæ consensum minime datum, notum compertumque.

II. RAIMUNDO e vivis erepto, militiæ præfecerunt Henricum Goritianum Forojulienses. *Eodem anno* (1299.) XIII. *die exeunte Martio* (seu die 19. Juliani verba sunt) *in prato Campiformii receptus fuit Dominus Henricus, Comes Goritiæ, in Capitaneum Forijulii.* Itemque *die* VIII. *intrante Aprili* (verbis utor ejusdem Chronistæ) *in Aquilegia D.*
C *Gylo, Archidiaconus Aquilegensis, factus fuit & receptus Vicedominus per Capitulum Aquilegense, & per D. Henricum Comitem Goritiæ Capitaneum, & per omnes Forojulienses: hoc pacto & conditione, quod ipse Vicedominus non debet dare alicui Castellano aliquod Castrum domus Aquilegensis in Verra, nec aliquam Castaldiam.*

MEMORATAS conditiones complectuntur Tabulæ in hæc verba conscriptæ. "In Nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti Amen. „ Anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo nono, Indictione duodecima, die „ octavo intrante Aprili; præsentibus Ven.

» ta, ... Comes Vieglæ, Canonici Aquilegensis Ecclesiæ, pro se ipsis & aliis de Capitulo ejusdem Ecclesiæ, promiserunt & obligaverunt se nomine dicti Capituli: loca seu Castra infrascripta, videlicet Castrum Tulmini cum Curia, Castrum Urinspergh, Castrum Montis-falconis cum Mercato, Castrum Sancti Steni, Castrum Trus, Castrum Glemonæ, Castrum Artenex, Tricesimi, Bujæ, Zuilini, Castrum Moscardi, Castrum Sclusæ cum Muta, postquam ad eorum manus pervenerint, fideliter servare & custodire, seu servari & custodiri facere cum bonis Ecclesiæ seu Patriarchatus Aquilegensis: & illa custodienda, seu servanda nulli potenti . . . . . committere sub pœna duarum millium Marcharum Aquilegensis Monetæ: & Magnifico & potenti Viro D. Henrico Illustri Goritiæ Comiti, Terræ Forijulii Capitaneo Generali, donec ipse Capitaneus fuerit contentus & consentiens, cumque sibi placuerit pro evidenti utilitate, & urgenti necessitate Aquilegensis Ecclesiæ, supradicta loca seu Castra . . . . aperire. Item promiserunt nomine, quo supra: mandare universis habitatoribus Castrorum Aquilegensis Ecclesiæ prædictæ, quod ipsi Domino Capitaneo, donec fuerit Capitaneus, aperire debeant dicta Castra, quandocumque & quotiescumque intrare voluerit pro evidenti utilitate, & urgenti necessitate Ecclesiæ supradictæ. Item promiserunt nomine quo supra, sub pœna Ducentarum Marcharum Aquilegensis monetæ: quod nulli potenti committent, vel dabunt Gastaldiam aliquam, seu officium . . . . . hoc salvo quod si forte videatur, quod alicui potenti personæ committeretur, vel commissa esset aliqua Gastaldia, seu officium aliquod; hoc definiri debeat per dictum Dominum Capitaneum, & per præfatos Decanum & Capitulum, seu majorem partem ipsorum: promittentes nomine quo supra, ipsi Domino Capitaneo om-

III. Dum hæc fovebantur inter Forojulienses dissidia, Petrum ad Sedem Aquilejensem evexit Romanus Pontifex. Ipsum *confirmatum consecratumque* narrat Julianus, *per Papam Bonifacium* (VIII.) *anno prædicto* (1299.) *in Festo Nativitatis S. Johannis Baptistæ*. In Diœcesim ac Provinciam præmisit ille *Johannem Philippi*, quem *Vicarium* instituerat: notatque Julianus, ejus opera pacem constitutam fuisse *in Vigilia Assumptionis*, die 14. Augusti; initasque conventiones, ut *deberent Communitates dare* (Henrico) *Comiti certam pecuniæ quantitatem: & ipse deberet desistere ab inceptis*.

C

In Provinciam Forijulii *venit ipse Petrus Patriarcha circa Festum Sancti Michaëlis: in Civitatem vero venit in Festo Beati Lucæ Evangelistæ*. Hic Petrus, cognomine Gerra, Patria Ferentinas, Soræ Episcopus, deinde Reatinus; tum Montis-Regalis in Sicilia, ac postea Capuanus Archiepiscopus fuit. Plures obierat Sedis Apostolicæ legationes ad Alphonsum X. Castellæ, ad Philippum IV. Galliæ, ad Odoardum Angliæ, Reges. Honores alios, ac dignitates, præclaraque gesta Petri colligunt ac celebrant Ughellus in prædictarum Ecclesiarum Tabulis, & Rocchus Pirrus in Notitia Ecclesiæ Monteregalensis in Sicilia sacra.

D

IV. Vix Ecclesiæ suæ adierat possessionem, cum gravissima inter ipsum erupit, ac Gerardum Caminatem discordia. Potentissimæ Familiæ originem, appellationem a *Camino* Castro juxta Opitergium condito, vires, incrementa, finem narrant Bonifacius in Historia Tarvisina, Pilonus in Historia Bellunensi, ac ævo priores alii Scriptores in Collectione Muratoriana. Nicolaus, *Nepos Patriarchæ*, discordiæ pomum jecerat, qui *anno* M. CCC. *in Mense Junii dedit D. Gerardo de Camino locum Sacili; & incontinenti recessit ipse ad Terram suam*.

Hæc erat Caminati ratio, quominus locum Patriarchæ restitueret: aliamque obtendebat cau-

hibuit Albertus Goritianus, Henrici pater: petebatque, inducias fieri ad octo dies. Quid consilii in hac re capiendum foret, exquirendum censuit Patriarcha a Civibus Austriæ Civitatis, sequentibus ad eosdem litteris datis, quæ in Archivo Civitatis adservantur in Historia MS. Marci-Antonii Nicoletti. " Petrus Dei „ gratia Sanctæ Sedis Aquilegensis Patriarcha, „ Nobilibus & prudentibus Viris D. Johanni „ de Zuccula, Paulo Castaldioni, Consilio & „ Communi Civitatensi, nostris & Ecclesiæ A- „ quilegensis fidelibus dilectis, gratiam cum „ salute. Noveritis, nos hodie die Jovis post „ Vesperas litteras a Magnifico Viro D. Al- „ berto Comite Goritiæ recepisse: in quibus „ continebatur, quod in discordia, quæ est in- „ ter nos & D. Girardum de Camino, libenti „ animo & fideliter vellet interponere partes „ suas, non parcens laboribus & expensis; pe- „ tens ante omnia, quod Treguæ fiant octo „ dierum: aliter autem non intendit in hujus- „ modi tractatu aliquatenus laborare. Quare „ super his petimus, ut deliberatione inter „ vos habita, quid in hac parte nobis expe- „ diat, consulatis absque moræ dispendio ve- „ strum consilium rescribentes. Datum Utini „ die Jovis in sero. „ Narrat vero in Chronico Julianus, firmatam denique pacem esse, & *præconizatam eodem anno* (1300.) *quarto die ante Festum Sancti Martini*.

V. PACE constituta potitus est brevi tempore Petrus. Præsulem ornatissimum refert Ju- „ tia Sanctæ Sedis Aquilegensis Patriarcha, li- „ cet infirmus corpore, tamen mente & ani- „ mo bene sanus, tale Testamentum in mo- „ dum Codicilli disposuit; non infirmando „ suum Testamentum tamen in aliis, nisi in „ præsenti Capitulo, sed potius confirmando. „ Voluit enim, & mandavit: ut si continge- „ ret, eum mori in Utino, ut Corpus suum „ sepeliatur in Ecclesia Sanctæ Mariæ Castri „ Utini: & quod fiat eidem pulcra Sepultura „ in dicta Ecclesia, in qua ponatur Corpus „ suum . . . . . Et quod fiat ei in quolibet „ anno in die Anniversarii sui Officium solem- „ ne in Missis, & Vigiliis celebrandis. Item „ voluit, & mandavit prædictus Dominus Pa- „ triarcha Petrus: quod emptio, & ea quæ „ emit in Furno ex reditibus ipsius emptoris, „ & omnia quæ emit in dicto Furno, scilicet „ decem Marcharum, annuatim Plebano Ec- „ clesiæ . . . . numerentur in Ecclesia ipsius „ pro anima sua ex prædictis Missis & Anni- „ versariis celebrandis, ut superius. Item vo- „ luit, & mandavit: quod de prædictis dena- „ riis, reditibus futuris & emptoris, per eos- „ dem fiat in dicta Ecclesia sepultura ipsius, ut „ est dictum, honorifice sit data. Actum Uti- „ ni in Camera Patriarchalis Palatii, (*in qua*) „ D. Petrus Patriarcha jacebat, præsentibus &c. Corruptos sensus Librariorum vitio & oscitantiæ tribue: indictasque *Vigilias* post obitum peragendas intellige Officium, quod pro defunctis canitur.

CAPUT LXXXI.

Imperatorum series: itemque Comitum Tirolensium & Ducum Carinthiæ negotia. Aquilejensium pars in Patriarcham eligit Paganum Turrianum, alia postulat Ottonem Ortemburgensem: militiæque præficitur Henricus Goritianus. Dissidia cum Vidone Vicedomino. Comitum Goritianorum Stemma. Rejecta electione Pagani, & postulatione Ottonis, præficitur Aquilejensibus Ottobonus.

I. POST Rodulphum Habspurgensem, qui anno 1292. vita excessit, Adolphus Nassovius ad annum usque 1298. imperavit: quo Electorum pars, ipso Nassovio in Vigilia Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ dejecto, Regem Romanorum designavit Albertum

& anno insequente 1306. filius ejus eodem Venceslai nomine nuncupatus. Vacante Regno, Electorum pars ad regimen vocat Henricum Ducem Carinthiæ, pars altera Rodulphum Alberti Regis Romanorum filium. Cessit Henricus: ipseque Rodulphus regnum non integro biennio administratum anno 1307. cum vita reliquit. Iterum ille deligitur ad Sceptrum: *Civitates ei reserantur, ubique suscipitur cum honore*. At Rex Albertus, teste Anonymo Leobiensi, *Nurum*, (quam reliquerat prægnantem Rodulphus,) *in Austriam vocat:* ac *finem* Henrico *statuit præstolandum*. *Quæ dum filium peperisset, heredem Regno genitum asserens, militem instruit, Bohemiam intrat*. Tum mandat, *ut Karinthia, & Carniola invadantur*. Carinthiam subigit *Ulricus de Vualsee Capitaneus Stiriæ ad Regis jussum, & Friderici Ducis Austriæ, qui major natu fuerat:* occupatque Carniolam *Hainricus Comes Goritiæ, assistentibus sibi Comitibus de Ortemburg, & Sclavicæ gentis Potentatibus*.

ALBERTO Rege vita functo, Rex Romanorum sufficitur Henricus Dux Lucemburgius, qui Aquisgrani anno 1309. corona redimitur in die Epiphaniæ, Ptolomæo Lucensi teste in Vita Clementis Papæ V. Hunc dixere Henricum hujus nominis *septimum*, nulla Henrici Lantgravii, qui contra Fridericum II. electus fuerat, habita ratione. Jamvero turbæ moventur in Boëmia: adclamatoque Joanne Rege, pellitur Henricus Dux Carinthiæ; cum quo, ejusque Fratribus concordiam init Fridericus Dux Austriæ, *Carniola & Carinthia ad pristinos possessores redactis*.

MEDIOLANUM venit Lucemburgius anno 1311. coronam suscepturus: debellavitque *Guidonem de Turri*, ut ipsum vocat Anonymus Leobiensis, qui tumultus exciverat. Notat enim Chronicon Placentinum apud Muratorium Tomo XVI. Scriptorum Italiæ: *Turrianos* anno 1302. *reductos in Mediolanum fuisse, qui steterant foris per viginti quinque an-*maniæ exorto, pars altera Ludovicum Bavariæ Ducem, Fridericum Austriacum designavit altera Imperatorem. Bello premitur Germania usque ad annum 1322. Sancita demum anno 1325. pacta, ut Austria contentus Fridericus, de jure cederet ad Imperium. Inter hæc vero invicem anno 1318. concordiam iniere adnotante Leobiensi Anonymo, Joannes Rex Boëmiæ, & Henricus Dux Carinthiæ.

II. SERIEM repeto, gestaque Patriarcharum. Ad electionem Successoris eodem quo Petrus decesserat anno 1301. eodemque Februa-
C rio Mense, *in Festo Beati Matthiæ Apostoli*, (die 24.) convenit Aquilejense Canonicorum Collegium. Elegit major pars *D. Paganum De la Turre, Nepotem quondam D. Raimundi Patriarchæ, Decanum Aquilegensem:* paucique diffidentes alii, Jacobus Episcopus Concordiensis, Gilonus de Villalta Archidiaconus, Odolricus de Glemona Canonicus, *postulaverunt D. Ottonem de Ortumbruch*. Mox etiam, consentientibus omnium calculis, *Vido de Villalta, Canonicus Aquilegensis*, renunciatus est *Vicedominus Generalis*.

PRO more, proque facultate, quam sibi vendicabat Vido, novos in Civitatibus locisque Provinciæ instituere *Gastaldiones* decreverat. Acerrime restiterunt *Communitates, Ci-*
D *vitatensis, Utinensis*, aliæque: *quia dicebant* (verba sunt Juliani) *se emisse a D. Petro Patriarcha dictas Castaldias, & sibi solvisse pro ipsis*. Hinc turbæ, factionesque motæ. Vicedomino favebant *Castellani*, qui cum *Capitulo Aquilejensi* Henricum Comitem Goritiæ dixere *Capitaneum Generalem die* V. *intrante Julio eodem anno*. Appositas electioni conditiones discimus ex Tabulis, quæ sequuntur.

„ Nos Henricus, Comes Goriciæ, Vobis Do-
„ minis Warnerio de Cucanea, & Willelmo
„ Vicario nostro, recipientibus pro Ecclesia
„ & Capitulo Aquilegensi, & pro quolibet de
„ ipso Capitulo, ex nunc promittimus: quod
„ acceptata Capitanaria Patriarchatus Aquilegensis,

non habebimus regressum contra Capitulum Aquilegensis Ecclesiæ, vel bona aut jura dicti Capituli, aut alicujus de dicto Capitulo: sed tantum contra bona Patriarchatus Aquilegensis. Item quod si pro eoquod creati fuerimus Capitaneus, aliquis impeteret, vel molestaret dictum Capitulum, vel aliquem de ipso Capitulo, eos & eum defendemus toto nostro posse cum omnibus nostris amicis.. Item quod sine mora, vel lite recuperabimus bona & jura, Aquilegensi Ecclesiæ & Capitulo subtracta, spoliata, vel invasa per quoscumque a die obitus D. Petri Patriarchæ: & specialiter quod statim Castra & Fortilicia dictæ Aquilegensis Ecclesiæ reducemus in manibus & potestate Capituli: & Gastaldias..., & officia spectantia ad officium Vicedomini, in manibus & potestate Vicedomini. Item quod non petemus, vel intrabimus per nos, vel gentem nostram Castrum vel Fortilicium aliquod Aquilegensis Ecclesiæ, nisi forsan Fortilicium de Campeio de prope Sossemberch: & quod adveniente Patriarcha, vel ejus Vicario in Terram Forijulii, ipsum locum dimittemus Aquilegensi Ecclesiæ: nec occasione aliqua eum retinebimus, vel quocumque prætextu. Item quod jura Aquilegensis Ecclesiæ de Istria faciemus per nos, & nostros dimitti Capitulo & Vicedomino libere & quiete usque ad adventum Patriarchæ Aquilegensis, vel ejus Vicarii in Terram Forijulii. Item quod Capitulum Aquilegensis Ecclesiæ, & ejus jura & bona, & quemlibet de ipso Capitulo, ac bona ipsorum communia & specialia, defendemus & juvabimus toto posse, & cum omni favore. Item quod si lis, vel discordia est inter aliquos de ipso Capitulo, eos ab injuriis & violentiis defendemus. Item illos de la Turre, & suos familiares defendemus a violentiis: & juvabimus ad recuperanda sua bona, ac jura. In cujus rei testimonium præsentes & patentes nostras litteras fieri ordinavimus in præsentia Dominorum, Ugonis de Duyno, Rodulphi ejus filii, Wicardi de Petrapilosa, Odorici de Cucanea, Folkeri de

verunt. Ad Civitatem Austriam Taoliæ pertinent, quas Historiæ MS. citatæ inseruit Marcus Antonius Nicolettus. "In nomine Domini Amen. Anno ejusdem M. CCC. I. Indictione XIV. die VIII. intrante Junio, in Civitate Austria super domo Communis; præsentibus, Venerabili Patre D. Jacobo Concordiensi Episcopo, & Venerabilibus Viris Dominis Bernardo Decano, Jodoyco, & Laurentio Canonicis Civitatensibus, & aliis. Cum in Rengo totius Civitatis & Communis Civitatensis Nobilis Vir D. Asquinus de Varmo fuisset in Potestatem dictæ Terræ electus; idem D. Asquinus, precibus & instantia D. Pauli Castaldionis & Consilii & hominum Civitatensium, ad Sancta Dei Evangelia juravit officium Potestariæ dictæ Terræ ad honorem futuri Patriarchæ Ecclesiæ Aquilegensis, honorem & bonum statum Civitatis; & ad manutenendum, conservandum, & defendendum jura uniuscujusque, tam parvi, quam magni; & omnia & singula faciendum recte & fideliter, bona fide, sine fraude, quæ spectant ad Officium supradictum, hinc ad proximum Festum Sancti Michaëlis venturum. Præterea homines Terræ, equites, & pedites, qui ibi erant, juraverunt sub eo tanquam sub eorum Potestate ad bonum statum Terræ Civitatensis, & ad sequendum & custodiendum eum tanquam Potestatem usque ad dictum terminum: ita quod regat se cum Consilio, & voluntate Consilii sibi deputati; salvo si ante venerit Dominus Patriarcha, vel ejus Vicarius Generalis."

TUNC copiæ conscriptæ a fœderatis Civitatibus, locisque: iisdemque præfectus *Comes de Ortumbruch*, qui Procerum adversantium castra adortus est, incendit pagos, multaque damna intulit. *Quæ verra* demum, *& discordia in Festo Exaltationis Sanctæ Crucis, tractatu D. Meynardi, filii D. Alberti Comitis Goritiæ, fuit pacificata: & factæ fuerunt treguæ eodem die usque ad Festum Circumcisionis Domini futurum.*

IV. ALBERTI Goritiani filium, nomine *Mainardum*, loco citato Julianus exhibet. Ab

Kkkkk eodem

Bohemiæ,
& Poloniæ.
✠ 1335.

Diem clausit extremam Albertus II. anno 1304. teste Juliano in Chronico ad eumdem annum: *Nobilis Vir D. Albrettus Comes Goritiæ obiit Lonyz, & sepultus fuit Rosacis in Vigilia Nativitatis Sanctæ Mariæ: & factæ fuerunt ibi magnæ oblationes in die suæ sepulturæ. Dati fuerunt* 40. *denarii Aquilegenses unicuique Saeerdoti*. Patri successit Henricus filius, quem ejus nominis *Tertium* appellamus. Tarvisinos in potestatem reduxit continuitque Henrici Lucemburgii Imperatoris: ipsamque Civitatem, Provinciam, & Marcham Tarvisinam ejusdem Imperatoris nomine administravit. Alia ejusdem gesta infra recensenda.

V. Electionem Pagani Turriani rejecerat Bonifacius VIII. neque postulationem admisit Ottonis Ortemburgensis. Sedem Aquilejæ contulit Pontifex *anno* M. CCC. II. *penultimo die Mensis Martii*, teste Juliano, *Domino Ottobono, tunc Episcopo Paduano; & Episcopatum Paduanum Domino Paganino* (seu Pagano) *Decano Aquilegensi, electo in Patriarcham, existenti in Curia Romana super quæstione ipsius Patriarchatus*. Novus Patriarcha *in Forumjulii* adventavit, *idest Utinum die* X. *exeunte Augusto* (seu die 22.) *in Civitatem vero die* VI. *exeunte Augusto*, (seu die 26. ejusdem Mensis.)

Juliani Chronographiæ favent Patavini Fasti a Muratorio vulgati post Chronicon Rolandini Tomo VIII. Scriptorum Italiæ, & Joannes de Mussis in Chronico Placentino Tomo XVI. ejusdem Muratorianæ Collectionis. Hæc produnt Monumenta, Ottobonum anno 1302. incepto adhuc Sedem Patavinam tenuisse: ipsumque Romam profectum ob Sanctæ Inquisitionis negotia adversum Fratres Minores. Hæc insuper in Chronico Placentino ad Annum M. CCC. II. relata legimus: *Eodem anno Dominus Ottobonus Robarius, Civis* B *Placentinus, & Episcopus Paduæ, fuit electus Patriarcha Aquilegiæ*. At Ughellus translatum e Patavina Sede ad Aquilejensem Ottobonum narrat *anno* 1301. *quinto Calendas Aprilis:* citatque Epistolam XCVII. Regesti Vaticani. Chronicam conciliat antilogiam varia annorum forma, quæ ævo illo in usu erat. Anno incepto a Januario Mense utuntur Julianus, Joannes de Mussis, & Fasti Patavini. In Epistola citata Regesti Vaticani adhibetur anni forma, cujus exordium ducitur a Paschate. Incidit Pascha anno 1302. in diem 22. Aprilis; unde Mense Martio præcedente, quo ad C Sedem Aquilejensem Ottobonus evectus fuit, nondum inceperat annus 1302. a Paschate. Epistolam eamdem signatam *anno octavo* Pontificatus Bonifacii, idem Ughellus testatur. Pontificatum auspicatus est Bonifacius anno 1294. a die 24. Decembris: adeoque *octavus* annus, quo eadem data epistola dicitur, labebatur Martio Mense anni Christi 1302.

Ex nobili genere *de Razzis* prognatum Ottobonum, scribunt Jo. Franciscus Palladius, & Ughellus. Ipsum cognomine *Robarium* vocat Joannes de Mussis in Chronico Placentino: ortumque obscuro genere, adnotat Jacobus Cavacius in Historia Patavini Sanctæ Justinæ Cœ- D nobii. Bonifacii VIII. epistolam refert Rainaldus ad Annum M. CCC. II. datam VII. *Kal. Septembris, anno* VIII. Pontificatus ejusdem Bonifacii, qua *Aquilejensi Patriarchæ* Ottobono injungitur, ut prænobiles Viros, Ottonem, Ludovicum, & Henricum Carinthiæ Duces, Mainardi filios, qui damna Tridentinæ Ecclesiæ ab ipsis & a patre pridem inlata sarcire decreverant, Sacrorum communioni restitueret. Patriarchalis ergo auctoritatis munera in reconciliandis Ecclesiæ hisce Principibus primo indeptæ Sedis tempore adhibuit Ottobonus.

CA-

I [illegible]usque amicitiam regere cœpit Ottobonus, continuisque turbatum dissidiis regimen consummavit. Leves cum Venetorum Republica velitationes fuere: pacique strictiore vinculo firmandæ ansa data. Hæc paucis memorata verbis negotia legimus in Continuatione Chronici Danduliani apud Muratorium in Collectione sæpe citata Scriptorum Italiæ: *discordia sedata est pactis primis permanentibus:* itemque *inter partes exorta discordia, in* M. CCC. III. *Mense Januario pax facta est*.

II. GRAVES Ottobono molestias crearunt Comes Hohenburgicus, Rizzardus de Camino, Comesque Goritianus. Tot inter angustias postulavit ille subsidium Venceslai Regis Boëmiæ: quod iste morte præventus non attulit. Patrocinium pollicitus est Venceslaus filius, neque tamen præstitit fato surreptus. Regis litteras benevolentiæ plenas describimus. „ Venerabili in Christo Patri Domino .... „ Aquilegensis Ecclesiæ Patriarchæ, W. Dei „ gratia Bohemiæ, Ungariæ, & Poloniæ Rex, „ paratam ad ejus beneplacita voluntatem. „ Cum nobis pro firmo constet, dudum inter C „ Progenitores nostros, & Aquilegensem Ec„ clesiam dilectionem sinceram inviolabiliter „ viguisse; nos qui divinum promovere cul„ tum intendimus, prout nobis Deus sua pie„ tate donaverit, prædictam dilectionem illi„ batam conservare cupimus, & augere. Quia „ vero intelleximus, vos cum piæ memoriæ „ Domino W. quondam Bohemiæ & Poloniæ „ Rege, patre nostro Karissimo, præcordia„ liter amicitiam contraxisse, eamdem vo„ lentes hereditare amicitiam, affectu beni„ volo vos complectimur in visceribus cordis D „ nostri. Regratiamus autem vobis de Nun„ ciis, quos dicto Patri nostro amicabiliter di„ rexistis. Et licet ad præsens illud negotium, „ quod inter ipsum & vos tractabatur, com„ petenter compleri nequeat; ipsum tamen, „ favente Deo, perficere decrevimus, dum „ se facultas obtulerit opportuna. Quidquid „ igitur pro honore, & magnificentia Vene„ rabilis personæ vestræ, ac pro utilitate & „ promotione Aquilegensis Ecclesiæ possumus, „ omnia juxta posse nos semper inveniretis fa„ vorabiles, & intentos. Datum Pragæ III. „ Idus Julii, anno Regnorum nostrorum, Bo„ hemiæ & Poloniæ primo, Ungariæ vero „ quarto.„ Utriusque Wenceslai, patris, & filii, Capite LXXXI. num. I. mentio habetur.

III. BELLUM, quod Ottobonus, Henrico Duce Carinthiæ suppetias ferente, gessit contra Comitem Hohenburgi, memorat Anonymus Leobiensis ad Annum M. CCC. I. quo Ot- B tobonum in Sedem Aquilejensem Petro suffectum deceptus notat. Verba sunt: "Hic (*Ottobonus*) Hainrici Ducis Carinthiæ muni„ tiones quasdam obligavit ad terminum sta„ tutum: & contra Virum nobilem de Ho„ henburg cum multis aliis stipendiavit. Hunc vocat *Comitem de Oyng* Julianus. "Ca„ strum ejus fortissimis turribus munitum val„ lavit: & cum non esset spes Castri obtinen„ di, orationi se dedit; devotissime Domino „ supplicans & Virgini gloriosæ, ut Ecclesiæ „ contereret inimicum. Et ecce! Mane facto, „ Ducis Carinthiæ vexillum sine omni resi„ stentia erectum in medio Castri omnes adeo „ deterruit, ut Castro tradito vix exitum sal„ vis corporibus obtinerent. Castro vero pe„ nitus dissipato, lapide super lapidem non „ relicto, sicut hodie cernitur, Patriarcha cum „ gloriosa victoria ad propria remeavit.

ARMIS etiam recuperare Sacilum, Canipam, aliaque loca, quæ Rizzardus, filius Gerardi de Camino, eripuerat, animo constituit Patriarcha. Tantum opus anno 1305. teste Juliano, aggredi cœpit: movitque ad prælium copias *die* VI. *exeunte Septembri*, seu die 25. ejusdem Mensis. In subsidium venerat Henricus Carinthius; qui *pepigerat fœdus, certis pactis habitis, cum Domino Patriarcha: videlicet quia Patriarcha concessit Duci loca sua, quæ sunt in Carinthia: & ipse Dux promisit juvare Dominum Patriarcham, & Aquilegensem Ecclesiam pro posse suo*.

PATRIARCHÆ partes pro sua erga ipsum observantia & fidelitate sectabantur *Civitatenses*, *Utinenses*, *& pauci Castellani*. Adhærebant Caminati favore & armis Viri potentes.

Eos

Castra plura ab utraque contendentium parte diruta & incensa, pervastatos agros, totamque Provinciam quassatam. Sancitam anno 1307. prima vice pacem, Sacilumque Civitatensibus ac Utini Civibus traditum ad custodiam, sequentes pandunt Ottoboni litteræ, quas Hectori de Brazzaco, Nobilissimo humanissimoque Viro debemus. *Anno Domini* M. CCC. VII. *die penultima Mensis Julii, in Civitate Austria, in Ecclesia S. Joannis Baptistæ; præsentibus Dominis Benevenuto de Pertica, Joanne Bernardi, & Gregorio quondam D. Guillelmini Canonicis, & Joanne Bertoldi Mansionario Civitatensis Ecclesiæ, & aliis: Hindriucius Notarius, filius quondam Magistri Coculi de Civitate, ex parte Reverendi Patris D. Ottoboni S. Sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarchæ præsentavit D. Guielmino Castaldioni, Consilio, & Communi Civitatensi, atque Dominis Conraducio quondam D. Philippi, Fulcherio de Savorgnano, Odorlico Longo, Paulo quondam D. Boyani, Philippo olim D. Quontii, Tomado de S. Petro, Joanni quondam D. Ottonelli de Civitate, quasdam litteras apertas, sigillatas sigillo magno ipsius Domini Patriarchæ integro & illæso, quarum tenor talis est:* " Octobonus Dei gratia Sanctæ Sedis A-
„ quilegensis Patriarcha Guielmino Castaldio-
„ ni, & hominibus Civitatis Austriæ, necnon
„ Corraducio quondam D. Philippi, Fulchero
„ de Savorgnano, Candidetio de Canussio,
„ Odorico Longo, Paulo Boyani, Philippo olim
„ Quontii, Gullielmino Galangani, Virgilio,
„ Tomado de S. Petro, Bortholotto Notario,
„ & Joanni quondam Ottonelli, omnibus de
„ Civitate Austria, fidelibus suis dilectis gra-
„ tiam suam. Cum inter nos, & D. Rizardum
„ de Camino pax perpetua jurata & firmata
„ extiterit; & inter conventiones & pacta ini-
„ tas & inita cum ipsa pace extiterit ordina-
„ tum, quod locum Sacili, & Fortalicium ejus
„ Commune vestrum una cum Communi Uti-
„ ni debeat in se retinere, & servare usque ad
„ quatuor annos ad nostras expensas, sub hac
„ similiter jurare debeat Sindicus antedictus.
„ Quare devotioni vestræ per præsentes man-
„ damus, quatenus sub obtemptu nostræ gra-
„ tiæ prædicta omnia velitis facere, jurare, &
„ promittere in præsentiam D. Ardenghi Mi-
„ litis, & Odorlici Notarii dicti D. Ricardi; &
„ per dictum Odorlicum, & etiam per Nota-
„ rium vestrum de prædictis fieri facere publi-
„ ca Instrumenta. Datum Utini die 3. exeun-
„ te Julio.

IV. FRACTA pace, novis exarsit dissidiis Provincia Forijulii. Promptum, validumque impetraturus auxilium, discessit Ottobonus, C Juliano teste, *anno* 1309. *die* XIV. *Maii: & fuit Placentiæ obviam Domino Legato venienti: & fuit Bononiæ, & Ferrariæ cum dicto Domino Legato pluribus diebus.* Sedis Apostolicæ Legatus memoratur in Chronico Estensi citato, nomine *Dominus Arnusius*. Imo Legatos duos ad componendos Ferrarienses motus a Clemente V. missos, *Arnaldum Abbatem Tutellensem*, & *Honufrium Trebanum Meldensis Ecclesiæ Decanum*, adnotat Rainaldus ad annum M. CCC. VIII. & insequentem.

PROVINCIÆ curam, ac pacis negotium Civitatensium maxime consilio fideique commiserat Patriarcha. Cœtu coacto " anno M. CCC.
„ IX. die VIII. intrante Maio *instituti sunt*
„ Procuratores, D. Fulcherus de Savorgnano,
D „ & Philippus quondam D. Quontii de Civita-
„ te, ad faciendam legam & confœderationem
„ cum Communitatibus Forijulii, & aliis Ca-
„ stellanis, obedientibus D. Ottobono Patriar-
„ chæ, de consensu ipsius Domini Patriarchæ,
„ pro reformatione Terræ Forijulii, & pro re-
„ sistendo, ne per Dominum Comitem Goritiæ,
„ & Rizardum de Camino Capitaneum Ter-
„ visii destruatur.

ITERUM post discessum Ottoboni congregato cœtu, de sancienda pace actum est. Hujusce rei monumenta, quæ proferimus, tradidit ornatissimus Hector de Brazzaco. " M. CCC.
„ IX. Indictione VII. die XV. intrante Ma-
„ dio, in Civitate Austriæ in Scolis Ecclesiæ

ma-

„ mino Civitatis Tervisii, Feltrensis, & Bellunensis Capitaneo generali, & eorum sequacibus; necnon cum D. Odorlico de Cucanea, „ Valtero-Bertoldo de Spilimberch, Bernardo „ de Zuccula, Dominis de Pramperch, Jacobo „ de Budrio, Paulo quondam Domini Boyani, „ & extrinsecis de Civitate, & eorum coadjutoribus & amicis; & illam pacem firmandam „ juramentis, securitatibus, actis, poenis, „ obligationibus, & renunciationibus opportunis; & ad præstandum in animas hominum „ dicti Communis cujuslibet generis juramentum, securitates præstandum, & recipiendum; & generaliter ad omnia & singula facienda, quæ in prædictis, & circa prædicta „ fuerint opportuna, & quæ ipsi dicere seu facere possent, si personaliter interessent: promittentes stipulatione solemni mihi Notario „ pro omnibus, quorum interest, aut interesse poterit, firmum, gratum, & ratum habere, ac tenere, attendere, & observare quidquid per ipsos Procuratores, & Syndicos, aut „ duos eorum in prædictis, & circa prædicta factum fuerit, aut modo aliquo procuratum, „ sub bonorum dicti Communis omnium hypotheca.

V. Absenti Patriarchæ litteras dedit humanissimas Fridericus Dux Austriæ. Dolet angustias ejus, auxilium pro viribus pollicetur, ipsumque redire ad propria adhortatur. " Venerabili in Christo Patri Domino O. Sanctæ „ Sedis Aquilegensis Patriarchæ, Fridericus „ Dei gratia Dux Austriæ & Stiriæ &c. conformem ad sua beneplacita voluntatem. „ Commendare non possumus, sed dolemus, „ si adversitatis causa de vestris Terris, munitionibus, & hominibus vestram absentare „ præsentiam voluistis; cum nos juxta foedus „ vobiscum contractum parati fuerimus, & „ semper esse velimus, nostram vobis in quolibet necessitatis articulo auxilium pro viribus impertiri. Unde consulimus, & rogamus, & propensius exhortamur, quatenus „ solita magnanimitate robusti, ad propria imperterrite redeatis, ad defendendum nostro

C

D

die Dominico XV. *exeunte Novembri*, seu die 16. ejusdem Mensis, anno 1309. Res infeliciter cessit Caminati.

Partibus Patriarchæ jam adhæserat Henricus Goritianus: deque foedere invicem constituendo anno superiore actum, discimus ex Documento, quod etiam Civitatenses in eodem negotio versantes exhibet. Tabulæ adservantur in Archivo Civitatis in Historia Ms. Marci-Antonii Nicoletti. " Eodem anno (M. CCC. „ VIII. die VIII. intrante Maio, in Civitate „ Austria super Domo Communis; præsentibus Domino Joanne filio D. Thomasii de Pertistayn, Pertoldo Selenche qui moratur in „ Tulmetio, Angelo consanguineo Bartholomæi de Seanis commorantis in Civitate, & „ Bonetto servitore ipsius Bartholomæi, Jacobo quondam Marci de Antro, & aliis ad hæc „ specialiter vocatis & rogatis: Dominus Sclesonus Castaldio, & Consilium Civitatense, „ & quidam alii Equites de Civitate, ibidem „ ad sonum Campanæ, & voce præconia more „ solito congregati, nomine suo & Communis „ Civitatensis, communiter & concorditer fecerunt, constituerunt, & ordinaverunt Dominos, Odolricum Longum, Conraducium „ quondam D. Philippi de Gallutiis, & Bertholotum Notarium de Civitate, præsentes „ & hoc Mandatum suscipientes, & quemlibet „ eorum in solidum, ita quod non sit potior „ conditio occupantis, & quod unus eorum inceperit, alter mediare valeat & finire, suos „ & dicti Communis Civitatensis certos Nuncios, & Sindicos, & Procuratores legitimos „ ad comparendum coram Reverendo in Christo Patre & D. D. Octobono Dei gratia Sanctæ Sedis Aquilegensis Patriarcha; & ad consulendum sibi pro dicto Communi super tractatu, qui dicitur fieri inter Dominum Patriarcham ex parte una, & Magnificum Virum D. Henricum illustrem Comitem Goritiæ ex altera, & super rebus aliis, de quibus „ requisiti fuerint ab ipso Domino Patriarcha, „ prout viderint expedire; & si opus fuerit, „ ad promittendum & firmandum cum aliis

„ prædicta factum fuerit, vel modo aliquo procuratum, sub bonorum dicti Communis omnium hypotheca. In cujus rei evidentiam, & stabilem firmitatem præsens Instrumentum mandaverunt sigilli dicti Communis a tergo munimine roborari.

PRÆFECTURAM itaque militiæ Henrico sibi fœderato contulit Patriarcha: *congregatoque suo exercitu* (verba sunt Juliani) *ivit* ille *ad recuperanda loca*, quæ Rizzardus aliique detinebant, *Tricesimum*, *Artineam*, *Tulmetium*, *Sclusam*, *Montem-falconem*. Hæc anno 1310. peracta sunt. Auxiliares copias Patriarchæ, & Henrico commodavit *Illustris D. Juan*, *Cognatus Domini Comitis Goritiæ*, C *cum magna multitudine Babani-orum:* adventavitque *die* XIII. *exeunte Majo* (seu die 19. ejusdem Mensis, eodemque anno 1310.) *in Forumjulii sub Utino contra D. Rizzardum de Camino*, *& suos fautores*. Hunc vocat Bellonus *Bambanicium*, *qui suppetias tulit Goritiano Sororio:* eumdemque Albertinus Mussatus de Gestis Italicorum post mortem Henrici Cæsaris Libro III. Rubrica IV. Tomo X. Scriptorum Italiæ, appellat *Babanicum Levirum* Henrici Goritiani, & *Sclavorum copiis* præfectum. Prælia, cædes, diruta & incensa Castra, victoriamque a Patriarcha Fœderatisque relatam Julianus recenset.

VI. DUM hæc agebantur, in varias partes pertracti Forojulienses, tum invicem diffidebant; D tum Patriarchæ adversabantur alii, alique favebant. Nihil sanctius habuere Civitatenses, quam ut Ottobono obsequerentur. Bellum ipsi gessere anno 1305. *contra D. Joannem de Teyzano*. Anno insequente Nicolaus, filius Henrici de Budrio, viribus Comitis Goritiani fultus, partem Castri occupavit, quæ pertinebat *ad Vodolricum*, *Fratresque de Budrio*. Turrim & Ecclesiam Trivignani idem Nicolaus combussit; cui suppetias tulerant *Rodulphus de Duino*, *& Johannes de Villalta*. Ultionem tulit de Nicolao Ottobonus, præsidio adjutus *Conradi Ouistayn*, quem Dux Carinthiæ miserat; nam Castro Budriensi expugnato cum auxilio *Conradi de Stumberch*, redegitque cives ad obsequium. Gramolanum obsedit, & Zucculam: incenderuntque vice sua Zucculani Tojanum, Rubignacum, & alia loca Civitatensibus subjecta.

ANNO eodem Henricus Goritianus, cui adhærebant *Castellani de Speimbergo*, *Prampergo*, *Cucanea*, & *Zuccula*, Sedeglanum combussit, & Saciletum: seque dederunt Rizzardo Caminati Oppidani Sancti Viti: Incidit vero in manus Patriarchæ *Henricus de Prampergo; qui cum confessus fuisset*, *multa mala fuisse tractata contra Dominum Patriarchem*, proprii sceleris pœnas luit, *amputato eidem capite in Foro Utinensi die 2. Aprilis*. Hæc & alia id genus dissidia narrat Julianus.

VII. FŒDERATI hoc tempore Ottobono meminimus Henrici Goritiani adversus Caminatem: idemque, cum ipsum declaraverit Patriarcha militiæ Præfectum, rem Aquilejensis Ecclesiæ strenue procurabat. Non diu post inter utrumque inimicitiæ anno 1313. eruperunt. Originem dissidiorum aperit Julianus. *Cum*, *sicut dicebatur*, (inquit ille) *Dominus Patriarcha*, *existente Comite Capitaneo*, *fecisset cum Duce Austriæ* (Friderico,) *& cum Paduanis*, *& Tervisinis quamdam juram contra Comitem prædictum; ideo quia loca Ecclesiæ Aquilegensis*, *videlicet Losi*, *Anspercb*, *Montem-falconem*, *Tricesimum*, *Artbeniam*, *Sclusam*, *Tumecium*, *Faganeam*, *Sanctum Vitum*, *Sacillum*, *& Canipam occupaverat:* (quæ nempe loca idem Henricus, dum Forojuliensem gereret præfecturam, a Caminate recuperaverat;) *volens* Patriarcha *loca prædicta de manibus ejus eripere*, *& Dux Austriæ in Tulmino debebat mittere Episcopum de Gurcb cum apparatu suo*. Is est Henricus de Helfenberg Gurcensis Antistes. Hæc inaudiens Goritianus, fracto fœdere, irruit in arma: Tulminum cepit, Utinensium agros depopulatur, diruit Castrum *de Piris*, excidiumque Castro *de Susans* minitabatur.

INITA Mense Novembre ejusdem anni pax, durissimis adjectis conditionibus: "Ita quod Domi-

C A P U T LXXXIII.

Synodum Provincialem Aquilejæ celebrat Ottobonus. De loco tenendo dissidet Episcopus Patavinus. Ad Viennense generale Concilium idem Patriarcha vocatur. Iterum Synodum Provincialem Utini, & Aquilejæ celebrandam indicit. Henricum Imperatorem adit in Langobardia versantem. De procurationibus solvendis Apostolicæ Sedis Legatis. In suspectos de hæresi inquirit Patriarcha. Obitus ejus.

I. GESTA sequuntur Ottoboni, quæ proximius fidei Catholicæ munimen, Ecclesiasticæque disciplinæ spectant, provehuntque incrementa. Synodum Provincialem, eodem præsidente, Aquilejæ anno 1307. ineunte celebratam, colligimus ex sequentibus Tabulis, quæ ad litem attinent ab Antistite Patavino motam, primum sibi in Synodo locum post Sedem Patriarchæ vendicante. "Millesimo Trecentesimo Septimo, Indictione quinta, die lunæ penultimo Januarii, in Majori Ecclesia Aquilegensi; præsentibus discretis Viris Dominis, Rizardo de Capite-vacæ Canonico Paduano, Salione de Buzacherinis Priore Sancti Spiritus de Padua, Johanne de Vigoncia Judice, & Fratre Johanne de Osenago Monacho Monasterii Sancti Dionysii Mediolanensis testibus &c. Dum in dicta Ecclesia Venerabilis in Christo Pater D. Ottobonus, Aquilegensis Sedis Patriarcha, cum Suffraganeis suis Provinciale Concilium celebraret; Venerabilis in Christo Pater Paganus, Dei & Apostolica gratia Episcopus Paduanus sedebat a dextris, primum obtinendo locum, Domini Patriarchæ prædicti....„

SYNODI Acta, in eaque Constitutiones editæ perierunt, aut latent in forulis. Easdem Aquilejensis Provinciæ Præsulum calculis instauratas in Concilio Utinensi Provinciali anno 1310. celebrato, sequens patefacit Documentum. "Die lunæ nono intrante Februario

B „ (*anno* 1310.) in Castro Utini super Patriarchali Palatio. Dominus in Christo Pater & D. D. Ottobonus, Dei gratia Sanctæ Sedis Aquilegensis Patriarcha, de consensu, consilio, & voluntate infrascriptorum Prælatorum ad Provinciale Concilium vocatorum, & ipsi cum eo approbaverunt, ratificaverunt, & confirmarunt Constitutiones Provinciales, quæ in alio præterito Concilio Provinciali lectæ, approbatæ, & confirmatæ fuerunt; nihil addentes, vel diminuentes eisdem.„ Episcoporum aliorumque

C nomina, qui Synodo interfuere, infra dabimus.

II. PRIMA Sede, quam inter cæteros Concilii Patres occupaverat Antistes Patavinus, censuit ipsum deturbari oportere Ottobonus. Cum juri suo, suæque Ecclesiæ detractum crederet ille, Romanum provocavit Pontificem, Sedisque Apostolicæ Legatum. Quæ hocce in negotio fuerunt acta, Meliorancia Notarii Regestum posteritati servavit. "M. CCC. VII. Indictione quinta, die Martis ultimo Ja-

D nuarii, in Capitulo Majoris Ecclesiæ Aquilegensis; præsentibus providis & discretis Viris, Dominis Rizardo de Capite-vacæ, Johannino de.... Canonicis Paduanis, Salione de Buzacherinis Priore Sancti Spiritus de Padua, Alberto de Hanselminis Archidiacono de Pedemonte, Federico de Capite-listæ Præposito Ecclesiæ S. Matthiæ de Avancio Paduanæ Diocesis, Lombardino de

la

„ temnentes, ex parte dicti Domini Patriar-
„ chæ, & ex speciali commissione sibi facta
„ in hac parte, ipsum Dominum Episcopum
„ admonebat & denunciabat, incurrere debe-
„ re ipso facto. Qui Dominus Episcopus, ju-
„ re suo & Ecclesiæ suæ quo ad primam Se-
„ dem obtinendam in Concilio Generali præ-
„ senti a dextris ipsius Domini Patriarchæ,
„ sicut alii Prædecessores sui fecerunt, prote-
„ status fuit & dixit, ut supra in alia quadam
„ protestatione: quod paratus esset venire, &
„ Concilio interesse, dum tamen Sedes jam
„ dicta prima, sibi debita & Ecclesiæ suæ,
„ daretur seu assignaretur. Et quia hoc non
„ fiebat, ne aliquid fieret in præjudicium di-
„ cti sui juris, & ipsius Ecclesiæ; in præsen-
„ tia dicti Domini Abbatis, & ab ipso Domi-
„ no Abbate sic præcipiente, & mandante ut
„ supra, infrascriptam appellationem inter-
„ posuit. „ *In nomine Domini Amen. Coram vobis D. Fratre Alberto Abbate Somachensi, Vicario Reverendissimi Patris Domini O. Sacrosanctæ Sedis Aquilegensis Patriarchæ, & speciali Nuncio in hac parte, ego Paganus Dei gratia Episcopus Paduanus, nomine meo, & Ecclesiæ Paduanæ, Capituli, & totius Cleri Paduani, sentiens me, Capitulum, & Clerum antedictum gravari, & gravatos esse in prædicto Concilio a Domino Patriarcha prædicto; pro eo quod juris ordine non servato, jure meo & Ecclesiæ meæ non discusso, nec examinato, & sine causæ cognitione, Sedem primam seu locum a Dextris ipsius Domini Patriarchæ sedendi, mihi & Ecclesiæ meæ debitum, subtrahere & auferre; & me, & Ecclesiam meam prædictam possessione vel quasi juris sedendi a dextris ipsius in primo loco .... & alteri dare intendit; & etiam dedit & assignavit, alium loco mei in ipso loco mihi debito ponendo, in magnum mei præjudicium, Capituli, & Cleri antedicti: ab hujusmodi gravamine mihi & Ecclesiæ meæ illato, & quibuscumque aliis gravaminibus factis, vel de cætero faciendis per ipsum Patriarcham, Reverendum Patrem D.*

Diœcesi, Archiepiscopatu Januensi, Insulis quoque Sardiniæ & Corsicæ, ac Venetorum Reipublicæ ditione. Vox *Apostolorum*, quos petit Patavinus Antistes, notissima jurisconsultis, frequens occurrit in Jure Canonico. Rem multiplicem voci subjectam declarat Cangius. Hoc loco litteræ significantur, ab Ecclesiasticis judicibus datæ, quoties Romam ad Summum Pontificem provocabatur. Ejusmodi *Apostolorum* formulam ex Rolandino idem profert Cangius.

NON pauca id genus Acta in hocce litigio conscripta citatum complectitur Meliorancia
C Regestum. Quod sequitur, in lucem profero.
„ Die XIX. Febr. (*eodem Anno* M. CCC. VII.)
„ super Castro Utini in Superiori Sala; præ-
„ sentibus Discretis Viris, Ambrosino de Vi-
„ co-mercato Aquilegensi Mansionario, Neri
„ Viola de Florentia, qui nunc moratur Uti-
„ ni, & Gerarducio de Comitatu Pisarum, &
„ multis aliis: Comparuit discretus Vir Pres-
„ byter Symeon; & Apostolos a prædicto Pa-
„ triarcha super dicta appellatione, per præ-
„ dictum Presbyterum Julianum interposita,
„ (*tum Julianum, tum Simeonem ad rem*
„ *suam procurandam substituerat Episcopus Pa-*
„ *tavinus*,) nominibus antedictis petiit, &
„ cum instantia postulavit. Qui Dominus Pa-
„ triarcha respondit: quod nolebat ei dare
D „ Apostolos, nesciens quos Apostolos ei dare
„ posset; cum dicta causa non foret ventilata
„ coram eo; & quod placebat ei, quod jus
„ prosequeretur in Curia Domini Legati, ubi
„ inveniret respondentem nomine suo in præ-
„ dictis. „ Litigii finem, exitumque ignoramus.

III. LITTERAS anno insequente Clemens V. dedit *Pictavis* II. *Idus Augusti*, Pontificatus *anno tertio;* queis Generale Viennæ Allobrogum celebrandum indicebat Concilium post biennium, anno scilicet 1310. Calendis Octobris. Inter ipsius Acta Concilii litterarum summa recensetur his verbis: *Patriarchæ Aquilejensi, & Episcopis &c. per Aquilejensem Pro-*

vincialem indixit. Encyclicæ supersunt litteræ quæ plura docent. Synodum constituerat Patriarcha celebrandam anno 1310. primum die octava Epiphaniæ Domini, tum die Dominica post Deiparæ Purificatæ solemnia. Primam sequentes exhibent litteræ definitam diem. " Ottobonus Dei gratia Sanctæ Sedis Aquilegensis Patriarcha universis & singulis „ Abbatibus, Præpositis, Decanis, Plebanis, „ & aliis Ecclesiarum Rectoribus per Aquilegensem Civitatem & Diocesim constitutis „ salutem & benedictionem in Domino. Licet vobis tam propter guerrarum discrimina, quam alia supervenientia de variis causis gravamina, multa passis incommoda paterno compatiamur affectu; & libenter vitemus fatigare vos laboribus, vel expensis: „ quia tamen quædam nobis ad præsens incumbunt, super quibus nos decet & expedit, „ vestro & aliorum subditorum nostrorum uti „ consilio, generalem Synodum in die Octabæ „ Epiphaniæ Domini proximæ Utini ante Tertiam decrevimus celebrare. Quare vos, & „ vestrum singulos requirimus, & primo, secundo, & tertio peremptorie commonemus; „ vobis nihilominus sub excommunicationis „ pœna præcipiendo mandantes, quatenus „ omnes & singuli præsentialiter, aut si qui „ forent legitimo impedimento detenti, per „ Procuratores idoneos eidem Synodo, præfata die, hora, & loco, interesse curetis: „ ut una nobiscum, quæ ad honorem Dei, & „ pacificum & salubrem statum vestrum, & „ aliorum subditorum nostrorum pertinent, „ ordinemus. „

DIES altera ex aliis ab Ottobono conscriptis datisque litteris innotescit. Admonet Suffraganeos Episcopos, ut Synodos habeant ipsi Diœcesanas, eaque simul congregati constituant, quæ bono Ecclesiarum & incrementis duxerint expedire, diligentiore examine in Provinciali Concilio discutienda, omniumque Patrum firmanda consensu. Tum beneficiorum, decimarumque (ut vocabantur) Papalium notam describendam jubet: eosque hortatur, ut pecuniarum subsidium parare studeant, quo sibi ad Concilium profecturo ne-„ tiæ culpari vitio vel notari possimus, compellimur laborare. Ea propter cum, sicut „ per alias nostras litteras vobis notificasse recolimus, (*Priores indicantur ad Synodum convocatoriæ Epistolæ, quarum exemplum supra dedimus*,) per Dominum nostrum Summum Pontificem litteratorie simus in proximis Calendis Octubrii ad Concilium Generale vocati; in arripiendo itinere.... multiplicibus evidentis utilitatis, & urgentis necessitatis causis suadentibus, tempus impedimento cessante..... anticipare decrevimus: prius tamen juxta Apostolicarum Litterarum tenorem Provinciali nostro Concilio convocato, quod etiam aliæ multæ justæ causæ non solum utiles, verumetiam rationabiles fieri persuadent. Intendentes igitur, proxima die Dominica post instans Purificationis Sanctæ Mariæ Festum in Terra „ nostra Utini nostræ Diocesis hujusmodi nostrum Concilium divina favente gratia celebrare; Fraternitatem vestram attente requirimus, & hortamur in Domino, vobis „ nihilominus in virtute Sanctæ obedientiæ districte mandantes: quatenus eidem nostro „ Concilio, prius tamen per vos vestræ Civitatis & Diocesis Cleri exempti & non exempti, ad providendum non solum super articulis in præfatis litteris Apostolicæ Sedis „ contentis, verumetiam super omnibus quæ „ tam in ipso nostro quam in prædicto Domini Papæ conciliis tractari debentur ipsi Clero utilia seu etiam necessaria, communiter „ & divisim convocata Synodo, personaliter „ interesse curetis. Vobiscum omnia beneficia „ in vestra Civitate & Diocesi per Procuratores Reverendi Patris Domini Petri de Columna Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis acceptata, & eorum taxationem secundum Decimæ Papalis solutionem ferre „ nullatenus omittatis. Cæterum cum pro eo „ quod præsenti anno per Romanæ Ecclesiæ „ inimicos, & nostros tam redditibus, quam „ aliis bonis nostris Mobilibus universis potentialiter fuerimus spoliati; ad tam gravia „ inevitabilium expensarum, nobis occasione „ hujusmodi itineris incumbentium, onera

„ tione Legati Apostolicæ Sedis præstatis. In „ quo revera non potestis, nec debetis vos reputare gravatos; considerato, quod in octo „ annorum spatio, quo Aquilegensi Sedi præsedimus; nec in nostro ad præfatam nostram „ adventu Ecclesiam, quam debitis ultra viginti millia Marcharum obligatam reperimus; nec in processu temporis, in quo propter multas & varias persecutiones tyrannicas pro defensione Terrarum, bonorum, & „ jurium ejusdem Ecclesiæ, ac tuitione Ecclesiasticæ libertatis inæstimabiles expensas nos „ oportuit necessario facere; nullum subsidium „ ab aliquo Suffraganeorum nostrorum habuimus, quandoquidem tam aliæ Ecclesiæ Italiæ, quam Ultramontanæ multo majora, „ quam nostra, gravamina sustinent, plures „ decimas uno anno plerumque solvendo. Sane hoc unum vos nolumus ignorare, quod si „ hujusmodi nostram petitionem subsidii tam „ justam, tamque rationabilem, & ex causa „ tam evidenti necessaria procedentem contumaciter abnuendo excluseritis; contra „ vos, quantum de jure . . . . . Si vero illam „ reverenti animo, postulatum præstando subsidium, duxeritis admittendam: nostræ propitiationis favorem in vestris beneplacitis „ non absque divinæ pariter & humanæ laudis „ titulo copiosius sentietis. „

MEMORATAS *Decimas Papales*, quæ certis ex beneficiis Aquilejensis Provinciæ percipiebantur, ad originem Annatarum referri posse animadvertunt Thomasinus Parte III. de Nova & Vetere Ecclesiæ Disciplina Libro II. Capitibus LVIII. & LIX. Petrus de Marca De Concordia Sacerdotii & Imperii Libro VI. Cap. XI. & Natalis Alexander Dissertat. IX. in Historiam Ecclesiasticam Seculi XV. & XVI. Ipsam quoque perpende subsidii quantitatem, quam Patriarcha ad normam *Procurationis* Legatis Apostolicis solvendæ poscebat. Hac Procurationum voce intelligebantur epulæ, quæ ab inferioribus debentur Episcopo visitanti. Paulatim invaluit, ut ipsæ Legatis Apostolicis, qui mittebantur in Provincias, solverentur procurationes. Mos initio invectus, ut victualia præstarentur: tum vero Legati, quo se minus

B „ nono intrante Februario in Castro Utini super Patriarchali Palatio; Dominus in Christo Pater, & D. D. Ottobonus, Dei gratia „ Sanctæ Sedis Aquilegensis Patriarcha, de „ consensu, consilio, & voluntate infrascriptorum Prælatorum, ad Provinciale Concilium „ vocatorum, & ipsi cum eo approbaverunt, „ ratificaverunt, & confirmarunt Constitutiones Provinciales, quæ in alio præterito Concilio Provinciali (*quod Aquilejæ anno* 1307. *habitum est*) lectæ, approbatæ, & confirmatæ fuerunt; nihil addentes, vel diminuentes eisdem. Nomina vero Prælatorum, qui „ ibidem fuerunt, sunt ista: D. Rodulphus Episcopus Tergestinus, D. Frater Odoricus „ Episcopus Petenensis. . . . D. F. Johannes
C „ Rosacensis, D. F. Hermannus Sextensis, „ D. F. Albertus Sumaquensis Monasteriorum „ Abbates, D. F. Johannes Præpositus. . . . „ D. Philippus Præpositus S. Stephani de Aquilegia, D. Volricus Archidiaconus Karinthiæ; „ ac D. Odoricus de Glemona, D. Guido de Villalta, & Magister Walterius, Canonici Aquilegenses; D. Guecemanus Plebanus Bujæ, & „ plures alii. „ Tabulas Petenenses augendas apud Ughellum addiscimus *Odorico* Antistite.

FIRMATAM etiam, adprobatamque Interdicti pœnam, quæ nonnullis inlata pro vario crimine fuerat, quæ sequuntur verba declarant. " Item in eodem instanti consultum, & „ ordinatum fuit per omnes prædictos: quod
D „ interdictum factum contra D. Gilonem, qui „ se gerebat pro Archidiacono Aquilegensi; ac „ Dominos, Warnerum de Cucanea, & Ulvinum de Pramperch de eorum beneficiis, in „ statu remaneat usque ad Generale Concilium „ Domini Papæ: & quod interim de eorum redditibus Ecclesiasticis non respondeatur eis„ dem.

DILATO ad Calendas Octobris anni 1311. Generali Viennensi Concilio, nova Synodi Aquilejensis convocatione opus fuit, ut quæ in Superiore sancita fuerant, omni remota cunctatione, mandarentur executioni. Schedam servat Regestum Meliorianciæ, quo pecuniarum summam exhibet a Suffraganeis Episcopis conlatam. " In nomine Domini Amen. Aquilegia

„ [illegible] Episco-
„ porum, ad hujusmodi divisionem faciendam
„ electos Deputatos in Concilio Generali anno
„ Domini M.CCC.XI. Indictione IX. Aqui-
„ legiæ celebrato.

V. JAMVERO iter eodem anno Patriarcha aggreditur ad Concilium Viennense. Italia discedere noluit, quin Henricum Imperatorem, in Langobardia versantem, adiret inviseretque. Albertini Mussati in Historia Augusta Henrici VII. apud Muratorium Tomo X. Scriptorum Italiæ, verba sunt Libro III. Rubrica X. *Ottobonus Aquilegensis Patriarcha ad Generale Concilium vocatus a Papa, quod in subsequentibus Octobris Kalendis in Civitate Viennæ statutum erat, per Venetias Paduamque transiens, Cæsarem primo visurus, Longobardiæ directum callem tenuit.*

BRIXIANÆ implicitus erat obsidioni Imperator. Ansa data, egit pro virili Ottobonus, ut Henrico se traderent Cives. *In sequentibus ad hæc diebus* (inquit idem Mussatus Libro IV. Rubrica III.) *Venerabilis Ottobonus Placentinus, Aquilegensis Patriarcha, qui & in eisdem Castris erat, Cæsaris obtenta ægre licentia, ingressus in Brixiam, multa diu intrinsecos percunctatus, ut se in mansueti justique Principis manus dedant, nec crimina augeant, hortatus est; se prorsus pro eorum salute intercessurum despondens. Sed nequicquam tempus trivit.*

OPTIME de se Patriarchæ merenti prona & optima favit Imperator voluntate, firmis habitis ratisque Ecclesiæ Aquilejensis privilegiis: simulque loca plura, quæ Duces Austriæ & Carinthiæ possidebant, ab eadem principe Ecclesia feudi titulo accepta professi sunt. Rem utramque in Aquilejensi Chronico notatam legimus. " Hic Patriarcha fuit ad Imperatorem
„ in obsidione Brixiæ: & ibi per dictum Im-
„ peratorem cum Imperiali vexillo de Regali-
„ bus fuit honorabiliter investitus. Et coram
„ Imperatore Ducem Leopoldum Austriæ, &
„ Ducem Carinthiæ, genibus flexis coram Do-
„ mino Patriarcha stantes, de eorum Feudis
„ idem Patriarcha investivit. Qui Duces ei-
„ dem Domino Patriarchæ servierunt ad Men-
„ sam coram prædicto Imperatore, uno eorum

„ tulo Ecclesiæ Aquilegensis, ac universis Ab-
B „ batibus, Prioribus, Decanis, Præpositis, Ar-
„ chidiaconis, Capitulis, & Conventibus, Ple-
„ banis, & aliis Ecclesiæ Rectoribus, exemptis
„ & non exemptis, cujuscumque Religionis &
„ status, Aquilegensis Civitatis & Diocesis, sa-
„ lutem in Domino. Noveritis, nos nuper Re-
„ verendorum Patrum Legatorum Sedis Apo-
„ stolicæ, Dominorum Arnaldi Episcopi Sabi-
„ nensis procurationis Mille ducentorum trigin-
„ ta, & subventionis Trecentorum; ac Domi-
„ ni Gentilis titulo Sancti Martini in Montibus
„ Presbyteri Cardinalis Quadringentorum Flo-
„ renorum auri, litteras recepisse. Super qui-
„ bus Majores Cleri Aquilegensis in Forojulio
„ existentes duximus convocandos, & præno-
C „ minatas litteras legi fecimus coram ipsis.
„ Cum itaque de prædictis, procuratione, &
„ subventionibus, quæ ascendunt ad Marcas
„ sexcentas & LXXIX. Aquilegensis monetæ
„ cum justis & moderatis expensis, unumquem-
„ que vestrum, facta distributione congrua de
„ providorum consilio, contingat quantitas
„ contenta in Cedula, quam sibi lator præsen-
„ tium Nuncius noster juratus assignabit, vel
„ in Ecclesia ejus ponet, cui de harum præsen-
„ tatione ac hujusmodi exhibitione præstabi-
„ mus plenam fidem: vos universos & singulos
„ per præsentes requirimus, & monemus atten-
„ tius; vobis nihilominus auctoritate ipsorum
„ Dominorum Legatorum, qua fungimur in
„ hac parte, districte sub pœnis excommuni-
D „ cationis, & interdicti ingressus Ecclesiæ con-
„ tentis in dictorum Legatorum litteris, præ-
„ cipiendo mandantes: quatenus unusquisque
„ vestrum quantitatem hujusmodi eum contin-
„ gentem, usque ad proximum Festum om-
„ nium Sanctorum, Francisco Nasutti, & Ne-
„ ri Violæ in Utino, vel eorum alteri, ad re-
„ cipiendam dictam pecuniam Collectoribus
„ deputatis, assignare procuret. Alioquin pœ-
„ nas prædictas, & alias contentas in dictorum
„ Legatorum litteris, elapso solutionis termi-
„ no, ipso facto vos noveritis incursuros: ad
„ quam denunciationem contra contumaces,
„ & alia prout eorum contumacia exegerit,
„ procedemus. Datum Utini die XII. Octu-
„ brii

„ bas Sumaquensis, Reverendi Patris Domini
„ Sanctæ Sedis Aquilegensis Patriarchæ Vica-
„ rius Generalis, salutem & reverentiam, tam
„ debitam, quam devotam. Noverit vestra
„ Paternitas, nos nuper recepisse litteras Re-
„ verendi Patris Domini Cardinalis infrascri-
„ pti, de Ungaria redeuntis, ejus Sigillo pen-
„ denti, sano, & illæso munitas, quarum te-
„ nor talis est: Venerabili in Christo Patri, &c.
„ Ad executionem igitur mandati hujusmodi,
„ prout tenemur, fideliter intendentes, Pater-
„ nitatem vestram auctoritate nobis in hac par-
„ te concessa, cum reverentia tamen debita,
„ requirimus, & hortamur attentius, vobis C
„ nihilominus pro primo, secundo, & tertio
„ peremptorio præcipiendo mandantes: qua-
„ tenus XLV. Florenos auri, vos & Clerum
„ vestrum, exemptum & non exemptum, de
„ subventione & contributione prædicta secun-
„ dum modum taxationis & contributionis de
„ quadam alia Collecta inter Suffraganeos Pa-
„ triarchatus Aquilegensis nuper factæ Aquile-
„ giæ in Provinciali Concilio contingentes, in-
„ fra viginti dies proximos a præsentatione
„ præsentium, vestro & Capituli ac Cleri præ-
„ dictorum nomine, per vestrum specialem
„ Nuncium vestris deferendos periculo & ex-
„ pensis.... Venetiis vel Paduæ assignari
„ integraliter faciatis. Alioquin vos ex nunc
„ ab ingressu Ecclesiæ suspendimus in his scri- D
„ ptis: & si forsan suspensionem hujusmodi per
„ sex dies animo sustinueritis indurato, in eis-
„ dem scriptis ex nunc vos a Pontificali officio
„ suspendimus: quod si per sex alios dies sus-
„ pensionem hujusmodi duxeritis tolerandam,
„ ex nunc vos in scriptis ipsis excommunica-
„ tionis vinculo innodamus. Datum Utini
„ die XVI. Octubrii."

ALIÆ quamplures ejusdem argumenti in Regesto Meliorançiæ recensentur Epistolæ. Collectarum notam, quæ factæ memorantur *Aquilegiæ in Provinciali Concilio*, num. 4. superiore descripsimus. Legatus de Hungaria redux, cui solvendæ indicuntur procurationes, gimus *die* X. *Septembris Indictione* X. eodem anno 1312.

FERVENTEM, quo flagrabat Patriarcha, fidei Zelum, sedulamque pro catholica Religione tuenda curam ejus, sequens indicat epistola, quam luci damus. Mandat ipse Seizensis Cartusiæ Priori, ut in improbos nonnullos homines diligentius inquirat, qui pravitate hæretica polluti, rectam fidem catholicam subvertere nitebantur, ut fama ferebat, in locis Aquilejensi Metropoli subjectis.

„ Ottobonus, Dei gratia Sanctæ Sedis Aqui-
„ legensis Patriarcha, Religioso & honesto Vi-
„ ro.... Priori Sancti Johannis in Sayetz Or-
„ dinis Cartusiensis, salutem in Domino. Pie
„ cunctis mentis nostræ desideriis incrementum
„ Catholicæ fidei affectantes, nimio utique
„ dolore replemur; cum audimus aliquos, vel
„ sentimus ad illius depressionem quacumque
„ malignitate satagere, vel damnabilibus ipsam
„ depravando deprehensionibus, aut detractio-
„ nibus arrogabilibus derogando. Sane dum
„ essemus apud Viennam in Concilio Generali
„ proxime per Dominum nostrum Pontificem
„ Summum celebrato, & post reditum nostrum
„ ad Sedem nostram de dicto Concilio, pluri-
„ morum fide dignorum relatione didicimus:
„ quod nonnulli Ultramontani nostræ Dioece-
„ sis, antiqui serpentis subdola suggestione
„ ducti, hæreticæ pravitati animum in qui-
„ busdam vitiis applicarunt: & adeo infideli-
„ tatis error invaluit, quod de fide Catholica
„ per plures in partibus ipsis multipliciter du-
„ bitatur. Cupientes itaque obstare princi-
„ piis, ne flamma recens in flammam tran-
„ seat destructivam; devotioni tuæ, de qua
„ plenam in Domino fiduciam obtinemus, per
„ præsentes committimus, & te hortamur in
„ Domino Jesu Christo, nihilominus ex par-
„ te Dei Omnipotentis mandantes, quacum-
„ que auctoritate nostra super præmissis dili-
„ genter & solicite inquirere, ac una cum
„ Archidiacono nostro, in cujus Archidiaco-
„ natu inquisitionem eamdem facies, contra
suspe-

rum Austriacarum. Incipit Opusculum his verbis: *Anno Domini* M. CCC. XII. *inventi sunt articuli subnotati in Kremsa inter Hæreticos ibidem deprehensos, ac condemnatos*. Errores in Articulis continentur contra Missæ Sacrificium, Ecclesiæ Sacramenta, Ecclesiasticas benedictiones, Ministrorum ordinationem, Monachorumque institutum, ac alia Ecclesiastica dogmata. In Opusculi calce loca numerantur, in quibus *hæretici habuerunt Episcopatus, & scholas suas*; propagatamque discimus hæresim in Stiriam ex his verbis, *Item in Styra, & ibi Scholæ*. Atvero in Stiria inferiore posita est Seizensis Cartusia. Hanc erectam in vetusta Membrana, quæ vulgata est in Topographia Ducatus Styriæ anno 1727. legimus *Anno Dominicæ Incarnationis* M.C. LXV. *Alexandro III. Apostolicæ Sedi præsidente, Friderico* (I.) *Imperatore regnante, Udalrico* (II.) *in Cathedra Aquilegensi præsidente*.

VIII. EXTREMAM vitæ diem anno 1314. die 20. Aprilis Clemens V. clausit: dissidio-

...*tense*, inquiens, *gravi infirmitate detentus obiit anno Domini* M. CCC. XV. *die* XIII. *Januarii in Comitatu Placentiæ, in Castro de Arquar: & ibidem fuit sepultus*. Joannes Fliscus Cardinalis, quem idem memorat Julianus, in Historia Henrici VII. notissimus est. Anno solum insequente 1316. die 7. Augusti Romanam Sedem conscendit Joannes XXII. in Cœtu Lugdunensi electus.

C

ADNOTATAM emortualem Ottoboni epocham confirmat Necrologium, quod habetur in Archivo Capituli Civitatensis: *Octava Epiphaniæ* (die 13. Januarii.) *Venerabilis Pater D. Ottobonus piæ memoriæ Aquilegensis Patriarcha* M. CCC. XV. Non adversatur Chronicon Placentinum, in quo ad Annum M. CCC. II. hæc legimus: *Ottobonus . . . . fuit electus Patriarcha Aquilegiæ: qui postea obiit anno Christi* M. CCC. XIV. *de Mense Januarii: & sepultus fuit in Castro Arquato*. Annum enim computat Chronici Auctor ab Incarnatione Domini.

CAPUT LXXXIV.

De serie Patriarcharum Aquilejensium rejicitur Isnardus. Henricus Goritianus Militiæ præficitur: eligiturque Gilo Archidiaconus in Patriarcham. Motæ in Provincia turbæ. Gilonem rejicit Joannes XXII. qui Patriarcham renunciat Castonum Turrianum. Reservationes Papales. Castoni Epistolæ ad Forojulienses. Itemque ad Comites Goritianos. Florentiæ mortem obit: sibique electionem Successoris reservat Joannes Pontifex.

I. SUCCESSOREM Ottoboni obtrudunt plerique *Isnardum*, seu *Isenardum*, Ordinis Prædicatorum. Leander Albertus Libro III. de Viris Illustribus ejusdem Ordinis inter Alumnos Patriarchali dignitate fulgentes recenset *Isenardum Patriarcham Aquilegiensem*. Hujusce rei testes Vincentius Maria Fontana in Theatro advocat Pium, Mariettam, Taegium. Ughellus in Tabulis Papiensibus Tomo I. Italiæ Sacræ, Isnardi Dominicani meminit, qui cum esset

D

Archiepiscopus Thebanus, in *Patriarcham Antiochenum* electus fuerit, renunciatusque Ecclesiæ Ticinensis administrator. Antiocheni Patriarchatus infulas Isnardo conlatas, recentes plures ac veteres testantur Scriptores, Bernardus Guidonis, & S. Antoninus apud Bremondum Tomo II. Bullarii Dominicani in Appendice Constitutionum Clementis Papæ V.

AT nulla sane Isnardi, seu Isenardi mentio in Monumentis Aquilejensibus; ut ambigendi ratio nulla sit, (quod prudentissime ad-

turi Domini Patriarchæ: & ita omnes juraverunt sub eo.

TUM dies indicta ad electionem Patriarchæ Dominica, eo anno sextadecima Februarii: formaque electionis constituta *per Compromissum*, Gilo de Villalta Archidiaconus eligitur. Diligentissimi Juliani verba refero: *Anno Domini* M. CCC. XV. *die Dominico, videlicet Reminiscere,* XVI. *intrante Februario, mortuo Domino Ottobono Patriarcha, convenit Capitulum Aquilegense ad electionem de Patriarcha futuro per formam Compromissi celebrandam: & compromiserunt in D. Guillelmum Decanum Aquilegensem, & Dominos Ludovicum, & Philipponum Canonicos Aquilegenses. Qui unanimiter & concorditer elegerunt D. Gilonem, eorum Archidiaconum & Canonicum, in Patriarcham, Dominum, & Pastorem.*

DIGNITATEM Archidiaconatus contra jura tenuisse Gilonem, patefacit Monumentum Synodi Provincialis Aquilejensis, quod superiore Capite num. 4. allegatum est; dicitur quippe confirmatum *Interdictum factum contra D. Gilonem, qui se gerebat pro Archidiacono Aquilegensi*. Interim *arripuit* ipse *iter* (verbis utor Juliani) *ad Curiam pro confirmatione obtinenda die* XIV. *intrante Aprili anno prædicto*.

III. PACEM, qua potiebatur Forojulii Provincia, turbavit abstulitque mota in Henricum Goritianum conjuratio. Rem narrat Julianus: *Die lunæ 6. exeunte Majo* (seu die 26. inquiens) *facta fuit in Utino quædam jura & conspiratio contra Dominum Comitem*. Conspirationis auctores numerat ille *Utinenses*, & *Glemonenses; Odolricum de Cucanea, qui factus fuit Capitaneus in Utino; Artuicum de Prampergo, qui factus fuit Capitaneus in Glemona; illos de Villalta, Federicum de Susans, illos de Colloreto, de Mels, & multos alios Castellanos*. Tum cepit Artuicus *Artbeniam, & Buyam, quæ loca tenebantur per Dominum Comitem:* eademque *Habitatoribus de Sancto Daniele, & de Faganea* tradita sunt.

IGNE ferroque facinus ulciscitur Henricus: Glemonenses agri vastati, gravissima Utinensibus inlata damna, diruta Susani & Colloreti

in Festo Sancti Silvestri (ultima die Decem- B bris.) Annum auspicatur Julianus a Nativitate Domini; unde Patriarchalem Castono conlatam dignitatem colligimus postrema anni Juliani 1316. die. Juliano consentit Anonymus Leobiensis ad annum M. CCC. XIV. *Hoc anno*, inquit, *moritur Ottobonus Patriarcha, Vir cordatus: & vacavit Sedes usque ad annum quartum*. Obitus Ottoboni accidit anno 1315. die 13. Januarii: adeoque Sedes Aquilejæ fere biennium vacavit. Ait etiam ad Annum M. CCC. XVII. *Castorius* (imo Castonus) *Patriarcha post Ottobonum Sedi præficitur in Vigilia Circumcisionis Domini*. Quo etiam loco annum 1317. intellige a Nativitate Domini inceptum.

REJECERAT ergo Gilonis electionem Pon- C tifex. Ipse causas aperit Joannes in Litteris, quas a Binio acceptas proferimus. " Johannes „ Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis universis Vassallis Ecclesiæ Aquilegensis „ salutem & Apostolicam benedictionem. Romani Pontificis, quem Pastor ille cælestis & „ Episcopus animarum, potestatis sibi plenitudine tradita, Ecclesiis prætulit universis, „ plena vigiliis solicitudo requirit, ut ipse circa cujuslibet statum Ecclesiæ sic vigilanter „ excogitet, sic prospiciat diligenter; ut per „ ejus circumspectionem providam, & providentiam circumspectam, nunc per simplicis „ provisionis officium, nunc per ministerium „ translationis, accommode prout locorum & „ temporum qualitas exigit, Ecclesiis singulis D „ Pastor accedat idoneus, & Rector providus „ deputetur: sicque Ecclesiæ ipsæ, superni favoris auxilio suffragante, votivæ prosperitatis successibus gratulentur. Dudum siquidem „ felicis recordationis Bonifacius Papa VIII. „ Prædecessor noster ex certis & rationabilibus „ causis, quæ ad id eum moverunt, provisionem Ecclesiæ Aquilegensis, si tunc vacaret, „ vel cum eam quocumque modo vacare contingeret, ea vice dispositioni & ordinationi „ suæ, ac Sedis Apostolicæ reservavit de Apostolicæ plenitudine potestatis: districtius inhibens, ne Capitulum ipsius Ecclesiæ, seu „ quicumque alii ad aliquam electionem, postulationem, seu provisionem de præficiendo „ ei-

„ tentatæ sibi pro parte Dilectorum Capituli „ non consentiens, nec dissentiens, sed super „ hoc dispositioni Apostolicæ Sedis se committens, propter hoc personaliter ad Apostolicam Sedem accessit: dictique Capitulum, „ præsentata nobis per eorum certos Procuratores & Nuncios, ad nos propter hoc specialiter destinatos, postulatione hujusmodi, a „ nobis petierunt ut hujusmodi postulationem „ admittere de benignitate Sedis Apostolicæ „ dignaremur. Nos igitur postulationem, & „ personam ipsius Archidiaconi per Venerabilem Fratrem Nicolaum Episcopum Ostiensem, & dilectos filios nostros Nicolaum titulo S. Eusebii Presbyterum, & Neapoleonem „ S. Adriani Diaconum Cardinales, examinari fecimus diligenter: & facta nobis ab eisdem, Episcopo, & Cardinalibus, super his „ relatione fideli, postulationem ipsam, quam „ invenimus post reservationem per eumdem „ Prædecessorem, ut prædicitur, factam, temere attentatam, auctoritate Apostolica irritam decrevimus & inanem. Ac de ipsius „ Ecclesiæ ordinatione solicite cogitantes, ne „ prolixioris vacationis exposita incommodis „ remaneat, post diligentiam quam ad præficiendum eidem Ecclesiæ idoneam ac approbatam personam adhibuimus vigilanter, in „ Venerabilem Fratrem nostrum Castonum „ Patriarcham Aquilegensem, tunc Archiepiscopum Mediolanensem, litterali scientia „ præditum, generis nobilitate præclarum, „ morum honestate decorum, discretionis & „ consilii maturitate conspicuum, & aliis claris virtutibus insignitum, noster animus requievit. Intendentes igitur tam gregi Dominico, quam dictæ Ecclesiæ salubriter providere, eumdem Castonum Patriarcham de „ dictorum Episcopi & Cardinalium, & aliorum „ Fratrum nostrorum consilio, ac Apostolicæ „ potestatis plenitudine a vinculo, quo tenebatur Mediolanensi Ecclesiæ, cui tunc præerat, „ absolventes; ad dictam Aquilegensem Ecclesiam ipsum transtulimus, ac eumdem Castonum in Patriarcham ipsi Aquilegensi Ecclesiæ præfecimus & Pastorem. Liberam sibi „ triarchæ seriosam solertiam, suumque ministerium studiosum, honoris & prosperitatis „ multiplicis votiva provenient incrementa. „ Quocirca Universitati vestræ per Apostolica „ scripta mandamus, quatenus prædictum Patriarcham debita honorificentia prosequentes, ei fidelitatem solitam, necnon consueta servitia, & jura sibi a vobis debita, exhibere integre studeatis: alioquin sententiam, sive pœnam, quas idem Patriarcha „ rite tulerit, seu statuerit in rebelles, ratas „ habebimus; & faciemus auctore Domino usque ad condignam satisfactionem inviolabiliter observari. Datum Avenione IV. Idus „ Januarii, Pontificatus nostri anno primo.

Ratio patet, cur Gilonem Sede ejecerit Pontifex, ad quam postulatus fuerat. Consuetam in ipsum, ejusque postulationem, demandante Romano Pontifice, inquisitionem fecere Nicolaus Episcopus Cardinalis Ostiensis, Nicolaus Presbyter tituli S. Eusebii, & Neapoleo Diaconus tituli S. Adriani, ambo Romanæ Ecclesiæ Cardinales. Primus est Nicolaus de Albertis seu Albertinis, dictus etiam de Martinis, genere materno spectato, Pratensis Tuscus, Ordinis Prædicatorum, Cardinalium albo a Benedicto XI. adscriptus. Alterum eodem Nicolai appellatum nomine, quem Itali de Francavilla seu de Farinola, Galli *de Freauville* cognominant, patria Rotomagensem, professione Dominicanum, ad purpuram evexit Clemens V. De Neapoleone egimus Cap. LXXXIII num. 2. Idem Neapoleo, & Arnaldus Gallus de Pelagrua, seu Pelagura, Lucas Fliscus, & Franciscus Cajetanus Anagninus, novum Patriarcham Castonum pallio a Joanne concesso exornarunt. Dignum animadversione censeo Titulum *S. Mariæ in via lata*, quo Lucas Fliscus insignitur; nec enim in eodem Titulo constituendo sibi constant Auctores.

V. Vis electionum tota & auctoritas Cathedrali Aquilejensi Canonicorum Collegio inerat: electumque adprobare Patriarcham, ad Romanum Pontificem pertinebat. Latiore calamo hocce versat argumentum eruditissimus Thomasinus De Vetere & Nova Ecclesiæ Disciplina

tis ipsi providerent.

Hæc vocat Petrus de Marca Libro VI. de Concordia Sacerdotii & Imperii Lib. VI. Capite IX. vestigia, seu prima *Reservationum* lineamenta, quas auxit Bonifacius VIII. Sedi Apostolicæ provisionem vendicando Ecclesiarum, quæ in Curia Romana vacarent, sive Cathedrales essent, sive Abbatiales, sive alterius generis. Latius hæc jura protenderunt Successores, qui Sedi suæ peculiaribus primum Rescriptis, tum Regulis Cancellariæ Ecclesias omnes reservarunt aliaque Beneficia, quæ per universum Orbem Christianum vacarent.

VI. Castonum ergo, (qui & *Cassonus* dictus) Aquilejensibus præfecit Joannes. Is patria Mediolanensis, e gente Turriana, Canonicorum albo in Ecclesia tum Aquilejæ, tum Civitatis Austriæ adscriptus, itemque Decanus Aquilejensis, ad Sedem Mediolanensem anno 1307. evectus fuerat, ut habent Annales Mediolanenses Tomo XVI. Scriptorum Italiæ. In eisdem ad Annum M.CCC.IX. refertur: *Guidonem* (Turrianum) *Capitaneum populi, in Calendis Octobris, cepisse Castonum Archiepiscopum, Consobrinum suum, & tres Fratres ejus, & carceri mancipasse*. Hinc exul abire Castonus coactus: simulque Vicecomites, Guidone prævalente, expulsi sunt. Ab ipso Castono coronam Mediolani anno 1311. accepit Henricus VII. Insuper Guidone cum suis Civitate pulso, regimen susceperunt Vicecomites: neque tamen Castonus de exilio revocatus fuit. Synodum Provincialem eodem anno 1311. celebratam Bergomi a Castono, ut concussa temporum calamitate Ecclesia Mediolanensis in primævum decus assereretur, typis vulgatam Tomo IX. Scriptorum Italiæ inseruit Muratorius. Consuetudinem habuit ille, fovitque amicitiam cum Roberto Siciliæ Rege, quem Joannes XXII. post obitum Henrici Imperatoris *instituit* anno 1313. *totius Imperii Vicarium Generalem*: ejusque Roberti precibus inclinatus Pontifex, Castonum a Mediolanensi Ecclesia postrema die anni 1316. transtulit ad Aquilejensem.

„ auctor concordiæ, princeps pacis, Ministros
„ suos illuminat miris semitis, providentiæ
„ arcano, ad dirigendum filios adoptionis in
„ pacem. Quibus redemptis aspersione sui san-
„ guinis pretiosi, ab eis corporali præsentia di-
„ scessurus, pro hereditatis censu reliquit glo-
„ riosissimum donum pacis, in ipsius ortu ab
„ Angelis bonæ voluntatis hominibus in terris
„ primitus nunciatum. Quod præsentialiter
„ experimur, dum suum Vicarium, suæ San-
„ ctæ Militanti Ecclesiæ datum Sponsum, di-
„ vinitus inspiravit, illum debere Sanctæ Se-
„ di Aquilegensi præficere in Pastorem, qui
„ a suis teneris annis, in singulis gradibus sui
„ status, ipsam Sanctam Sedem reverenter in
C „ omnibus tanquam Matrem, ipsiusque Fi-
„ deles teneræ devotionis instantia juxta gra-
„ dus & merita singulariter diligit, & dilexit
„ in eis ut in seipso tranquillitatem & pacem ...
„ Sanctissimus Pater & Dominus Johannes di-
„ vina Providentia Papa XXII...... Datum
„ Avenione die XI. Januarii, (*anno* 1317.)„

CUM datæ *Avenione* litteræ fuerint undecim post electionem Castoni diebus, falsum esse deceptumque colligimus Bonincontrum Morigiam, qui in Chronico Modoetiensi narrat, litteras Apostolicas ab eodem Castono Florentiæ acceptas. Verba sunt Libro II. Capite XXII. apud Muratorium Tomo XII. Scriptorum Italiæ: *Cum esset Archiepiscopus Mediolani*, D *electus fuerat a Summo Pontifice in Patriarcham, ipso existente exule in Florentia: & ibi habitis litteris Apostolicis tantæ dignitatis &c.* Litterarum animadverte inscriptionem, qua non solum *Dei gratia*, verum etiam *Apostolicæ Sedis* Patriarcham dictum Castonum legimus. De inscriptionis origine Thomasinus agit in Vetere & Nova Ecclesiæ Disciplina Parte I. Libro I. Capite LX. num. 9. & 10. Primos, quos meminit se legisse eo singularis vel clientelæ, vel observantiæ in Sedem Romanam titulo insignitos, fuisse adnotat Episcopos Latinos Insulæ Cypri; ea namque nuncupatione usus est Archiepiscopus Nicosiensis in Constitutionibus a se editis jam in-

de

censis: Abbati & Capitulo Monasterii Sextensis: Abbati & Capitulo Monasterii Belenensis: Abbati & Capitulo Monasterii Mosacensis. Item *Prudentibus in Christo Filiis sibi Dilectis: Potestati, Consilio, & Communi de Pola: Potestati, Consilio, & Communi Aquilejæ, Marani, Sacili.* Item *Dilectis Filiis Fidelibus suis: Habitatoribus de Meduna, de Maniaco, de Sancto Vito, de Canipa, de Aviano, de Faganea, de Sorfumberg, de Artems, de Sancto Daniele, de Manzano.* Item *Ministerialibus de Pramberch, de Zucchula, de Cucanea......* Latius egimus de Procerum Forojuliensium ordinibus Capite LXI. num. 3.

VII. ALIA præterire non licet fragmenta Litterarum, quas ipse Castonus scripsit ad Comites Goritianos, cum plura nos illæ doceant. Primam inscriptam legimus Henrico. "Castonus &c. Nobili & dilecto Filio Henrico, „ Goritiæ & Tirolis Comiti, affini suo carissimo, salutem cum sinceræ dilectionis affectu. Nobilitatem vestram præsentis nostri „ status participem reputantes, quo Magnificentiæ vestræ gaudium tribuant exaltanter, „ & correlativum augmentum ingerant affluenter, scribere vobis cogimur innata dulcedine nostri cordis. Vestræ ergo Magnificæ Nobilitati præsentibus innotescat, quod Sanctissimus Pater & Dominus noster D. Johannes divina providentia Papa XXII. qui nos „ familiariter cognovit præteritis temporibus „ & dilexit, & favet præsentialiter animo dulcis Patris; motu proprio in Festo Beati Silvestri proxime præterito nobis providit de „ Patriarchatu Sanctæ Sedis Aquilegensis, & „ die x. hujus Mensis in plenitudinem Pontificalis dignitatis fecit Pallium nobis tradi. „ Cujus regimen & honorem, nobis onus importabile quodammodo reputamus, nostra „ singulari & fragili essentia humanitus circumspecta: sed intercessionibus Virginis gloriosæ specialis vocabuli dictæ Sedis, ejusque „ principalium Patronorum, de Omnipotentis Dei ipsiusque Vicegerentis in terris præsidio principali, vestrisque consiliis & favoribus plenissime confidentes, hujus oneris „ sarcinam supportare taliter opinamur, quod

Turrianæ, Castono sanguine connexæ, cum eodem Henrico, sequentes produnt litteræ: *Castonus &c. Nobili Dominæ Beatrici, honorandæ Goritiæ, & Tirolis Comitissæ, Consanguineæ suæ carissimæ.* Cætera dabimus infra. Primæ hujusce ab Henrico ductæ uxoris meminerunt Scriptores Forojulienses.

PROGNATUM inde filium, *Mainardum* nomine, certiores nos litteræ faciunt, quas in lucem proferimus. "Castonus &c. Nobili & „ Dilecto Filio Contesello Mainardo, Nepoti „ nostro carissimo, omni teneræ dilectionis affectu salutem. Quibus Nobilitatem vestram „ conspicimus exaltari, & totis spiritibus gloriari, ea dilectione tenera vobis cogimur „ intimare. Ergo prudentiæ vestræ præsentibus innotescat, quod Sanctissimus Pater Dominus noster D. Johannes Divina providentia Papa XXII. cujus notitiam habemus familiariter ab antiquo, in Festo Beati Silvestri proxime præterito nobis de Patriarchatu „ Aquilegensi providit, nemine suggerente: „ ad cujus gubernationem, divina gratia præcedente, dictique Sanctissimi Patris nostri „ præsidio concurrente, Magnifici Domini Comitis Patris vestri ac vestris consiliis, auxiliis, & favoribus opportunis, intendimus „ taliter nos habere; quod penes Deum & „ mundum possimus una vobiscum spiritualiter, & temporaliter commendari. Vosque „ cum dicto Domino Comite Patre vestro possitis merito gloriari. Vireat, & valeat vestra Cara nobilitas juxta vota: & nos suis „ beneplacitis benevolos & intentos pro se, & „ suis requirat in omnibus opportunis". Ante patrem Henricum mortem obiit filius Mainardus: itemque Beatrice fato functa, alteram duxit uxorem Henricus, eodem Beatricis nomine appellatam, Stefani Ducis Bavariæ filiam. Genitum ex ea filium habuit Joannem Henricum. Hæc latius narranda Capite sequente.

ORATOREM miserat Henricus ad Castonum, qui Carpentoracti apud Curiam versabatur, ut nonnullas novus Patriarcha vellet ratas habere, firmasque conventiones. Rem totam patefacit datum a Patriarcha Responsum. "Castonus &c. Magnifico Viro D. Henrico,

„ tum pacificum totius Patriæ misericorditer procurandum. Quod quidem nos, divina reverentia mediante, mutuoque affinitatis, qua nobis adstricti estis, ac dilectionis & illibatæ bonæ voluntatis, quam vobis quantum in nobis est servare intendimus in æternum ..... dicta pacta & conventiones duximus roborandas. Credentes, imo pro constanti reputantes, corroborationem ipsam vobis gratam fore plurimum, & acceptam. Et credimus, imo certi sumus: quod vestræ intentionis fuit, ipsa pacta & ipsas conventiones, sicut etiam nos eramus & sumus, totis temporibus inviolabiliter observare. Nuper autem audivimus, quod Castrum nostrum Turris retinuistis vobis: & ipsum Raynaldo Fratri nostro, sicut sibi publice promisistis, nullatenus .... sed ibi certos vestros homines posuistis .... „

AD ipsam quoque Beatricem consanguineam eodem scripsit ille de negotio in hæc verba. „ Castonus &c. Nobili Dominæ Beatrici, honorandæ Goritiæ & Tirolis Comitissæ, consanguineæ suæ Carissimæ, salutem in omnium Salvatore. Nobilitatem vestram ignorare non credimus, quod de præsenti anno Henricus, familiaris & Ambasciator Domini Comitis Viri vestri, ad nostram venit præsentiam, hac sola causa specialiter imminente: ut certa pacta & conventiones super relaxatione Castrorum, Fortilitiorum, terrarum, & jurium Sanctæ Aquilegensis Ecclesiæ libere facienda, per nos confirmarentur in Ecclesiæ prælibatæ, nostrum, & suum speciale commodum, & honorem. Quodque nos divina reverentia facientes, intuituque affinitatis vestræ cujus interest, ac cupientes statum pacificum totius Patriæ misericorditer procurare, beneplacitis dicti Domini Viri vestri condescendimus ex affectu: dictaque pacta & conventiones liberaliter duximus roborandas; intendentes, ipsa, & ipsas tam per nos, quam per ipsum Domi-

B labebatur, quo nondum Septembri Mense e Curia Pontificis discesserat Castonus, designatam sibi Aquilejæ Sedem indepturus.

VII. IN Italiam eodem anno vergente ad finem, vel insequente adventavit. Florentiæ mense Augusto versabatur, ubi communi fato sublatus est. Juliani verba sunt: *Anno Domini* M. CCC. XVIII. *die* XII. *exeunte Augusto* (seu die 20.) *D. Castonus Patriarcha, veniendo Florentia in Forumjulii, obiit: & ibi sepultus est*. Mortis causam aperit Chronicon Aquilejense: *Non venit ad Ecclesiam: sed ipso veniente, dum esset Florentiæ, & equitaret, cecidit cum equo: de quo casu mortuus est, & Florentiæ fuit sepultus anno Domini* M. CCC.
C XVIII. *de Mense Augusti*. Consentit Chronicon Modoëtiense a Bonincontro Morigia concinnatum: *Equitando per Florentiam, equus se erexit: & reversus cadendo eum suffocavit, & mortuus est*.

ACCEPTO obitus nuncio, Successoris electionem sequentibus litteris auctoritati Sedis Apostolicæ reservatam significavit Joannes XXII. " Ad futuram rei memoriam. Sicut intelleximus, Ecclesia Aquilegensis per obitum b. m. Castonis ipsius Ecclesiæ Patriarchæ vacare noscatur ad præsens; nos ad bonum statum ipsius Ecclesiæ intendentes, provisionem ejusdem Ecclesiæ hac vice certis ex causis, quæ ad id nostrum animum induxerunt, ordinationi & dispositioni Sedis Apostolicæ, de Fratrum nostrorum consilio, auctoritate præsentium plenarie reservamus; decernentes ex nunc irritum & inane, si se-
D cus super his a quoquam contra hujusmodi nostræ Constitutionis tenorem per quoscumque scienter vel ignoranter quoquo modo contigerit attemptari. Nulli &c. nostræ Reservationis & Constitutionis infringere. Datum Avinioni II. Nonas Septembris anno secundo. „ Anno Christi 1218. die 4. Septembris adhuc secundus fluebat ejusdem Pontificis annus.

CA-

gente Turriana, qui in Langobardiæ Italiæque motibus Romanæ Ecclesiæ obsequebatur, validumque factioni Guelfæ patrocinium impendebat. In Chronico Juliani electionis annus his verbis designatur: *Anno* M. CCC. XIX. *Sanctissimus Papa Johannes providit de Patriarchatu Aquilegensi D. Pagano Episcopo Paduano*. Annum eumdem notat Anonymus Leobiensis; unde fallitur ipse, qui ad Annum M. CCC. XVII. hæc habet: *Eodem anno moritur* Castonus *in tempore Augustali*, *& vacavit in tertium annum Sedes*. Die 20. Augusti anni 1318. sublatus fuit Castonus: eidemque suffectus anno sequente Paganus.

JAM olim post Raimundi obitum anno 1301. in Patriarcham electum Paganum, narravimus. Bonifacio VIII. deligere placuit Ottobonum: ipsumque Paganum instituit Pontifex Episcopum Patavinum. Dum hanc Sedem teneret, plura, eademque præclara, in commodum egit Patavinorum, partisque Guelfæ, quæ Romanorum Pontificum partes in Langobardia sectabatur. Hæc ejus gesta narrat Albertinus Mussatus in Historia, quam de Gestis Italicorum post mortem Henrici Cæsaris conscripsit eidemque Pagano nuncupavit.

IN Tabulis Patavinis refert Ughellus, biennio Paganum, tametsi ad Sedem Aquilejensem evectum, Patavinam tenuisse Ecclesiam. At probatissimo Juliano teste, Paganus anno 1320. in Civitate Austria commorabatur, perrexitque Utinum Mense Novembre, ut motas discordias componeret. "Anno Domini M. CCC. XX. die XII. Novembris fuit prælium magnum in Utino apud domum Communis inter Dominos Hectorem & Federicum fratres de Savorgnano & eorum amicos ex parte una, & D. Sperantium & Vintilinum fratres cum amicis suis ex alia. Qui venientes ad injurias, cœperunt dictæ partes inter se acriter præliari: in quo dictus D. Hector per D. Sperantium fuit vulneratus, & Hermolianus & Dionysius interfecti. Dominus Patriarcha existens Civitate, statim cum sibi prædicta notificata sunt, D. Sperantii & Vintilini, & eas ceperunt: & ipsos Fratres, & filium D. Thomasini, & alios quamplures circa viginti sex interfecerunt, & eorum bona abstulerunt; ita quod pars D. Hectoris obtinuit cum adjutorio Civitatensium."

B REM animadversione dignam narrat Anonymus Leobiensis ad Annum M. CCC. XIX. *Hic* (Paganus) *longo tempore*, inquiens, *propter debitum Curiæ abstinens a divinis*, *Ecclesiam non intravit*, *sententiis implicatus*. Æs quoque id genus, quo suam Ecclesiam gravatam invenit, Ottobonus dissolverat; sic enim legimus in Chronico Aquilejensi: *Multa debita solvit Ecclesiæ Romanæ*. Ipse Ottobonus in Epistola, quam Capite LXXXIII. allegavimus num. 4. testatur: in suo ad Ecclesiam Aquilejensem adventu, eam *debitis ultra viginti millia Marcharum obligatam reperisse*. Adnotare rursum liceat cum Bonincontro Morigia: Turrianam gentem, tenente sedem Pagano,

C pedem fixisse in Forijulii Provincia, honoribus ac divitiis cumulatam. Chronistæ verba sunt in Chronico Modoëtiensi Lib. II. Capite XXII. *Turrianæ domus Potentes post laborem*, *requiem accepere in Forojulii*, *ubi Paganus De la Turre .... factus fuerat ab Apostolica sede Patriarcha .... Tota Turriana domus ibi vitam petiit*, *ubi Raimundus De la Turre annis* præcedentibus *primus Patriarcha fuit: & illico tam divitiis*, *quam amicis totam suam domum* condecoravit.

D II. Antequam Pagani gesta sermone persequor, perstringenda mihi sunt Imperii, Ducum Austriæ & Carinthiæ, Comitumque Goritianorum negotia, quæ lucem ipsius Patriarchæ gestis afferunt. Initam eo pacto concordiam indicavimus Capite LXXXI. num. I. inter Fridericum Austriacum, & Ludovicum Bavarum, ut in Italiam transiret iste, Germaniam regeret Fridericus, ejusque frater Leopoldus institueretur a Ludovico Vicarius generalis Imperii in Italia. Hæc post diutina dissidia, quæ anno 1313. inceperant, peracta sunt anno 1325. Eodem anno conventa rescidit pacta

incentore Pontifice, anno 1346. coacta: dieque circiter 20. Julii Carolus, Marchio Moraviæ, ac filius Joannis Regis Boëmiæ, electus adclamatusque Imperator ejus nominis IV. Ferream anno 1354. coronam Mediolani, & Imperialem suscepit Romæ ab Episcopo Cardinali Ostiensi, Romanam ac universam moderante Ecclesiam Innocentio VI.

III. HENRICO Goritiano regimen Tarvisii demandaverat Henricus VII. conlatamque provinciam firmaverat Fridericus Austriacus, Ludovici æmulus. Cani Scaligero modo amicus, modo infensus fuit: obtinuitque dominium Patavinæ Civitatis. Gesta ejus recensent Cortusii ab anno M. CCC. XII. ad Annum usque M. CCC. XXII. Tomo XII. Scriptorum Italiæ. Documentum eodem anno 1322. conscriptum, quod ab humanissimo Viro, Marco Antonio de Manzano, Patricio Civitatensi accepimus, honoris, ac dignitatis titulos exhibet, quibus idem Henricus potiebatur. Pauca refero, quæ sequuntur verba: *Millesimo Trecentesimo vigesimo secundo de Mense Februarii die septimo . . . . . . Illustris D. Enrichus, Comes Goritiæ, Tirollis; Confalonerius Domorum Aquilegensis Ecclesiæ, de Trento, Prixen; Vicarius Tarvisii ex parte Romanorum Regis, Vicarius Generalis.*

BEATRICE Turriana fato extincta, cujus memoriam superiore Capite num. 6. celebravimus, aliam duxit ille ætate provectus uxorem, eodem nomine nuncupatam Beatricem, filiam Stefani Ducis Bavariæ inferioris. Hæc prodit in lucem opera Viti Arenpekii in Chronico Bajoariorum Libro V. Capite XXIV. apud Bernardum Pezium Tomo III. Novissimi Thesauri Anecdotorum: *Hic Dux* (inferioris Bavariæ) *Stephanus*, inquientis, *Geutram* (sive *Jutam*) *filiam Ducis Poloniæ de Svvidnuz in uxorem duxit: ex qua duos filios, Hainricum, & Ottonem genuit; & tres filias,* legando.

IPSE Carinthiæ Dux, ac Otto Dux Austriæ, Friderici sæpe laudati frater, Comite Goritiano vita functo, Forijulii provinciam Militum copiis transmissis occupant, de locis Goritiani Comitis contendentes, quæ sibi uterque vendicabat. Hinc damna plurima Provinciæ inlata. Juliani verba sunt ad *Annum Domini* M. CCC. XXIV. *Venerunt in Forumjulii magnifici Duces Austriæ, & Carinthiæ, cum maxima hominum comitiva; facientes maximum damnum in Forojulii;* itemque Cortusiorum ad Annum præcedentem M. CCC. XXIII. *Dux Carinthiæ, cum Ottone Duce Austriæ, Ulrico de Valse, & multis nobilibus Alemanniæ, invasit Forumjulii: & circa Pordenon posuit Castra sua. Ejus Gualdana in paucis diebus Forumjulii devastavit.* Nomine *Gualdanæ*, seu *Vualdanæ* aciem intellige, vel equitatum, & manipulum militum.

IV. PRIMA Henrici Carinthii uxor, nomine Anna, mortem obierat anno 1313. ut in Chronico Stamsensi legitur. Adelahis, uxor altera, ex ducibus Brunswicensibus, juxta fidem ejusdem Chronici anno 1320. vita excessit. Tertiam duxit ille uxorem *Beatricem, Comitissam de Sabaudia*. Nuptias Anonymus Leobiensis celebratas memorat anno 1319. *in Insprukka*: quæ temporis nota Stamsensi Chronico adversatur.


TARVISINIS præfuit idem Henricus post obitum Henrici Goritiani: egitque tutorem Joannis-Henrici. Anonymus Leobiensis ad Annum M. CCC. XXIX. hæc habet: *Tervisini oppressi a Cane de Verona, & a Duce Karinthiæ Henrico, qui tutor fuerat Johannis Comitis Goritiæ, subsidium non habentes . . . . se Canis manibus submiserunt.* Tabulas proferre, pretium operæ est, ipsius Henrici jussu anno 1335. conscriptas, quæ plura docent; ipsamque satis illustrant præstitam Joanni-Henri-

co

„ nobis facto in argenti necessitate Ducatus no-
„ stri Karinthiæ; pro qua quidem quantitate
„ pecuniarum , sibi & suis heredibus obliga- B
„ vissemus Terram nostram de Forojulio, vul-
„ gariter nuncupatam Venzonum cum perti-
„ nentiis ad eamdem , nomine pignoris spe-
„ cialiter, pacto, & conditione infrascriptis:
„ Videlicet, quod quousque dicto Consobrino
„ nostro Comiti Henrico , vel suis heredibus
„ non solverimus pecuniam antedictam, gau-
„ dere debeant usu & tenuta dictæ Terræ. Et
„ dicto Henrico intrante in possessionem dictæ
„ Terræ, ab intestato decesserit, ac in bonis
„ suis heredem dimiserit Joannem-Henricum
„ pupillum , patruelem nostrum : ac ideo
„ quia proximiores eramus cæteris aliis, ac-
„ ceptavimus officium Tutoris dicti patrue-
„ lis nostri Joannis - Henrici , pupilli re- C
„ licti in bonis dicti quondam sui Patris .
„ Qui Comes Johannes-Henricus una cum
„ Beatrice , Matertera nostra dilecta , Ma-
„ tre sua, Comitissa dicti Comitatus de Go-
„ ritia , nos humiliter supplicavit , ut eum
„ pro dicta pecuniæ quantitate , quam dictus
„ quondam Comes Henricus pater suus a nobis
„ habere debebat, & pro qua sibi dictam Ter-
„ ram obligaveramus , investire deberemus ,
„ ac de ea sibi & suis heredibus venditionem
„ facere perpetualem; asserens, nullum alium
„ proximiorem habere parentem , quam nos
„ ipsos . Nos vero de consilio nostrorum fide-
„ lium considerantes petitionem Beatricis Ma-
„ terteræ nostræ prædictæ , & Johannis Hen- D
„ rici patruelis nostri antedicti, fore rationa-
„ bilem atque justam: & considerantes , sibi
„ in omnibus plus teneri quam aliis, maxime
„ eoquod heredes masculos non habemus , &
„ ipsum de jure in bonis Comitatus Tirolis
„ succedere debere , & ipsi dictam Terram
„ nostram potius consentire, quam aliis; pre-
„ tio & foro dictæ quantitatis pecuniæ quam
„ ipsi quondam suo patri Consobrino nostro
„ nam, illis prope dictam Terram : ac de
„ Garicto, Mutis consuetis & non consuetis ,
„ Montibus, silvis, nemoribus, pascuis, pra-
„ tis , livellis , aquis & aquarum ductibus ,
„ piscationibus, & venationibus, necnon cum
„ omnibus & singulis pertinentibus ad ipsam
„ nostram Terram, tam ex consuetudine, quam
„ de jure & de facto . Insuper promittimus
„ per nos & nostros heredes antedicto Mat-
„ thiæ de Blaisperch , recipienti nomine quo
„ supra , dictam Terram Venzoni in jure le-
„ gitime manutenere, & defendere ab omni ho-
„ mine, & persona, spirituali vel seculari, Col-
„ legio & Universitate : ac de ipsa nunquam
„ per nos litem, vel quæstionem aliquam in-
„ ferre sub pœna mille Marcharum . . . . . .
„ & resectione damnorum, & expensarum om-
„ nium percipiendarum occasione prædicta, cre-
„ dendo de damnis & cum præsenti largo ver-
„ bo D. Joannis-Henrici Comitis supradicti ,
„ sine Sacramento , vel alia probatione fien-
„ da, cum obligatione omnium nostrorum bo-
„ norum præsentium & futurorum : & hoc
„ sub harum testimonio litterarum, quas ad
„ majorem cautelam, nostri sigilli fecimus ap-
„ prensione muniri. Præsentibus . . . . . . Al-
„ berto de Borstin , Georio & Volemarso de
„ Blands Militibus . . . . . de Reulin Cancel-
„ lario nostro, Hermano . . . . & Magistro Mar-
„ tino interveniente Materteræ nostræ prædi-
„ ctæ. Datum in Comitatu nostro Tiroli, An-
„ no Domini M. CCC. XXXV. in Octava Pu-
„ rificationis Sanctæ Mariæ de Mense Februa-
„ rii Indictione tertia.

HENRICUS Tirolensis , & Henricus Goritianus appellantur *Consobrini* , hoc est duorum fratrum filii, ille Mainardi Ducis Carinthiæ, iste Alberti Comitis Goritiani, qui fratres erant . Ipse vero Henricus Tirolensis Joannem-Henricum Goritianum, Henrici filium, vocat *patruelem* ; sibi tertio consanguinitatis gradu junctum, ut ex sequenti schemate patet .

rolensis ac Dux Carinthiæ. Erat ipsa in secundo consanguinitatis gradu juncta Elisabethæ, ipsius Henrici Tirolensis matri: easque duo Fratres Arenpekius in Chronico Bajariorum, & Auctor Chronici Stamsensis testantur. Rem sub oculos ponit schema sequens.



V. FILIAM susceperat Henricus Dux Carinthiæ, nomine *Margaritam*. *Inditum illi cognomentum Maulstach*, quod *magnum os haberet*, (verbis utor Arenpekii in Chronico Bajoariorum) *& maxillas dependentes; sicque turpis habebatur in facie*. Jodoco seu Joanni, filio Regis Boëmiæ, data est in uxorem: nuptiarumque inita pacta refert Anonymus Leobiensis ad Annum M.CCC.XXX. *Rex Bohemiæ* (Joannes) convenit *Hainricum Ducem Karinthiæ pro pactis nuptiis filii sui Johannis*, (quem Jodocum alii vocant,) *& filiæ illius Margarethæ, quæ jam pubescerat, confirmandis*: eaque firmata inter illos conventio, *ut altero eorum non existente, alter tutelam gereret puerorum*.

CUM Gibellinis quoque Guelfisque factionibus quæ Italiam per hæc tempora lacerabant, sese immiscuit idem Henricus. Pauca perstringo. Cum Tridentum anno 1327. pervenisset Ludovicus Bavarus, eo statim Itali Proceres convenerunt, qui Pontifici adversabantur. Numerant eos, memorantque Cortusii Libro III. Historiæ Capite X. *Vicecomites dominantes in Mediolano*, *Bergomo*, *Laude*, *Novaria*, *Vercellis*, *& alibi; Castraccium Dominum Lucæ*, *& Pistorii; Rainaldum & Obizonem Marchiones Estenses*, *Dominos Ferrariæ & Argentæ; Passarinum de Bonacossis*, *Dominum Mantuæ & Mutinæ; Dominum etiam Canem*, qui *dominabatur in Verona*, *Vi-*

B *centia*, *Feltre*, *Civie*, (seu Belluno) *Montesilice*, *& Bassano*. Ab Ludovico postulaverat Canis, ut sibi Patavium traderetur: *quod Ludovicus facere recusavit*, *asserens Paduam possideri per Avunculum suum*, *Ducem Carinthiæ*, Henricum. Ager ergo Patavinus prædationibus infestatus ab ipso Cane, & Nicolao de Carraria, Rizardo de Camino, & Hectore de Savorgnano. Patavium regebat, ejusdem Carinthiæ Ducis nomine, *Dominus de Ovestagno*. Hic vero, *& Marsilius Magnus de Carraria*, aliique Tirolim profecti sunt, Henrico *Duci Carinthiæ Paduanorum angustias exponentes*: qui *litteris*, *& sacramento promisit*, se venturum contra hostes in auxilium. Hæc narrant, aliaque plura, Cortusii Libro
C citato Historiæ Capite XIII. & Libro IV. sequente.

IPSIUS Henrici anno 1335. mors accidit. Hæc adnotata in Chronico Stamsensi legimus: M.CCC.XXX. (V.) *in die S. Ambrosii obiit D. Heinricus*, *illustrissimus Rex Bohemiæ & Poloniæ*, *Dux Austriæ & Carinthiæ*, *Comes Tirolis & Goritiæ*. Nimirum dies emortualis ejus definitur quarta Mensis Aprilis; diemque *secundam* indicat Anonymus Leobiensis ad eundem annum: *Hainricus Dux Karinthiæ* inquiens, *Dominica*, *qua canitur*, *Judica me Deus*, *in Castro Tirolis*, *tempore Missæ in Capella Beati Pancratii*, *pressus colera circa præcordia suffocatur*: *& in Ecclesia B. Johannis*

sub

Margarita, dicta
Maultasch.

Bavara uxor II.	Turriana uxor I.
Joannes-Henric. 1335.	Mainardus. 1317.

PRIMAM Henrici Goritiani, quem *Tertium* numeramus, uxorem Documenta superiore Capite allegata num. *6.* exhibent Beatricem e gente Turriana: nosque certiores reddunt de Filio prognato, nomine Mainardo. Hæc scilicet omnia perspicue certoque produnt authenticæ Castoni Patriarchæ Epistolæ. Mainardum, brevi expleta vita, ante Patris obitum, qui anno 1323. contigit, fato functum B arbitramur, cum deinceps nulla uspiam occurrat ejusdem mentio: ipsumque propterea absque numero adjecto delineare in Stemmate satis fuit. Uxorem alteram Beatricem, filiam Stefani Ducis Bavariæ, Filiumque Joannem Henricum ex ea susceptum proferunt in lucem Cortusii, Anonymus Leobiensis, ac ipse Henricus Dux Carinthiæ in Documento, quod ejus jussu anno 1335. confectum num. 4. descripsimus.

CAPUT LXXXVI.

Provinciæ comitia celebrat Paganus adversus Henricum Carinthiæ Ducem. Ludovico Bavaro adversatur. In gratiam ejusdem redit Gerardus Caminas. Reservationes Papales prorogantur. Fœdera cum Scaligeris contra Joannem Boemiæ Regem. Utini pie obit Odericus de Portu-Naonis Ordinis Minorum.

I. MAXIMUM Guelfarum partium columen, ac illustre caput erat Paganus Patriarcha. Utini comitia ad Gibellinos cohibendos, ac intestina Provinciæ dissidia componenda celebravit. Gibellinis adhærebat Henricus Tirolensis Dux Carinthiæ, Tarvisio & Patavio præfectus a Ludovico Bavaro. Tabulas a Francisco Beretta acceptas producimus, ut Comitiorum Forojuliensium maxime ratio & forma, Procerum numerus qui conveniebant, rerum gerundarum momentum, ac ipsa Forojuliensis militia innotescant. "In nomine Domini Amen. Anno „ Domini M. CCC. XXVIII. Indictione undecima, die undecimo Mensis Februarii. „ Infrascripta facta sunt in Colloquio Generali „ celebrato Utini: in quo interfuerunt infrascriptæ Nobiles personæ:

„ D. Abbas Rosacensis.
„ D. Abbas Sextensis.
„ D. Ulvinus de Prampergo.
„ D. Odoricus de Strasoldo.
„ D. Odoricus de Cucanea.
„ D. Articus de Prampergo.
„ D. Ector de Utino.
„ D. Brisella de Purcileis.
„ D. Gabriel de Prata.
„ D. Napius De la Turre.
„ D. Carlevarius De la Turre.
„ D. Ansossius De la Turre.
„ D. Joannes de Villalta.
„ D. Federicus de Villalta.
„ D. Ludovicus de Cavoriaco.
„ D. Bernardus de Strasoldo.
„ D. Joannes de Cucanea.
„ D. Guarnerius de Cucanea.
„ D. Thomasutus de Pertestain.
„ D. Ricardus de Valvasono.
„ D. Asquinus de Colloreto.
„ D. Federicus de Savorgnano.
„ D. Jo. Franciscus de Castello.
„ D. Articus de Varmo.

D. Fran-

» ſtatus, & ſuper facto impoſitionis Militiæ,
» & Moſtræ factæ & illorum qui non interfue-
» runt dictæ Moſtræ: necnon ſuper impoſitio-
» ne Peditus juxta decimas ordinatas, ac etiam
» ſuper omnibus & ſingulis reformatione indi-
» gentibus, & ſtatum bonum & utile totius
» Terræ contingentibus. Quæſitum fuit ab
» omnibus more ſolito, quid conſulebant, quid-
» ve videbatur agendum. Et tunc conſultum
» fuit ab omnibus, & firmatum, quod ad evi-
» tandum pericula & damna quæ occurrere poſ-
» ſent, & ad providendum ſuper omnibus quæ
» propoſita ſunt per Dominum Patriarcham C
» prædictum; Dominus Patriarcha habeat Con-
» ſiliarios ſuos, & quod illi Conſiliarii eligant
» ſimul cum Domino Patriarcha ſex vel octo,
» ſicut eis videbitur, qui ſuper his provideant,
» ordinent, & diſponant, prout eis melius &
» utilius videbitur; & quidquid fecerint, or-
» dinaverint, & mandaverint, valeat, ac te-
» neat, acſi per totum Colloquium factum
» eſſet. Vocatis igitur ſtatim omnibus Conſi-
» liariis antedictis, aliiſque de Colloquio re-
» cedentibus in partem, proviſum fuit per ipſos
» ſimul cum Domino Patriarcha: quod ſeptem
» eligantur, qui habeant poteſtatem omnimo-
» dam antedictam. Et tunc electi fuerunt per
» ipſos infraſcripti, durantes per tres Menſes: D
» D. Morandus de Purciliis, pro Prælatis.
» D. Joannes de Villalta, pro Liberis.
» D. Odoricus de Cucanea. }
» D. Articus de Prampergo. } pro Miniſte-
» D. Aſquinus de Colloreto. } rialibus.
» D. Federicus de Savorgnano, pro Utino.
» D. Paulus Bojanus, pro Civitate, & pro
» Communitatibus. Facta igitur electione præ-
» dictorum, & publicata ibidem cum toto Col-
» loquio, finitoque dicto Colloquio: ipſe Do-
» minus Patriarcha cum Conſiliariis ſuis præ-
» dictis electis aſcendit Palatium ſuum Patriar-
» chale, & ſe traxit in partem in Sala parva,
» ut ibi conſuleretur & videretur, quid eſſet

» do prædicto procedatur contra ipſos. Ter-
» tio proviſum fuit, & firmatum ibidem di-
» cta die: quod impoſitio Peditum juxta de-
» cennas fiat, & quod pro qualibet Decenna
» duo Pedites habeantur: & cum ...... ſi
» unus pro Decenna non ſufficeret, duo ha-
» beantur. Numerus autem Decennarum in-
» junctarum inferius annotatur:

» Aquilegia conſignavit	Dec.	40.
» Civitatum	Dec.	150.
» Glemona	Dec.	100.
» Utinum	Dec.	137.
» Maranum	Dec.	22.
» Montfalconum	Dec.	49.
» Gaſtaldia Flumiſelli	Dec.	10.
» Gaſtaldia Chariſaci	Dec.	34.
» Gaſtaldia Ajelli, Sacile- » tum cum Gaſtaldia A- » jelli	Dec.	60.
» Gaſtaldia Mottæ	Dec.	4.
» Gaſtaldia Nebulæ	Dec.	3.
» Gaſtaldia Manzani	Dec.	16.
» Abbas Roſacenſis	Dec.	17.
» Capitulum Civitatenſe de » Riſano, & ... conſigna- » vit	Dec.	9.
» Item de Premariaco	Dec.	19.
» Gaſtaldia Landri	Dec.	52.
» Gaſtaldia Soffembergi	Dec.	11.
» Gaſtaldia Triceſimi	Dec.	50.
» Gaſtaldia Bujæ	Dec.	45.
» Gaſtaldia Sancti Danielis	Dec.	48.
» Gaſtaldia Faganeæ	Dec.	144.
» Gaſtaldia Sedeglani	Dec.	14.
» Capitulum Aquilegenſe » conſignavit in Pal- » mata	Dec.	2.
» Mortelianum	Dec.	20.
» Lavarianum	Dec.	9.

» Abbatiſſa Aquilegenſis de-
» dit in Inſula Tertii pro
» Villis Tertii, & S. Mar-

tini,

„ [illegible]	Dec.	[illegible]
„ In Canali Clusæ	Dec.	4.
„ Gastaldia Carneæ	Dec.	270.
„ Spilimbergum	Dec.	133.
„ Valvasonum	Dec.	30.
„ Gastaldia S. Viti	Dec.	25.
„ Abbas Sextensis	Dec.	22.
„ Meduna	Dec.	12.
„ Prata	Dec.	30.
„ Purcilium	Dec.	45.
„ Pulcinicum	Dec.	30.
„ Gastaldia Aviani	Dec.	41.
„ Item de Liberis de Maniaco	Dec.	8.
„ Item de Ministerialibus	Dec.	2.
„ Item de Servis	Dec.	1. & med.
„ Sacilum	Dec.	7.
„ Canipa	Dec.	13.
„ Susanum, Pers	Dec.	10.
„ Mels, Colloretum	Dec.	15.
„ Tercanum, Morucium	Dec.	10.
„ Villalta, Cavoriacum	Dec.	5.
„ Fontana-bona	Dec.	2.
„ Castelerium	Dec.	3.
„ Brazzacum superius, Brazzacum inferius	Dec.	3.
„ Prampergum	Dec.	8.
„ Savorgnanum, Cernedum	Dec.	6.
„ Cucanea	Dec.	10.
„ Castellum	Dec.	5.
„ Strasoldum	Dec.	5.
„ Rivarota	Dec.	4.
„ Varmum	Dec.	6.
„ Brugnaria	Dec.	10.
„ Villanova	Dec.	3.

„ Summa Decennarum sunt Decennæ Duo „ Millia & quindecim, & med. Patet manu „ S. Gabrielis quondam S. Hemigini Nobilis „ de Cremona, & Cancellarii tempore Pa- „ triarchæ Pagani in uno Quinterno magno „ grosso, signato P. R. cum cooperta hedina: „ Notas cujus Notarii S. Simon de Lovaria „ Notarius habet. „

DECENNARUM summam, quam Tabulæ simul collectam exhibent, dubio procul omni singulæ excedunt Decennæ, si rationes diligentius ineamus. Vitiatos numeros oscitantia Exscriptorum, quis ambigat? In Historia Cor-

Humanissimo Florio acceptas emitto in lucem. „ Reverendo in Christo Patri D. Pagano S. Se-
B „ dis Aquilegensis Venerabili Patriarchæ, Hen- „ ricus Dei gratia Bohemiæ & Poloniæ Rex, „ Karinthiæ Dux, Tirolis & Goritiæ Comes, „ Aquilegensis, Tridentinæ, & Brixinensis „ Ecclesiarum Advocatus, sinceram ad ejus „ beneplacita voluntatem. Conquestus est no- „ bis discretus Vir Johannes Civis Breumæ, „ quod in Strata Portus-latisanæ, quam asse- „ curavimus, spoliatus sit per homines Eccle- „ siæ vestræ centum & triginta Marchis ar- „ genti. Quare vestram Paternitatem mone- „ mus, & requirimus studiose: quatenus sibi „ præfatas res suas restitui faciatis; alioquin „ fideli nostro Chuonrado de Ouenstayn, Ca- „ pitaneo in Venzono, committemus, quod
C „ hujusmodi debeat retractare. Datum in „ Griez die XV. Martii, Indictione XII. „ Hæc annum æræ vulgaris indicat 1329.

SATIS querelis Carinthii Ducis Patriarcha facit, suaque erecto animo vindicat jura. Ejus accipe responsum. " Illustri D. D. Henrico „ Dei gratia Bohemiæ & Poloniæ Regi, Ka- „ rinthiæ Duci, Tirolis & Goritiæ Comiti, „ Aquilegensis, Tridentinæ, & Brixinensis „ Ecclesiarum Advocato, Paganus Dei & A- „ postolicæ Sedis gratia S. Sedis Aquilegensis „ Patriarcha, salutem & felices ad vota Suc- „ cessus. Miramur, quomodo Excellentia Re- „ gia Stratas Ecclesiæ Aquilegensis, a qua „ tam nobilia feuda tenet, contra jus ipsius „ Ecclesiæ, quod ab omnibus defendere tene-
D „ retur, assecurasse se dicit; cum talis asse- „ curatio ad nullum alium pertineat, nisi ad „ nos & Ecclesiam supradictam. Quod autem „ ille Johannes Civis Breumæ spoliatus fuerit „ in ea, quamvis non sine culpa sua, dolui- „ mus & dolemus: sed nunquam tanta pax „ extitit, quod non essent aliqui male agen- „ tes, quos Dominia semper habere non „ possent præ oculis. Ad vindictam quoque „ dictæ spoliationis, ea audita, statim bra- „ chium nostrum extendimus. Et quia spo- „ liatores cum spolio se in Spimbergo contu- „ lerant, contra Spimbergarum exercitum no- „ strum paravimus: sed gens Comitatus, & „ vestra, veniens de Tarvisio, cui gratiose

no 1329.

II. Ludovico Bavaro, quem vitabant Guelfi, coram palamque adversabatur Paganus: neque fundi publicas pro eo finebat Ecclesiæ preces. Adversum Patriarchæ animum, excitasque ob eam causam Utini turbas vetustum Monumentum patefacit, anno 1329. exaratum. " Die xxvi. Aprilis Aquilegiæ „ in Patriarchali Palatio; præsentibus testibus „ Venerabilibus Viris, Fr. Johanne Abbate „ Monasterii Rosacensis Vicario, & F. Bernardo de Novate Monacho Monasterii Claravallensis de Mediolano, constitutus in præsentia Venerabilis Patris D. Pagani, Dei „ gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarchæ, „ F. Johannes de Padua Ordinis Minorum de „ Conventu Utini, confessus fuit, quod pridie in Parasceve Domini, cum Missam Conventualem celebraret in Ecclesia ipsorum „ Fratrum Minorum de Utino, astantibus „ ipsorum Fratrum conventu & populi multitudine, inter alias orationes illam, que de „ Imperatore Romanorum mentionem facit, „ dixit clare & alta voce dicendo: Oremus „ & pro Christianissimo Imperatore &c. Et „ cum Fratres & populus murmurarent propter Bavarum, qui se facit Imperatorem, „ & qui persequitur Ecclesiam Dei, & ab ea „ reprobatus & excommunicatus est, ac de „ hæresi condemnatus; attonitus fuit valde, „ & ut asserit in semetipso fremuit, & recognovit se male dixisse. M. CCC. XXIX. „ Indictione XII.„ Incidit eo anno Pascha in diem 23. Aprilis, ac Parasceve in diem 21. adeoque Joannem illum Minoritam feria 4. post Pascha, die 26. ejusdem Mensis Aprilis Aquilejam evocatum, dici debet: illudque adverbium *pridie*, quo idem utitur Joannes, non unum ante diem, sed plures ante significat.

III. Tum exteros hostes, ne graviora damna inferrent, procul arcere Provincia studebat Paganus: tum ejusdem Provinciæ res, ut incrementa caperent, strenue tutatus est. Locum Metunæ, quem diu Caminates detinuerant, ab ipsis restitutum recepit: eosque ut

„ chæ, Reverendo Patre D. Artico eadem „ gratia Concordiensi Episcopo, ac Venerabilibus Viris DD. Fratre Johanne Abba Monasterii Rosacensis, & Guillelmo Decano „ Aquilegensi; ac Nobilibus Viris DD. Oldorico de Cuchanea Milite, Brisalia & Morando de Porciliis, Ansussio, Hermacora, „ Fedrigino, & Conradino de la Turre „ ejusdem Domini Patriarchæ nepotibus; Nobilis & Magnificus Vir D. Gerardus de Camino Comes Cenetensis pro se, & D. Rizardo fratre suo, recognoscens devote suum „ & ejusdem Fratris sui errorem, factum in „ fovendo hostes ipsius Domini Patriarchæ, C „ & Ecclesiæ Aquilegensis in Terra de Meduna, quam abstulerunt & tenuerunt rebelliter, & inde veniam humiliter postulans, reduci se & eumdem Fratrem suum ad ejusdem Domini Patriarchæ gratiam supplicavit, promittens ei suo & dicti Fratris sui „ nomine Terram ipsam Medunæ tradere liberaliter. Qui Dominus Patriarcha considerans, quod iidem Nobiles possunt esse sibi „ & Ecclesiæ Aquilegensi favorabiles, & quod „ se humiliaverunt, & suum sunt parati revocare errorem . . . . . . omnem illis „ injuriam, quam sibi & dictæ Ecclesiæ intulerunt, remisit: & intercedentibus dictis Astantibus pro eisdem, pro bono pacis & concordiæ pactus est cum eis, & ipse D. Gerardus suo & prædicto nomine cum illo, prout inferius continetur. Primo quidem promisit ipsi Gerardo, suo & prædicto nomine „ recipienti, procurare fideliter cum effectu: „ quod D. Carlevarius De la Turre, Nepos „ suus, infra unum annum proximum, faciet „ sponsalia de Matrimonio contrahendo de Filia sua Leonardina cum Tolberto dicti D. „ Rizardi, cum illa solemnitate quæ solet „ in Sponsalibus intervenire talium personarum: & ipse D. Gerardus versa vice promisit & juravit ad Sancta Dei Evangelia, „ procurare bona fide, quod dictus Tolbertus, Nepos suus, dictam Leonardinam in „ suam recipiet sponsam, & quod D. Rizar-

„ dus

„ varium memoratum. Item promisit idem
„ Dominus Patriarcha præfato Gerardo, suo
„ & præfati Fratris sui nomine recipienti,
„ quod dabit ipsis Fratribus Gastaldiam dictæ
„ Terræ de Meduna a Festo S. Gregorii proxime
„ venturo usque ad unum annum sequens con-
„ tinuum & completum, pro ficto decenti jux-
„ ta consuetudinem Gastaldiæ, sub pœna dua-
„ rum Millium Marcharum Aquilegensis mo-
„ netæ: datis eidem D. Gerardo Fidejussori-
„ bus de sic observando præfatis Dominis, E-
„ piscopo Concordiensi, Abbate Rosacensi,
„ Decano Aquilegensi, Odolrico de Cuchanea,
„ Brisalia & Morando de Porciliis; ita tamen
„ quod quilibet eorum pro rata tantummodo
„ teneatur. Et insuper idem D. Morandus,
„ Gastaldus constitutus in ipsa Terra de Meduna
„ per eumdem Dominum Patriarcham usque
„ ad prædictum Festum Sancti Gregorii, pro-
„ misit ibidem & juravit ad Sancta Dei Evan-
„ gelia, tradere prædictam Terram dictis fra-
„ tribus, tanquam Gastaldis ipsius, nomine
„ ipsius Patriarchæ & Aquilegensis Ecclesiæ,
„ cum prædicta dies S. Gregorii venerit: &
„ præstiterunt ipsi fratres cautionem subscri-
„ ptam ipsi Domino Patriarchæ. Et versa vi-
„ ce dictus D. Gerardus, suo nomine & quo
„ supra, promisit & juravit eidem Domino
„ Patriarchæ: quod tempore quo dictam Ter-
„ ram tenebit, subjectos ipsius Gastaldiæ, &
„ habitatores ipsius Terræ non gravabunt, sed
„ in suis juribus manutenebunt, ac defendent,
„ & justitiam ibidem facient juxta consuetu-
„ dinem ejusdem Terræ: & quod finito an-
„ no, restituent libere, & dimittent ipsi Do-
„ mino Patriarchæ & Ecclesiæ Aquilegensi
„ Terram ipsam Medunæ in eo vel meliori
„ statu, sicut eam recipient; nisi ipse Domi-
„ nus Patriarcha concederet eis Gastaldiam
„ ipsam ad aliud tempus. Et pro sic attenden-
„ do & servando, dabunt sibi fidejussores Com-
„ mune Venetiarum, apud quod credunt hoc
„ procurare posse. Et si non possent, dabunt
„ usque ad decem fidejussores de Infrascriptis
„ Domibus: videlicet, de Prata, de Porcilis,
„ de Castello, de Cuchanea, de Spenimber-
„ go, de Valvasono, de Colloreto, & Mels,
„ & de Villalta: qui se obligabunt pro eis ad
„ tia sua; nec eis præstabunt auxilium, con-
„ silium, vel favorem. Et carceratos in Ter-
B „ ra de Meduna a carceribus relaxabunt, &
„ propriæ restituent libertati. De gratia ta-
„ men idem Dominus Patriarcha voluit, &
„ concessit: quod Nicolaus de Panicaliis,
„ Florianus de la Meduna, & Varnerius de
„ Laurenzaga, banniti dictæ Terræ de la
„ Meduna, & rebelles ipsius Domini Patriar-
„ chæ, gaudeant bonis suis, quæ habent in
„ Meduna & districtu, usque ad annum pro-
„ ximum, ipsis tamen non manentibus in Ter-
„ ris dictorum Nobilium de Camino. Actum
„ ut supra, præsentibus testibus D. Marino de
„ Cavenerio de Venetiis, Francisco de la Mot-
„ ta, Vecelo de Opitergio, Biachino de Opi-
„ tergio, Magistro Odolrico Notario de Uti-
C „ no, & Nicolao de Porcilis Notario.

FLORENTES hac ætate Turrianorum, & Caminatium Proceres Tabulæ exhibent. Inter istos memorantur Gerardus & Rizardus fratres, eorumque patruus Biachinus, ac Rizardi filius Tolbertus. Sunt illi vero, Pagani Patriarchæ Nepotes, Amfossius, Hermagoras, Fridericus, Conradus, & Carlevarius cum filia Leonardina. Ambæ familiæ per initas nuptias devinciuntur: ac diu optata pax sancitur, Metunæ loco Aquilejensi Ecclesiæ restituto, ejusque annua Præfectura Caminatibus concessa.

III. LEGATIONE Apostolica fungebatur per hæc tempora Bertrandus de Podieto Gallus, Episcopus Cardinalis Ostiensis ac Veliter-
D nensis: dicebatque jus Italis nomine Joannis XXII. sedentis Avenione. Reservationis Papalis Rescriptum, quod ipse Legatus acceperat, ad Aquilejensem Patriarcham transmisit, anno 1329. datum, ut inhibita vacantis Ecclesiæ tempore Successoris electio innotesceret. Immensum auctas id genus Reservationes a Bonifacio VIII. ac successoribus Pontificibus, Capite LXXXIV. num. 4. & 5. adnotavimus. Antequam in perpetuam illæ sancirentur legem, peculiaribus decernebantur Rescriptis, quorum exemplum subjicimus. *Bertrandus Miseratione divina Ostiensis, ac Veleternensis Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, Venerabili in Christo Patri . . . . . Dei gratia Patriar-*

chæ

„ dralibus & Collegiatis, fecularibus & Regu-
„ laribus, tales per Apoſtolicæ Sedis provi-
„ dentiam circumſpectam Prælati præficeren-
„ tur & Rectores, qui nobis & Sanctæ Sedi
„ prædictæ fideles exiſterent & devoti, ac ſci-
„ rent & poſſent eiſdem præeſſe utiliter Eccle-
„ ſiis & prodeſſe; his & aliis certis cauſis ra-
„ tionabilibus, quæ ad hoc noſtrum animum
„ induxerunt, omnes & ſingulas Cathedrales,
„ & Collegiatas Eccleſias Civitatis & Dioce-
„ ſis ac Provinciæ Aquilegenſis, per biennium
„ prorogando ſucceſſive uſque ad inſtantes
„ Kalendas Aprilis de biennio in biennium
„ per diverſas noſtras litteras inde confectas,
„ proviſioni noſtræ & ejuſdem Sedis auctorita-
„ te Apoſtolica duximus reſervandas. Diſtri-
„ ctius inhibentes omnibus & ſingulis, ad quos
„ proviſio, electio, poſtulatio, ſeu quævis a-
„ lia diſpoſitio Eccleſiarum ipſarum alias per-
„ tinebat, ne ad proviſionem, electionem, po-
„ ſtulationem, vel aliam prædictarum Eccle-
„ rum diſpoſitionem procederent quoquo mo-
„ do. Ac decernentes ex tunc irritum & ina-
„ ne, ſi ſecus ſuper his per quoſcunque, qua-
„ vis auctoritate, ſcienter vel ignoranter,
„ contigerit attentari. Et inſuper volumus, &
„ decrevimus per litteras noviſſimæ reſervatio-
„ nis & prorogationis hujuſmodi, reſervationem
„ eamdem ad Seculares & Regulares, tam Ca-
„ thedrales, quam Abbatiales, & alias quaſcum-
„ que Collegiatas, præterquam Monialium &
„ aliarum Mulierum Religioſarum Eccleſias,
„ exemptas & non exemptas, dictarum Ci-
„ vitatis & Dioceſis & Provinciæ, quibuſdam
„ declarationibus alias factis ſuper hoc non ob-
„ ſtantibus, extendendam. Cum autem ter-
„ minus ultimæ Reſervationis per nos factæ
„ inſtare noſcitur, nos eiſdem moti conſidera-
„ tionibus & inducti; Reſervationem, inhi-
„ bitionem, voluntatem, & decretum prædi-
„ cta uſque ad duos annos ab eiſdem Kalendis
„ Aprilis proxime inſtantis, auctoritate Apo-
„ ſtolica tenore præſentium, modo & forma
„ expreſſis ſuperius, extendimus ac etiam pro-

C

D

vationum reſcripta quolibet biennio iterata; eaſdemque Reſervationes datis litteris latius in Provincia Aquilejenſi protenſas.

IV. Ecclesiæ ſuæ, Provinciæque tranquillitati, dum finitimæ Regiones turbis motibuſque quatiebantur, diligentiſſime invigilabat Paganus: eamque facilius obtinendam cenſuit, inita cum Scaligeris confœderatione. Comitia Provinciæ anno 1332. celebravit: deque Conſiliariorum, qui de more in Comitiis delecti fuerant, aſſenſu Tabulæ ſequentes confectæ. " Die Mercurii xxviiii. Menſis A-
„ prilis, Utini in Palatio Patriarchali & in
„ Conſilio infraſcripti Domini Patriarchæ E-
„ lectorum pridie per totum Parlamentum,
„ ſive Colloquium generale. In quo Conſilio
„ erant Venerabiles Viri Domini, Frater Jo-
„ hannes Abbas Roſacenſis, & Guillelmus De-
„ canus Aquilegenſis; ac Nobiles & diſcreti
„ Viri Domini, Articus de Prampergo Mi-
„ les, Bartholomæus de Spegnimbergo pro
„ D. Pregonia fratre ſuo, Bernardus & Hen-
„ dricus de Straſolto, Aſquinus de Colloreto,
„ Fredericus de Savorgnano, Conradus Boja-
„ nus de Civitate, & Fedrigus De la Turre
„ Capitaneus Glemonæ, conſiliarii electi pri-
„ die in Colloquio generali. Venerabilis Pa-
„ ter D. Paganus Dei & Apoſtolicæ Sedis gra-
„ tia Sanctæ Sedis Aquilegenſis Patriarcha,
„ una cum prædictis Conſiliariis ſuis, & ipſi
„ Conſiliarii nomine totius Univerſitatis Fo-
„ rijulii, ex vigore & poteſtate eis tradita pri-
„ die per ipſam Univerſitatem in Generali Col-
„ loquio, cum eodem Domino Patriarcha fe-
„ cerunt & affirmaverunt amicitiam, confœ-
„ derationem, ligam, & ſocietatem cum No-
„ bili & prudenti Viro Bernardino de Scanna-
„ beccis, Poteſtate Coneglani, Nuncio ad hoc
„ ſpecialiter miſſo per Magnificos DD. Al-
„ bertum, & Maſtinum de Scala, Civitatis
„ Veronæ, Vicentiæ, Paduæ, Terviſii, Fel-
„ tri, & Belluni Capitaneos & Dominos Ge-
„ nerales, & cum eiſdem Dominis: & ipſe
„ D. Bernardinus, nomine ipſorum Domino-
„ rum

„ neatur, quod veniret contra Sanctam Romanam Ecclesiam, vel prædictorum mandata. Et salvo ex parte Dominorum de la Scala, quod non obligantur contra Romanum Imperium. Interfuerunt testes prædicti Nobiles Viri DD. Hermachoras, & Antoniellus De la Turre, ac D. Odolricus de Utino Notarius.

SCALIGERORUM potentiam maxime auxit amplificavitque Canis grandis, qui anno 1329. vita excessit. Successere Mastinus & Albertus fratres, ipsiusque Canis Nepotes; quorum gesta diligentissime narrant Cortusii, & Galeatius & Andreas Gattari in Chronico Patavino Tomo XVII. Scriptorum Italiæ. Fœderum, quæ sanciri oportere decretum fuerat, conscriptæ Tabulæ sunt *eodem anno die v. Mensis Maii, in Campardo Cenetensis Diocesis*. Præsentes adfuere Patriarcha, & Albertus de la Scala *pro se & D. Mastino fratre suo*. Conventa inter utrumque pacta: eademque ne violari ullatenus contingeret, fidem quoque suam Procerum quamplures obligavere. *Videlicet, pro parte ipsius Domini Patriarchæ, Domini Franrischinus de la Turre, Articus de Prampergo Miles, Morandus, Brisalia, & Articonus de Porcilis, Nicolaus, Gabriel, & Nicolucius de Prata, Fantussius, Gerardus, & Biachinus de Pulcinico, Franciscus de Pinzano, Rizardus de Valvasono, Federicus de Savorgnano & Armanus de Carnea pro Communi Utini, Ulvinus de Canussio & Gerardus de Coneglano pro Communi Civitatensi, & Armanus deGlemona pro Communi Glemonæ:& pro parte Dominorum Alberti, & Mastini juraverunt Nobiles Milites DD. Zilibertus quondam D. Zaulinetti, Jacobus de Verme de Verona, Ubertinus & Marsilietus de Carraria de Padua; & Nobiles Viri, Bernardinus de Scanabeccis de Bononia Potestas Coneglani, & Taddæus de Ubertis de Florentia. Ad hæc agenda testes advocati sunt Venerabiles Viri DD. Frater Johannes Abbas Rosacensis, Guillelmus Decanus Aquilegensis, Odelricus de Strasolto Plebanus La*-

Rhegium. Carolo filio Duce Moraviæ ad regimen relicto, in Alemanniam Rex proficiscitur, cum validiore exercitu remigraturus. Hæc narrant Cortusii, & Ludovicus Monaldescus in fragmentis Annalium Romanorum Tomo XII. Scriptorum Italiæ. Hinc Scaligerorum cum Patriarcha sancita confederatio est, ut ab ipso clausuræ montium valida manu custodirentur, copiarumque exterarum transitus impediretur.

V. PIUM præterire hoc demum loco obitum non licet B. Odorici, quem maxima Paganus habuit in veneratione. Patriam habuit ille Portum-Naonem, Ordini Minorum nomen dedit, universum ferme orbem lucrandarum zelo animarum pervagatus est, ad propria denique redux Utini obiit, vivens & post mortem miraculis clarus. Obitum ejus refert Henricus de Glaz in brevi Relatione, quam anno 1340. descripsit, apud Bollandum Tomo I. Januarii vulgata, ad annum 1331. diemque 14. ejusdem Januarii Mensis. Vitam ejusdem ut concinnaret, colligeretque miracula, Meliorančiæ Canonico & Notario mandaverat Paganus. Hæc vetusta Monumenta citant Wadingus in Annalibus Minorum ad Annum M.CCC.XXXI. & Bollandus ad Diem XIV. Januarii, qui ejusdem Odorici peregrinationes ex pervetusto Codice primus vulgavit. Stirpis ejusdem circumstantiam patefacit Anonymus Leobiensis, animadversione dignam. Ad Annum M.CCC.XIX. sic habet: *Ad Kathedratum Aquilegensis Ecclesiæ Paganus ordinatur ..... Hoc tempore quidam Frater, Ulricus nomine, de reliquiis seminis eorum, quos olim Rex Otakerus apud Portum-Naonis ad Custodiam deputavit, Ordinis Minorum, qui longo tempore ad propagationem fidei exulaverat in partibus transmarinis, rediens mirabilia retulit .... In Utino Forojulii quiescit, miraculis multis fulsit; ad tumbam ejus catervatim populus cucurrerat*. Otochero Regi Boëmo paruisse Portum-Naonem post obitum Friderici ex antiquis Austriæ Ducibus, jam adnotavimus.

nus Patriarcha: vacavitque Sedes per biennium. Constituit quoque Papa Procuratores ad neglectum Curiæ debitum exigendum. Successorem Aquilejensibus præfecit Joannes XXII. anno 1334. IV. *Nonas Julii*, seu die 4. ejusdem Mensis, ut Ughellus adnotat, Bertrandum, quem alii Beltrandum vocant.

AUCTOR vitæ ejus, quam Bollandi Continuatores edidere ad Diem VI. Junii refert, *ex Nobili genere ipsum oriundum fuisse, de Sancto Genesio Diœcesis Caturcensis, utriusque juris Doctorem, ac Sacri Palatii decem & septem annis causarum Auditorem*. Cadurcum cum sua Diœcesi pars est Guasconiæ. Narrat etiam idem Auctor, Aquilejam pervenisse Bertrandum *in Festo Apostolorum Simonis & Judæ*, seu die Octobris 28.) *currentibus Dominicis annis mille trecentis quatuor & tricenis*. Eadem habet Anonymus Leobiensis, inquiens: *Anno* M. CCC. XXXIV. *Mense Julii Berchardus* (Bertrandus) *de Sancto Genesio Vasconicæ gentis, efficitur Patriarcha: & in eodem anno in Festo SS. Simonis & Juda Aquilegiam applicuit*. Transitum ejus Patavio, antequam adiret Forijulii Provinciam, notant Cortusii ad eumdem Annum M. CCC. XXXIV. inquientes: *Die* XX. *Octobris Beltrandus de S. Genesio de Guasconia, Aquilejensis Patriarcha, intravit Paduam honorifice, in Aquilejam transiturus*.

II. PRÆSTO sunt epistolæ duæ Joannis XXII. Romani Pontificis, quæ ad Bertrandi electionem pertinent, eamque illustrant. Ex Vaticanis Codicibus decerptas habuit, tradiditque humanissimus Florius. Patefaciunt priores, missos anno 1333. ad Pontificem Oratores Avenionem ab Clero Aquilejensi, Proceribusque Provinciæ, Guidonem Civitatensis Ecclesiæ Decanum, & Hectorem de Savorniano, ut Pastorem & Patriarcham, cujus ipse electionem Sedi Apostolicæ reservaverat, eligere dignaretur, neque diutius vacare pateretur Aquilejensem Ecclesiam. Supplicibus Forojuliensium votis non annuit Pontifex, curis acrioribus implicitus. Verba sunt: " Joan- „ nes Papa XXII. Clero, Communitati- „ vorgnano, vestros Ambaxiatores, & Nuncios, benigne recepimus: & eorum ambaxiatam, quam prudenter curaverunt coram „ nobis proponere, intelleximus diligenter. „ Et licet ipsi ambaxiatam eamdem diligenter „ & fideliter fuerint prosecuti; nos tamen aliis „ occupationibus arduis supervenientibus præ- „ pediti, adhuc certum aliud eis nequivimus „ respondere, nisi quod breviter, assistente

B „ nobis divina gratia, intendimus de Pastore „ idoneo, per cujus circumspectam providentiam vobis provenire spiritualia & temporalia commoda valeant, Aquilegensi Ecclesiæ „ providere. Quocirca vestram providentiam „ attentius in Domino exhortamur, quatenus „ in manutenendis, conservandis, & defendendis „ Ecclesiæ memoratæ juribus, ut fidelitas ve- „ stra clarius hoc tempore, quo ipsa legitimo „ defensore carere noscitur, luceat, operosis „ studiis & ferventibus affectibus sitis prom-

C „ pti. Dat. Avinioni IV. idus Junii Pontificatus anno decimo septimo.

PLURA sequentes docent epistolæ, quæ Bertrandi electionem continent. " Joannes PP. „ XXII. Dilecto filio Bertrando electo Aquilegensi. Nuper Ecclesia Aquilegensi per obitum b. m. Pagani Patriarchæ Aquilegensis „ vacante, nos eidem Ecclesiæ, (de cujus provisione nullus præter nos ea vice se intromittere poterat, pro eo quod nos dudum ante vacationem hujusmodi (*anno* 1329. *ut* „ *superiore Capite adnotavimus num.* 3.) ex

D „ certis causis rationabilibus provisiones omnium & singularum Ecclesiarum Cathedralium Civitatis, Diœcesis, & Provinciæ Aquilegensis, cum eas vacare contingeret, „ sub certa forma nobis usque ad certi temporis spatium reservandas, decernendo ex „ tunc irritum & inane si secus per aliquos „ scienter vel ignoranter contingeret attemptari, & subsequenter in tempus amplius, „ infra quod vacavit eadem Aquilegensis „ Ecclesia, reservationes & decretum hujusmodi proroganda duximus;) de Pastore idoneo, ne amplius vacationis sustineret incom- „ moda

„ ... quantum cum
„ Deo possumus, paternæ solicitudinis studio „ providere, ut quamvis litteras ipsas non habeas nec ostendas, administrationem ejus„ dem Ecclesiæ suscipere, ipsamque per te, „ vel tuos Vicarios, Officiales, & Ministros „ in spiritualibus & temporalibus usque ad tres „ Menses a data præsentium computandos ple„ narie gerere, contradictores spiritualiter & „ temporaliter appellatione cessante compe„ scendo, valeas; & dilecti filii, Capitulum „ ipsius Ecclesiæ, & quicumque alii, quorum „ interest, teneantur tibi, & eisdem Vicario, „ Ministris, & Officialibus obedire; sel. rec. „ Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri „ Constitutione contraria non obstante, tibi „ auctoritate præsentium concedimus de gra„ tia speciali. Dat. Avenione VIII. Idus Ju„ lii anno XVIII.„

ANNUS est 1334. æræ vulgaris. Hac die 8. Julii significat Pontifex, *nuper* Bertrandi electionem in Aquilejensem Patriarcham peractam, nempe die 4. præcedente, ut refert Ughellus. Discimus vero, Decanum egisse in Ecclesia Engolismensi Bertrandum. Hunc numerat num. 12. inter eosdem Decanos Dionysius Sammarthanus in Gallia Christiana Tomo II. in Archiepiscopatu Burdigalensi. Eadem ipsum dignitate exornatum exhibet Baluzius in Notis ad Vitas Paparum Avenionensium: itemque Tomo I. pag. 1420. statuta profert Academiæ Tolosanæ anno 1314. condita, quæ produnt: *Dominum Bertrandum de S. Genesio Licentiatum in utroque jure legisse tunc temporis in Academia illa pro D. Guillelmo de Montelauduno Doctore Decretorum.*

III. MORTEM accidisse Henrici, Comitis Tirolensis, & Ducis Carinthiæ, anno insequente 1335. adnotavimus Capite LXXXV. num. 6. Tirolensi Comitatu potiuntur Margarita, ejusdem Henrici filia, & Jodocus seu Joannes, filius Joannis Boëmiæ Regis, qui Margaritam uxorem duxerat: Carinthiamque, & Carniolam Duces Austriæ indepti sunt. Rem narrat Anonymus Leobiensis ad eumdem Annum M. CCC. XXXV. inquiens: *Interea Duces Austriæ Ludovicum Imperatorem accersunt; & in Civitate Lyntza super littus Da-* ... Marchione Moraviæ ejus fratre, itemque Henrico Duce Bavariæ ejusdem Joannis Regis genero: hisque favebat Ludovicus Imperator. Inita demum pacta inter Duces Austriæ, Regemque Boëmiæ; quibus insuper habitis fractisque, *juraverunt* Joannes & Carolus fratres, *nullatenus desistere, nisi Karintbiam reaquirant.* Eorum frustra conatus fuere: paruitque imposterum Austriæ Ducibus Carinthia.

TIROLENSEM quoque vendicabat sibi Comitatum post Henrici obitum Johannes-Henricus Goritianus, cujus tutelam ipse Henricus Tirolensis plures annos egerat. In Tabulis anno 1335. *in Octava* Purificationis Deiparæ *de Mense Februarii* confectis, allegatisque Capite LXXXV. num. 5. ejusdem Henrici verba sunt: *Considerantes, sibi* (Joanni-Henrico Goritiano) *in omnibus plus teneri quam aliis, maxime eoquod heredes masculos non habemus, & ipsum de jure in bonis Comitatus Tirolis succedere debere &c.*

ARMIS possessionem, quam adierat, adseruit sibi Joannes, Vir Margaritæ Tirolensis: fratremque strenue adjuvit Carolus Marchio Moraviæ. Hæc narrat ipse Carolus in Commentario de Vita sua apud Freherum inter Scriptores Rerum Boëmicarum. " Tempore „ succedente post Pascha (*anno* 1335. *quo* „ *Pascha incidit in diem 16. Aprilis: obierat* „ *vero Henricus die 2. aut 4. ejusdem Mensis*) „ die sequenti, congregavimus exercitum de „ Comitatu Tyrolis: & intravimus vallem „ Pustcharia Brixinensis Diœcesis super Comi„ tem Goritiæ (*Johannem-Henricum.*) & aqui„ sivimus Castrum Montis Sancti Lamperti. „ Et transivimus ulterius super prædictum Co„ mitem, & devastavimus terras suas usque „ Clausam, quæ vocatur Linitz: & fuimus in „ campis cum prædicto exercitu tribus septi„ manis in illa devastatione.„

IV. NUPTIAS anno sequente cum Anna, filia Regis Friderici Austriaci, Viennæ celebravit Joannes-Henricus, Leobiensi Anonymo teste ad Annum M. CCC. XXXVI. Verba sunt: *Post hæc Soror ejus* (Elisabethæ Friderici Regis filiæ) *Anna Johanni Comiti Goritiæ nupsit, qui quoad sanguinem maternum de Duci-*

sores (ejusdem Anonymi verba sunt,) *Albertus*, *Meinhardus*, *Hainricus*, *Alberti Comitis filii*, *cum Principibus conformantur*. Hanc Principum Goritianorum Successionem infra illustrabimus.

PIUM Annæ marito viduatæ propositum, datumque ab ipsa Ordini S. Claræ nomen, sæpe laudatus Anonymus declarat: "Porro Anna viduata, *inquiens*, de Comparis sui transitu amarissimo doloris aculeo sauciata in corporis incidit languorem .... Sed Deus, qui mœrentes erigit sospitate, qui vulnerat & medetur, pectori infirmantis misericorditer instillavit, ut votum ingrediendi Religionem conciperet: a quo divelli non potuit nec precibus, nec consiliis familiarium amicorum. Præsentibus igitur & præclaris turbis Nobilium adhortata, nec tum a proposito suo mota, intra mœnia Urbis Viennensis se divino servitio sub regula Sanctæ Claræ devotissime mancipavit ... velo Sacro suscepto de manibus Cunradi Venerabilis Gurcensis Episcopi." Anno 1337. obiit Laurentius Gurcensis Episcopus: eique Conradus suffectus est. Ipsius Annæ obitum ad annum M. CCC. XLIII. refert Chronicon Australe apud Freherum Tomo I. Rerum Germanicarum: *Kalendis Januarii obiit Domina Anna*, *filia prædicti D. Friderici Regis Romanorum*, *Comitissa de Gorz: quæ post obitum Mariti sui intravit Ordinem Sanctæ Claræ in Vienna*, *& electa est in Abbatissam*, *& ibidem est sepulta*.

V. ACCIDIT vero, ut anno 1341. de sua pelleretur Tirolensi ditione Joannes. Machinam moliti sunt *Nobiles Terræ*, teste Anonymo Leobiensi, quos in partes pertraxerant Ludovicus Imperator, & Margarita, quæ initum cum Joanne Boëmo matrimonium dissolvendum postulabat. Comitatu suo Joannes deturbatus, *vasis argenteis ac aliis jocalibus pro ex*... Ludovicus Imperator cum Ludovico filio celebrandas curavit. Concepit, paritque filium Margarita: *sed prævaricatio in Primogenito est multata, quia natus celeriter est sublatus.* Filium alterum peperit, nomine *Mainardum*: simulque Ludovicus Imperator *Castrum Tyrolis ingressus*, *armis munivit*. Hæc anno 1342. contigerunt; quæ narrat omnia Anonymus Leobiensis.

OB inlatam filio sibique injuriam querelæ ad Albertum Ducem Austriæ ab ipso Rege Boëmo delatæ, ut ejus auxilium obtineret ad ultionem. Rebus quoque suis consulendum Alberto fuerat, quoniam *Ludovicus*, *Imperatoris filius*, *se Ducem Karinthiæ*, *Comitem Tyrolensem*, *& Goritiæ titulares*. Itaque Ottoni fratri, qui Dux ejus Provinciæ dictus fuerat morte sublato, cogitaverat ille, *filium Ottonis* substituere, aut Leopoldum, aut Fridericum: consilioque mutato, ipse Ducatus adire possessionem censuit Albertus. Summi quoque Pontificis exposcebat Rex Boëmiæ auctoritatem in subsidium. Fertur ille (verba sunt Anonymi Leobiensis ad Annum M. CCC. XLIII.) *terminum statuisse*, *ut errorem recognosceret Ludovicus Bavarus*, *Terram Tyrolensem redderet*, *Imperium resignaret: & hac via*, *& non alia*, *se gratiam inventurum*. Cœptis non destitit Ludovicus; unde *Pontifex denuo contra Terram Tyrolensem novos processus condidit*, *& Patriarchæ* (Bertrando) *publicandos demandavit*. Anno 1343. regimen Ecclesiæ Christianæ Clemens VI. tenebat.

HACTENUS vero Leobiense Chronicon, quod eodem anno 1343. desinit. Ludovici Margaritæ Viri, ac Mainardi filii obitum, ipsiusque Margaritæ gesta, datumque Comitatum Tirolensem Ducibus Austriæ, latiore narrat calamo Vitus Arenpekius in Chronico Austriaco, quod Tomo I. Rerum Austriacarum vulgavit Hieronymus Pezius.

CA-

& Jo. Francisco Palladio partem, integram a
Ferdinando Ughello, & a Bollandi Continuatoribus, hoc loco producere pretium operæ ducimus, ut quamplura ejusdem Patriarchæ præclara gesta probatissimo testimonio innotescant.

„ 1. RECORDARE, Fili Decane (A) &
„ in mente revolve, quales & quantos labores,
„ tribulationes, expensas, & pericula sustinui-
„ mus; non thesaurizando nobis, nec nostros
„ ditando nepotes, aut propinquos; sed so-
„ lum in recuperatione, & defensione jurium
„ & bonorum Aquilejensis Ecclesiæ. Nos enim,
„ sicut scis, recuperavimus & redemimus Ter-
„ ram Sacili de manibus Comitissæ (B) pro
„ quadringentis Marchis. Medunam, quam
„ tenebat occupatam Rizardus de Camino (C)
„ recuperavimus: necnon Avianum, & Ca-
„ strum Turris exegimus ab illis de Porciliis
„ pro non modicæ pecuniæ quantitate; quæ
„ Castra ipsi de Porciliis sibi pignori obligata
„ dicebant. Scis etiam, quomodo stabant Ter-
„ ræ, & Castra nostra Istriæ: & cum quanto
„ labore nos illa habere potuimus a prædicta
„ Comitissa, datis sibi prius quadringentis
„ quinquaginta Marchis. Postmodum & in-
„ stanti hujusmodi guerra cum Venetis in
„ Istria, ubi quales & quantas victorias Deus
„ Ecclesiæ suæ concesserit, non expedit dice-
„ re, quia tibi satis est manifestum: & etiam
„ qualiter per tractatum Concordiensis (D)
„ Episcopi compromissum fuit per nos, & Ve-
„ netos: & qualiter durante Compromisso
„ ejusmodi, dare nobis debent pro juribus Ci-
„ vitatis Polæ, Terrarum Vallis, Ignani (E)
„ & Regaliæ, quæ Pagano Patriarchæ proxi-
„ me Prædecessori nostro acceperunt (a) &
„ occupaverunt, ducentas vigintiquinque Mar-
„ chas denariorum Aquilejensium annuatim.
„ 2. DEMUM Rizardus de Camino guer-
„ ram, quam fecerat Ecclesiæ tempore, quo
„ vacante Sede (F) Conservatoris nomine
„ fungebaris, nobis renovavit: & tunc factis
„ treugis inter nos & ipsum Rizardum, nos
„ ivimus Labacum ad habendum colloquium
„ cum D. Ottone (G) Duce Austriæ: ubi
„ cum quali, & quam nobili fuimus comiti-
„ comburendo per Patriam (H). Nos au-
„ tem non sine magnis laboribus, expensis,
„ & periculis, congregato Ecclesiæ exercitu,
„ ivimus ad Sanctum Vitum, & deinde steti-
„ mus longo tempore apud S. Danielem. Fi-
„ naliter ivimus versus hostes, & castra no-
„ stra posuimus in campis extra Sacile: &
B „ quantum illa guerra duraverit, bene nosti.
„ Finaliter ex dispositione superna, Deus
„ ultionum de inimicis suis Ecclesiæ suæ vi-
„ ctoriam tribuit: & ipse Rizardus hostis &
„ persecutor Ecclesiæ, contritus & debellatus,
„ præ dolore post paucos dies sine heredibus
„ (I) masculis mortuus est: & ad alienos est
„ ipsius hereditas devoluta. Pro redemptione
„ Venzoni (K) quanta sustinuerimus, & vi-
„ ctoria Ecclesiæ divinitus tradita, & captio-
„ ne Nobilium Comitatus Goritiæ, direptio-
„ ne Bragulini, introitu Venzoni, non expe-
„ dit dicere; quia res, Deo operante, satis
C „ per se claruit, & extitit manifesta.
„ 3. PACE vero Terræ reddita, Dominus
„ Carolus, nunc Romanorum (L) Rex, na-
„ vigio venit Aquilegiam; ubi ipsum recepi-
„ mus, sicut decuit tantum Dominum: & se-
„ cum duxit D. Bartholomæum (M). Qui
„ stetit in Civitate, & Utini ad nostras ex-
„ pensas per unum mensem, & ultra. Et
„ postmodum Frater ejus, D. Joannes Co-
„ mes Tirolii, una cum Episcopo (N) Tri-
„ dentino venit ad nos in Sacile, habentes se-
„ cum ultra septingentos equos: quibus om-
„ nibus fecimus expensas abundanter, & ipsum
D „ Comitem investivimus de feudis suis. Pro-
„ cessu vero temporis Comes Goritiæ, fultus
„ potentia Comitum (O) Veglæ, aggressus
„ est de guerra fidelem nostrum & Ecclesiæ
„ Aquilejensis, Georium de Duino: & fina-
„ liter factis treugis inter eos, idem Comes
„ cum magna potentia aggressus est Terram
„ nostram. Nos autem præparavimus ad de-
„ fensionem: & venientibus in nostrum & di-
„ ctæ Ecclesiæ subsidium præfatis Dominis (P)
„ Carolo & Joanne, cum Equitum & peditum
„ multitudine satis grandi, cum eisdem & no-
„ strorum gente processimus contra hostes. Et pri-

(a) Imo Caresinus in Continuatione Chronici Danduliani, Francisci Danduli Ducis gesta narrans, *Civitatem Polæ* testatur jam tum *vinculo fidelitatis Venetis fuisse adstrictam: ac illud idem illos de Valle fecisse:* initisque cum Pagano *pactis*, eadem *sub Ducali Dominio remansisse* loca.

„ dem Comes treugas unius anni postulavit,
„ quas sibi ad ipsius postulationem concessi-
„ mus: in qua guerra inexhaustam consum-
„ psimus pecuniam. Non enim fuit dies ali-
„ qua, in qua non expenderemus quingentos
„ Florenos auri, & ultra; nam solum in bla-
„ do equorum expendebamus singulis diebus
„ Marchas quadraginta, & aliquando sexa-
„ ginta: & omnibus stipendiariis integre fuit
„ satisfactum, & ultra stipendia eorum a no-
„ bis alacriter cum muneribus recesserunt.
„ 4. CÆTERUM tribus vicibus, quibus fui-
„ mus Venetiis, ubi nobiscum fuisti qualibet
„ vice, quantum expendere potuimus, tu ipse
„ considera. Non enim fecimus vias illas cau- C
„ sa nostri, sed solum ad inclinandum Domi-
„ ni illius animum, ut Ecclesiæ dimitteret ju-
„ ra sua. Pro quæstione Cavolani quanta ex-
„ penderimus, & quot noctes duxerimus in-
„ somnes, tu & alii, quorum diligentia & so-
„ licitudine, Deo & Justitia operante, victo-
„ riam reportavimus, bene nostis: & bursa
„ vestra etiam non fuit expers expensarum,
„ quia bene vidimus & cognovimus labores
„ vestros sine damnis bursalibus non fuisse.
„ Domum Francisci de Villalta, pro eoquod
„ ipse testamentum patris, qui nos Commis-
„ sarium suum fecit, adimplere nolebat, ob-
„ sedimus: & finaliter se nostræ voluntati sub-
„ misit. Quadraginta sex diebus stetimus an-
„ te Pinzanum cum nostro exercitu, cum ma- D
„ gnis expensis, periculis, & labore, pro il-
„ lo detestabili homicidio perpetrato per Man-
„ fredum & suos Complices de Pinzano, qui
„ Franciscum, & Pinzanutum patruos, & Suc-
„ cium consanguineum eorum de Pinzano,
„ morte crudelissima peremerunt.
„ 5. POST anni revolutionem iterato Co-
„ mites Goritiæ nos & Ecclesiam invaserunt de
„ guerra, in qua tenuimus pro majori parte
„ duos exercitus: unum apud Latisanam, &
„ alium in campis juxta Manzanum ad resi-
„ stentiam inimicorum: & tribus mensibus,
„ quibus ipsa guerra duravit, habuimus tre-
„ centos Equites armigeros, exceptis pediti-
„ & quantas expensas fecerimus, quæ Deo gra-
„ tiæ sunt, te credimus audivisse: & qualiter
„ filius Bavari (S) cum exercitu suo copio-
„ so, volens nos invadere, fuit cum gente
„ sua per nostros paucos positus in conflictu:
„ & quam mirabiliter, & voluntate divina
„ invenimus litteras, quæ contra nos, & in
„ destructionem Ecclesiæ & totius Patriæ, Fi-
„ lio Bavari & Comitibus Goritiæ mitteban-
„ tur.
„ 7. DEBITA nostrorum Prædecessorum ab
„ Ottobono citra (T) in Romana Curia in-
„ tegre persolvimus per gratiam Jesu-Christi,
„ quæ ascendunt ad vigintiquinque millia Flo-
„ renorum. Arcam, in qua recondi debeant
„ Patronorum nostrorum reliquiæ, cum Cru-
„ ce & Capite argenteis (V), & mitram Cam-
„ panilis Ecclesiæ nostræ, non fecimus fieri
„ gratis. Capella Ecclesiæ S. *Mariæ in Utino*
„ cum pictura constitit nobis plusquam qua-
„ dringentis Marchis. De Monasterio Mo-
„ nialium S. Nicolai de Utino (X) ubi posui-
„ mus viginti Moniales, & eis emimus reddi-
„ tus competentes, etiam tibi dicimus. De
„ Castro (Y) Raimondi, quod erat spelunca
„ latronum, & nocumentum Mercatorum,
„ quomodo habuerimus violenter, quod inex-
„ pugnabile credebatur, & sine sanguinis ef-
„ fusione, quid dicemus? Nisi quod Deus in
„ hoc mirabiliter operatus est: & tota Patria
„ ab illis prædonibus, de quibus etiam justitia
„ facta fuit, est liberata. Duo (Z) Provin-
„ cialia Concilia habuimus, sicut scis; in qui-
„ bus multæ Constitutiones reformatæ, & edi-
„ tæ fuerunt in favorem Ecclesiarum, & Ec-
„ clesiasticæ libertatis.
„ 8. NUDIUS-tertius cum Hermagoras
„ Della Turre intrasset Varmum una cum Ri-
„ zardo de Varmo fraudulenter, & Nobiles
„ Castri illius captivasset, nobis existentibus
„ causa solatii in Seplimbergh, & multas cru-
„ delitates exercuisset in eos, nos gentem no-
„ stram illuc misimus. Quod sentiens Herma-
„ goras, statim fugit: & redemimus Castrum
„ illud, ipsis Nobilibus quorum erat, resti-

tuen-

ci. Cortusiorum ad Annum superiorem M.CCC. XXII. verba sunt: *Post mortem Comitis* (Henrici) *regnavit in Tarvisio Domina Beatrix ejus uxor, cum filio suo* (Joanne-Henrico) *anniculo. Quæ, licet Nobilis de domo Ducum Bavariæ, & Juvenis, fuit cum Comite annos* LX. *matrimonio copulata*. Legendum, *annos* IX. monent Bollandiani; ac si Henrico viro suo novem ipsa annis matrimonio juncta adhæserit. Mendum puto, minime correctionem. Beatricem namque Turrianam, primam ejusdem Henrici uxorem, adhuc anno 1317. vitam egisse, certo evincunt Epistolæ Castoni Patriarchæ eodem anno ad ipsam datæ, quas Capite LXXXIV descripsimus. Mortem obiit Henricus anno 1323. teste Juliano; unde Bollandiana textus emendatio evanescit. Legendum censeo, *anno* LX. itaut Henrico sexaginta annos nato nupserit hæc altera Beatrix. Juxta conditiones pacis, anno 1314. inter Ottobonum Patriarcham initæ ac Henricum, restituenda Ecclesiæ Aquilejensi fuerant loca, ac *Sacilum*, quæ idem Comes detinebat. Pactis ille haud stetisse videtur, cum Sacilum a Beatrice redemerit Bertrandus quadringentarum Marcharum pretio.

(C) GERARDUS, & Rizardus, fratres de Camino, Metunam reddere, anno 1330. polliciti fuerant Pagano Patriarchæ. Tabulas allegavimus Capite LXXXVI. num. 2. Locum recuperavit Bertrandus.

(D) BELLUM cum Venetis gestum a Patriarcha anno 1335. post mensem Martium notant Cortusii. Pacem meliore consilio cum illis firmatam, narrant ipsi, ut contra Caminatem totis viribus bellum ageretur. Prædictæ arbitrum pacis ex hac Epistola novimus *Episcopum Concordiensem*. Is erat Guido de Guisis, celeberrimus ea ætate Jurisconsultus.

(E) LOCO *Ignani* reponendum *Dignanum*, recte monent laudati Continuatores Bollandi, inter Polam, ac Vallem positum. Quinam locus sit *Regala*, aut *Regalia*, docebunt Istri.

(F) GUILLELMUS, Decanus Aquilejensis, dicitur *Conservatoris* munere functus, vacante post obitum Pagani Sede, scilicet ab anno

B bat Rizardus de Camino. Hæc facinora Caminatis anno 1335. illigant Cortusii; unde Cortusiorum, & Anonymi Leobiensis Chronologia optime constat. Eadem Forijulii Provincia dicitur *Patria*, more passim ac præsertim in Italia obtinente, ut terrarum tractus, qui olim *Regiones*, inclinante latinitate *Patriæ* dicerentur.

(I) TRISTEM Rizardi sortem narrant quoque Cortusii, qui ad eumdem Annum M.CCC. XXXV. habent: ipsum, *fessum verberibus belli, tristitia captum, febre correptum, Mense Septembris sine herede masculo solvisse debitum naturale*.

(K) VENTIONUM, beneficii feudique titulo, Mainardo Goritiano, Comiti Tirolensi,
C & Duci Carinthiæ anno 1288. traditum a Raimundo Patriarcha, alio memoravimus loco juxta fidem Juliani in Chronico Forojuliensi. Tabularum, quæ confectæ fuerunt, compendium refert Bellonus in MS. Codice post Juliani Historiam. " M.CC.LXXXVIII. Nobilis D. „ Guillelmus de Venzono resignavit D. Raimundo Patriarchæ Aquilegensi omnia feuda, quæ ipse habebat & agnoscebat ab Ecclesia Aquilegensi in Castro, & Villis, & aliis, præsertim Villis Venzoni: qua resignatione recepta idem Dominus Patriarcha Magnificum D. Meynardum Ducem Carinthiæ tantum, itaquod ad ejus Descendentes vel suorum transire non deberet, de jure
D „ quod idem D. Guillelmus habebat in prædictis Castro & Villis Venzoni ab Ecclesia Aquilegensi, investivit. " Loca eadem post obitum Mainardi tenuere ejus filii: traditumque anno 1335. mense Februario Joanni-Henrico Goritiano Ventionum, Capite LXXXV. num. 5. narravimus; quod Oppidum sane, captis non paucis Goritianis, Bertrandus refert se recepisse. Hæc illigat Anonymus Leobiensis anno 1338. ubi hæc habet: *Patriarchæ* (de Carinthia) *ad propria revertenti per Venzonum, transitus denegatur. Qui mox instructus de jure suo & Ecclesiæ, occupat Oppidum, & obtinet*.

(L) CAROLI Ducis Moraviæ, postea Impera-

ubi pro tunc pro fratre nostro (Joanne,) *qui puer & parvus erat, præsidebamus*. Unum & ipse Bertrandus, ac ultra mensem hospitii Carolo concessi numerat in Epistola. Hæc anno 1335. contigisse Cortusii narrant, insequente 1336. Anonymus Leobiensis. Chronicum puto ex varia anni forma discrimen ortum.

(M) BARTHOLOMÆUM, Caroli socium in Aquilejensi itinere, vocant nonnulli Scriptorum Forojuliensium in Editis libris, ac MSS. Comitem Tirolis, fratremque faciunt Joannis Tirolensis. Errorem patefacit, ac elidit, ipse Carolus, qui loco citato ipsum Bartholomæum appellat *Comitem Sennii & Vueglæ*, (di Segna, e Veglia, italice.) C

(N) TABULAS conlati Joanni Tirolensi beneficii refert Bellonus in Codice allegato. „ M. CCC. XXXVIII. Illustris D. Joannes, „ Dux Carinthiæ, (*titulum sibi Joannes vendicabat, re ipsa potiebantur Duces Austriæ:*) „ facta primitus investitura per Reverendum „ Dominum Patriarcham Bertrandum in persona dicti Domini Ducis Joannis, veluti „ Vassalli Ecclesiæ Aquilegensis, de omnibus „ feudis quæ tenet ab eadem Ecclesia idem Dominus Dux, Gener Ducis Henrici Carinthiæ (*qui anno* 1335. *mortem obierat*,) descendentis Magnifici Ducis Meynardi (*pridem anno* 1295. *defuncti*;) cui primitus fuit „ (*anno* 1288.) infeudata Terra Venzoni so- D „ lummodo pro se habenda: si quod jus prænominatus D. Joannes, vel D. Henricus ejus socer habuisset in Terra, illud expresse „ dedit eidem Domino Patriarchæ, & expresse renunciavit.

(O) BARTHOLOMÆUM ex Comitibus Veglæ & Seniæ ab ipso Carolo, Marchione Moraviæ, ac postea Imperatore, in Commentario de Vita sua memoratum indicavimus in Nota sub littera M.

(P) BELLUM, quod gessit Bertrandus adversum Goritianos Comites, suppetias ferentibus Joanne Tirolensi, ejusque fratre Carolo, ad annum Christi 1340. refert Anonymus „ ries fuerit requisitus in Verris, & pro defensandis & recuperandis juribus Ecclesiæ „ Aquilegiensis.

(R) AD novum Regem Hungariæ Ludovicum, qui anno 1342. successit Carolo patri, profectum arbitror Bertrandum; unde Clemens Papa V. fuerit, qui eodem anno in thronum Pontificium evectus, agendorum negotiorum causa, ad Regem miserit Patriarcham.

(S) LUDOVICUS Brandemburgi, filius Ludovici Imperatoris, intelligitur, quem *filium Bavari* appellat Bertrandus. Ad annum 1342. refert Anonymus Leobiensis, uxorem ab eodem Ludovico, suasu Patris, Margaritam Tirolensem ductam, quæ Joannem Boemum repudiaverat. Joanni, ac fratri Carolo favebat Bertrandus: adeoque ad hæc tempora Bavari prælia cum Patriarcha pertinere videntur.

(T) ROMANÆ Curiæ satis Ottobonum fecisse, adnotavimus. *Paganum longo tempore propter debitum Curiæ abstinuisse a divinis, sententiis implicatum*, refert Anonymus Leobiensis. Vacante post ipsum anno 1332. Sede Aquilejensi, *constitutos a Papa Procuratores ad neglectum Curiæ debitum exigendum*, idem Leobiensis Anonymus testatur. Hoc æs alienum solutum a Bertrando, ex ejus Epistola discimus.

(V) AD Annum M. CCC. XLII. hæc habet verba laudatus Anonymus: *Hoc tempore Venerabilis Pater Berthrandus Patriarcha Corpora Beatorum Cleri* (Helari) *qui tertius post Beatum Marcum, Aquilegiensem Ecclesiam gubernavit, & sui Archidiaconi Titiani, cum quibus Felix, Letus*, (Largus) *Dionysius passi leguntur ab Erronio* (a Beronio) *Præside sub Numeriano Principe, apud Aquilegiam devotione celebri transtulit, & ad locum eminentiorem Ecclesiæ venerabiliter elevavit*. Hinc falli Continuatores Bollandi videntur, qui Patriarchæ verba de Sanctis *Patronis* ad sacra referunt Hermagoræ, & Fortunati lipsana in novam arcam translata.

(X) VE-

Raimundus, illud arbitror ipsum quod a Raimundo Patriarcha delineatum fuerat, minimeque perfectum, sub nuncupatione *Fori Raimundi*.

(Z) CONCILIA duo Provincialia Bertrandus habuit. Spectat alterum ad annum 1339. de quo infra agendum: alterius tempus, & acta latent.

III. VERUMETIAM *Synodalia Concilia quasi annis singulis* ab eodem Bertrando celebrata, narrat Auctor Vitæ ejus. Mutilum Actorum exemplum præsto est: quod, cum nulla temporis nota insignitum sit, hoc loco proferimus, ut plura, quæ possumus Sanctissimi Patriarchæ gesta, tenebris eripiamus. " Ad honorem Dei omnipotentis, B. Mariæ Virginis Matris ejus, B. Hermachoræ Martyris Patroni nostri, & omnium Sanctorum. Sanctæ Sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus infrascriptas Constitutiones, olim editas per bonæ memoriæ Dominos Bertoldum, Gregorium, & Raymundum Patriarchas Prædecessores nostros, ad reformationem, honestatem, decorem, & salutem Cleri nostræ Civitatis & Diocesis Aquilegensis, & omnes articulos in eis contentos, ratificantes & approbantes in hac Sancta Synodo de certa scientia innovamus, publicamus, & inviolabiliter universis & singulis præcipimus observari.

IN primis statuimus, ut Catharorum, & aliorum hæreticorum, & omnium excommunicatorum, qui sunt a gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ separati, oblationes & abominabiles hostias nullus Clericorum omnino recipiat, nec admittat eos ad aliqua Ecclesiastica Sacramenta: sed liceat omnibus, eos capere & detinere.

ITEM decernimus, quod nulli hæreticorum receptatorum, defensorum, vel credentium filii vel nepotes de cætero ad aliquod beneficium ecclesiasticum admittantur; alioquin receptus, & recipiens ab officio & beneficio noverit se privatum. Et si hæretici receptatores, credentes, & defensores in sua malitia perduraverint, a feudis Eccle-

tam Prælatos, quam subditos, per se, vel
B quascumque, & quocumque modo exercentes usuras.

ITEM præcipimus, ne quis usurarium absolvat, vel ad ecclesiasticam recipiat sepulturam, nisi pignoratitia vel fidejussoria cautione recepta de universis restituendis usuris. Inter quas novum modum usuræ exprimimus. Quidam enim pecuniam mutuant datis aliquantis induciis, ut recipiant pro ea fruges vel vinum in dupli valore; & deinde multo ampliori vendunt.

ITEM decernimus, ipso jure privatos suis beneficiis omnes Ecclesiasticos, tam Prælatos, quam subditos, per se, vel quascumque personas pro seipsis, vel alio quocum-
C que modo usuras, vel novalia exercentes.

ITEM tabernas, & incantationes omnes in Cimiteriis interdicimus. (*Additio D. Gregorii.*) Alioquin vendentes, & ementes Canonicæ subjaceant ultioni.

ITEM statuimus, ut a crapula & ebrietate omnes Clerici diligentius abstineant, officia vel commercia secularia non exerceant, maxime inhonesta.

ITEM statuimus, ut nullus Clericus, aut Sacerdos tabernarii officium exerceat, vel tabernas intret, nisi in itinere constitutus; alioquin ab officio suspendatur.

ITEM præcipimus sub pœna suspensionis, ut nullus Clericus incantationes audeat exercere. Liceat tamen eis pro necessitate sua,
D & familiæ suæ aliquid emere; ita tamen quod res empta ad venditionem nullatenus convertatur.

ITEM in Villis, in quibus resident Plebani, vel Sacerdotes, vel Vicarii; in Civitatibus, vel burgis, cum Eucharistia portatur ad infirmum, Presbyter cum Superpellicio, superposito mundo velamine, ferat manifeste & honorifice ante pectus cum omni reverentia, semper campanula & lumine præcedentibus, cum sit splendor lucis æternæ.

ITEM Sacerdos quilibet doceat frequenter plebem suam, ut cum in celebratione Mis-

„ servetur; & ut Eucharistia quolibet die Dominico renovetur, quæ ad opus infirmorum fuerat reservata; & ut in majori quantitate de vino ponatur in Sacrificio, quam de aqua.

„ ITEM quilibet Plebanus in plebe sua instrumentum aptum habeat ad hostias componendas. Item Eucharistia nulli ministretur, nisi confesso, vel nisi testimonium recipiat ab eo, cui confiteri de jure potuit, quod sit confessus.

„ ITEM in Exequiis & vigiliis funerum, sive fiant in Ecclesiis, quod tamen prohibemus, nisi in necessitate, ut in advenis, & talibus qui hospitium habere non possunt; sive in domibus, sub pœna excommunicationis fieri prohibemus . . . & ludos jocosos, & comicas . . . . porticibus Ecclesiæ: potius enim sunt abominatio, quam ludi; cum sit locus & speculum mortis & luctus . . . .

„ ITEM volumus, ut omnes contrahant Matrimonium in facie Ecclesiæ, nec aliquis audeat uxorem suam relinquere: quod si fecerit, solvat Ecclesiæ XL. denarios pro qualibet vice; & nihilominus ad uxorem recipiendam, tam spiritualiter, quam temporaliter compellatur. Et si forte ipsorum Domini eos defendere voluerint vel tueri, eos Ecclesiastica censura decernimus ferien-

B non contraherentur, haud satis constat. Cœmeteriis servandus honos indicitur: adeoque vetant Patriarchæ, fieri in eisdem *incantationes*, quæ & *incanta* atque *incanti* dicuntur, seu auctiones licitationesque. Rejiciuntur usuræ, pœna plectuntur usurarii, ac ementiti improbantur tituli, quos ad lucra facienda obtendebat prava cupiditas hominum. De hac peste in Italia post seculum X. aut XI. grassante Dissertationem habet Muratorius inter Italicas medii ævi Antiquitates Tomo I. Illustratas. Hæretici denique cohibentur decretis instauratis, quæ pridem tulerant Lateranensia Concilia, tertium anno 1179. & quartum anno 1215. celebratum, ac Gre-

C gorius IX. Pontifex anno 1231. apud Rainaldum. Proprio nomine memoratos legimus *Catharos*, veterum Manichæorum germen. E Bulgaria luem istam erupisse duodecimo seculo in Italiam, aliasque Europæ regiones, narrant Historici. Præcipuas hujusce furfuris hæreticorum sectas, eorumque Ecclesias in Italia, diligentissime recenset Rainerius, qui primum Catharorum peste infectus eorumque Episcopus fuit, tum Ordini Prædicatorum nomen dedit, floruitque adulto seculo tertiodecimo. Nondum extinctas hæreseos prædictæ scintillas Bertrandi Patriarchæ tempore, liquido certoque patet.

CAPUT LXXXIX.

Bella gerit Bertrandus. Alberto, & fratribus Goritianis beneficia Aquilejensia confirmat. Eorumdem Comitum stemma. In Episcopi Veronensis interfectores legibus animadvertit. De Civitate & Provincia Vindo-græcii.

I. NIHIL antiquius inerat animo Bertrandi, ad Aquilejensem Cathedram evecti, quam ut jura Aquilejensis Ecclesiæ nimium minuta, ac pene labefactata pro virili adsereret, ac tutaretur. Labores improbos in hanc rem insumptos, difficillima itinera confecta, gestaque bella satis innuit

D ipse in Epistola, quam superiore Capite recensuimus, notisque illustravimus.

PRÆLIA pergimus memorare, quæ gessit ille *contra Johannem* (Joannem-Henricum) *Comitem Goritiæ*, teste Anonymo Leobiensi ad Annum 1334. Gravior belli moles in Caminatem conversa. Belli exitum ac Rizardi excessum

„ bitem veneno extinctum, publica fuit opi-
„ nio.„

Hanc Illustris familiæ lineam Rizardo sublato recisam, ipse testatur in superiore Epistola Bertrandus. Latiore calamo stirpem illustrant Cortusii in Codice Collaltino. Hæc eorum proferre verba satis fuerit. " Ex illa
„ die defecit Nobilis progenies illorum de Camino, qui quondam Tarvisio fuerant dominati. Nam Gerardus a primo alio Gerardo dominium habuit in Tarvisio, qui fuerat omnibus gratiosus. Post eum Rizardus ejus filius, qui propter stupra commissa gladio est peremptus. . . . cui successit Guecelus alter filius: qui etiam ab occisoribus fratris fuit expulsus de Tarvisio. Receperat enim Viridem De la Scala in nurum: & exinde illam refutaverat, quasi indignam suo sanguini conjungi debere; propterquod per Scaligerum de Feltro expellitur, ubi tunc dominabatur: & obiit Serravalle. De quo etiam Rizardus filius ejus per prædictum expellitur. Sed rediens ad mandata Scaligeri, supradictam uxorem duxit: & per Albertum, & Mastinum restitutus est ad pristinum dominium Serravallis. Quo quidem mortuo Domina Viridis De la Scala illius hereditatem apprehendit nomine Filiarum. Ex descendentibus namque Viri Nobilis Biachini de Camino extant duo fratres, Rizardus, & Gerardus, qui se Venetis conjunxerunt, & Venetiarum Nobiles facti sunt.„ Biachinum, quem etiam Biaquinum vocant, *filium* fuisse *Gerardi*, adnotat Julianus in Chronico ad Annum M.CC.LXXII. ipsumque *fratrem Vecellonis, & Gabrielis* de Camino exhibet Documentum anno M. CC. XI. confectum apud Pilonum in Historia Bellunensi.


Fœdera cum Venetorum Republica eodem anno 1335. percusserant Florentini, ut Mastini Scaligeri vires frangi possent, qui cum plures Venetiæ continentis ac Langobardiæ Civitates, atque Lucam suæ potestati subjecisset, reliquam Hetruriam affectabat. Florentinorum cum Venetis fœdus Benedictus Papa XII. gratum habuit, commendavitque: datisque ad Bertrandum epistolis, ad sancienda adver-

„ XXXVIII. Indictione VI. die XXV. Mensis Februarii; præsentibus Venerabilibus Viris Dominis Fratribus, Giberto Mosacensis, Odorico Bellenienfis, Monasteriorum Abbatibus, Guillelmo Decano, Morando de Porciliis, Johanne de Antibaro, Ambrosio & Conrado De la Turre, Canonicis Aquilegensibus; ac Nobilibus Viris Dominis, Bartholomæo de Spimbergo, Friderico de Savorgnano, Johanne & Girardo de Cucanea, Henrico de Prampergo, Philippo de Portis de Civitate Austriæ, Jacobo de Cormons, Marquardo de Lavant, Hervardo de Goriach, & Maynardo de Floyana, Militibus; Henrico Ossalto, & Francisco de Strasoldo, Galvano de Maniaco, Georio de Duino, Gabriele de Prata, Francisco de Manzano, Nicolussio de Villalta, Alberto Scriba de Goritia, & Paulino quondam Magistri Johannis de Mutina Notario Domini Patriarchæ infrascripti testibus, & aliis pluribus. Ascendens ad præsentiam Reverendi in Christo Patris, & D. D. Bertrandi Dei gratia Sanctæ Aquilegensis Ecclesiæ Patriarchæ, Magnificus & potens Vir D. Albertus Comes Goritiæ, requisivit eumdem Dominum Patriarcham, ut ipsum pro se & Fratribus suis Comitibus Goritiæ investire dignaretur de feudis suis, quæ habuerunt sui Prædecessores ab Ecclesia Aquilegiensi, & quæ ad Dominum Goritiæ de jure spectant. Qui Dominus Patriarcha, audita ipsius Domini Comitis petitione, eumdem Dominum Comitem per quemdam annulum, ac etiam per Banderiam armaturæ Comitatus Goritiæ, videlicet rubei & albi coloris, manu propria investivit: salvo jure Aquilegiensis Ecclesiæ, ac ejus Subjectorum, & omnium personarum. Dictus vero Dominus Comes, recepta investitura hujusmodi, statim suo & dictorum Fratrum suorum nomine, juravit ad Sancta Dei Evangelia, quod erit fidelis & legalis prædicto Domino Patriarchæ, & Aquilegensi Ecclesiæ: & si sciverit aliquem vel aliquos, quod tractare vel facere vellent contra honorem vel statum ipsius Patriarchæ, vel Ecclesiæ suprascriptæ Aquilegien-

„ ramenti, ut intra Mensem immediate se-
„ quentem, sibi in scriptis tradat quidquid te-
„ net ab Ecclesia supradicta. „

HÆC sequuntur in alio, quod inspeximus, Apographo: *Actum Aquilegiæ in Palatio Patriarchali*. Hunc nullus dubito eumdem esse *usque Successores, Albertus, Meinhardus, Hainricus, Alberti Comitis filii, cum Principibus conformantur*, seu conciliantur.

HINC sequenti Comitum Goritianorum stemma conficiendum delineandumque ordine puto.



C FLORENTI adhuc ætate anno circiter 1336. mortalitatem expleverat Joannes Henricus. Aquilejensia, quibus ipse potiebatur, beneficia Alberto Fratribusque contulit Bertrandus. Rem indubiam faciunt Tabulæ, quas anno 1338. confectas allegavimus. Ipsum *Albertum* memorat, ejusque Fratres Anonymus Leobiensis, nominibus eorum appellatis, *Mainardum*, & *Henricum*. In Stemmate, quod pergimus delineare, Henricum numeramus *quartum*, Albertum *quintum*, & Mainardum *Sextum*: numerandique ratio perspicue patet stemma ipsum conspicientibus. D

VOCAT eos laudatus Anonymus *Alberti filios*. Non alius is fuerit, quam Henrici III. & Mainardi V. frater. Firmiora dabimus infra constitutæ genealogiæ Documenta.

IV. BERTRANDI Patriarchæ gesta repeto. Provinciam ipsi impositam a Benedicto Papa XII. notat Rainaldus ad Annum 1338. num. 29. ut Comitatum Cenetensem viriliter ac potenter (ut ait) ex invasorum eriperet manibus; in eosque Apostolica auctoritate legibusque animadverteret, qui Veronensem Antistitem enecarant.

BARTHOLOMÆUM, de gente Scaligerorum, Josephi filium, patruelem Mastini, Sancti Zenonis Abbatem, ab Canonicorum cœtu anno 1336. electum Antistitem Veronensem, narrat Ughellus. Electionem ejus Blasius Vicentinus Episcopus, facultate sibi facta a Bertrando Patriarcha, firmam ratamque declarat. Pastorem probatissimum Mastinus, suasu *Azzonis de Corrigio* Parmensis, adacto cominus gladio, ante fores Episcopalis domus nihil tale suspicantem crudeliter necat. Iniquissimum facinus anno 1338. *die Jovis 27. Augusti* patratum est. Vehementissime hanc necem doluit Romanus Pontifex. Epistolas VIII. *Kal. Octobris anno quarto* Bertrando Patriarchæ dedit: *quatenus contra eumdem Mastinum, & quoscumque alios tanti reatus sacrilegos patratores, necnon adversus eos qui super hoc culpabiles extiterint, dando auxilium, consilium,*

vel

Volrico Comiti Phannemburgensi Civitatem & Provinciam Vindo-Græcii a Bertrando. Traditionis leges ac pacta ipse narrat Comes in Monumento litteris exarato, quod sæpe laudati Florii diligentiæ debemus. Ad annum spectat 1342. "Volricus Comes de Phannemberg, Mareschallus Austriæ, Carinthiæ Capitaneus, harum serie profitemur: quod „ Reverendus in Christo Pater D. Bertrandus, Dei gratia Sanctæ Sedis Aquilegensis „ Patriarcha, Castrum, Civitatem, & Provinciam in Windischgratz, ad . . . Patriarcham & Ecclesiam Aquilegensem spectantem, earumque custodiam nobis commisit. „ Pro qua custodia nobis de speciali gratia . . . . „ redditus ipsius Provinciæ, ad ipsum D. Patriarcham spectantes, usque ad tres annos „ a die præsentium computandos trad. . . . „ Elapso vero trium annorum spatio, singulis annis pro commissione dictæ Provinciæ,

„ tanquam suam: &, quando ad ipsam voluerit accedere, vel modo aliquo visitare. „ In quorum testimonium has nostras litteras „ jussimus nostri sigilli appensione muniri. „ Datum in Terra Venzone XV. Maii, anno Domini Millesimo CCC. quadragesimo „ secundo, Indictione decima.„

C VINDO-GRÆCIUM, vulgo Windischgratz, urbs est Inferioris Stiriæ, neque procul a Carinthiæ confiniis abscedit. Litterarum, quas descripsimus, exemplum desumptum dicitur anno 1349. a *Petro olim D. Francischini de Fosdenova* publico Notario, auctoritatem interponente *Reverendo in Christo Patre D. Nicolao Dei gratia Archiepiscopo Jadrensi*, *Reverendi in Christo Patris D. Bertrandi ejusdem gratia Sanctæ Sedis Aquilegensis Patriarchæ Vicario Generali*. Antistitem itaque novimus, qui spiritalia in Aquilejensi Provincia exercebat munera, Bertrando difficillimis negotiis curisque implicito.

CAPUT XC.

Ecclesiam Utinensem amplificat Bertrandus, translata Præpositura S. Odolrici. Distribuit in Regiones Provinciam Forijulii. Præpositi dignitatem peremptorio decreto abolet in Ecclesia Civitatensi. Synodum Aquilejæ Provincialem celebrat. Profusam sumptuosamque damnat vestium vanitatem.

I. INTER bellorum motus, gravesque plurimas animi curas, Ecclesiarum incrementa, morumque disciplinæ instaurationem solicite seduloque provehebat Bertrandus: ipsiusque Forijulii Provinciæ augendis emolumentis consulebat. Collegiatam, ut ajunt, declaravit Utinensem Majorem Ecclesiam titulo Sanctæ Mariæ nuncupatam, cumulavitque proventibus ex adjuncta Sancti Odolrici prope Tiliaventum Præpositura: ad eamque transtulit ipsius Præposituræ Canonicos, Præpositumque deinceps Decani nomine appellandum constituit. Tabulas vulgavit Jo. Franciscus Madrisius in Appendice Operum S. Paulini Aquilejensis: easdemque hoc loco integras proferre, pretium operæ existimamus.

D „ Bertrandus Dei & Apostolicæ Sedis gratia „ Sanctæ Sedis Aquilegensis Patriarcha ad perpetuam rei memoriam. Inter alias solicitudines nostras, illa potissimum mentem nostram perurget, ut in Ecclesiis nostræ ordinationi concessis, & in locis insignibus constitutis, cultus divinus, sicut excrevit populus, augeatur. Dudum siquidem piæ memoriæ Innocentius Papa Quartus Patriarchæ Aquilegensi Prædecessori nostro, proprio nomine non expresso, Apostolicas concessit litteras in hac forma. „ *Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri . . . . . Patriarchæ Aquilegensi salutem & Apostolicam benedictionem. Cum sicut in nostra proposuisti præsentia constitutus: Di-*

noverit incursurum. Datum Lugduni XII. *Kal.*
Augusti, Pontificatus nostri anno tertio." Quia
„ igitur, inundantibus supradictum Prædecef-
„ forem, & alios Successores ejus qui fuerunt
„ usque ad nos negotiis, nullus eorum nego-
„ tium hujusmodi annexionis ad effectum de-
„ duxit: nos quamvis in promotionis nostræ
„ ad dictam Ecclesiam Aquilegensem redde-
„ ret eorumdem negotiorum inundatio non
„ minus attonitos, excitati frequentibus Cle-
„ ri & populi exhortationibus, intendere cœ-
„ pimus unioni seu annexioni jam dictæ. Et
„ habito super hoc cum dilectis Filiis Canoni-
„ cis nostris & Capitulo Ecclesiæ nostræ Aqui-
„ legensis prædictæ diligenti tractatu, de ipso-
„ rum consilio & assensu, plebem seu Matri-
„ cem Ecclesiam Sancti Odolrici dictæ Terræ
„ Utini nostræ Diocesis, quæ nunc sub Beatæ
„ Mariæ vocabulo nuncupatur vulgariter, &
„ eam de cætero sic nuncupari decernimus,
„ ubi divina gratia favente multitudo excre-
„ vit fidelium, Collegiatam ordinaria aucto-
„ ritate erigimus, & perpetuo Collegiatam
„ esse decernimus. Eique Præposituram Ec-
„ clesiæ Sancti Odolrici juxta Tulmentum ejus-
„ dem nostræ Diocesis, seu Ecclesiam ipsam
„ cum omnibus juribus & pertinentiis suis tam
„ eadem auctoritate ordinaria, quam etiam
„ Apostolica supradicta, qua fungimur in hac
„ parte, incorporamus, annectimus, & uni-
„ mus: atque de loco, ubi sita est, pro eo-
„ quod ibi non est tuta, ad dictam Terram
„ Utinensem, quæ insignis est & per Dei gra-
„ tiam bene tuta, transferimus, & de cæte-
„ ro translatam censemus manere. Statuen-
„ tes, & ordinantes, quod eadem Ecclesia San-
„ ctæ Mariæ Utinensis Collegiata per nos, ut
„ præmittitur, cum adjectione dictæ Præposi-
„ turæ, & iis quæ inferius eidem adjicimus,
„ de novo erecta; deinceps extincto nomine
„ Custodis, qui erat Major in ea, per Deca-
„ num, qui Caput sit Capituli, & de obven-
„ tionibus duplicem portionem recipiens ani-
„ marum curam habeat, de cætero guberne-
„ tur, eodem Custode, Francisco scilicet,
„ quoad vixerit, Canonico remanente: ita

B „ bus solitis. Eis autem cedentibus, vel de-
„ cedentibus, tam dicti Francisci Præpositi,
„ quam eorumdem Canonicorum, cedentium
„ vel decedentium, Præbendæ in dictam Ec-
„ clesiam Utinensem Collegiatam perveniant,
„ & eorum Successoribus assignentur: prius
„ tamen eisdem præbendis adæquatis cum præ-
„ bendis, quæ erant antea in dicta Ecclesia Uti-
„ nensi. Ad hæc quia deficiunt in eadem Ecclesia
„ Utinensi officia necessaria, sine quibus nec ho-
„ norifice, nec congrue stare potest, Sacristia
„ videlicet, & etiam Cantoria: nos pensatis
„ omnibus, quæ attendenda sunt in talibus,
„ & exquisitione diligenti præhabita, Plebem
„ sive Ecclesiam Sancti Joannis Evangelistæ de
C „ Variano ejusdem nostræ Diocesis ad ordina-
„ tionem nostram similiter spectantem, in qua
„ sunt Plebanus & Clericus, auctoritate ordi-
„ naria, de dictorum Capituli & Canonico-
„ rum nostrorum consilio & assensu, ipsi Ec-
„ clesiæ Utinensi annectimus & unimus: &
„ eosdem, Plebanum mutato nomine Sacri-
„ stam, Clericum vero Cantorem ejusdem
„ Ecclesiæ Utinensis de novo creamus; ita
„ quod ipsi, Sacrista, & Cantor, habeant &
„ percipiant fructus & redditus ipsius Plebis,
„ sicut hactenus perceperunt. Ne autem cu-
„ ram populi seu alia spiritualia, tam in ipsa
„ Plebe, quam in jam dicta Ecclesia Sancti
„ Odolrici juxta Tulmentum negligere videa-
D „ mur: decernimus & ordinamus, quod in utra-
„ que earumdem unus perpetuus existat Vica-
„ rius, Presbyter videlicet, qui per nos &
„ Successores nostros instituatur, & destituatur
„ ibidem, quoties fuerit opportunum. Alii ve-
„ ro Presbyteri Titularii, sive filiarum Eccle-
„ siarum dictarum Plebis & Ecclesiæ, in suis
„ prioribus remaneant juribus: quorum etiam
„ institutionem, & destitutionem nobis, &
„ eisdem Successoribus reservamus. Insuper,
„ cum sicut ad nostram pervenit notitiam, bo-
„ næ memoriæ Gregorius Prædecessor noster
„ ex certis causis non justis, nec rationabilibus
„ medietatem reddituum Ecclesiæ supradictæ
„ S. Mariæ Utinensis, quæ Plebs S. Odolrici
„ tunc temporis vocabatur, eidem Ecclesiæ
suif-

„ consistere dinoscatur, auctoritate ordinaria, „ de consilio tamen & assensu nostri Capituli „ memorati, ad jus & proprietatem ejusdem „ Ecclesiæ Utinensis revocamus: decernentes, „ quod de fructibus & obventionibus ipsius me- „ dietatis fiant duæ portiones æquales, qua- „ rum una inter Decanum & Canonicos resi- „ dentes, qui tamen divinis Officiis interfue- „ rint, pro quotidianis distributionibus divi- „ datur; de altera vero quatuor constituantur „ Præbendæ pro quatuor Canonicis, videlicet „ Tristano nato Frederici de Savorguano, Ni- „ colao Gabrielis quondam Henrigini de Pi- „ storiis de Cremona, Francisco Missotti de „ Meduno, & Raymundino Jacobini de Pa- „ hona, Clericis Utinensibus. Quos ex nunc „ ad prædictas Præbendas ultra numerum con- „ suetum, ibidem Canonicos de novo consti- „ tuimus, & creamus. Insuper statuendo de- „ crevimus, quod quotiescumque dignitas De- „ canatus in Ecclesia prædicta Utinensi vaca- „ bit, electio Decani ad Capitulum ipsius Ec- „ clesiæ spectet, confirmatione tamen ipsius „ nobis in omnibus reservata. Porro quando „ continget, Decanum vel aliquem Canoni- „ cum Ecclesiæ prædictæ Utinensis decedere, „ fructus & obventiones primi anni post ipsum „ decessum integraliter, sicut si viverent, & „ divinis Officiis interessent, pro Anniversa- „ rio in ipsa dumtaxat Ecclesia celebrando per „ Capitulum, debeant reservari. Et de ipsis „ aliquæ possessiones emantur, quarum reddi- „ tus & proventus singulis annis inter Deca- „ num, & Canonicos Anniversario interessen- „ tes fideliter dividantur. In quorum omnium „ testimonium præsentes litteras, seu publicum „ Instrumentum per Petrum Johannis de Paho- „ no Notarium infrascriptum scribi & publicari „ mandavimus, & nostro sigillo pendenti mu- „ niri. Datum, & Actum in prædicta Ecclesia „ Utinensi sub anno Nativitatis Dominicæ M. „ CCC. XXXIIII. Indictione II. præsentibus „ Venerabilibus & Discretis Viris, D. fratre „ Joanne Abbate Monasterii Rosacensis, & D. „ fratre Giberto Abbate Monasterii Mosacen- „ sis, Diocesis præfatæ Aquilegensis; D. Guil- „ ... Rectore Ecclesiæ S. Martini de Mon- „ te Egino, Capellanis ipsius Domini Patri- „ archæ; D. Morando de Porciliis Canonico „ Aquilegensi, ac Dominis Odorlico de Cu- „ chanea, Hectore de Savorgnano, & Guil- „ lelmo de Grusinpach Militibus; necnon Ge- „ rardo nato dicti D. Odorlici de Cuchanea, „ Federico Savorgnano, & Hermanno & Hen- „ rico fratribus de Carnea, Philippusio & „ Thoma fratribus de Civitate habitatoribus „ Utini; S. Odorlico Notario de Utino, Ma- „ gistro Francisco de Utino Grammaticæ pro- „ fessore, Magistris Bonaventura & Manino „ Physicis de Utino; & aliis quampluribus, „ tam Clericis, quam Laicis, in multitudine „ copiosa ad præmissa vocatis specialiter & ro- „ gatis Die XXIII. Mensis Decembris, anno „ Nativitatis Domini, & Indictione supradi- „ ctis. Et ego Petrus Joannis de Paono, Cle- „ ricus Tervisinus, publicus Apostolica & Im- „ periali auctoritate Notarius, prædictis om- „ nibus & singulis, una cum supradictis testi- „ bus, & aliis pluribus præsens interfui: ea- „ que de mandato dicti Reverendi Patris Do- „ mini Patriarchæ, ac rogatus scripsi, & in „ hanc publicam formam redegi, signoque „ meo consueto signavi in testimonium præ- „ missorum.

INSERTÆ Tabulis litteræ Innocentii IV. cum datæ sint XII. *Kal. Augusti*, *anno* Pontificatus ejus *tertio*, ad annum æræ vulgaris 1245. pertinent. Aquilejensem tunc regebat Ecclesiam Pertoldus. Hæc sunt Pontificis verba ad ipsum: *Cum sicut in nostra proposuisti præsentia constitutus*, S. Odolrici Præpositi vota esse, ut ejus Præpositura de loco minus tuto in Castrum Utinense transferretur. An ergo eo anno 1245. interfuerit Lugduni Pertoldus Concilio Generali, quod celebrari die 28. Junii inceperat? Id minime colligitur: idque unum habes, Pertoldum jam *in præsentia* Pontificis aliquando & alicubi *constitutum*, Præpositi Odolriciani vota precesque exhibuisse. Romanum Pertoldi iter memorat Chronicon Aquilejense: quod anno 1244. conficere potuit, antequam Innocentius eodem anno die 7. Junii Roma discederet. Consule Pontificis gesta,

aut alia recipere Sacramenta .... sed apud Ecclesiam inferiorem, quæ nunc dicitur Sancti Volrici. Facile solvi antilogia potest. Temporum nempe decursu, priore S. Volrici aut Odolrici nuncupatione mutata, appellari cœpit Ecclesia S. Mariæ. Idoneum voco testem ipsum Bertrandum: *Plebem*, inquientem, *seu Matricem Ecclesiam Sancti Odolrici dictæ Terræ Utini nostræ Diocesis, quæ nunc sub Beatæ Mariæ vocabulo nuncupatur vulgariter, & eam de cætero sic nuncupari decernimus*. Eamdem ornat ille prærogativis, Collegiatamque declarat: eidem *annectit*, & *unit* juxta Pontificium Decretum *Præposituram Ecclesiæ Sancti Odolrici juxta Tulmentum*. Odolricianæ prioris Utinensis Ecclesiæ Rector dicebatur *Custos*; ipsumque imposterum appellandum *Decanum* constituit; ejusdemque *Præposituræ Canonicos* ad Ecclesiam *Sanctæ Mariæ* Utinensem transfert. Sacristæ, Cantorisque munia adjungit: additisque proventibus, *quatuor ultra numerum consuetum ibidem Canonicos de novo creat*. Narrat Auctor Vitæ Bertrandi Capite I. *numero Canonicorum octonario duplicato*, Utinensem auctam exornatamque Majorem Ecclesiam. Quatuor scilicet, ad Præposituram S. Odolrici pridem pertinebant: quatuor ipse Bertrandus instituit: octo jam antea sacra persolvebant officia sub Custode.

II. PROVINCIÆ Forijulii, quam interni externique motus nimium afflictaverant, incolumitati ac securitati prospiciendum Bertrando fuit. Utini insequente anno 1335. celebrata Comitia: in quinque Regiones ipsa Provincia distributa, ad rebellionem proni homines lata sententia cohibiti, subditi fideles cumulati beneficiis honoribusque. Tabularum partem proferre liceat. " In Nomine Domini „ Amen. Anno ejusdem Nativitatis Millesimo „ Trecentesimo Trigesimo quinto, Indictio„ne tertia. Infrascripta sunt facta in Collo„quio Generali celebrato Utini per Venera„bilem Patrem & D. D. Beltrandum misera„tione divina Sanctæ Sedis Aquilegensis Pa„ Hujus Quinterii sit Capitaneus D. Nicolaus „ de Castello, & ejus Consiliarii sint D. Hen„ricus de Strasoldo, & D. Paleas de Varmo; „ pro primo mense tantum tam Capitaneus, „ quam Consiliarii modo simili duraturi. Ter„tius Quinterius est Terra Utini cum toto „ eo, quod est citra fluvium Turris & Ju„drii, & citra Stratam-altam usque Colloretum, „ Mels, Pers, & S. Danielem exclu„sive, & usque Tulmentum: & hujus Quin„terii Capitaneus sit pro primo mense, ut „ prædictum est, D. Federicus de Savorgna„no; & Consiliarii sui sint D. Odoricus de C „ Villalta, & D. Federicus de Morucio. „ Quartus Quinterius sit Terra Glemonæ cum „ Tercenio, & quidquid est ultra Colloretum, „ Mels, Pers, & S. Danielem inclusive, & „ cum Carnea & Canali Clusæ: & hujus „ Quinterii sit Capitaneus D. Artuicus de „ Prampergo modo prædicto pro primo men„se; & Consiliarii sui D. Asquinus de Collo„reto, & D. Coradella de S. Daniele. Quin„tus Quinterius sit totum id, quod est ultra „ Tulmentum: & hujus Quinterii sit Capita„neus pro dicto tempore tantum unius men„sis D. Regonea de Spilimbergo; & Consi„liarii sui sint D. Brisolea de Porciliis, & Ni„colaus de Prata.

D TUM de rebellibus agitur, quos *ad perpetuam memoriam & confusionem, & ruborem eorum, tanquam proditores Ecclesiæ Aquilejensis pingi*, jubet Patriarcha, *in Palatiis Patriarchalibus Aquilegiæ, Civitatis, Glemonæ, Utini*. Hisce quatuor Patriarcharum Palatiis adde quintum, quod in vetustis chartis *Castrum & Palatium Montisfalconis* appellatur.

III. ECCLESIARUM negotia repeto, quæ diligentiore studio curabat Bertrandus. Dignitatem Præpositi, quæ in Ecclesia Civitatensi adhuc vigebat, peremptorio censuit ille abolendam Decreto. Ipsam Præposituram anno 1253. primus extinxerat Gregorius de Montelongo: amplissimosque proventus ita distribuendos indixerat, ut pars cederet Patriarchæ, parte

dia ad aliquot annos possidenda traduntur.

Jurgiis & scandalis frequentem Præpositura præbebat ansam. Originem tolli debere, decrevit Bertrandus: adeoque Præpositi dignitas omnino sublata; proventuum parte duodecim Clericis junioribus, instituendo Cantori parte alia, residuoque Canonicorum cœtui adsignatis. Conscriptas Tabulas in lucem profero, ut vetusta noverint Ecclesiæ suæ ornamenta Civitatenses. " Sanctæ Sedis Aquile-
„ gensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus ad
„ perpetuam rei memoriam. Solicitudinis no-
„ stræ debitum tunc demum in Ecclesiis no-
„ bis subjectis uberius exercemus, cum divi-
„ ni nominis cultum propensius ampliamus,
„ futuris periculis providendo, & remotis scan-
„ dalis pacem optatam nostris subditis relin-
„ quendo. Sane ad audientiam nostram pro-
„ moventibus Dilectis nostris, Guidone Deca-
„ no, Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ Sanctæ
„ Mariæ Civitatis Austriæ nostræ Aquilegensis
„ Diocesis quamplurіes est productum: quod
„ in præfata Civitatensi Ecclesia, quæ a lon-
„ go tempore citra, post nostram ordinariam
„ potestatem, per Decani officium ex ordina-
„ ria dispositione pastoris est juvante Deo in
„ spiritualibus salubriter recta, & in tempo-
„ ralibus prudenter & utiliter gubernata; di-
„ gnitatis Præpositura sine alicujus administra-
„ tionis titulo nomen remansit in vanum.
„ Propter cujus nomen præteritis temporibus,
„ sicut experientia docuit, nedum in Civita-
„ tensi Clero, sed etiam (quod periculo-
„ sius fuit) in populo insurrexerunt scan-
„ dala, contentiones, & rixæ. Nam præfa-
„ tis, Decano, & Præposito, de pari conten-
„ dentibus contra intentionem & ordinationes
„ nostrorum Prædecessorum, visa sunt in eo-
„ dem corpore duo capita monstruosa. Qua-
„ propter desiderantes id, quod super hoc per
„ aliquos Prædecessores nostros cœptum fue-
„ rat, feliciter consummare, ut cujuscumque
„ scandali seu dissensionis materia radicitus am-
„ putetur, nostro Aquilegensi Capitulo coram
„ nobis in loco, ubi antiquitus in Aquilegen-
„ si Ecclesia Capitulum fieri consuevit, ad in-
„ feriorem dispositionem specialiter congre-

„ dem Capitulo deliberatione matura, de ip-
B „ sius consilio & assensu, per hanc nostram or-
„ dinationem, præfatam Præposituram Civi-
„ tatensis Ecclesiæ, ipsiusque nomen extin-
„ guimus, & de ipsa Ecclesia perpetuis tem-
„ poribus removemus; de fructibus, rediti-
„ bus, & obventionibus ipsius Præpositura se-
„ cundum modum, qui sequitur, disponen-
„ tes. Primo namque disponimus, & ordina-
„ mus: quod pro duodecim Scolaribus Cleri-
„ cis, majoribus undecim, minoribus vero vi-
„ ginti annorum, qui sint bonæ indolis & be-
„ ne apti ad divinum officium addiscendum,
„ per dictum Capitulum eligendis infra unius
„ mensis spatium, postquam Præposituram
„ præfatam quomodolibet vacare contigerit,
C „ & in dicta Ecclesia vacatio nota fuerit, de
„ prædictis reditibus & proventibus præfatæ
„ Præpositurae duodecim constituantur Præsti-
„ moniæ, vel Præbendæ: qui Præbendarii no-
„ minentur Clerici Beatæ Mariæ. Ita videli-
„ cet ut quilibet prædictorum duodecim Sco-
„ larium, qui horis Canonicis in Ecclesia præ-
„ dicta psallendis interfuerit, singulis die-
„ bus recipiat duodecim denarios parvos usua-
„ lis monetæ: pro singulis autem horis quibus
„ defuerit, eidem de prædictis duodecim de-
„ nariis parvis tantum detrahatur pro rata,
„ quantum de quotidianis distributionibus pro
„ rata horarum detrahitur Canonicis & Man-
„ sionariis, qui divinis Officiis non intersunt:
„ & eo modo & forma prædicti Scolares repu-
D „ tentur præsentes, & excusentur absentes,
„ quibus Canonici & Mansionarii excusantur,
„ & secundum statuta & consuetudines Civi-
„ tatensis Ecclesiæ pro præsentibus reputan-
„ tur. Insuper quia in eadem Civitatensi Ec-
„ clesia pro divini cultus decore necessarium
„ videtur officium Cantoriæ; disponimus et-
„ iam & ordinamus, quod infra mensem,
„ postquam Præpositura prædicta vacaverit;
„ & sic deinceps, eligat Capitulum unum de
„ ipsius Capituli corpore, qui Canonicus sit
„ Præbendatus, si reperiatur ibidem idoneus,
„ in Cantorem: cui de fructibus, & proven-
„ tibus Præpositurae præfatæ, singulis diebus
„ quibus in eadem Ecclesia horis Canonicis in-

» tempore fuerit, ea vice libere devolvatur.
» Residuum vero dictorum proventuum præ-
» dictæ Præpositure, quod solutis dispendiis
» præfatorum Scolarium & Cantoris superfue-
» rit, in quibuscumque juribus vel rebus con-
» sistat, post vacationem prædictam assigna-
» mus, unimus, & incorporamus Canipæ Ci-
» vitatensis Capituli supradicti, convertendum
» dumtaxat in quotidianas distributiones,
» quæ nunc per integrum annum propter de-
» fectum proventuum dicti Capituli interes-
» sentibus divinis Officiis sufficienter mini-
» strari non possint, ut sic de cætero dicta-
» rum distributionum cursus per totius an-
» ni circulum compleatur. In quorum om-
» nium testimonium, & perpetuam firmita-
» tem mandavimus, per Paulum Curiæ no-
» stræ Notarium unum, & plura fieri hujus
» tenoris publica Instrumenta: & præsens In-
» strumentum nostri, & præfati Capituli no-
» stri sigillorum appensionis munimine robo-
» rari. Acta fuerunt omnia supradicta in
» nostro Aquilegensi Capitulo in die Purifi-
» cationis Virginis gloriosæ, videlicet die se-
» cundo Mensis Februarii, Anno Dominicæ
» Nativitatis Millef. Trecentesimo Tricesi-
» mo-octavo, Indictione sexta: præsentibus
» Venerabilibus Viris Dominis, Fratre Gi-
» berto Abbate Mosacensi, Jacobo de Car-
» rar. Canonico Tervisino Decretorum Do-
» ctore, Brundulino Scolastico, & Joannino
» Mansionario ejusdem Aquilegensis Eccle-
» siæ, Guibertino de Novaco Notario præ-
» dicti Domini Patriarchæ, & aliis pluribus
» vocatis testibus & rogatis. Ego Paulus quon-
» dam Magistri Joannis de Mutina publicus
» Imperiali auctoritate Notarius, ejusdemque
» Domini Patriarchæ & ejus Curiæ Officialis &
» scriba, dum prædicta omnia agerentur, præ-
» sens fui: eaque de mandato prædictorum
» Dominorum Patriarchæ, Canonicorum,
» & Capituli Aquilegensis scripsi, & publi-
» cavi, meoque signo consueto signavi roga-
» tus.

PRÆPOSITURÆ hujusce Civitatensis ex-

jensi Synodo. Saluberrima quæ lata fuerunt decreta, Antistitum Suffraganeorum numerum, habitæque Synodi tempus paucis declarat Auctor Vitæ Bertrandi Capite 1. num. 4. *Concilium*, inquiens, *Provinciale Aquilegiæ celebravit; ubi utiles Constitutiones edidit, & innovavit antiquas, tam contra Usurarios, bonorumque Ecclesiasticorum invasores, quam contra alios approbatæ a Patribus consuetudinis transgressores: & hoc anno Domini* M.CCC. XXXIX. *die* XXV. *Aprilis. Cui Concilio interfuerunt Episcopi, Paduanus, Feltrensis & Bellunensis, Cumanus, Concordiensis, Vincentinus, Tarvisinus, Emonensis, Justinopolitanus, ac Procuratores Veronensis, Tridentini,* C *Tergestini, Polensis, Cenetensis, & Petinensis; Abbates, Decani, & alii quamplurimi Prælati.*

IN lucem Constitutiones protulit ex Archivo Utinensi Bernardinus Serlius Canonicus Tomo XV. Conciliorum Labbei Venetæ Editionis: easque, nomine proprio suppresso, uberrimis notis illustravit. Editas easdem promulgatasque legimus *in Provinciali Concilio Aquilegensi, in Aquilegensi Ecclesia, die lunæ* 25. *Mensis Aprilis, & die Martis & Mercurii sequentibus*. Dies lunæ anno Christi 1339. inciderat in diem 26. Aprilis, littera Dominicali C. currente. Episcoporum, qui adsuere, nomina hæc sunt: D *Ildebrandinus Paduanus, Garzias Feltrensis & Bellunensis, Benedictus Cumanus, Guido Concordiensis, Blasius Vicentinus, Petrus Trivisinus, Natalis Emoniensis, Joannes Parentinus, Marcus Justinopolitanus:* itemque præsentes fuerunt *Abbates, Ludovicus Sextensis, Odoricus Bellinensis, Bertoldus de Arnolstayn, Omnebonus Sanctæ Mariæ in Organis*, qui simul vicem gessit *Oeconomi Capituli Veronensis*. Post necem Bartholomæi Scaligeri, a die 27. Augusti anni 1338. ad annum usque 1343. vacavit Sedes Veronensis: notatque Ughellus, Martinum Archipresbyterum S. Stefani electum a Capitulo fuisse Œconomum, cum omnimoda vacantem Ecclesiam admini-

strandi

„ II. Quod Officia divina in omnibus Ecclesiis celebrentur solemniter, & devote. „ III. Quod Constitutiones bonæ memoriæ „ D. Latini Hostiensis Episcopi, olim Apostolicæ Sedis Legati, in omnibus observentur. „ IV. De Sacrilegis capientibus, vel captos „ tenentibus, vel de guerra invadentibus, „ seu interficientibus Dominum Patriarcham, „ vel aliquem Episcopum Aquilegensis Provinciæ. V. De Occupatoribus, & invasoribus jurium Ecclesiasticorum, & bonorum. „ VI. Quod omnes Sacerdotes Provinciæ Aquilegensis ab omnibus, quorum confessiones „ audiunt, specialiter teneantur inquirere, si „ decimas & Quartesia integraliter persolvant „ Ecclesiis. VII. Quod omnes Suffraganei Aquilegensem Ecclesiam singulis annis visitent ex debito juramenti. VIII. De Clericis & Laicis occupatoribus, vel invasoribus „ Ecclesiarum, & jurium Ecclesiasticorum. „ IX. Quod omnes Episcopi, & Superiores „ singula Monasteria sua ad sex menses post „ receptionem hujus Constitutionis visitent, „ & reforment. X. Quod Clerici publice Concubinas tenentes, ipso facto sint suis beneficiis privati. XI. Quod Episcopi, & Superiores providos Pœnitentiarios habeant: & „ casus graviores, quos sibi retinere voluerint, „ declarent in suis Synodis. XII. Quod Prælati in Indulgentiis concedendis non excedant formam Concilii Generalis (*Lateranensis IV. sub Innocentio III. Capite* LXII.) „ nec in aliena Ecclesia, nisi præsentes ibi fuerint, & ad hoc Diocesani consensus accesserit, Indulgentiam aliter concedant. „ XIII. Quod non plures, quam unus, in levando de sacro fonte, vel Chrismatione facienda in fronte, deinceps admittatur. „ XIV. De bannis in Ecclesia proponendis, antequam matrimonia contrahantur. XV. De „ forma cautionis recipienda ab Usurariis. „ XVI. De Instrumentis in fraudem usurariam in aliorum persona confectis: & coram „ quibus restitutiones usurarum, seu absolutiones fieri debeant. XVII. De Fideicommissariis, & executoribus Testamentorum, „ & de Notariis Testamenta scribentibus.

B

„ moniales habeant. XXIII. De Apostatis „ non recipiendis ad Officia divina, vel ad „ Ecclesiastica Beneficia. XXIV. De infantibus non tenendis in lecto. XXV. Modificatio Constitutionis (Horribilium scelerum,) „ de morte & captione Prælatorum loquentis. „ XXVI. Moderatio, & declaratio Constitutionis (Quia nonnullos,) de occupatoribus, „ & invasoribus bonorum Ecclesiasticorum loquentis. XXVII. Quod Suffraganei super „ his, hoc est, homicidiis, quæ in sua jurisdictione commissa fuerint, possint delinquentes absolvere a sententiis latis per Concilia Provincialia. XXVIII. Quod contra „ laicos injuriantes Ecclesiasticas personas, & „ bona eorum occupantes, Ecclesiasticus judex procedere possit, tanquam Judex competens. XXIX. Quod Provinciale Concilium „ de biennio in biennium in crastinum Sancti „ Marci in Aquilegensi Ecclesia celebretur: „ & quod Prælati venientes ad Concilium nihil donent Patriarchæ, vel familiaribus suis, „ & moderatam ducant familiam. XXX. De „ Exequiis celebrandis pro anima Patriarchæ, „ vel alicujus sui Suffraganei decedentis. „

C

V. ECCLESIASTICA pro virili instaurata disciplina, valida quoque cohibendam manu censuit vigilantissimus Patriarcha profusam sumptuosamque vestium ac ornamentorum vanitatem, quam delicatuli homines feminæque inducebant. Habita Provinciæ Comitia anno 1342. in Civitate Austria: delecti Consiliarii, qui rei momentum diligentius excuterent: prudentissima demum lata edicta. Tabularum apographum Philippus a Turre, Episcopus Adriensis, in Civitatis Archivo servandum tradidit: quod inde erutum subjicio, cum alio collatum exemplari, emendatumque.

D

„ Sanctæ Sedis Aquilegensis Dei gratia Patriarcha Bertrandus, dilectis Fidelibus nostris, Gastaldioni, & Consilio nostræ Civitatis Austriæ, salutem & gratiam nostram. „ Cum pridie in Generali Colloquio in Civitate Austria Prælatorum, Nobilium, & Ministerialium, & Communitatum Forojulii „ celebrato ordinatum fuerit; quod super nimiis superfluitatibus ornamentorum, tam homi-

„ taxat exceptis, audeat portare vel ferre aurum, vel argentum, perlas, duplones aureos (*a*) vel argenteos, nec etiam capucia vel pileos: excepto quod pro manica qualibet possint portare viginti botonos argenti, valoris medii grossi pro quolibet. Item quod nulla mulierum, vel Dominarum, tam nobilium, quam popularium, audeat portare in ornamento capitis perlas, velos aureos & argenteos, nec alia ornamenta: excepta (*b*) trezebia, vel curdella valoris unius Marchæ, & non ultra. Item quod in pannis, & in vestibus non possint portare ornamenta perlarum, auri, vel argenti, vel setæ, velluti, Samiti; nec etiam pannos alios contextos, vel sutos de auro, aut argento, vel seta: exceptis lanzettis, seu maspillis circa pectus, prout maluerunt, & non fiblas. Quæ tamen lancettæ, vel maspilli non excedant valorem unius Marchæ denariorum: salvo tamen, quod ultra hoc possint portare circa Manicas botonos aureos vel argenteos, vigintiquinque pro manica, valoris medii grossi pro quolibet. Item quod pannos earum non possint aliter frisare, vel ornare, nisi cum duplonis aureis vel argenteis, seu seta: qui sint valoris quatuor grossorum pro brachio, & non ultra; ita tamen quod duplicare non audeant ipsos duplonos, & hoc solummodo circa collum, manicas, pectus, & infra prout ipsæ vestes apertæ fuerint, & etiam circa fenestras lateris. Item quod non audeant portare caudam ultra unum brachium in tunica, vel guarnacchia, aut clamide. Item quod non audeant portare cingulos auri vel argenti ultra pondus, seu summam duodecim unciarum: annulos vero auri vel argenti portare valeant ad eorum libitum voluntatis. Et prædicta omnia ordinaverunt dicti Consiliarii una nobiscum, auctoritate totius Gene- gressorum exegerit contumacia, & transgressio manifesta. Mandamus itaque vobis districte præcipientes, quatenus ordinationem prædictam faciatis in plateis dictæ Civitatis voce præconia publice proclamari, ipsam observantes ad plenum: & facientes ab aliis tam hominibus, quam mulieribus inviolabiliter observari. Datum in Castro nostro Utini XXVII. Julii, anno Dominicæ Nativitatis Millesimo Trecentesimo Quadragesimo secundo, Indictione decima. „

BARBARÆ voces obscuriores, quibus Documentum scatet, resque illis subjectæ C declarandæ hoc loco sunt. Pretiosa quædam ornamenta *Militibus* permittuntur, quos ætas illa a peditibus distinguebat militibusque gregariis; erant quippe ex nobili genere prognati, ac militari cingulo insigniti. *Duplonos* intelligo diploides. A *Tricia*, vel *Triza*, hoc est, crinium intextura, dicitur *Trizebia*, vel *Trezebia*, aut *Trezeria*. Est porro *Cordela*, seu tænia, qua crines implicantur, & componuntur. A lanceola dictas puto *Lancetas*. *Maspilli* videntur esse acus (Italice *spilli*) queis mulieres utuntur ad ornatum. Joannes Archiepiscopus Nicosiensis in Constitutionibus anni 1320. Capite 4. apud Cangium in Glossa- D rio ait: *Ut nullus* (Canonicus) *extra domum suam portet guarnacbiam de ante scissam, seu apertam per terram; nec Maspilos de argento seu auro, nisi de panno tantum aut osse:* quo loco Maspili sumuntur pro globulis, qui *Botoni* ab Italis appellantur. Verum præter *Maspilos* memorat etiam *Botonos* Bertrandus, istosque ab illis distinguit. *Fiblæ* sunt *Fibulæ*, quibus vestis subligatur: *botonesque*, globulorum instar efformati, ad fibularum genus pertinent. Denique *Guarnacia*, *Garnacia*, & *Garnacbia* togam significat, aut vestem talarem. Ornamenta vero patent, quæ in Forojuliensi Provincia ævo Bertrandi in usu erant.

(*a*) In alio Exempl. *vel argenteos in vestibus, nec vestes sutas vel contextas seta vel serico, nec etiam cingulos, vel cutellas aut tascbas ornatas auro vel argento.*

(*b*) *trezeria.*

C A-

ctis copiis Ventionum subigere conabantur. Oppidum illud anno 1338. in fidem potestatemque receperat Patriarcha. Adnotationem consule sub littera K. quam ipsius Bertrandi Epistolæ Capite LXXXVIII. appinximus.

PATRIARCHÆ consilio & armis favebat Carolus, Marchio Moraviæ. Dissidium hocce pluribus exponit ille in Commentario de Vita sua. Verba ejus accipe. In Civitate Bellunensi
„ me existente, Patriarcha de Aquileja, op-
„ pressus a Duce Austriæ, & Comite Vero-
„ nensi, qui in campis jacebant prope Vero-
„ nium (*lego*, Ventionum, *aut* Venzonum)
„ in Forojulii, quibus Patriarcha cum gente
„ sua resistere non valebat, misit mihi Epi-
„ stolam in hæc verba. „ *Vobis Illustri Principi Carolo, de progenie Regis Bohemiæ, Marchioni Moraviæ, necnon Militiæ vestræ notifico, quod domus Dominæ Dominarum & Virginis Virginum Aquilejensis per hostes graviter oppugnatur: cui tamen Servitores Dominarum, vel puellarum potius opitulari debent. Ideo rogo vos, & vestros Principes universaliter: quatenus amore Dominæ Dominarum non permittatis, ita ipsius dominium, & bona violari.*
„ Quibus auditis, una cum militibus nostris
„ pene ducentis galeatis, & mille peditibus
„ transivimus per altissimos montes, ubi tran-
„ situs non erat consuetus. Dominus quoque
„ transitum nobis paravit per Senevallem
„ (*Seravallem*) & venimus cum magna dif-
„ ficultate in Diœcesim Aquilejensem: & al-
„ tero die ad Patriarcham, qui congregave-
„ rat gentem suam, & castrametatus est ad
„ nos prope unum flumen contra inimicos suos,
„ qui jacebant ex altera parte rivi, inter nos
„ & eos existentis. Ipsi autem eadem nocte
„ rescifcentes adventum meum, fugerunt: &
„ dispersus est exercitus eorum. Tunc nos se-
„ cuti sumus eos, & obsedimus partem eorum
„ in Castro: ubi jacuimus per multum tem-
„ pus, & impugnavimus sæpius dictum Ca-
„ strum. Ibidem ex nostris multi fuerunt vul-
„ nerati. „ Hæc narrat ille, postquam Margaritæ & Tirolensium conjurationem exposuit in Joannem, ipsius Margaritæ Virum, & Caroli fratrem. Illigandam anno 1340. conspirationem, conjecimus fide allegata Anonymi

jurgia cum Henrico, & Mainardo Goritianis. Inlata Bertrando mors finem illis imposuit. Comitibus adhærebant *Nobiles Viri, Franciscus de Castello & Propeto, Hermacoras De la Turre de Castelluto, Beachinus de Porciliis, Commune Portus-Naonis, illi de Prata, de Brugnera, illi de Civitate Austria, D. Bertoldus & Henricus frater de Spilimbergo, illi de Villalta:* itemque *illi de Morucio, de Tricano, de Cavoriaco, de Colloreto, de Soffumbergo;*
B quos omnes numeratos legimus in Chronico Aquilejensi num. 4. in Appendice vulgato.

GORITIANOS eosdem Comites præfecerant sibi suæque Militiæ Civitatenses. Tabulas cum mutuis partium sancitis conditionibus conscriptas, erutasque ex Archivo Capituli ejusdem Civitatis in lucem emittimus. "In
„ Christi nomine Amen. Anno Domini a Na-
„ tivitate ejusdem Millesimo Trecentesimo
„ Quadragesimo Octavo, Indictione prima,
„ die vigesimo tertio Octobris; congregatis
„ in pleno Arengo hominum & Communis
„ Civitatis Austriæ ad sonum Campanæ, &
C „ voce præconia, ut moris est: Magnifico &
„ potenti Domino Henrico Comite Goritiæ ac
„ Tyrolis, & Advocato Aquilegensis, Tri-
„ dentinæ, & Brixinensis Ecclesiarum, pro
„ se, & Fratre suo Domino Comite Maynar-
„ nardo ex parte una: & Nicolao quondam
„ Vezili Vice-Castaldione, Johanne de Por-
„ tis, & Carsimano quondam Antonii, Pro-
„ visoribus hominum & Communis dictæ Ci-
„ vitatis Austriæ, Consilio, & Comuni ejus-
„ dem Terræ ex parte altera. Prædictæ par-
„ tes unanimiter & concorditer, nemine de
„ Arengo discrepante, nec contradicente, ad
D „ talem concordiam ..... unionem, ligam,
„ & pacta, fide data manuali nomine Sacra-
„ menti hinc inde, & vicissim una pars alte-
„ ri, promiserunt, convenerunt, & ordina-
„ verunt sub hac forma in scriptis hujusmodi
„ tenoris. Notum sit omnibus, & singulis præ-
„ sentes litteras inspecturis: quod nos Henri-
„ cus Comes Goritiæ & Tyrolis pro nobis &
„ Dilecto Fratre nostro prædicto, quem pro-
„ mittimus nos facturos & curaturos omni ex-
„ ceptione remota, quod infrascriptis consen-
„ tiet, & confirmabit tanquam Advocatus

„ ximos & completos. Ita tamen quod prædicti homines & Commune Civitatis prædictæ juramento promiserint, nobis & Fratri nostro prædicto . . . & alteri nostrum astare, adjuvare, & servire contra omnes nostros inimicos, tam præsentes, quam futuros; & modo simili non inchoare aliquam guerram, vel discordiam, neque treguas, vel facere conventionem cum eorum inimicis sine voluntate, consilio, & consensu expresso nostrorum, vel alterius nostrum Comitum, usque ad expirationem dictorum decem annorum. Quæ pacta observentur, & debeant observari per partes prædictas solum in Patriarchatu, & Comitatu Goritiæ. Roborata in testimonium præmissorum cum sigillis nostris Henrici & Fratris nostri Comitis Maynardi, & Communis Terræ Civitatis superius nominatæ. Actum, & datum in Civitate prædicta in Monasterio Sancti Francisci: præsentibus Nobilibus Militibus Dominis, Fridrico de Volchmarch, & Fridrico . . . & Thoma Vorlico de Gremoyan, Ingelberto & Bayarino de Cormon; & Dominis, Rodulpho de Portis, Ulvino de Canusso, Magistro Johanne de Aquilegia, Gregorio de Saciletto, Andriolo . . . . de Venetia, Hernesto, Altrusino de Cor. Friderico Boyano de Civitate, Thomadussio . . . . Minio . . . . Francisco . . . . Antonio Textore, Venura Caligario, Henrico Notario, Antonio Notario, Nascivera Notario, Nicolussio de Civitate, Franciscuto quondam D. Johannis de Muruco, Henrico & Peterosio fratribus, Zuanuto de Antro, Laurentio & Baldo fratribus de Florentia, Franceschino de Parma, Guillelmo de Florentia, & Francischuto quondam D. Chaneti de Utino commorante in Faëdis, testibus, & aliis ad hoc vocatis specialiter, & rogatis. Ego Ulricus de Cancia Imperiali auctoritate publicus Notarius, & Scriba prædicti Comitis Henrici de Goritia prædictis omnibus interfui, & rogatus scribere scripsi.„

FRATRES Goritianos, Henricum, & Mainardum ... Provincia, Proceresque de Valvasono & Cucanea, aliique plures. Inducias obtinuit Sedis Apostolicæ Legatus, ut incalescentes animos componeret, pacemque conciliaret.

IS erat *Guidus*, *Comes Bononiæ de supra mare*, (verba sunt Cortusiorum Libro X. Historiæ Capite I.) *Tituli Sanctæ Luciæ Presbyter Cardinalis. Patavium intravit anno* M. CCC. XLIX. *die* IX. *Martii: postea ivit Venetias, & per Tarvisium ivit in Hungariam*, de pace tractaturus *inter Regem Hungariæ, & Ludovicum maritum Joannæ, Apuliæ Reginæ.* Revertitur *Paduam in anno* (1350.) *sequenti: & Mense Februarii voluit de pace componere* C *inter Duces Goritiæ* (seu potius Comites, Henricum, & Mainardum:) *sed nequiit.*

MAGNA solemnitatis pompa eodem anno peracta est *die* XIV. (*al.* XXIV.) *Februarii* exuviarum Divi Antonii translatio. Sedis Apostolicæ Legatus, qui aderat, *super Arcam Missam celebravit, præsentibus, Domino Patriarcha Aquilejensi, Archiepiscopo Jadræ, Aldovrandino Episcopo Paduæ, Episcopo Veronæ, & multis aliis Episcopis & Prælatis.* Tum eadem in Civitate habitum a Guido Concilium: nihilque sane prætermissum, ut probatissimo Patriarchæ conciliaret Henricum Goritianum. Humilitatem Bertrandi ac mansuetudinem adeo in ea Synodo emicuisse, adnotat Auctor Vitæ ejus Capite II. num. 9. ut *cum multis &* D *variis lacesseretur injuriis, opprobriisque diversis, tamquam mitis silebat, humiliter ori suo digitum superponens.* Mense Majo Synodum habitam diserte narrant Cortusii, Libro citato Capite II. inquientes: inter Patriarcham, & Comitem Goritiæ *erat magna discordia: Coram Domino Legato, & Domino Paduæ, mense Madii convenerunt: & multum fuit de juribus partium disputatum; sed nihil potuit expediri.*

IV. PATAVIO demigravit Bertrandus: Sacilum pervenit, indeque discessit *die sexta Junii*, ut in ejus Vita legitur. Dies erat Dominica illo anno 1350. littera Diminicali C. insignito. Inimicorum copiæ offenduntur *in planitie*

CAPUT XCII.

Henricus Goritianus Ziliolam Carrariensem ducit uxorem. De successore Ecclesiæ præficiendo agitur. Caroli IV. Imperatoris litteræ ad Utinenses. De Patriarcharum serie expungitur Humbertus Delphinus Ordinis Prædicatorum. Ad eam Sedem evehitur Nicolaus. Conlatæ Ecclesiæ possessionem adit. Bertrandi necem ulciscitur: eidemque sacri honores exhibentur.

I. EODEM anno 1350. eodemque mense Majo, quo Patavii dissidia inter Bertrandum, & Henricum Goritianum componere nitebatur Sedis Apostolicæ Legatus, inita ab eodem Henrico fuere sponsalia cum Ziliola, Jacobi Carrariensis filia. Mors Patriarchæ inlata distulit nuptias. Uxor denique ducta brevi cum morte vitam commutavit, prole non relicta. Hæc narrant Cortusii Libro X. Historiæ Capite III. *Prædicto anno* (1350. inquientes,) *Mense Madii, existente Legato Paduæ, Henricus Comes Goritiæ desponsavit Dominam Ziliolam, filiam Magni Jacobi de Carraria: cujus nuptias distulit mors Domini Patriarchæ. Die* VIII. *Junii honorifice ivit Cittadellam, & transiens per Calubrium ducitur Leonicum: quæ post parum tempus obit sine prole.*

II. BERTRANDI nece cognita, *Dux Austriæ* Albertus, *cum uxore*; *& filio*, (Cortusiorum verbis utor) *& magna militia Forumjulii introivit*. Rem eamdem litteris consignatam reliquit Matthæus Villanius Libro I. Historiæ Capite LXXXVI. apud Muratorium Tomo XIV. Scriptorum Italiæ. Facili manu Provinciam subegit ille; *statim enim ad ejus obedientiam fuerunt omnes Castellani, ipsa Aquileja, & Utinum: solum Sacilum noluit obedire, novi Patriarchæ expectans adventum*.

SOLIO Aquilejensi imponendum Albertus curabat *Præfectum* suum *Ducali Scrinio*: quod ex Tomo IX. secretiorum Epistolarum narrat Raynaldus ad Annum M.CCC.L. num. 20.

III. AD Carolum IV. Imperatorem, vacante Sede, Oratorem direxerant Utinenses; præsidium sibi Provinciæque implorantes, donec benevolus Patriarcha Successor sedem conscenderet Aquilejensem. Responsa fecit humanissima Imperator: patrocinium, quod imploraverant, elargitur: Castellorum Provinciæ custodiam commendat; eorumque emolumenta curanda pollicetur in fœderum Tabulis, quæ cum Ducibus Austriæ, Carinthiæque sancire animo moliebatur. Litteras profero.

Die Veneris 23. (25.) *Julii rediit Nuncius missus Domino Imperatori. Et D. Castaldioni atque toti Consilio Utini præsentavit litteras quasdam clausas, infrascripti tenoris, in charta bœdina, sigillatas sigillo quodam de cera rubea cooperto de carta bombycis; in quo sigillo, ut prima facie apparebat, sculpta erat quædam Aquila; & in subscriptione scriptæ erant dictæ litteræ:* " Prudentibus Antianis, Consilio, & „ Communi Oppidi Utini fidelibus nostris di„lectis: " *Et intra dictam litteram desuper tenorem ipsius in duabus lineis erant hæ litteræ:* " Carolus Dei gratia Romanorum Rex „ semper Augustus, & Boemiæ Rex." *Tenor vero dictarum litterarum talis est.* " Fide„les carissimi. De morte felicis recordationis „ Venerabilis Bertrandi, olim Aquilejensis Pa„triarchæ, Principis, & devoti nostri perca„rissimi, tanto amariori cordis compunctio„ne dolemus; quanto nobis & Sacro Roma„no Imperio ipsum fideliorem agnovimus; si„cut hoc quampluries evidentibus accepimus „ argumentis. Verum quia post hujusmodi si„nistri eventus auspicia, Nos vestrum pro„pugnatorem & defensorem elegistis, gratum „ illud & satis acceptum nostra Celsitudo re„cepit. Ad ea semper niti volumus & move„ri continuo, per quæ amica securitate pro„sperari possitis, ac evidentem profectum col„ ligere

„ Præsule diligitis non immerito de fide, & „ legalitatis industria commendari; & condi- „ gnæ retributionis meritum cum ubertate „ gaudii, & affluentis jocunditatis lætitia præ- „ stolari. Dat. Pragæ quarta die Julii, Re- „ gnorum nostrum anno quarto.

IV. SUFFECTUM in Sedem Aquilejensem Papyrius Massonus, & Michaël Pius, ille apud Henricum Spondanum ad Annum M.CCC. XLV. num. VIII. isto de Viris illustribus Ordinis Prædicatorum, nihil hæsitantes narrant, Humbertum Delphinum, qui abdicata anno 1349. ditione Viennensi, nomen Ordini Dominicano dedit. Hanc ipsi dignitatem, Philippo Rege Francorum curante, a Clemente VI. (Clementem IV. Pius numerat) conlatam referunt.

MATTHÆUM Villanium in testem vocat Massonus. Id in Villanio frustra quæras, cum mutilus textus in editione Mediolanensi, quam Muratorius cum duobus Mss. Codicibus collatam Tomo XIV. Scriptorum Italiæ vulgavit, notitiam eripiat dignitatis, qua Pontifex Humbertum insigniverit. Verba sunt: *Fatto Cherico, fu dal Papa promosso in Patriarcha.... nel quale finì la sua vita.* Certam vero compertamque Humberti in *Alexandrinum Patriarcham* electionem diserte produnt Scriptores Vitæ primæ, & secundæ Clementis VI. apud Baluzium. Id factum *anno* M.CCC.LI. *in die Nativitatis Domini*. Hinc suspicari jam licet, prima littera initiali A. in Codice exarata, quo Massonus utebatur, deceptum ipsum existimasse, in Sedem *Aquilejensem* evectum Humbertum. At ipsum *Alexandrinum* Patriarcham dictum, ignorat nemo.

IN re clarissima immorari non vacat. Inscriptionem, quam in ejus tymbo æneo propriis oculis Parisiis anno 1722. inspeximus in Ecclesia Sancti Jacobi Ordinis Prædicatorum, peremptoriæ confirmationis loco proferimus: *Hic jacet Pater & Dominus amplissimus D. Humbertus, primo Viennæ Delphinus, deinde relicto Principatu Frater Ordinis Prædicatorum in hoc Conventu Parisiensi, ac demum Patriarcha Alexandrinus, & perpe-*

B gatum, ubi hæc habentur. *Successit Nicolaus ... anno* XI. *Clementis Papæ sexti, videlicet* M.CCC.L. Annum XI. Pontificatus corrige: Lege IX: qui a die 7. vel 19. Maii ejusdem anni 1350. initium sumpsit.

VI. ELECTIONIS tempus confundit miscetque cum inita possessione Auctor Chronici, quod in Appendice num. 4. vulgatum est: *Nicolaus*, inquiens, *fuit factus Patriarcha in* M.CCC.LI. *die* XVIII. *Maii*. En vero initæ possessionis Tabulas ab Agricola Patricio Utinensi acceptas. " In Christi nomine Amen. „ Anno Nativitatis ejusdem Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo primo, die Sab„ bati vigesimo primo Mensis Maii (*annus il-* C „ *le littera B. Dominicali insignitus erat*) „ Indictione quarta. Congregato Canonicorum, Mansionariorum, Capellanorum, & „ Clericorum omnium Ecclesiæ Aquilegensis „ in unum Capitulo; & processione facta cum „ Cruce Vexillis usque ad portam omnium „ Sanctorum, ad quam obviam ivimus Domi„ no Patriarchæ infrascripto: in qua processione fuerunt Reverendi Patres Domini, E„ piscopus Johannes Emonensis, Gagliardus „ Abbas Rosacensis, Odorlicus Bellenensis; „ Petrus Episcopus Concordiensis, Albertus „ Abbas Sancti Prosperi de Regio, Guido Ab„ bas Mosacensis. Ex Canonicis interfuerunt „ Domini, Guillelmus Decanus, Ottolinus „ de Pergamo, Gambinus de Rodan, Conra- D „ dus, Ambrosius, Franciscolus, & Beleran„ dus de la Turre, Guillelmus, Matthæus, „ Maphæus, Jacobus, Johannes de Car. Ca„ nonici. Ex Mansionariis fuerunt Simoninus, „ Henricus, Bassanus, Jacobus, Mazochus; „ Liberalis, Dondinus, Johanninus, Lanze„ lotus, Zannettus, & Jacobus de Civitate „ &c. Cum perventum fuit ad Ecclesiam, „ Dominus Patriarcha descendit de equo su„ per lapidem consignatum. Intrato in Ec„ clesiam, & genuflexo in medio Ecclesiæ, „ Dominus Decanus fecit benedictionem. „ Facta benedictione, Monachi expoliave„ runt eum Cappa, qua indutus erat. Tunc „ Domini Decanus una cum Canonicis duxe-

„ runt

„ stibus ubilibet nominatis.

CEREMONIAS ritusque habes posterorum memoriæ traditos, quibus Ecclesiæ Metropolitanæ Aquilejensis possessionem adibat novus Patriarcha. Insidens equo Aquilejam Civitatem ingrediebatur: Clerique agmine præeunte, ac frequenti comitante populorum turba, procedebat ad Ecclesiam. Equo descendebat, facilem descensum reddente supposito lapide. Templum intrat, genua flectit: bene precatur eidem Canonicorum Decanus, ipsique detrahitur pallium Pontificale. Ad Sedem ducitur: in eaque sedens Canonicos excipit ad osculum pacis. Hæc peracta sunt *die Sabbati vigesimo primo mensis Maii*. Posthæc die XV. *Madii* (Cortusiorum verba sunt) *Reverendus Pater Dominus Nicolaus, frater naturalis Domini Caroli Imperatoris Serenissimi, Aquilejensis Patriarcha, Utinum introivit: & Missam celebravit solemnem die primo Novembris*. Adnotat Muratorius, *diem* legi XXV. *Madii* in Codice Collaltino, & Ambrosiano primo: quam sane diem retinendam, nullus dubito.

VII. ULCISCENDAM Bertrandi necem

B (Auctoris Vitæ verbis utor,) *anni circulo revoluto*, exhumatum est, ac integrum incorruptumque repertum. Miraculis, quæ in eadem Vita describuntur, in dies *coruscantibus, integro anni tempore devoluto* (anno Christi 1352.) *iterato exhumari sacrum corpus* Nicolaus *fecit infra Missarum solemnia. Anniversario suo per universos Clericos mirifice celebrato; cuncto populo totius Patriæ Forojulii, aliisque universis populis concurrentibus tam Sclavorum, Ungarorum, Germanorum, quam diversarum partium, publice demonstrari jussit super* C *altari, itaut vivus mirifice stare cunctis in Ecclesia cernebatur*.

DE sacra Venerabilis Patriarchæ Apotheosi postulanda egerunt in Comitiis anno 1492. celebratis Utinenses. Tabulas recitant Bollandi Continuatores in Commentario Prævio §. II. num. 15. Publicus denique cultus adprobatus est Clementis VIII. oraculo, quod exhibet Franciscus Barbarus Patriarcha in litteris, quas iidem referunt Bollandiani, datis *in Civitate Utini die* XXVII. *Mensis Aprilis* M.D. XCIX.

CAPUT XCIII.

Dissidia, pacisque conventiones. In Civitate Austria, precibus annuens Nicolai, studium generale erigit Carolus Rex Romanorum. Hunc hospitio excipit Patriarcha: ipsumque comitatur Mediolanum, & Romam proficiscentem. Diplomata, ac privilegia ab eodem Carolo conlata. Dissidentes, Patriarcham, & Comitem Goritiæ, conciliat Franciscus Carrariensis. Jurgia cum Canonicis Aquilejensibus.

I. ANTEQUAM in Austriam remigraturus, e Forijulii Provincia discederet Albertus Dux, dissidiorum segete recisa, benevolam erga Nicolaum comprobavit mentem, Tabulis conscriptis, quibus pollicebatur, se favorem quibusque denegaturum, qui Patriarchæ imperium detrectarent. Tabularum summam, quæ ad annum 1351. pertinent, Bellonus refert in MS. Codice sæ-

D pe citato. Parum abfuit, quin sancita frangeretur concordia, belli faces accendente Hertiadio, qui Portum-Naonis in Forojuliensi Provincia nomine Ducis regebat. Simul etiam homines alii Patriarchæ infensi Albonam in Istria invadere tentaverunt: sed irrito conatu. Caroli fratris adhibito consilio, inlata damna æquo mitique primum animo tulit Nicolaus. Tum habita Provinciæ Comitia: in eisque con-

„ quilegensis, Nicolaus Della Fratina, Fran-
„ ciscus de Sbroyavaca, Coradus Boyanus Mi-
„ lites; Biaquinus de Prata, Henricus de Stra-
„ soldo, Henricus de Spilimbergo, Maynar-
„ dus de Villalta, Rizzardus de Tricano, Si-
„ mon de Cucania, Franciscus de Colloreto,
„ Simon de Pulcinico, Dietalmus de Pers,
„ Castronus de Savorgnano, Nicolussius Ar-
„ ponus, Jacobus de Glemona Jurisperitus,
„ Guillelmus de Piccossis de Aquileja, ac et-
„ iam D. Cinus Petri de Luca, & Joannes de
„ Lisono. Præfatus D. Patriarcha proposuit:
„ qualiter novissimis diebus nonnullæ gentes
„ attentaverint intrare Terram suam Albo-
„ nam furtivo modo: sed primitus nequive-
„ runt suum propositum adimplere; postea ve-
„ ro quædam gentium qualitas furtive & pro-
„ ditorie intravit nocturno tempore dictam
„ Terram, volens eam eidem & Aquilegensi
„ Ecclesiæ surripere. Sed Fideles nostri in-
„ trinseci de Albona viriliter resistentes, gen-
„ tes ipsas cum personarum damno & vitupe-
„ rio ejecerunt, captis aliquibus, & justitia
„ de ipsis facta. Subsequenter D. Hertiadius
„ de Veinsich, Capitaneus Portus-Naonis pro
„ Domino Duce Austriæ, propria auctorita-
„ te & indebite spoliavit Fideles ipsius Domi-
„ ni Patriarchæ de grossa eorum possessione
„ cujusdam Villæ, & ipsam magna armentorum
„ quantitate derobavit, multaque alia inferre
„ minatur in damnum & præjudicium Aquile-
„ gensis Ecclesiæ, & ejus fidelium subditorum.
„ Quæ tantummodo credit idem Dominus Pa-
„ triarcha procedere de voluntate Domini Du-
„ cis prædicti. Pro aliquibus quidem violen-
„ tiis, & offensis nihil contra ipsarum aucto-
„ res novi attentare hucusque voluit propter
„ mandatum sibi factum ex parte Domini no-
„ stri Romanorum Regis (*Caroli;*) conti-
„ nens, quod ipse Dominus Patriarcha sibi
„ quantum poterat, præcaveret, ne aliquid
„ innovaret propter quod guerra, seu com-
„ motio posset in hac Patria suscitari. Petiit
„ idem Dominus Patriarcha, sibi per dictos
„ Consiliarios consuli: quid agendum foret in
„ præmissis pro conservatione honoris sui, ac

B „ quilegensis Ecclesia & ipsius Fideles sic inde-
„ bite opprimantur: & ad hæc prosequenda ob-
„ tulerunt totaliter posse suum. Et quia post-
„ quam facta fuit antiqua impositio Taleæ Mi-
„ litiæ Forojulii, complures non poterant servire
„ cum dicta talea; & aliqui ditati erant, qui-
„ bus tamen non extiterat data impositio Mi-
„ litiæ taleæ consuetæ: quod examinetur im-
„ positio ipsa, & quod addatur ditioribus, &
„ diminuatur depauperatis, prout æquitas sua-
„ debat. Et sic statim elegerunt ad examina-
„ tionem, & reformationem dictæ Taleæ au-
„ gendæ & diminuendæ, quibus videbitur au-
„ gendum & diminuendum, Dominos Abba-
„ tem Mosacensem, Nicolaum Della Frati-
C „ na, Henricum de Strasoldo, Rizardum de
„ Tercano, Franciscum de Colloreto, Ben-
„ venutum de Flagonea civem Aquilegiæ,
„ Castronum de Savorgnano, Nicolussium Ar-
„ ponum de Civitate, & Mag. Jacobum de Gle-
„ mona prædictos. Quibus potestatem tradide-
„ runt addendi & diminuendi omnibus & singu-
„ lis Fidelibus Aquilegensis Ecclesiæ de dicta
„ talea Militum, & reformandi prout eis me-
„ lius videbitur & convenientius expedire.
„ Post meridiem vero die prædicta, prædicti
„ novem Electi una cum Joanne de Lisono ad
„ hæc deputato, & misso per prædictum Do-
„ minum Patriarcham, convenientes in unum
„ in domo Fratrum Prædicatorum de Utino,
„ habita deliberatione diligenti, & respectu
D „ habito ad facultates omnium & singulorum,
„ qui servire debeant cum Talea militiæ, re-
„ formaverunt dictam Taleam. „ Imponi con-
suevisse *Taleam* addiscimus, ipsamque minui vel augeri, si opus foret, pro exercitu Patriarchæ conscribendo. Præstationes, quæ Dominis fiebant a Vassallis, *Talliæ* dicebantur, & *Talleæ*, seu *Taliæ*, & *Taleæ*: ipsaque impositio vocabatur *Tallio*. Plura egregie differit Cangius.

II. ARMORUM strepitus dum procul a Provincia arcebat Nicolaus, Musis amænioribus locum parare voluit, quas colerent Forojulienses: delegitque Civitatem Austriam. Privilegium largitus est Carolus frater. Data facul-

tas,

Porro *ad preces ejusdem* (Nicolai) *Principis, Patriarchæ, & Fratris, studium Generale, auctoritate Regia Romana, in dicta Civitate Austriæ, Terra celebri, & insigni, & fertili* concedit Carolus, & instituit *de Regia Clementia, & gratia speciali*. Regioque statuit Edicto: *ut omnes Doctores, Rectores, & Scholares ibidem studio diligentes* (al. *degentes hujusmodi*) *omni securitate, omnibusque libertatibus, privilegiis, immunitatibus, gratiis, & favoribus, alias ex Imperiali seu Regali concessis munificentia, gaudeant, & libere potiantur*. Simili privilegio olim exornatam a Lothario Imperatore anno circiter 823. eamdem Civitatem, quæ Forumjulium dicebatur, adnotavimus Capite XLVI. num. 2.

III. In Italiam anno insequente 1354. descendit Carolus, ut Mediolanum & Romam proficisceretur, coronam suscepturus. Ipsum Aquilejæ, & Utini hospitio excepit Nicolaus: eidemque postrema Marciani Codicis folia, quem summa habebant in veneratione Aquilejenses, dono data, narravimus Capite II. num. 2.

Comitem etiam se adjunxit Patriarcha fratri suo, qui eodem anno, & insequente plures lustravit Italiæ Civitates: suscepitque Mediolani coronam, & Romæ. Hæc referunt omnia Cortusii Libro Historiæ XI. Capite I. *Transiens* (Carolus) *per Sacile, Civie*, (seu Civitatem Belluni) *Feltrum, in die primo Novembris* (anno 1354.) *intravit Bassanum:* in ejusque *comitiva erant Aquilejensis Patriarcha ejus frater, Jacobinus de Carraria, Feltrinus de Gonzaga*. Tum die *tertio Novembris transiit per Cittadellam: ac demum Paduam intravit pacificus;* ubi *in mensa secum habuit familiariter Nobiles de Carraria, Marchionem Estensem, quosdam Theutonicos, & Dominum Patriarcham*. Anno insequente 1355. Mediolani primum, tum Romæ coronam accepit: & *Mense Junii transitum faciens per Lombardiam, intravit vallem Camonicæ: qui per Alemanniam Pragam est reversus*. Vale interim Augusto fratri dicto, *prædicto Mense* (Junio) *Aquilegensis Patriarcha intravit Paduam: ibique honorifice habitus, ivit Aquilejam*.

IV. Ante discessum Nicolao datum ad ornamentum Aquilejensis Ecclesiæ Diploma quod Diploma.

B

Amplioribus quoque Patriarcham fratrem cumulavit dignitatibus, honoribusque Imperator Carolus. Testantur Cortusii, Civitates *Feltre, & Civie* Nicolao *commissas in custodiam*; quas vicaria ad obitum usque auctoritate rexit. In partibus Tusciæ demandatam illi procurationem, Documentum prodit apud Edmundum Martene & Ursinum Durand Amplissimæ Collectionis Tomo IX. quod *actum* dicitur, & *datum Senis in nostræ Residentiæ Palacio Communis Senarum sub anno Domini* M. CCC. LV. *Indictione* VIII. *die* XXII. *Mensis Maii*. Incipit his verbis: *Nicolaus Dei gratia Sanctæ Sedis Aquilegensis Patriarcha, pro Sacra Imperiali Majestate Romana in Thuscia Vicarius Generalis*. In eo *Treugæ* constituuntur *inter Nobiles Viros Cecchum Golini... & Nobiles Viros Ildebrandum de Filiis Ursi Comitem Palatinum &c.* Hanc Tusciæ præfecturam non diu tenuit Patriarcha; exorta namque Senis inter Nobiles, populumque discordia, ipse abire coactus est, Matthæo Villanio teste Libro V. Historiæ Capite XX. & XXXVI.

C

V. Vix Italia Carolus excesserat, cum *statim inter Patriarcham, & Comitem Goritiæ* (verba sunt Cortusiorum) *immensum odium suscitatur, & bellum*. Inita conventione, *depositis armis, venerunt Paduam coram Magno Francisco de Carraria: qui electus Arbiter, tunc non potuit eorum litigium mitigare*. Comes Goritiæ fuerit Henricus, qui Ziliolam Carrariensem duxerat uxorem. Franciscum de Carraria intellige, qui *Senior* dictus est. Gesta ejus percenset Petrus-Paulus Vergerius in Vitis Carrarensium Principum in Muratoriana Scriptorum Italiæ Collectione Tomo XVI.

D

Eodem anno *Mense Septembri* (pergunt narrare Cortusii) *absente ab Utino Domino Patriarcha, Cives de Utino occiderunt suos Factores*, (sive Ministros, & Officiales:) *& ei denegabant introitum*. Rem hanc paullo aliter Villanius Libro citato Capite LXXIX. narrat. Tumultuari nempe cœperat populus Utinensis, aut nimiis oppressus tributis, aut certe injuriis affectus a Vicario Patriarchæ. Hic vocabatur *Jacobus Moruellus*, patria Lucensis, qui ipsius *Patriarchæ filiam* in uxorem duxisse

Monumenta profert Ughellus. Dudum inter Patriarchas, eosdemque Canonicos, Raimundi Turriani ætate, jurgia emerserant: quibus satis videbatur per delectos Arbitros factum. Postulabat Patriarcha, tum sibi rationem reddi ab illis debere administrationis, quam tempore vacantis Ecclesiæ exercebant: tum *confirmationem Matrimoniorum* ad se pertinere, sibique deberi *Procurationem ratione visitationis*. Hac voce intellige hospitia & convivia, quæ lustrantibus Ecclesias Episcopis præberi consueverant. Sententiam tulere Arbitri, *Johannes Archidiaconus*, *Ferrarinus*, & *Lodoicus Canonici Aquilejenses:* Patriarchæ *procurationem* deberi *moderatam cum visitat*, *secundum quod est in Canonibus definitum:* Decano & Canonicis, utpote *speciali præscriptione munitis*, confirmationem Matrimoniorum servandam: neque demum ullam ipsis ingerendam molestiam ob Ecclesiæ administrationem vacationis tempore.

PLURA & ipsi exposcebant Canonici, quæ satis fuerit patefacere allegato Arbitrorum de-

C

rum consilio, datoque assensu. 6. Ipsum denique Patriarcham nullo modo exceptum intelligi, quoties per Legatos Sedis Apostolicæ Generales Collectas imponi Clericis contingat. Alia sequuntur levioris momenti lata per Arbitros decreta. Hæc vero olim fuerant Aquilejensium Canonicorum præclara ornamenta.

NEGLIGI prædictæ sententiæ, ac in desuetudinem abire videbantur edicta, quæ lata fuerant Raimundi Patriarchæ ætate. Sibi, rebusque suis, ac juribus consulentes Canonici, Decretorum confirmationem postulabant a Nicolao, ut omnis præcideretur ansa dissidii. Votis demum eorum favit Patriarcha, dato Diplomate, quod incipit: *Nicolaus Dei gratia Sanctæ Sedis Aquilegensis Patriarcha, ad perpetuam rei memoriam.* Dicitur confectum, scriptumque a *Paulo quondam Magistri Johannis de Mutina*, *publico Imperialis Aulæ Notario*, *anno Domini* M. CCC. LVI. *Indictione* IX. *die* XX. *Mensis Decembris.*

CAPUT XCIV.

SS. Hermagoræ & Fortunati Sacra lipsana Aquilejam transferenda curat Nicolaus. Synodum Diœcesanam Aquilejæ celebrat in Ecclesia Sancti Felicis. Ludovico Regi Hungariæ fœderatur. Sacerdotum a Sacello Patriarchali institutio. Diem supremum Belluni claudit Patriarcha. Fridericus Bojanus eligitur Vicedominus.

I. INTER adnotationes, quas Epistolæ Bertrandi ad Decanum Aquilejensem Capite LXXXVIII. subjecimus, deceptos Continuatores Bollandi, admonuimus sub littera V. qui repositas *in Arca reliquias Patronorum nostrorum*, ut ait Sanctissimus ille Antistes, intellexere Sacra Martyrum Hermagoræ & Fortunati lipsana. In Ecclesia Gradensi primi Aquilejæ Sanctissimi Episcopi, ejusque Diaconi hoc ævo exuvias adservatas, eas-

D

demque jussu Nicolai ereptas, ut in Aquilejense Templum inveherentur, docent Litteræ Innocentii Papæ VI. quas memorat, ac partim refert Raynaldus ad Annum M. CCC. LVI. num. 31. Patriarcham adhortatur, urgetque Pontifex, ut surreptas Reliquias restituat, votisque satis Venetorum faciat, qui *in opportunitatibus Deum sibi propitium*, *eorumdem Sanctorum meritis & intercessionibus*, *cognoverunt.*

EAM-

rojulienſium Scriptores diſerte produnt, dudum Hermagoræ & Fortunati Corpora de Grado Inſula, Poponis Patriarchæ ætate, Aquilejam cum Sacro Theſauro deportata fuiſſe. Qui ergo fieri queat, ut hæc tam longe diſcrepantia concilientur? Rem componit omnem Dandulus. Veriti fuerant, eo teſte in Chronico, Gradenſes, Poponem in Inſulæ direptione Martyrum Hermagoræ & Fortunati exuvias abſtuliſſe. Timore excuſſo certiores de loco, Seniorum fide, facti ſunt, in quo reipſa adſervarentur, quin easdem potuiſſent hoſtiles manus ſurripere. Verba ſunt Libro IX. Capite II. Parte XV. *Cœpit exinde Patriarcha* (Gradenſis) *mente revolvere, quosdam ex Clero antiquos ſæpius dixiſse, in dedicato* divis Hermagoræ & Fortunato *Altari* eorum *Corpora non exiſtere, ſed ignoto celari latibulo. Inquirenti igitur veritatem, Eccleſiæ cuſtos Monachus, antiqua fide probatus & moribus, ait: Petrum jam defunctum Venetiæ Ducem, prædictorum Ducis* (Ottonis) *& Patriarchæ* (Urſonis) *genitorem, pretioſas Reliquias occultaſse: & tres tantum ſecreti conſcios fuiſse, quorum ſuperſtes erat ipſe. Locum denique oſtendit in Crypta Sancti Marci. Ibi igitur fodientes, quatuor capſas inveniunt: in prima, docente titulo, Corpora extant Fortunati & Felicis, in ſecunda Hermacoræ & Fortunati, in tertia Dionyſii & Largi, in quarta Hermogenis & Fortunati.* Fidem Dandulianæ narrationi conciliant ſuperius allegatæ Innocentii Papæ litteræ.

II. INTERIM collapſam ſarcire diſciplinam, deformatoſque detergere hominum mores, vehementiſſime exoptabat Nicolaus, ut Apoſtolici concrediti muneris partes omnes expleret. Diœceſana Synodus indicta, Utini anno 1357. cogenda die Dominico poſt Domini Aſcenſionem. Encyclicas litteras, quas humaniſſime communicavit Agricola ſæpe laudadatus, profero. "Nicolaus Dei gratia Sanctæ „ Sedis Aquilegenſis Patriarcha, dilectis no„ bis in Chriſto Johanni Archidiacono noſtro „ Carniolæ & Marchiæ, ac univerſis Abbati„ bus, Prioribus, Præpoſitis, Plebanis, cæte„ riſque Prælatis, & perſonis Eccleſiaſticis, „ ... proxima die Dominica poſt feſtum Aſcenſio„ nis Domini proxime venturum, in Utino „ noſtræ Aquilegenſis Dioceſis conveniatis per„ ſonaliter, coram nobis audituri, & facturi „ quæ diſponente Domino duxerimus ordinan„ da. Datum Utini in noſtro Patriarchali Pa„ latio, die quarta Menſis Aprilis, anno Do„ minicæ Incarnationis Milleſimo quinquage„ ſimo ſeptimo, Indictione decima.„

LITTERAS alias humaniſſimo Florio acceptas debemus, univerſim *Abbatibus, Prioribus, Decanis, Præpoſitis, Archidiaconis, Plebanis, cæteriſque Prælatis, & perſonis Eccleſiaſticis* tranſmiſſas, quæ datæ ſunt eodem anno, eademque Indictione, *die* vero VI. *Menſis Aprilis*. Celebrandæ Synodi tempus mutaſſe Patriarcham, addiſcimus. *Quatenus proxima die Dominica poſt octavam Feſti Corporis Chriſti proxime venturi in Utino noſtræ Aquilegenſis Dioceſis conveniatis.* Neque tamen ea die Synodum habitam, ipſæ Conſtitutiones evincunt, quæ latæ dicuntur in Synodo Aquilejæ celebrata in Eccleſia Sancti Felicis eodem anno 1357. *die 19. Menſis Junii*. Latas publici juris facio Conſtitutiones, ex Archivo Civitatis Auſtriæ deſumptas.

"In Nomine individuæ Trinitatis, & to„ tius cæleſtis Curiæ Amen. Convocata, & „ congregata in Eccleſia Sancti Felicis Aqui„ legenſi Sancta Synodo Aquilegenſis Civita„ tis & Dioceſis, in qua interfuerunt quam„ plures Abbates, Decani, Præpoſiti, Archi„ diaconi, Plebani, Eccleſiarum Rectores, & „ Miniſtri, ac Canonici, & aliorum multitu„ do copioſa Clericorum ejuſdem Civitatis, & „ Dioceſis: Nos Nicolaus Dei gratia Sanctæ „ Sedis Aquilegenſis Patriarcha, huic Vene„ randæ Synodo præſidentes, tam antiquas co„ lendæ memoriæ Bertrandi Patriarchæ Aqui„ legenſis Prædeceſſoris noſtri Conſtitutiones „ provinciales & Synodales, quam aliorum „ Prædeceſſorum noſtrorum confirmamus, & „ innovamus. Necnon ad tuitionem, & ſalu„ tem Eccleſiaſticam, & totius Cleri noſtræ „ Civitatis & Dioceſis Aquilegenſis, in hac „ Veneranda noſtra Aquilegenſi Synodo, & „ una cum ipſa, ac ea approbante & confir-

» tes, vel alias quotiescumque eis videbitur,
» infra Missarum solemnia, ubi major aderit B
» populi multitudo, publicent, & earum ef-
» fectum suis Parochianis per se vel alios cla-
» re manifestent; ut abjecta ignorantia, &
» earum notitia manifestata, si non virtutis
» amore, saltem formidine pœnæ malefici se
» cohibeant a nefandis.

» *Qui sint Judices oppressionum, tam*
» *personalium, quam realium Eccle-*
» *siasticis personis illatarum.*

» QUONIAM Constitutiones promulgare,
» & earum tuitionem non deputare, omnibus
» vanum & superfluum fore dinoscitur: & tam
» Veteris, quam Novi Testamentorum pagi- C
» na de oppressorum subventione cavetur, mul-
» torumque lacrymabilibus & querulosis cla-
» moribus in hac veneranda Synodo nostræ
» fuerunt aures (perculsæ;) Nos ei more pii
» Patris ex debito nostri officii cum nostra præ-
» senti Synodo in hunc modum providere cu-
» ravimus, opprimentium malitiis occurren-
» do. Constituentes, & providentes, præsen-
» tis Synodi consensu & auctoritate: quod si
» quis, cujuscumque conditionis vel status exi-
» stat, injurias personales & reales, angarias,
» & parangarias, & alias quasvis oppressiones
» Prælatis, & aliis personis Ecclesiasticis, cu-
» juscumque gradus extiterint, nostræ Aqui-
» legensis Ecclesiæ & Diocesis, seu familiari-
» bus eorumdem irrogaverit, jura . . . . . & D
» bona immobilia ac se moventia, fructus,
» reditus, & proventus . . . . cujuscumque ge-
» neris sint, & alia blada, vel alios reditus, &
» proventus, & alia jura quæcumque, aut res
» alias quomodocumque pertinentes ad Eccle-
» sias, vel Ecclesiasticas personas, ratione domi-
» nii, vel quasi, possessionis vel quasi, aliaque ra-
» tione vel causa: seu dictarum Ecclesiarum,
» & Ecclesiasticarum personarum colonos, &
» Massarios, & suorum fructuum vectores &
» conductores oppresserit: seu dictas res, vel
» bona alia . . . . blada, vel alios reditus, &
» proventus, & alia jura quæcumque auferen-
» do violentiam intulerit, seu rapuerit per se
» gatos fore judices competentes: & super præ-
» dictis posse procedere, cognoscere, ac justi-
» tia mediante definire & punire, suffraganti-
» bus tam juribus Canonicis & Civilibus, Pa-
» trum decretis, & Constitutionibus Provin-
» cialibus & Synodalibus, quibuscumque Ap-
» pellationibus frivolis non obstantibus.

» *De morte, vel captivitate Clericorum,*
» *sive Ecclesiasticarum personarum.*

» EXCITATI vociferatione multorum,
» quod nonnulli avaritiæ cœcitate cœcati, &
» superbiæ furore obnubilati, suasionibusque
» diabolicis insaniti, non verentur violentas
» manus in Sacros Sacerdotes injicere, quos
» utraque Dei præcepto veneratur Scriptura,
» a cunctisque Christi fidelibus venerari man-
» dantur, ipsos capiendo, (proh dolor, quod
» nefandius est,) ipsos plerumque morti tra-
» dendo, necnon durissimis carceribus manci-
» pando, ut sic squallentes vivido dimisso co-
» lore de vita cogantur exire. Quod hoc ce-
» dat in Dei offensam, & Cleri opprobrium,
» esse nulli potest occultum. Ne sanguis eo-
» rum de nostris manibus exigatur, & de ne-
» gligentia notemur, quæ in Prælato pecca-
» tum mortale fore dinoscitur; in hac eadem
» Synodo constituimus, ut si aliqua persona,
» etiam alias nobilitatis ingenitæ, (quoniam
» reatus omnem excludit honorem,) vel cu-
» juscumque potestatis vel gradus existat, seu
» alia quæcumque singularis & persona priva-
» ta Aquilegensis Civitatis & ejus Diocesis,
» vita privavit, vel captivavit Prælatum, Sa-
» cerdotem, vel Clericum, cujuscumque gra-
» dus extiterit, dictæ Civitatis Aquilegensis
» & Diocesis, seu in ipsa Civitate & Diocesi
» Beneficiatum, vel in eisdem domicilium ha-
» bentem. Si fuerit singularis vel perso-
» na privata, ipso facto sententiam excom-
» municationis incurrat, & sine aliquibus
» aliis processibus & denunciationibus denun-
» cietur excommunicatus per Plebanum, seu
» Curatum illum vel Ecclesiæ Rectorem,
» in cujus Cura seu Parochia perpetratum ex-
» titerit idem scelus, ac per vicinas Parochias
singu-

» ... bus ratum habuerint, sint ipso facto excommunicati, & denuncientur ut supra: & nihilominus in Civitate, Castro, Oppido, sive Terra, ubi fuerit homicidii scelus commissum, sive in quibus detinetur, a Divinis cessent officiis tam Sacerdotes quam Clerici Divino officio mancipati, donec sic detentus fuerit libere relaxatus, ac de excessu commisso satisfecerit scelerator, & a præfata Excommunicationis sententia meruerit absolutionis beneficium obtinere. Sacerdotes autem, & Clerici contra prædicta facientes, vel ea non servantes, a perceptione fructuum Beneficiorum suorum, quæ habent in Civitate & Diocesi Aquilegensi, sint ipso facto suspensi; donec de prædictis satisfecerint sui arbitrio Ordinarii. Quos fructus Fabricæ Aquilegensis Ecclesiæ decernimus applicandos.

De pœna imponentium, & consulentium collectas, & alia gravamina Ecclesiasticis personis imponi.

» QUOD in antiquis juribus, Patrum decretis, & Canonicis Sanctionibus claret esse provisum, præsentibus nostris Constitutionibus duximus innovandum, ut qui ignorantiæ cœcitate ducti legem offenderunt, hac Synodali Constitutione certiorati, ejus semitas tenere possint. Unde constituimus, quod cum Laicis nulla sit disponendi attributa facultas de personis Ecclesiasticis, earumque rebus, quibus manet auctoritas imperandi, laicis autem obsequendi: quicumque Secularis, cujuscumque conditionis vel præeminentiæ, Aquilegensis Civitatis vel Diocesis Ecclesiis, & earum bonis, ac personis Ecclesiasticis quibuscumque Aquilegensis Civitatis & Diocesis, imposuerit collectas, angarias, & parangarias; seu ab eis per se vel alios exegerit, vel exigi mandaverit; aut in iis imponendis, & exigendis adhibuerit auxilium, consilium, vel favorem, publice vel occulte; vel res earum, bona, & jura quæcumque immobilia, vel se moventia, ac eorum fructus, reditus, &

» restitutus cum duplo ejus, quo fuit damnificatus; nihilominus in eorum locis, & Castris, ac Terris, eorum temporali Jurisdictioni subjectis, dominio, seu regimini, a Divinis cessetur, donec ad cor rediens absolutione præmissa integre satisfecerit cum effectu.

Clerici Clericos, & Laici coram seculari Judice non trahant.

» CONSILIIS Patrum, decretisque Apostolicis inhibentibus, ne illicitis ausibus Clerici Clericos, cujusvis gradus vel præeminentiæ fuerint, relicto suo Pontifice, ad judicia publica pertrahant & secularia, vel quocumque ingenio vel causa conveniant, seu citari faciant, per se vel alios querimoniæ libellum porrigant, vel petitionem quamcumque: prædictorum transgressor, nostra approbante Synodo veneranda, constituimus, ut ipso facto Excommunicationis sententiam incurrat. In qua si animo indurato anno permanserit, suis sit beneficiis ipso facto privatus: possintque absque alio privationis processu libere per ordinarium conferri. Insuper dispendium causæ, in qua traxerit, ipso jure patiatur cum expensarum refectione sine spe redeundi. Eamdem ipso facto sententiam excommunicationis incurrant præsidentes Judices, jurisdictionem quamcumque exercentes, & alii cujuscumque dignitatis judicantes, ac judicialiter cognoscentes; qui prædictorum Clericorum citationes, pertractiones, & evocationes coram se fecerint, vel fieri assenserint, quocumque ingenio vel causa: necnon & Rectores, & privatæ personæ, quarum precibus & instantia fuerint facta prædicta.

Permanens in Excommunicatione per annum, beneficiis suis sit ipso facto privatus.

» QUIA compertum est, multis retro temporibus nervum Ecclesiasticæ censuræ a nonnullis fuisse despectum, conveniens arbitramur, salubre adhibere remedium, licet a

» San-

„ vero personam, quæ per annum in eadem „ Excommunicationis contumacia permanserit immobili corde, duraque mente, per Ordinarium, & in Spiritualibus ejus Vicarium possit, & debeat procedi, tanquam de fide suspectam. Insuper ubicumque fuerit infra metas nostræ Aquilegensis Diocesis, ea præsente, a Divinis cessetur officiis; donec a nobis, vel Successoribus nostris receptum fuerit aliud in mandatis: vel nobis absentibus, a nostris in spiritualibus Vicariis Generalibus.

„ *Ut nullus in aliena Ecclesia celebret sine licentia.*

„ APOSTOLICA doctrina testatur: *Quomodo quis prædicabit, nisi mittatur?* Contra quam nonnulli quadam simplicitate, imo temeritate damnabili, contraire non verentur; sine mandato Ordinarii, & licentia Plebani; vel ejus Vicarii, sive Rectoris Ecclesiæ cujuscumque, Missas celebrando, & alia Divina officia quomodocumque peragendo in animarum suarum periculum, & Rectorum Ecclesiæ damnum non modicum. Huic morbo medicinam cupientes adhibere condignam, præsentis Synodi auctoritate suffulti constituimus: ut quicumque absque mandato Ordinarii, vel licentia Plebani, seu alterius cujuscumque Rectoris Ecclesiæ, in Parochia Missam, vel aliud quodcumque Divinum officium celebraverit; ipso facto, alia prænunciationis sententia cessante, unius Marchæ Aquilegensis monetæ pœnam incurrat, nostræ Cameræ absque remissionis spe totaliter applicandæ.

„ SUPRADICTAS Constitutiones tanta maturitate decoctas, & legum Doctorum aliorumque utriusque juris Peritorum solerti deliberatione digestas, necnon per hanc venerandam Synodum approbatas, ab omnibus etiam singulariter receptas, intento corde & alacri animo suscipiant omnes nostræ Jurisdictioni subjecti: easque executioni mandent in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis contentis in Constitutionibus ipsis. In

rum Italiæ Tomo XXII.

B

Ex his Regi Hungariæ confœderatum addiscimus *Reverendum in Christo Patrem D. Nicolaum Aquilejensem Patriarcham*. Memoratos quoque legimus *Albertum*, & *Mainardum Comites Goritiæ*. Prætermissum animadverte Henricum, qui eo anno mortalitatis fortasse fato jam cesserit.

IV. SUBSCRIPTI frequentius apparent in Tabulis, quas jussu Patriarcharum confectas allegavimus, Sacerdotes quos sibi a sacello ipsi Patriarchæ deligebant. Formulam subjicere pretium operæ ducimus, qua eos creari ac institui, multisque privilegiis exornari, mos erat. Non solum seculares, ut vocant, Clerici deligebantur, verumetiam Monachi, aliorumque Ordinum Regularium alumni. Præsto sunt Nicolai Patriarchæ litteræ, quæ rem totam patefaciunt. " Nicolaus Dei gratia &c.

C

„ Dilecto in Christo Filio, Religioso Viro, Fratri Petro Abbati Monasterii Syticensis Ordinis Cisterciensis nostræ Aquilegensis Diœcesis, salutem & dilectionem sinceram. Religionis honestas, morum decor, ac multiplex tuæ probitatis & virtutum meritum, quibus te novimus laudabiliter insignitum; necnon ingentis devotionis affectus, quem ad nos & nostram Aquilegensem Ecclesiam geris, exposcunt ut personam tuam, quam præmissorum intuitu libenter amplectimur, nostris prosequamur favoribus, & honore. Pateat itaque tibi, ac omnibus præsentes litteras inspecturis: quod nos ex nunc & in nostrum Cappellanum domesticum commensalem gratanter suscipimus, & Capellanorum nostrorum consortio aggregamus. Volentes, quod deinceps eorumdem Capellanorum nostrorum privilegio, & prærogativa ubique potiaris; & quod ad nos pro tuis utilitatibus, & honoribus promovendis semper habeas cum prompta securitate recursum. Cæterum tuis devotis supplicationibus inclinati, potissime quia respiciunt profectum animarum, & ut cultus augeatur divinus, ac Christifideles ad devotionem citius & libentius animentur; omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui Missam quandocum-

D

„ ii, ac Sanctorum Martyrum Hermachoræ „ & Fortunati Patronorum nostrorum, om- „ niumque Sanctorum & Sanctarum Dei me- „ ritis & intercessione confisi, singulis vicibus „ XL. dies de injunctis eis pœnitentiis mise- „ ricorditer in Domino relaxamus. In quo- „ rum omnium testimonium præsentes fieri jus- „ simus, nostri sigilli appensione munitas. „ Datum Utini in nostro Patriarchali Palatio „ die XXI. Mensis Decembris, anno Domi- „ nicæ Incarnationis M. CCC. LVII. Indictio- „ ne X.

SYTICENSE in Carniola Cœnobium a Peregrino I. Patriarcha fundatum erectumque, Capite LX. adnotavimus. An hujusmodi quos Patriarchales Sacerdotes appellare liceat, extra proprias Ecclesias, ac Monasteriorum septa jugem in Patriarchali Palatio moram facerent, inquiri potest. Dubium injectum solvit Synodus Coloniensis anno 1620. celebrata, qua apud Cangium perspicue statutum legimus: *Capellanos*, qui *Regales*, aut *Episcopales*, alioque nomine vocabantur, *residentiam in suis Ecclesiis, tanquam alios Fratres facere* debere; *nisi illo tantum tempore, quando agunt negotia dominorum, atque etiam si negotia Ecclesiæ hoc exposcant*.

V. SUPREMUM denique Belluni clausit diem ornatissimus Patriarcha Nicolaus. Annum, mensem, diemque emortualem exhibent Additamenta ad Belloni Vitas Patriarcharum apud Muratorium: *In* M. CCC. LVIII. *die* III. *exeunte Julio* (seu die 29.) *prædictus Nicolaus Patriarcha viam universæ carnis ingressus est in Civitate Bellunensi*. Aquilejense Chronicon consentit, quod in Appendice damus. Utinum ille translatus, tumulo datus est in Ecclesia sede vacante administraret, Fridericum Bojanum. Electionis Tabulas, eodem *anno* 1358. *die* 3. *Augusti* confectas, adservat Nobilissima Bojanorum Familia in Civitate Austria. Sequentia verba decerpo. " Nos itaque (*Manzolus, qui Decani titulo insignitus Capitulo præerat*) diligenti & matura inter nos de- „ liberatione præhabita, de persona sufficien- „ ti & idonea per nos ad hujusmodi Vicedo- „ minatus officium assumenda, advertentes fi- „ delis devotionis affectum, quem Nobilis Vir „ Dominus Federicus Boyanus de Civitate Au- „ stria ad dictam Aquilejensem Ecclesiam sem- „ per gessit & gerit, ejusque circumspectam „ prudentiam, & solertem industriam, & suam „ ac amicorum suorum potentiam, sinceram- „ que dilectionem quam plures Nobiles & „ Communitates dictæ Patriæ ad eum gerere „ dinoscuntur; qui sciet & poterit dictam Ec- „ clesiam, seu ejus Patriarchatum, & Patriam „ in bono & pacifico statu regere, defendere, „ & gubernare: præfatum D. Federicum in „ nostrum, & dictæ Ecclesiæ Aquilegensis Vice- „ dominum duximus eligendum. Committen- „ tes eidem per præsentes, usque ad adventum „ futuri Domini Patriarchæ, vel ejus Vicarii, „ administrationem bonorum, jurium, & jurisdi- „ ctionum omnium temporalium dictæ Eccle- „ siæ; ac regimen, gubernationem, & custodiam „ Terrarum, Castrorum, & locorum omnium „ Ecclesiæ memoratæ." Vicedomini Aquilejensis officia ac munera perspicue declarantur omnia. Manzoli Decani mentionem ingerit Baluzius in Notis ad primam Vitam Urbani V. ipsumque, vetustis Monumentis laudatis, appellat *Azonem de Manziis*, itemque *de Regio*, *Decanum Ecclesiæ Aquilegensis*.

CAPUT XCV.

De serie Patriarcharum Jacobus Caracciolus, & Jacobus de Columna rejiciuntur. Succedit Ludovicus Turrianus. Favet ipsi Innocentius Papa VI. Dissidia, bella, conventiones.

I. SUCCESSOREM Nicolai in Aquilejensem invehunt Cathedram Jacobum Caracciolum, Patricium Neapolitanum, eximium ævo suo Theologum & Concionatorem,

ſtimonium. Eximii Viri verba refero, quæ habentur in Epiſtola IV. Libri XV. Epiſtolarum ſenilium, ad Philippum de Cabaſſole, *Sabinenſem Epiſcopum Cardinalem* data. Mentio injicitur Jacobi de Columna: *Qui ætate tunc juvenis*, (pergit ſcribere Petrarcha) *ſed morum gravitate, & mortis vicinitate jam ſenex; cum ab omni ambitione remotiſſimus, ad Epiſcopatum Papa jubente inſcius, ne dicam, invitus perveniſſet; atque inde ad Patriarchatum Aquilegenſem ſummo Nobilium, ac totius populi conſenſu, & ſtudio peteretur: ab Urbe Roma, ubi tunc erat, ſcripſit Fratri, ſcripſit & fidis ſuis, inter alios mihi, jurans aſcendiſſe ſe altius, quam vellet, neque unquam amplius aſcenſurum. Nec ita multo poſt tamen ad cæleſtem dignitatem, Chriſto vocante, conſcendit.* C

PHILIPPUM de Cabaſſole Urbanus V. ſacra purpura anno 1368. exornavit: idemque Philippus anno 1372. vita exceſſit, Ciaconio teſte; unde datam eidem jam *Cardinali* a Petrarcha epiſtolam intra prædictum temporis intervallum, perſpicue patet. Mortem obiit Nicolaus anno 1358. vitamque mortalem anno 1365. exuit Ludovicus. An ergo poſt Nicolai, an Ludovici obitum cogitatum fuerit de Jacobo Columna in Patriarcham eligendo, non conſtat. Latet etiam Pontifex tam propenſæ erga ipſum voluntatis: an ſcilicet Innocentius ſextus, an Urbanus quintus? Atqui demum non electum Aquilejenſem Antiſtitem verba Petrarchæ ſignificant Jacobum de Columna; ſed Nobilium, ac populi vota fuiſſe, ut eligeretur. D

II. SEDEM Patriarchalem abſque dubio conſcendit Ludovicus Turrianus. Ipſum vocat Raimundi ſecundi filium Ughellus. Inter Epiſcopos Tergeſtinos recenſetur ad annum 1346. Ad Olonenſem Cathedram anno 1350. translatus dicitur, tum ad Coronenſem. Hac Sede relicta, Aquilejenſem Eccleſiam indeptus eſt. Epiſtolam electionis ex Regeſto Vaticano deprompatam citat Ughellus, datam *anno* 1358. VI. *idus Martii*, ſeu die 10.

„ intimamus ad gaudium, quod illo propitiante, a quo omne datum optimum, & cuncta bona procedunt, Sanctiſſimus Pater & Dominus noſter Dominus Papa die heſterna, videlicet decima præſentis Menſis, nos de Coronenſi Eccleſia ad Aquilegenſem Eccleſiam tranſtulit, & eidem Eccleſiæ in Patriarcham præfecit & Paſtorem, ipſam Eccleſiam nobis plenarie conferendo. Quare fidelitatem veſtram attente requirimus, & hortamur; quatenus circa conſervationem Terrarum, locorum, & bonorum noſtrorum, noſtræque antedictæ Eccleſiæ, & circa ſtatum totius Patriæ vos totis viribus & poſſe exhibeatis promptos & ſollicitos, ut ſperamus; cognoſcentes, quod in brevi penes vos perſonaliter erimus, Domino concedente; tamen deliberavimus præmittere noſtros ad partes Vicarios Generales, quibus parere & obedire curetis efficaciter, tanquam nobis. Datum Avinioni die XI. Maii. Dilectis fidelibus noſtris Proviſoribus, Conſilio, & Communi Terræ Utini.

III. CONCREDITÆ Patriarchalis Eccleſiæ eodem anno 1359. Menſe Junio poſſeſſionem adierat Ludovicus. Id evincere videntur datæ apud Ughellum ab Innocentio VI. ad Carolum Imperatorem, & Mainardum Goritianum litteræ, quibus Eccleſiæ Aquilejenſis jura in gratiam Ludovici vindicantur. De locis agitur in priore Epiſtola *de Vvindiſgratz, ac Trivin, & Trevin, ac Vipaci ſuperioris & inferioris, necnon & Venzoni, & Cluſæ*. Datæ litteræ ſunt *apud Villamnovam Avenionenſis Diœceſis* XII. *Calendas Julii anno ſeptimo*, ideſt anno Chriſti 1359.

SIMILE patefaciunt negotium Epiſtolæ, quæ inſcribuntur *Dilecto filio Nobili Viro Mainbardo Comiti Goritiæ*. Innocentium certiorem *Ludovicus* Patriarcha fecerat: occupata detineri ab eodem Mainardo *Caſtrum Tulmini, & Vallem, aliaque jura, & pertinentias* obtentu *pignorationis de eisdem factæ per bonæ memoriæ Nicolaum Patriarcham*. Quæ ſibi reddi omnia poſtulabat ille: ejuſque votis fieri

Godesfredum II. Episcopum Pataviensem dato, *apud S. Vitum in die S. Gregorii* (12. Martii) *anno* M. CCC. LX. Episcopi plures vocantur in testes, itemque *Ludovicus Sanctæ Sedis Aquilejensis Patriarcha*. Iter ipsum arripuisse Carinthiacum, sua pertractaturum negotia, nullus dubito. Ad propria cum remigrasset ille, sibi suæque Ecclesiæ, ac Provinciæ consulens, Francisci Carrariensis auxilia enixius postulavit; tunc enim accidisse puto, quod in primo Additamento ad Historiam Cortusiorum Italice scripto legimus: *Patriarcham nimia presium necessitate, Franciscum Carrariensem in loco Cittadella appellato diversantem convenisse Martio Mense*, postquam ipse de Carinthia redierat.

COMMISSA inter utrumque, Patriarcham, & Ducem, prælia indicat Anonymus Swetlicensis apud Hieronymum Pezium Tomo I. Rerum Austriacarum, ad Annum M. CCC. LX. Ejus accipe verba: *Dux Rodulphus juxta Portum-naonis invasus a Patriarcha Aquilegensi, collecto exercitu de Austria, occurrit ei contra Gradum, se viriliter defendens: & eumdem ad instantiam Cæsaris in gratiam recepit, satisfacturum ei de omnibus expensis in duplum, ut dicitur*. Hæc rursum legimus verba in vetusto MS. Codice Jo. Francisci de Philitimis, Utinensis Notarii: *D. Dux Rodulphus, natus ejusdem D. Alberti .... personaliter cum magna Armigerorum congregatione Patriam Forojulii invasit:* Adhæserant illi contra Patriarcham Proceres *de Spilimbergo*, *de Ragonca*, *ac de Prata*, quos numerat Chronicon Aquilejense in Appendice vulgatum. Hæc anno 1360. & insequente contigerunt juxta fidem ejusdem Chronici: eodemque anno *Mense Augusto* Castra Budrii, Manzani, & Rosacii ab Duce Austriæ in potestatem redacta perhibentur.

DISSIDIO, belloque demum finis impositus, inita conventione *die* XII. *Septembris*, ut Viennam pergeret Patriarcha, ubi pacis conditiones sancirentur. Chronici verba sunt: *Quod ipse Dominus Patriarcha cum* XII. *illorum Nobilium Forojulii, quos Duces* (Austriæ) *vellent eligere, ire deberet in Viennam, & ibi expectare Duces: & deinde ire ad D. Carolum* ... duobus diebus. Et tunc D. Franciscus Savorgnanus, D. Simon de Valvasono, præcedendo Ducem, secuti sunt Dominum Patriarcham: & applicuerunt in Viennam Dominus Patriarcha cum suis: & D. Franciscus Savorgnanus, ac D. Simon de Valvasono juraverunt coram Duce, de non recedendo de Vienna sine voluntate præfati Domini Ducis." Rodulfi profectionem in amplissimam principemque Venetiarum Civitatem anno 1361. illigat Marinus Sanutus in Vitis Ducum a Muratorio vulgatis: ejusque appulsus *diem* notat *vicesimam nonam Septembris;* unde utriusque, Sanuti, & Chronistæ Aquilejensis, Chronographia convenit.

JAMVERO Viennense aggreditur iter Ludovicus. Eo in itinere *Capellam Sanctæ Mariæ in Ottenhaim renovatam*, ab ipso *consecratam esse*, supremoque dicatam Numini, perhibet Anonymus Swetlicensis in Chronico. Plurimas, quas ipse pertulit, molestias lato calamo exsequitur laudatus Jo. Franciscus de Philitimis: captivusque denique *in quodam Hospitio* efficitur, detineturque: ejusque *familia tota* ducitur *in Castrum, nominatum Mellico, prope Gvien*. Hac voce Viennam Austriæ appellatam intellige. Habet *Viennam* Chronicon Aquilejense: ac *Viennam* profert Additamentum primum ad Historiam Cortusiorum Italice scriptum.

SANCIENDÆ pacis proposita pacta sunt: neque tamen optatissima pax affulsit, quæ sperabatur. Turbæ motæ, acies instructæ, commissa prælia, pertractique in partes Forojulienses. Patriarchæ primum adhæserant Civitatenses: tum Austriæ Ducibus fuerunt subsidio. His adversabantur Ludovicus Rex Hungariæ, Franciscus Carrariensis, Mainardus Goritianus: fœdera vero Bernabovis Mediolanensis postulabat Rodulfus; quem, infecta re, fato functum anno 1365. notant Chronica, Salisburgense, & Stamsense: diemque addit emortualem Ebendorfferus VI. *Calendas Augusti*. Hæc narrant lato calamo Jo. Franciscus de Philitimis, Auctor Additamenti ad Historiam Cortusiorum, Julianus in Chronico, & Joannes Aylinus Maniacensis, cujus Chronicon nunc primo vulgatum in Appendice damus.

CA-

tenses Canonici imminutos dolebant proventus, qui ex Decimis Tulminensibus singulis annis colligebantur. Membranæ adservantur in Tabulario Capituli, quæ rem hanc declarant, ipsamque illustrant Comitum Goritianorum familiam. Nempe Mainardo uxor erat B Catharina, quæ absente Marito Comitatum administrabat; suoque ac Mariti nomine, ut satis Civitatensibus Canonicis fieret, prono annuit animo, mandavitque.

TABULAS ipsas proferre pretium est operæ. " Anno Domini Millesimo Trecentesimo
„ sexagesimo-tertio, Indictione prima, die
„ quartodecimo Mensis Decembris, in Castro
„ Goritiæ, in Stupa magna superiori: præ-
„ sentibus Nobilibus Viris DD. Francisco de
„ Castellerio, Bernardo de Gramoglano, Joan- C
„ ne Juz de Goritia, Thomasio ejus filio, Ric-
„ cardo Zapel, Ruotelebo de Mossa, Peterli-
„ no quondam D. Alberti de Goricia, Wosal-
„ co & Thomado fratribus filiisque D. Henrici
„ de dicto loco, Cotto Stationario, Joanne di-
„ cto Vizdum, testibus de Goritia, & habita-
„ toribus ibidem, & aliis ad hæc vocatis spe-
„ cialiter, & rogatis. Venerabiles Viri DD.
„ Presbyteri Paganus & Bartholomæus, Cano-
„ nici Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Civitatensis, eo-
„ rum proprio nomine, necnon tanquam Sin-
„ dici & Procuratores Venerabilium Virorum
„ DD. Decani, Canonicorum, & Capituli
„ præfatæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Civitaten- D
„ sis, Aquilegensis Diocesis, ad hæc speciali-
„ ter constituti, prout de Sindicatu, Procura-
„ torio, Mandato plenius constat quodam pu-
„ blico Instrumento scripto manu Nicolai No-
„ tarii quondam Francisci de Civitate Austria
„ prædicta sub eodem anno & Indictione, die
„ vero nono præsentis Mensis Decembris: vo-
„ caverunt sibi solutum, & plenarie satisfa-
„ ctum a Magnifica DD. Katerina, Goriciæ
„ & Tyrolis Comitissa, dante, solvente, &
„ satisfaciente suo proprio nomine, necnon
„ que officii, status, & conditionis cujuslibet,
„ de omnibus & singulis fructibus, nascentiis,
„ & rebus, quos & quas dicti Domina Comi-
„ tissa & Comes seu eorum & eorumdem cu-
„ juslibet Officiales quicumque usque ad præ-
„ sentem diem quomodolibet habuerint, exe-
„ gerint, & perceperint de Decima & ex De-
„ cima Tulmini dictorum Canonicorum & Ca-
„ pituli seu Majoris Ecclesiæ Sanctæ Mariæ
„ Civitatis Austriæ prædictæ. Renunciantes
„ exceptioni non habitæ, non receptæ, ac eis
„ non factæ dictæ solutionis & satisfactionis,
„ tempore hujus Contractus; & omni legum
„ & juris auxilio, tam Canonico quam Civi-
„ li, quo contra hujus Instrumenti continen-
„ tiam, suo ut supra nomine defendere possent
„ aliquatenus, vel tueri. *De quibus* autem
„ fructibus, nascentiis, denariis, & omnibus
„ & singulis rebus, & quantitatibus quibusli-
„ bet, quos & quas præscripti Domina Comi-
„ tissa, & Comes, seu eorum quilibet, & eo-
„ rum ac eorumdem cujuslibet Officiales usque
„ ad præsentem diem habuissent, exegissent,
„ seu quomodolibet percepissent de ipsa Deci-
„ ma Tulmini; vel occasione Decimæ ante-
„ dictæ essent, vel reperirentur esse modo quo-
„ libet obligati eisdem Canonicis & Capitulo
„ seu Majori Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Civitatis
„ Austriæ prænotatis; ac de omnibus & singu-
„ lis a præmissis dependentibus modo quolibet,
„ & connexis: prænemorati DD. Presbyteri
„ Paganus & Bartholomæus Canonici, per eos
„ eorumque heredes, & procuratorio & syn-
„ dicario nomine ut supra, fecerunt antescri-
„ ptæ D. Comitissæ pro se suisque heredibus,
„ necnon nomine & vice dicti Domini Comi-
„ tis sui Mariti, ejusque heredum, & eorum
„ & ipsorum cujuslibet Officialium quorum-
„ cumque, & ipsorum heredum, solemniter
„ stipulanti & recipienti, fidem perpetuam,
„ & remissionem, liberationem, absolutio-
„ nem, quietationem, & pactum de ulterius
ali-

„ & Capituli, & Majoris Ecclesiæ supradictæ, „ cum obligatione omnium suorum, & dictorum Decani, Canonicorum, & Capituli totius bonorum, mobilium & immobilium, „ præsentium & futurorum, & omnium damnorum interesse & expensarum litis, & extra refectionem, sæpesatæ Dominæ Comitissæ, pro se & nomine & vice dicti Domini Comitis, eorumque & eorumdem cujuslibet Officialium quorumlibet, & ipsorum „ heredum, stipulanti & recipienti perpetuo „ firma, rata, & grata, habere, tenere, & „ observare promiserunt: nunquam quoque „ contra prædicta, vel infrascripta, nec ipsorum aliquod, per eos ut supra nomine, nec „ aliquam interpositam personam dicere, facere, vel venire ratione aliqua, dolo, ingenio, sive causa, de jure vel de facto, sub „ pœna dupli ejus, de quo ex præmissis tempore aliquo quæstio moveretur, minus quinque solidis Veronensium parvorum, in singulis hujus instrumenti Capitulis solemniter „ stipulata & promissa; quæ totiens peti & „ exigi valeat cum effectu, quotiens committeretur in ipsam. Et ea pœna soluta, vel „ non, præsens tamen Instrumentum in omnibus, & per omnia semper obtineat plenum „ robur.... Ego Matthias q. Nicolai Pucini „ Not. Goriciæ habitans Imperiali auctoritate „ Notarius prædictis omnibus & singulis interfui', & rogatus scripsi. „

Ad hanc ætatem non pertigisse Henricum Goritianum, fratrem Mainardi, & Alberti, (quod etiam adnotavimus Capite xciv.) satis colligitur. Mortalitatem pridem ab ipso expletam, luculentiore testimonio evincunt Tabulæ, quas numero sequente allegamus. Catharina, Mainardi uxor, innotescit, quæ absente Marito Comitatum regebat. Mariti absentiam diserte memorat Auctor Additamenti primi ad Historiam Cortusiorum. Nondum vero Castrum Tulmini pro votis mandatisque Romani Pontificis a Goritianis dimissum redditumque Patriarchæ, infra dicendum.

II. Confederationis pacisque, Ludovicum inter ac Mainardum & Albertum initæ firmatæque, Tabulas conspiciendas præbuit

B „ iarum Advocatum, suo, & Heredum, ac „ fidelium, & subditorum suorum nomine ex „ parte altera; pax vera & perpetua vigeat, „ & in vero pacis authore sinceris amoribus „ augeatur continuo, dictæque partes honoribus, juribus, & jurisdictionibus ipsarum pacifice & feliciter gaudeant & utantur, ad „ laudem & honorem Omnipotentis Dei ejusque Virginis Matris gloriosæ ac totius Cælestis Curiæ, atque Sanctæ Apostolicæ Sedis „ Imperialisque culminis, in pleno & generali „ Colloquio in Castro Utini ad infrascripta vocato specialiter & solemniter congregato, „ iidem Principes fraterna dulcedine adinvicem „ convenientes cum approbatione communi, assensu, & collaudatione omnium Prælatorum, „ Nobilium, & Communitatum utriusque partis dicto interessentium Colloquio, ad infrascripta pacta, conventiones, & fœdera pacis, unionis, & concordiæ devenerunt.

C Advocatiæ Aquilejensis jura adserta, declarata, protensa: eademque, si linea Mainardi deficeret, *Comiti Alberto fratri suo, ejusque heredibus masculis ab eo similiter descendentibus* vendicata. Comitatum ergo Goritianum regebat Mainardus, lucisque aura adhuc fruebatur Albertus. Aliæ sancitæ leguntur duriores pacis conditiones, quas arduæ temporum circumstantiæ postulabant: percussaque a Patriarcha memorantur fœdera cum Francisco Carrariensi. Ex utraque parte Viri proceres nobilesque intersunt, qui statutis assensum præbent conditionibus. Eorum nomina in Tabularum calce habentur. Verba sunt: "In quorum omnium testimonium & perpetuum „ plenum robur prædicta omnia de mandato „ & communi voluntate supradictorum DD. „ Patriarchæ, & Comitis; necnon de voluntate unanimi & consensu omnium fidelium „ & subditorum suorum in dicto existentium „ Colloquio, ut præfertur, prædicta omnia „ scripta, & in hanc formam publicam per me „ Notarium redacta sunt: & cum pendentibus sigillis præfatorum Dominorum, eorumque fidelium atque subditorum communita. „ Data sunt hæc in Patriarchali Palatio Utini in generali Colloquio antedicto die tertia Aprilis, anno Dominicæ Nativitatis Tre-

D

„ zacho, Valterpertoldus de Pers, Tomafius
„ de Tricano, Fridericus de Fontebono, Gal-
„ giardus de Castro Pagano ..... de Cavo-
„ riaco, Scusatus & Articus de Sancto Danie-
„ le, Margaritus Civis Aquilegensis, Philip-
„ pus de Portis & Erasmus Virgilii de Civita-
„ te, ac Jacobus de Glemona: necnon Nobi-
„ les Viri Domini, Albertus Miles dictus Gif-
„ fiester, Hugo de Raimfimberg, Conradus
„ Porgravius in Luenz, Henricus Porgravius
„ in Goricia, Franciscus de Castillerio, ...
„ Bernardus de Gramogliano, Phebus De la
„ Turre, Rizzardus De la Turre de Goritia,
„ Thomasius de Goritia, & plures alii ad
„ dictum congregati Colloquium in multitu-
„ dine copiosa. Et ego Odoricus qu. D. An-
„ dreæ de Utino Aquilegensis Diocesis, Im-
„ periali auctoritate Notarius publicus, supra-
„ scriptique Domini Patriarchæ Officialis &
„ Scriba, præmissis paci, unioni, confœdera-
„ tioni, & ligæ, ac omnibus & singulis su-
„ perius denotatis interfui: & rogatus de man-
„ dato eorumdem Dominorum Patriarchæ, &
„ Comitis prædicta omnia scripsi, & fideliter
„ publicavi, meo hic signo apposito. „

III. DUM his Provincia turbis motibusque quatiebatur, excessit vita Ludovicus, quam inter angustias mœroresque duxerat. Annum, mensem, diemque emortualem notat Joannes Aylini: *Ludovicus Patriarcha*, inquiens, *mortis transitum consummavit* III. *Calendas Augusti* (seu die 30. Julii) M. CCC. LXV. Diem obitus eamdem *tricesimam Julii* designat Ughellus: annum vero 1364. præcedentem notat, typorum fortasse vitio. Sede vacante, regimen Ecclesiæ Francisco Savorniano Vicedomino commissum est. Ejusdem Joannis Aylini verba sunt: *Nobilis & egregius Miles, omni elegantia alieno. Superest Manuscriptus.* Temporaria nota vitio laborat, Typothetarum oscitantia; namque *Trecenti* desiderantur, qui excurrunt supra mille annos.

EUMDEM memorat Scriptorem Cangius in Indice, seu Nomenclatore Scriptorum mediæ & infimæ latinitatis. Agitur de ipso in Diario Eruditorum Italiæ Tomo IX. Articulo III. num. XI. ubi Historia dicitur, Justo Fontanino
C notitiam suppeditante, per hæc verba incipere, *In Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Anno a Nativitate Domini nostri Jesu-Christi* M. CCC. LXXXI. ac desinere: *Eos insultaverunt intrantes foveas & spaltos*, anno M. CCC. LXXXVII.

CODICEM olim accepimus ab ornatissimo Francisco Berretta propria Antonii Belloni sæpe laudati manu exaratum; ex quo discere licet, fusiorem a Joanne, Aylini filio, Notario Maniacensi, scriptam fuisse historiam: eamque ad annum usque 1389. pertingere. Mutilus codex est. Septem supra quadraginta desiderantur folia: ac primum, quod visitur, nu-
D meratur quadragesimum octavum. Prima verba sunt: *Non solum ipse, verum etiam ex sua comitiva quamplures carcerati.* Auctorem produnt sequentia verba: *isti nostri se reducentes in Centa mei Joannis Notarii Aylini.* Vocem *Centæ* eamdem puto ac *Centenam*, quæ, Cangio exponente, districtum, jurisdictionem, dominium significat. Definit Codex: *Et per Pitinum de Meduno, familiarem dicti olim D. Federici Militis, interfectus est.* Hæc denique sequuntur: *Hucusque Joannes Notarius quondam Aylini de Maniaco. Descript. per Antonium Bellonum Notarium.* Plura in Præfatione disserimus, quam Opusculorum Appendici præmittimus.

CA-

vit Marquardum Urbanus V. Romanæ & Universalis Ecclesiæ Hierarcha. *Fuit ille natione Theutonicus*, (verba sunt Joannis Aylini in Chronico citato) *Bavarus de Auspurch, Episcopus Sanctissimæ & Beatissimæ Virginis de Auspurch, postmodum vocatus ad Patriarchatum Aquilegensem*. Electionem refert Ughellus ad *Annum* M. CCC. LXIV. *diemque* X. *Calendas Septembris*, seu 23. mensis Augusti. Error in anno cubat, qui 1365. numerandus est.

NOBILISSIMO Randechiorum in Bavaria prognatus ex genere, memorandis operibus Caroli Imperatoris gratiam sibi conciliaverat. Gesta ejus narrat Henricus Rebdorffiensis in Annalibus apud Freherum. Nempe, Carolo post coronam Romæ anno 1355. susceptam Pisas adventanti insidias ad necem parasse *Progeniem, vulgariter appellatam Gambacurta:* Marquardum *Episcopum Augustensem, una cum suis tamen paucis, primo erecto vexillo, inimicos audacter invasisse, & pugnasse cum eis a mane usque ad vesperam*, condigna de seditiosis vindicta sumpta: anno 1356. a Carolo Imperatore *Vicarium Imperii in Italia* renunciatum, *ivisse manu armata contra Dominos Mediolanenses*, qui obsequi renuebant Imperatori: adverso marte pugnantem, *captum esse in bello*, soluta anno insequente 1357. captivitate. Hæc ejus præcipua gesta, antequam Aquilejenses infulas gestaret.

II. FRIDERICI Savorniani, quem Vicedominum elegerant Aquilejenses Canonici, optimum consilium fuit, ut forte propitia uteretur, quæ extremis Ludovici Patriarchæ diebus arridere inceperat. Nulla injecta mora, *per gentes Aquilegensis Ecclesiæ* (Joannis Aylini verba sunt) *& Domini Paduæ* (Francisci Carrariensis) damna plura ingesta sunt *gentibus Ducum Austriæ*. In subsidium DCC. *lanceæ intrarunt Patriam cum Potente Milite D. Valterpersoldo de Spegnembergo ad destructionem ipsius Patriæ: quæ per dictas gentes Aquilegensis Ecclesiæ conflicta fuerunt omnes sub Faganea*. Ipsi Forojuliensium plerique, tot cladibus instructi, ad obsequium fidemque Ecclesiæ redierunt: *illi de Spegnembergo, Joannes de*

AD hæc, *illi de Venzono* (quod Oppidum tot ansa fuit discordiarum) *subjugati fuerunt:* itemque *Domini de Ragonea redacti ad ultima, se dediderunt Ecclesiæ*. Una obsistebat *Terra Portus-Naonis:* quæ pariter in fidem recepta esset, *nisi fuisset adventus dicti D. Marquardi Patriarchæ, qui venit in* M.CCC.LXVI. *in Vigiliis Natalis Domini*. Extremos anni 1365. dies intellige; æræ quippe Christianæ annos exordiri solet Auctor a Nativitate Domini. Quo *in adventu* (Patriarchæ) *tractata fuit pax per Dominum Nibilum de Maniaco inter prædictos de Portu-Naone, & dictum Dominum Patriarcham Aquilegensem*.

III. PATRIARCHATUM, ad quem Sedis Apostolicæ gratia delectus fuerat, adsumere Marquardus detrectabat, quod Forojuliensem Provinciam Exterorum potentia turbatam animadverteret, internisque motibus quassatam. Annuit ille totius Provinciæ votis, quæ significaverat Nihilus Maniacensis, Vir multæ nobilitatis, magnique nominis, qui ad ipsum legatus fuerat. Verba profero Joannis Aylini. Ad Marquardum *Nobilis, & Circumspectus Dominus Nibil de Maniaco missus fuit per totam Patriam, ut instaret ei, quod Patriarchatum deberet acceptare: quia recusabat eum velle acceptare propter magnas guerras, & scandala, quæ erant in Patria. Quæ guerræ ortæ erant sub Patriarcha Ludovico de la Turre*. Dissidiis impliciti erant *Domini de Spegnembergo cum omnibus eorum locis, & cum Turri sita prope Terram Portus-Naonis, D. Andreas de Pulcinico, D. Plebanus de Strasoldo, D. Facina de Pertistagno, D. Joannes de Uruspergo, Terra Avenzoni, & Nobiles de Ragonea*.

IN Provinciam, ut Ecclesiæ concreditæ possessionem adiret, Marquardus adventavit *die* XXIV. *Decembris*, eodem Joanne Aylini teste, anno 1365. Aquilejam anno insequente profectus est, Missarum solemnia celebraturus. Divinis operatur ille *die Dominico* XIX. *Aprilis*: quam temporis notam exhibet Documentum, quo factæ recensentur eidem Patriarchæ oblationes. Illud proferre hoc loco placet, tametsi typis vulgatum habeatur in Appendice ope-

„ tum, & unam cuppam fine pede planam
„ coopertam.
„ Capitulum......
„ Episcopus Veronensis cereum unum cum Du-
„ catis XXII.
„ Capitulum.....
„ Episcopus Tergestinus cereum unum cum
„ denariis....
„ Capitulum....
„ Episcopus Cumanus.....
„ Capitulum......
„ Episcopus Vicentinus cereum unum cum Du-
„ catis XXII.
„ Capitulum......
„ Episcopus Justinopolitanus....
„ Capitulum.....
„ Episcopus Concordiensis unam Cuppam cum
„ pede, & smaltis.
„ Capitulum.....
„ Episcopus Emonensis.....
„ Capitulum......
„ Episcopus Polensis Florenos XII.
„ Capitulum.....
„ Episcopus Parentinus.....
„ Capitulum......
„ Episcopus Trivisinus unam Cuppam cum pe-
„ de.
„ Capitulum duas Tacias.
„ Episcopus Petenensis.....
„ Capitulum.....
„ Episcopus Cenetensis unum cyphum cum pe-
„ de.
„ Capitulum.....
„ Episcopus Mantuanus....
„ Capitulum....
„ Episcopus Bellunensis (*al.* Segniensis) ...
„ Episcopus Feltrensis (*al.* Hassiensis)... ·
„ Domini Mediolanenses......
„

„ MAGNATES CUM CERTIS
„ COMMUNITATIBUS.
„

„ Dominus Dux, & Commune Venetiarum
„ duo Bacilia, duas Platenas, tres Cyphos
„ Communitas Tergesti tres cuppas cum pe-
„ dibus.
„ Domina Comitissa Goritiæ....
„

„ PRÆLATI ALEMANNIÆ.
„

„ Archidiaconus Karinthiæ....
„ Archidiaconus Carniolæ, & Marchiæ....
„ Archidiaconus Seuniæ......
„ Abbas Ottemburgensis.....
„ Abbas Victonensis.....
„ Abbas in Arlonstaga.....
„ Abbas Siticensis......
„ Præpositus Junensis.....
C „ Prior in Usenivitz.....
„ Abbas Milistatensis....
„

„ PRÆLATI IN CLERO
„ INTRINSECO.
„

„ Decanus Aquilegensis cereum unum cum de-
„ nariis.
„ Capitulum. D. Paganus de la Turre unam
„ cuppam planam cum parvo pede. Ro-
„ magninus cereum unum cum denariis.
„ Decanus Civitatensis cereos duos cum de-
„ nariis.
„ Capitulum.....
„ Decanus Utini Marchas solidorum septem.
„ Capitulum....
D „ Abbas Beliniensis unam cuppam cum pede.
„ Abbas Sextensis......
„ Abbas Rosacensis.....
„ Abbas Mosacensis unam cuppam cum par-
„ vo pede.
„ Præpositus Sancti Stephani Aquilegensis....
„ Capitulum....
„ Præpositus Sancti Felicis Aquilegensis....
„ Capitulum.....
„ Præpositus Sancti Petri in Carnea....
„ Capitulum....
„ Abbas Sumaguensis unam cuppam cum pede.
„ Abbatissa Monasterii Aquilegensis cuppam
„ unam cum pede.

Abba-

„ Mons-falco duos cereos cum denariis.
„ Sanctus Vitus unum cereum cum denariis.
„ Sacillum unum cereum cum denariis.
„ Meduna......
„ Tumetium cum Carnea cereum unum cum
„ denariis.
„ Contrata Cadubrii Ducatos L X. in una
„ bursa.
„ Venzonum unum cyphum de cristallo cum
„ pede, & Florenos XXVI.
„ Portus-Gruarius unam cuppam cum pede.
„

„ ILLI DE MARCHIONATU ISTRIÆ.

„
„ Muglia cereos duos cum denariis.
„ Buglis....
„ Portulis....
„ Pinventum....
„ Rovum....
„ Colinum....
„ Duo Castra....
„ Albona.....
„ Flavona.
„

„ NOBILES DE PATRIA FORIJULII.

„
„ Prata. D. Manfredus unam Taciam: alii
„ Domini unam magnam cuppam cum pe-
„ de.
„ Porcileæ Torcium unum cum denariis.
„ Pulcenicum Torcios quatuor cum denariis.
„ Villalta. D. Meynardus de Villalta Tor-
„ cium unum cum denariis.
„ Castellum unam cuppam magnam sine pe-
„ de.
„ Strasoldum. Heredes Domini Henrici Tor-
„ cium unum cum denariis: Gabriel, &
„ Bernardus cereos tres cum denariis.
„ Spegnimbergum unam cuppam cum pede.
„ Avianum cereum unum cum denariis.
„ Maniacum......
„ La Fratina Torcium unum cum denariis.
„ Salvarolum.....
„ Laurenzaca.....
„ Sbrogevacca....
„ Valvasonum. D. Simon unam cuppam sine
„ pede.
„ Azzanum....

„ Fontana-bona cereum unum cum denariis.
„ Faganea cereum unum cum denariis.
B „ Sanctus Daniel cereum unum cum denariis.
„ Tricesimum....
„ Prampergum cereum unum cum denariis.
„ Pertistagnum....
„ Attemps.....
„ Cucanea. D. Odoricus unam cuppam sine
„ pede
„ Butrium.....
„ Manzanum. Guarnerius, & Pantaleo ce-
„ reum unum cum denariis.
„ Vendoium....
„ Ragonea......
„ Zoppola.....
„ Canipa Communitas cereos duos cum dena-
„ riis.
C „

„ ALII DOMINI, ET PERSONÆ.

„
„ D. Franciscus de Savorgnano unam cuppam
„ cum pede coopertam.
„ D. Paganus de Savorgnano unam Creden-
„ tiam cum linguis serpentinis.
„ D. Federicus de Savorgnano unam cuppam
„ sine pede coopertam.
„ Plebanus Sancti Danielis cereum unum cum
„ denariis.
„ Prior S. Antonii de Venetiis unam Platenam
„ planam.
„ D. Nicolussius de la Turre unum magnum
„ equum.
„ D. Nicolussius Orbiti.....
D „ Filii D. Jannoli de Lisono duas Tacias.
„ D. Joannes de Monticulis unam cuppam de
„ nuce cum argento deaurato.
„ D. Phebusinus de la Turre unam cuppam
„ cum pede.
„ Filii Castroni de Burlis unam Confiteriam
„ cum pede.
„ Plebanus Tricesimi unum cereum cum de-
„ nariis.
„ Nota, quod ultra præmissa dati sunt tres an-
„ nuli, omnes aurei: quorum unum est ful-
„ citus margarita; & ignoratur, quis dede-
„ rit. Item sunt duæ Cuppæ planæ cum pe-
„ de plano, & aliæ sine pede: & ignoratur
„ similiter, quis eas dederit. Item est una

ITAQUE Marquardo Patriarchæ septem ac decem suffraganei Episcopi parebant. Ad Istriæ Marcham, quæ Patriarchalis ditionis pars erat, pauca & minora Provinciæ loca spectabant: præcipuasque civitates Veneta Majestas regebat. Proceres omnes Forojulienses ad obsequium redacti fuerant, fidemque. Oblationes Portunaonensium memorantur nullæ: dona tamen offerunt plures in Italia Principes ac Dynastæ, amicitiæ ac pacis fœdere conjuncti. Sunt vero oblationes præter cereos nummosque, vasa sacra, quæ *Cupæ*, *Taciæ*, ac *cyphi*, seu sciphi vocantur; itemque *Bacilia*, seu pelves & polubra; ac *Platenæ*, idest Patenæ, quarum usus in oblatione Corporis Domini; & Credentiæ, seu Mensulæ, quæ vasa Altaris aut Sacrificii continent: eademque ex argento, aut christallo confecta, alia inaurata, aliaque *musivo* opere & *smalto*, seu liquati coloratique metalli ornata pigmento . . . . . .

IV. ODORICI, & Joannis de Susannis in Tabularum calce nomina leguntur. Notarii & Cancellarii munere defungentes, Ludovico, Marquardo, & Philippo successori inservierunt. Opera conscripsere ad posterorum memoriam, quæ Patriarchalem satis illustrant Historiam. Primum, quod concinnavit Odoricus, his verbis incipit: „ M.CCC.LXXXVI. „ In Christi nomine Amen. Infrascripti sunt „ introitus ad Aquilegensem Mensam Patriar„ chalem spectantes, per Odoricum de Utino „ Patriarchalem Cancellarium juxta parvæ ca„ pacitatis memoriam fideliter notati & de„ scripti: necnon Capitaneatus, Gastaldiæ, „ cæteraque dictæ Mensæ officia: & pro quan„ to pretio annuatim communiter vendi solent „ seu solebant, salvo pluri & minori, juxta „ temporum dispositiones prosperas vel adver„ sas. „ Typis vulgatum prostat Opusculum apud Muratorium in Collectione Scriptorum Italiæ Tomo XVI.

OPUSCULUM alterum Odorici eodem loco typis editum exhibet idem Muratorius. Titulus est: " M.CCC.LXXXVI. In nomine „ Sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen. Ad „ Aquilegensis Ecclesiæ, pro eorum notitia & „ conservatione, Memoriale præsens breve, „ prout nunc memoriæ meæ potuit occurrere, „ ultra Memorialia alia dudum per me in ple„ niori forma composita, ordinavi & descripsi, „ prout inferius est expressum. „ Grande sequitur ab eodem Odorico scriptum Volumen, inscriptumque *Thesauri claritas*. Complectitur *Privilegia & jura S. Aquilegensis Ecclesiæ*. Nota chronica legitur in calce Præfationis: *Anno Domini* M.CCC.LXXVI. *Indictione quartadecima, de Mense Octobris, currente Sedis præfati D. Patriarchæ* (Marquardi) *quem Altissimus longius ad vota conservet, anno undecimo*. . . . . .

C

DENIQUE Ms. circumfertur Opusculum, quod Joannes, filius Odorici, digessit. Inscribitur *Memoriale super introitibus ad Patriarchalem Mensam Aquilegensem* . . . . . Hæc verba sequuntur: *In Christi nomine Amen. Infrascripti sunt introitus ad Patriarchalem Aquilegensem Mensam spectantes, per me Joannem de Susannis de Utino Patriarchalem Cancellarium, videlicet indignum, juxta parvæ capacitatis meæ memoriam fideliter notati & descripti*. Ejusdem generis opus est, quod Odoricus pater confecit, primo loco recensitum.

V. SOLEMNI peracta pompa, qua Marquardus, cum primum ingrederetur in Civitatem & Ecclesiam Aquilejensem Sacræ jurisdictionis munia obiturus, exceptus est; Civitatem Austriam adiit, ut in possessionem temporalem pro more, quem Majores invexere, consuetis ritibus mitteretur. Hujusce rei Monumentum profero, quod apographum adservatur in Archivo Capituli Civitatensis. "Anno Nativitatis ejusdem Domini Millesimo „ Trecentesimo Sexagesimo Sexto, Indictio„ ne quarta, die Dominico quarto Mensis „ Junii, in Civitate Austriæ Aquilegensis Dio„ cesis, in Ecclesia Majori Sanctæ Mariæ, post „ Altare Majus ipsius Ecclesiæ: præsentibus „ Nobilibus Viris Dominis, Francisco de Sa„ vorgnano, Gualterpertoldo de Spegnember„ go, & Odorico Notario de Utino Infrascri-

D

. . . „ pti

CAPUT XCVIII.

Diploma Caroli IV. ad Marquardum. Datæ ad ipsum Urbani V. epistolæ de recto judiciorum ordine in Provincia servando. Alia ejusdem gesta. Fœdus init cum Ludovico Rege Hungariæ. Tulminense Castrum locat Civitatensibus. Mortem obit Marquardus.

I. MINUTA sarcire Ecclesiæ Aquilejensis jura pro virili studebat Marquardus: obtinuitque Diplomatis Imperialis præsidium. Datum a Carolo IV. legitur, *Frankenefort super Mogano, anno Domini* M. CCC. LXVI. *Indictione* IV. VII. *Septembris*, *Regnorum anno* XXI. *Imperii vero* XII. Integrum Diploma referunt Muratorius Tomo XVI. Scriptorum Italiæ, & Lunigus in Codice Italiæ diplomatico.

PRONAM, & optimam declarat Imperator voluntatem *ad instaurandos Ecclesiæ Aquilegensis profectus:* præcipuamque exhibitæ benevolentiæ causam affert, commendatque *virtutem & fidem* Marquardi Patriarchæ, quam *experimento* (inquit) *præsensimus notitia clariore*. Omnia & singula *Privilegia*, quæ, *dicto Marquardo*, *& Prædecessoribus suis Patriarchis*, *& eidem Aquilegensi Ecclesiæ* concessa fuere, instaurat ille, ac rata firmaque habet.

II. PONTIFICIAS Urbani V. subjicio litteras, queis eliminatur consuetudo, in Judiciis ferendis pro more invecto servata, justitiæque cum integritate administrandæ minus congrua: modusque adhibendus præscribitur, ut imposterum recta prodeant Judicia. Litteras easdem, quæ plurium mendorum fœcscatent, vulgavit Ughellus. Ex emendatiore descriptas Apographo in lucem producimus.

„ Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei „ Venerabili Fratri .... Patriarchæ Aquilegensi salutem & Apostolicam benedictionem. „ Nuper ad nostrum pervenit auditum, quod „ in Civitate Aquilegensi, Utinensi, Civitatis Austriæ, Glemonæ, Venzone, Marani, „ Montis-Falconis, Sacili, Sancti Viti, Modunæ locis, & nonnullis aliis locis, ac Terris, & Castris, Gastaldiis, & Oppidis Patriæ Forojulii, Aquilegensis Diocesis, tuæ „ temporali jurisdictioni subjectis, in Criminali & Civili foro quædam abusiva consuetudo, quæ potius corruptela dici debet, inolevit rectorum judiciorum quamplurium perversiva. Ex eo quia in judiciis antedictis; „ tam in præceptis, monitionibus, interlocutoriis & definitivis sententiis; quam aliis „ quibuscumque actibus judicialibus, Patriarcha qui pro tempore est, & ipsius Officiales „ examinare, cognoscere, definire, terminare, & alios actus judiciales facere ex ponderata & matura deliberatione non possunt: „ sed solum inquantum in instanti per astantes, seu majorem partem astantium, indifferenter & passim, sive Nobiles, innobiles, „ litterati, & illiterati, artifices, seu cujusvis alterius conditionis, dignitatis, & status homines existant: etiam per Patriarcham, seu ipsius Officiales in judicio præsidentes non vocati, sed eorum motu proprio „ vel ex casu, temporibus, quibus idem Patriarcha & ipsius Officiales pro jure reddendo sedere contigerit, in loco judicii convenientes: & facto per partes, seu ipsarum „ Advocatos vel Procuratores, atque omnibus „ quæ ipsæ partes dicere vel allegare in ipso „ instanti voluerint respectu articuli Causæ, „ de quo in termino ipsis partibus statuto litigare contigerit, enarratis; tunc ad vocationem Patriarchæ, seu Officialium ejusdem, „ quasi more præconis, eosdem astantes requirentium, quid in præmissis actibus, seu articulis judicialibus de jure videtur, sententiatum & dictum fuerit ipso instanti, nulla alia deliberatione præmissa, qualis & quantacum-

„ judiciarii, interlocutoriæ sententiæ, & definitivæ, ac præcepta indebite promulgantur. Nos igitur attendentes, quod consuetudo, quæ Canonicis obviat institutis, nullius debet esse momenti: quodque sententia a non suo lata judice, nullam obtinet firmitatem; ut tam tu, quam Officiales tui prædicti in causis subjectorum tuorum, postquam tibi & ipsis de meritis earum constiterit, sententias proferre valeatis, sicut ordo postulat rationis, præmissa consuetudine non obstante, Fraternitati tuæ authoritate præsentium concedimus facultatem. Datum Viterbii XIII. Kal. Augusti, Pontificatus nostri anno quinto.„

AD annum 1364. litteras Ughellus refert. Fallitur egregie. Electioni suæ in Romanum Pontificem præstitit Urbanus V. assensum anno 1362. die 28. Octobris. Thronum ipse Pontificium conscendit Avenione in Vigilia Omnium Sanctorum: consecratusque fuit die 6. Novembris. Avenione discessit anno 1367. die ultima Mensis Aprilis, in Italiam ac Romam migraturus. Viterbium intravit eodem anno die 9. Mensis Junii, currente Pontificatus anno quinto, qui anno Christi superiore vel ab extremis diebus Octobris, vel a die sexta Novembris initium sumpserat. Itaque hoc anno 1367. datæ sunt Urbani litteræ ad Marquardum Patriarcham, cum adhuc ille Viterbii moram traheret.

IMPROBATA evelli consuetudo non potuit, cum temporis vetustate roborata altissimas radices egerit. Id evincit luculentissimum Antonii Cajetani Patriarchæ Diploma, quod profero. "Exemplum fideliter de verbo ad verbum „ extractum ex Libro sive Registro Litterarum „ Cancellariæ Reverendissimi D. Antonii Patriarchæ dignissimi de M. CCC. XC. (VII.) „ Indictione V. sic incipiens. Nos Antonius „ tenore præsentium facimus notum universis, „ nostras præsentes litteras inspecturis: quod „ in hac nostra Patria Forijulii nostros ad libitum facimus, constituimus, & ordinamus, „ & creamus Officiales: videlicet, Marescalli. Datum in nostra Civitate Austriæ „ die XXVI. Aprilis, anno & indictione quibus supra.„ Nondum anno 1390. post Joannem de Moravia, Sedem conscenderat Aquilejensem Antonius: adeoque *Indictione quinta* retenta, annum æræ Christianæ 1397. reponendum esse duximus.

III. PLURA succedentibus annis gessit Marquardus, quæ maxime Provinciæ emolumenta spectant, Ecclesiæque Aquilejensis dignitatem. Regionem Tulminensem, quam olim ereptam hactenus detinuerant Comites Goritiani in fidem potestatemque recipit. Aquilejense Templum instaurat, quod terræ quassatum fuerat C motu, ac ruinam minabatur. Labefactata Provinciæ Castra reficit, ac munit: novum ædificat Castrum Portus-gruarii, innovatque Patriarcharum palatia. Magnam denique pecuniarum summam, Apostolico ærario debitam, solvit ac numerat.

HÆC narrat omnia ipse Marquardus in Tabulis *Utini in Patriarchali Palatio* confectis *die sextodecimo Mensis Maii, sub anno Domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo nono, Indictione secunda*. Verba refero. "Notorium erat, „ *inquiens*, quod ultra vigintiquatuor Millia „ Ducatorum persolvimus Apostolicæ Cameræ, in quibus nos & Prædecessores nostri eramus obligati. Item notorium erat, quod „ pro recuperatione Contratæ Tulmini, Curiæ, & Castri ibidem, quam & quod Comes Goritiæ detinebat, & ipsius Curiæ & „ Castri reformatione & nova instructione, & „ pro Fabrica Castri Portus-Gruarii, & reformatione Castri Sacili, Castri Sancti Viti, „ Castri & Palatii Montis-Falconis, Castri „ Turris, & aliorum locorum causa brevitatis in hac Scriptura non inserendorum, ultra triginta quatuor Millia Ducatorum erant „ expensa. Item pro reformatione Majoris „ Ecclesiæ Aquilegensis, quæ ruinata erat „ propter Terræmotum, expensa fuerunt per „ nos ultra novem Millia Ducatorum.„

D

IV. INITA succedit, sancitaque *cum Serenissimo D. Lodoico Ungariæ Rege*, *ejusque* Regno

[illegible]
de Marcuardo Patriarcha Aquilejensi, qui extremam senectutem suam, divino cultu omisso, injustum convertit ad bellum.

V. Verumenimvero tam gravi belli moli, quæ imminebat, ferendæ Marquardus impar erat, pecuniarum maxime subsidio destitutus. Comitia Provinciæ pluries celebrata: deque conscribendo exercitu, colligendisque pecuniis actum. Una potuit pro temporum arduitate excogitari locorum Ecclesiæ proventuumque ad certum annorum numerum alienatio. *Quasi omnes reditus* (inquit ipse Patriarcha in Tabulis citatis) *& proventus nostri, & nostræ Aquilegensis Ecclesiæ, per nos alienati erant pro anno præsenti & futuro, & maxime Gastaldia Carneæ, Gastaldia Antri, & Gastaldia Faganeæ, cum pluribus aliis Gastaldiis.*

Oblata quoque Civitatensibus, eisdemque locata Regio Tulminensis: ab eisque solutum sex mille Marcharum pretium. Ad negotium perficiundum, Provinciæ Comitia habita fuere. Utinum convenerunt "Dominus „ Episcopus Concordiensis, Abbas Rosacensis, Abbas Sextensis, Abbas Mosacensis, „ Decanus Aquilegensis, Decanus Civitatensis, Decanus Utinensis, Præpositus Carneæ, „ & alii quamplures & Clerici & Canonici Ecclesiarum prædictarum, cum alia magna „ multitudine Clericorum: in eodemque Colloquio intersuerunt quasi omnes meliores „ Nobiles dictæ Patriæ Forijulii, & omnes „ Communitates per earum Nuncios speciales. „ Cum expeditior nulla pateret via, de publico Tulminensi proventu Civitatensibus locando Comitiorum votis deliberatum est.

Tabulas confecit Odolricus *quondam Andreæ de Utino Aquilegensis Diocesis, Imperiali auctoritate Notarius publicus, supradictique Domini Patriarchæ Officialis & scriba, in Patriarchali Palatio Utini, die sextodecimo Mensis Maii, anno Domini Millesimo Trecentesimo septuagesimo nono, Indictione secunda.* Præsentes aderant *Guido Dei gratia Concordiensis Episcopus, Bondus Mosacensis Abbas, Sapiens Vir D. Georgius de Tortis de Papia dictæ Aqui-*

„ [illegible] Aquilegensis Ecclesiæ, Directo „ Fideli nostro Rodulpho de Portis, recipienti „ vice & nomine Communitatis Civitatensis „ prædictæ, omnes & singulos fructus, reditus, & proventus Contratæ supradictæ Tulmini, ad nos & nostram Ecclesiam Aquilegensem pertinentes, cum omni jure, jurisdictione, & Garicto ad nos & ipsam nostram Ecclesiam Aquilegensem pertinente & spectante, ac tota Gastaldia ac omnibus & singulis ad eamdem Gastaldiam quovis modo spectantibus & pertinentibus: & hoc usque ad sex annos proxime nunc venturos, pretio Marcharum solidorum sex Millium. Quas nos Patriarcha, nomine nostro & dictæ nostræ Aquilegensis Ecclesiæ, confessi fuimus, & tenore præsentium profitemur habuisse, & integre in prompta & numerata pecunia recepisse a dicto Rodulpho, dante & solvente vice & nomine Communitatis Civitatensis prædictæ. „

Inter initas conventiones, quas utraque servare pars deberet, sequentem profero animadversione dignam. "Item quod Capitaneus „ Castri de Sophumbergo, qui est & qui pro „ tempore fuerit, per nos Patriarcham & nostros Successores, compellatur per Sacramentum jurare, & promittere in manibus nostris & Communitatis Civitatis Austriæ supradictæ, superveniente casu quod Sedes Aquilegensis vacaret tam per promotionem, quam aliter: quod ipsum Castrum Sophumbergi dabit, & assignabit libere in manibus Communitatis Civitatensis præfatæ: & quod dictum Castrum Sophumbergi dicta Communitas teneat, & habeat, custodiat, & possideat cum omnibus ejus juribus, jurisdictionibus, pertinentiis, obventionibus, fructibus, & reditibus suis; donec per Dominum Patriarcham venturum, & Capitulum Aquilegense, ac colloquium generale omnia ac singula pacta, & omnia suprascripta fuerint iterum approbata, confirmata, & ratificata; vel confirmata per Dominum nostrum Papam per omnia, & in totum: „ Ad Instrumenti denique firmitatem ac robur sigilla appensa sunt Patriarchæ, *Capituli Ecclesiæ Aquilegensis, necnon Communitatum*

CAPUT XCIX.

Schisma Romanæ Ecclesiæ. Romanorum Imperatorum successio aliorumque Principum. Comitum Goritianorum stemma. Ecclesiæ Aquilejensi, Philippum Alenconium præficit Urbanus VI. titulo Commendæ. Sacili Philippus possessionem adit per Procuratorem: pacemque Provinciæ reddere studet.

I. INFANDUM schisma, quo Romana diu laboravit Ecclesia, intactum hoc loco præterire non licet, ut Successorum Patriarcharum Aquilejensium ordo, chronographia, negotia rite digeri, ac illustrari queant. Mortem obierat Urbanus V. anno 1370. die 19. Mensis Decembris in Civitate Avenionensi ad quam remigraverat ille, discordiarum & belli motus exortos inter Franciæ & Angliæ Reges compositurus. Eodem successerat anno Gregorius XI. electus die 30. Decembris: qui Pontificiam consecrationem coronamque insequente anno 1371. die 5. Januarii suscepit. Avenione discessit, appulitque Romam anno 1377. Mense Januario, die decima septima: quievitque in pace anno 1378. die 27. Martii. Eligitur Urbanus VI. eodem anno die 9. Aprilis: dieque 18. ejusdem Mensis, Diademate Pontificio redimitur. Conjurant in ipsum Cardinales: seque Fundos in Regno Neapolitano recipientes, Summum Pontificem renunciant Robertum ex Comitibus Gebennensibus, Clementem VII. nuncupatum, eodem anno 1378. die 20. Septembris.

CLEMENTI adhæsere Galliæ, Hispaniæ, Scotia, Sicilia, Cypri Reges, aliique Principes: in obedientia permansere Urbani Italia, Germania pene omnis, Anglia, Hungaria, Lusitania, cæteræque nationes & gentes. Consilium postea mutarunt plures, pro temporum rerumque vicibus hanc, vel illam adversamque sectantes partem: ac neutri adhærentes alii, splendidiora Ecclesiæ tempora exoptabant. Diem claudit extremam Urbanus VI. in urbe Roma anno 1389. die 15. Aprilis: eidemque B sufficitur Petrus Thomacellus die 2. Novembris, inauguratus coronatusque sub nomine Bonifacii IX. Vita quoque Avenione functus est Clemens VII. anno 1394. die 16. Septembris: cui Successorem elegerunt hujus Obedientiæ Cardinales Petrum de Luna, Benedictum XIII. nuncupatum, die 28. ejusdem Septembris. Bonifacio vita sublato successit Cosmas Melioratus, nomine Innocentii VII. adsumpto, anno 1404. die 17. Mensis Octobris: ejusdemque Innocentii post obitum, eligitur Angelus Corrarius Venetus anno 1406. die 2. C Decembris, nomenque adsumit Gregorii XII.

AD Schisma tollendum, quod Unam Sanctam Catholicam scindebat Romanam in partes Ecclesiam, cum ad unionem redigi Pontifices non possent, celebrandum Pisis Generale Concilium indicitur: cœpitque haberi anno 1409. die 25. Martii. Pisanis Patribus vice sua Gregorius & Benedictus alias opponunt Synodos, quas ipsi indixere, habueruntque. De Concilio, quod in Civitate Austria celebravit Gregorius, infra agendum. De Pontificatu contendentes illos Concilium Pisanum dignita- D te abjectos, & ab Ecclesia præcisos declaravit: decrevitque Romanam vacare Ecclesiam, facta Cardinalibus novum creandi Pontificem facultate. Petrus de Candia eodem renunciatur anno die 26. Junii, Alexander V. appellatus. Vitam ille post decem Menses, ac Pontificatum amisit; Successore electo Balthassare Cossa sub nomine Joannis XXIII. anno 1410. die 17. Maii. Schisma tamen extingui non potuit: exarsit vehementius; tresque de Pontificatu contendentes Ecclesiam trahebant in


par-

mens VII. confirmavit. Eodem anno 1378. vita excessit Carolus: perrexitque Venceslaus non tam Romanum regere, quam dissipare Imperium ad annum usque 1400. Annuente Bonifacio IX. convenere apud Castrum Lonstein Diœcesis Trevirensis Electores; ubi lata in Venceslaum sententia, Fridericum Ducem Brunswicensem dixerunt Regem, designaruntque Imperatorem. Eo nefarie perempto, eligitur Rupertus, Dux Bavariæ, cognomento Parvus, Vir belli pacisque artibus clarus. Ejusdem Epistolas ad Forojulienses infra dabimus. Anno 1413. mortem obiit ille: eique suffectum Jodocum Moraviæ Marchionem, narrant plerique, alii inficiantur. Successit vero Sigismundus Lucemburgius, Rex Hungariæ: qui coronam Aquisgrani suscepit eodem anno 1410. die 8. Novembris. Frater erat Venceslai, & Caroli Imperatoris filius.

CONJUGEM habuit Mariam, filiam Ludovici, Hungariæ & Poloniæ Regis: alteramque ejusdem Ludovici filiam, nomine Hedvigem, sibi sponsam sociare ambierat Villelmus, filius

B striaco) *Carniolam*, *Marchiam Sclavonicam*, *Portum-Naonem* (in Provincia Forojulii,) *Comitatum Tyrolensem cum Athesi*, aliasque regiones. De Villelmo primogenito jam diximus: filius alter, dictus Leopoldus Crassus, uxorem habuit Catharinam, Joannis Ducis Burgundiæ filiam: tertius Ernestus, matrimonii fœdere junctus Margaritæ filiæ Ducis de Stein, quæ soror erat Matris Sigismundi Regis & Imperatoris, regimine Stiriæ potiebatur: quartus Fridericus Tirolensem obtinuit Comitatum. Hic primam sibi uxorem sociavit filiam Ruperti Bavari, Palatini Rheni, C postmodum Imperatoris: qua defuncta, sponsam habuit Annam Brunswicensem, quæ genuit Sigismundum, *qui in Athesi regnavit; & Elisabeth, quæ desponsata est Heinrico Domino Goriciæ; sed infra anni spatium morte præventa* M. CCC. XCII. *ad Sanctum Stephanum Viennæ jacet tumulata*. Hæc narrat omnia Ebendorfferus.

III. AD Goritianorum Comitum stemma operam nostram jam convertamus.



STEMMATIS parti, quam Capite LXXXIX. delineavimus, partem aliam adjungimus, quæ patefacit Ziliolam Carrariensem Henrici *quar-*

D *ti* uxorem, itemque uxorem Mainardi *sexti* Catharinam, filiosque Henricum *quintum*, & Mainardum *septimum*. Henrici IV. nuptias anno

no

ne-Mainardo filiis infra dicendum. Mainardo VII. frater erat Henricus V. a quo ductam uxorem Elisabetam, Friderici Austriaci, qui Tirolim administrabat, filiam, narrat Ebendorfferus loco citato: eamdemque adnotat, *infra anni spatium morte preventam* vita excessisse *anno* M. CCC. XCII. Mainardum *septimum*, ipsumque fortasse Henricum *quintum* hoc circiter tempore vita functos, colligimus ex Documento anni 1394. quod Joannem Episcopum Gurcensem præfert *Tutorem & gubernatorem* Henrici, & Joannis-Mainardi, quos Mainardi *septimi* filios memoravimus. Tabulas dabimus infra.

In Codice Ms. Rerum Civitatensium, quem Marcus-Antonius Nicolettus, Vir ætate sua spectatissimus, diligentissime conscripsit, ad Annum M. CCC. LXXII. hæc adnotata legimus: *Die Veneris* V. *Novembris ibidem in pleno Consilio ad sonum Campanæ more solito congregato definitum fuit, & deliberatum: quod ematur una Cuppa cratera argentea, pro largiendo ad nuptias Filiæ Domini Comitis Goritiæ, quæ nupsit Domino Joanni Duci Bavariæ; prout empta fuit a Petro Musse in Consilio pro* XVI. *Marchis denariorum*. Hanc vocat Catharinam Vitus Arenpekius. Verba sunt Libro V. Chronici Bajoariorum Capite LXVII. *Anno* M. CCC. XCI. *obiit Domina Katherina, uxor Ducis Johannis* (in Monaco) *filia Comitis de Goricia, in die Albani M. multum laudabilis, erga pauperes multum misericors: ex qua genuit duos filios, Ernestum, & Vvillelmum; & filiam Dominam Sophiam Reginam*, Venceslao Regi Boëmiæ nuptam. Hanc puto Mainardi VI. & Catharinæ filiam, sororemque Mainardi VII. & Henrici V.

IV. Ad Aquilejensem post obitum Marquardi vacantem Ecclesiam sermo redeat. Schismate per electionem Clementis VII. anno 1378. in Ecclesiam invecto, nihil Urbanus VI. prætermittebat, ut sibi amicos, benevolos, fidosque Præsules vacantibus Ecclesiis præficeret. Hinc suæ auctoritati Ecclesiarum præfecturæ reservatæ: ipsoque adhuc vitam agente Marquardo, Successoris Patriarchæ electio, si qua a quovis alio perageretur, irrita declarata.

B „ tiis ac ipsarum Pastoribus, pro earum natu la-
„ lubriter dirigendo, solicite quantum nobis ex
„ alto conceditur, cogitamus. Sed illa propen-
„ sius solicitudo nos urget, ut Ecclesiis illis,
„ quæ suis sunt destitutæ Pastoribus, ne Eccle-
„ siæ ipsæ in spiritualibus & temporalibus de-
„ trimenta sustineant, de salubri remedio, pro-
„ ut ipsarum Ecclesiarum necessitas & tempo-
„ ris qualitas exigunt, consulamus. Dudum
„ siquidem, bonæ memoriæ Marquardo Pa-
„ triarcha Aquilegensi regimini Aquilegensis
„ Ecclesiæ præsidente, nos cupientes eidem
„ Ecclesiæ, cum eamdem vacare contingeret,
„ per Apostolicæ Sedis providentiam utilem &
„ idoneam ponere personam: provisionem ejus-
C „ dem Ecclesiæ ordinationi & dispositioni no-
„ stræ ea vice duximus specialiter reservan-
„ dam; decernendo ex tunc irritum & ina-
„ ne, si secus super his per quoscumque, qua-
„ vis auctoritate, scienter vel ignoranter, con-
„ tingeret attentari. Postmodum vero eadem
„ Ecclesia per ipsius Marquardi Patriarchæ
„ obitum, qui extra Romanam Curiam debi-
„ tum naturæ persolvit, vacante: nos ex cer-
„ tis rationabilibus causis ad id nostrum mo-
„ ventibus animum, Ecclesiam ipsam ad ma-
„ nus nostras duximus retinendam, donec de
„ ipsa duceremus aliter ordinandum. Volen-
„ tes igitur, dictæ Ecclesiæ de Gubernatore
„ secundum cor nostrum utili & idoneo, per
D „ quem Ecclesia ipsa utiliter regi & salubriter
„ gubernari valeat, providere: ac sperantes,
„ quod tu eidem Ecclesiæ esse poteris admo-
„ dum utilis, & multipliciter fructuosus, ipsam-
„ que Ecclesiam scies & poteris a perverso-
„ rum conatibus viriliter . . . . . . ad nostrum
„ beneplacitum tam in spiritualibus, quam in
„ temporalibus, de Fratrum nostrorum con-
„ silio, auctoritate Apostolica constituimus,
„ & etiam deputamus. Curam, regimen, gu-
„ bernationem, & administrationem plenam
„ & liberam ejusdem Aquilegensis Ecclesiæ ti-
„ bi in eisdem spiritualibus & temporalibus
„ plenarie committentes: alienatione tamen
„ bonorum immobilium, & pretiosorum mo-
„ bilium ipsius Ecclesiæ tibi penitus interdicta.

Vo-

„ geras solicite, fideliter, & prudenter, quod „ Aquilegensis Ecclesia utili & fructuoso Gubernatori gaudeat se commissam. Tuque „ præter retributionis æternæ præmium & humanæ laudis præconium, quæ perinde mereberis, nostram & dictæ Sedis benedictionem & gratiam uberius exinde consequi merearis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum „ III. Idus Februarii, Pontificatus nostri anno tertio.

AD annum æræ vulgaris 1381. litteræ Pontificiæ spectant, integro Mense post obitum Marquardi expleto datæ. Administrator Aquilejensis Ecclesiæ titulo Commendæ instituitur Philippus ad ipsius Urbani VI. beneplacitum. Is erat natione Gallus, Regio sanguine satus, filius Caroli II. Comitis de Alencon, & Mariæ De la Cerda Hispanæ. Primum Episcopus Bellovacensis, deinde Rotomagensis in Gallia Archiepiscopus renunciatus est. Tum Patriarchatum Jerosolymitanum obtinuit, tituloque commendæ Ecclesiam Auscitanam. De fœdere ipsius cum Navarro adversus Regem monumenta prostant apud Edmundum Martene & Ursinum Durand Tomo I. Thesauri Anecdotorum. Cum itaque Regis animum minus benevolum agnovisset Philippus, se Romam apud Urbanum VI. recepit. Virum clarissimum benigne exceptum, Presbyterum Cardinalem Titulo Sanctæ Mariæ trans-Tyberim creavit Pontifex: renunciavitque Episcopum Sabinensem, ac demum Aquilejensis Ecclesiæ Administratorem. Consule Baluzium Tomo I. Vitarum Paparum Avenionensium in Notis.

V. PATAVIUM anno eodem 1381. Mense Julio jam advenerat Philippus, testibus Daniele Chinatio, & scriptore Additamenti II. ad Historiam Cortusiorum. Procuratorem misit in Provinciam Forijulii, qui nomine suo Ecclesiæ concreditæ possessionem adiret. Sacilum adventavit ille, ubi Augusto mense Aquilejensium Canonicorum cœtu coacto, Urbani VI. litteræ juxta juris formulas coram palamque lectæ sunt: ejusdemque Philippi in Ecclesiæ Administratorem renunciatio promulgata.

TABULAS profero, quæ hæc nos omnia disertissime docent. " In Christi nomine Amen. „ Anno Nativitatis ejusdem Millesimo Trecen-

„ Venerabiles Viros Dominos Federicum Comitem de Purciliis, Johannem Juniorem B „ De la Turre, & Ottobonum de Ceneta, Divæ Aquilegensis Ecclesiæ Canonicos, habentes facultatem, commissionem, & potestatem ipsum Capitulum convocandi & congregandi pro infrascriptis agendis, & expediendis a Venerabili Viro D. Johanne de Spiritellis de Civitate Bellunensi Vicedecano, Canonicis, & Capitulo Aquilegensi; prout de prædicta facultatis, commissionis, & potestatis concessione constat publico instrumento, scripto manu Johannis Lancelloti de Chucanea Notarii Clerici Aquilegensis Diocesis sub instantibus Millesimo & Indictione, die vero penultimo Mensis Julii, a me Alexandro Notario infrascripto viso, & lecto. In quo quidem Capitulo interfuerunt C „ Venerabiles Viri Domini, Federicus, Johannes, & Ottobonus supradicti, ac Johannes senior quondam Phebusini de la Turre, Thomasinus de Pontirollis de Forlivio, Odoricus de Ragonea, Antonius de Ranchonis, & Johannes ambo de Utino, Bartholomæus de Bobio, & Honofrius de....... de Rhegio, Ecclesiæ Aquilegensis Canonici Præbendati. Et ad Capitulum vocatos ad diem, locum, & horam præsentes, publice dixerunt, & confessi fuerunt. Coram prædictis Dominis Canonicis, & Capitulo, ut præmittitur, Capitulariter congregato comparuit Venerabilis Vir Magister Hugo de Hernorst, in Artibus Magister, & Baccalaureus D „ in Theologia, Decanus Ecclesiæ Sanctorum Apostolorum Coloniensis, Procurator, & procuratorio nomine Reverendissimi in Christo Patris & Serenissimi Principis D. Philippi de Alenconio, miseratione divina S. R. E. Sabinensis Episcopi Cardinalis, Patriarchalis Aquilegensis tam in spiritualibus quam in temporalibus Administratoris per Sanctissimum in Christo Patrem & Dominum nostrum D. Urbanum Divina providentia Papam VI. deputati, & commissionem plenæ Administrationis habentis. Habens idem D. Hugo ad infrascripta, & nonnulla alia plenum, legitimum, & sufficiens Mandatum, prout de dicto Manda-

" parte suspectas, sed omni prorsus vitio &
" suspicione carentes, ipsius Domini nostri Papæ vera bulla plumbea ad cordulam canapis
" pendente, more Romanæ Curiæ bullatas,
" super commissione Administrationis præfatæ
" Patriarchalis Ecclesiæ Aquilegensis confectas. Quarum litterarum tenor de verbo ad
" verbum sequitur.

Litteras Pontificias numero superiore descriptas habes." Quas quidem litteras Apostolicas præfati Domini Canonici, & Capitulum reverenter & humiliter receperunt, offerentes se mandatis Apostolicis in omnibus, in quibus poterunt, reverenter & humiliter parituros. Et ego Alexander Notarius Sier Bartholomæi Notarii de Ceneta, publicus Apostolica & Imperiali auctoritate Notarius, suprascriptis litterarum Apostolicarum præsentationi, & receptioni, aliisque omnibus & singulis suprascriptis, dum ut præmittitur agerentur & fierent, una cum prænominatis testibus præsens fui: eaque roga-

B *cbionis Italiæ*, quibus ipsum Titulis a Caresino insignitum legimus. Missi demum Augustam Taurinorum Procuratores, quos idem Caresinus memorat, *Venerabiles & Egregii & Circumspecti Viri Domini Georgius de Tortis de Papia juris utriusque peritus Decanus Ecclesiæ Aquilegensis, Federicus de Savorgnano Miles, & Nicolaus Gambini de Utino, Ambasciatores, Sindici, & Procuratores Egregii & Venerabilis Viri D. Federici Comitis de Porciliis Aquilegensis, Sede vacante, Vicedomini Generalis Patriæ Forijulii, & Dominorum Consilii, Parlamenti, Prælatorum, Nobilium, Communitatum, & Capituli Patriæ Forijulii antedicti*.

C DUM hæc agebantur, Philippo Alenconio Ecclesiam Aquilejæ eodem anno 1381. die 11. Februarii administrandam Urbanus Pontifex tradiderat. Ratam illico habet ille facultatem, quam Legatis Aquilejensibus fecerat Vicedominus: eodemque anno sancita pax, ac promulgata Venetiis Chinatio teste *die 8. Septembr.*

CAPUT C.

Philippo Administratori obsequuntur Civitatenses, aliique: negant illi obedientiam Utini cives. Dissidii causæ. Utinensibus plerique Forojuliensium adhærent. Ipsos ad obsequium revocare nititur, Branchinus Episcopus Bergomensis, Apostolicæ Sedis Legatus. In arduo negotio sententiam profert Franciscus Carariensis: pacemque constituit brevi duraturam.

I. URBANI VI. Romani Pontificis, qui Aquilejensem Ecclesiam, Commendæ titulo, Philippo Alenconio committendam duxerat, obsequentes mandatis Civitatenses, Patriarcham Commendatarium ea qua par erat reverentia excepere. Hanc partem initio sectati sunt, Joanne Aylini teste, *Domini de Spegnembergo, illi de Sacilo, de Canipa, de Aviano, de Pulcinico, de Meduno, de Tulmetio cum parte Carneæ, illi de Cadubrio, de Glemona, de Valvasono, de Sancto Daniele, de Cucanea, D. Ambrosius Episcopus Concor-*

D *diensis, & multi alii*. Generalis in ipsa Civitate Austria Conventus Provinciæ habitus est: ubi Civitatenses *cum suis adhærentibus ipsum* (Philippum) *habere decreverunt in eorum Dominum, & Pastorem:* litterasque encyclicas misit *præfatus Cardinalis per totam Patriam*, ut sibi totius Provinciæ obsequium & obedientiam conciliaret.

PHILIPPO adversabantur Utini Cives, quibus pars alia Forojuliensium adhærebat: eminebantque inter eos Proceres Maniacenses. Cœtus Utini congregatus *die* VIII. *Octobris*

M.CCC.

„ lejensis & Patriæ Forijulii, quoniam Aqui-
„ legensis Ecclesia nunquam fuit data in Commendam alicui personæ, nisi modo; & quia „ etiam hæc mansio per eosdem Fantum & „ Odoricum videtur fieri contra honorem, & „ statum specialiter Terræ Utini, & Consilii: „ facta fuit eidem Fanto, & Odorico quædam monitio; Videlicet, quod in quindecim „ dies venire debeant Utinum, ad standum „ & habitandum, sicut stabant antequam Dominus Cardinalis veniret Civitatem Austriam. Et si non venirent, noscerent quod „ fieret condemnatio contra eos secundum deliberationem Consilii Terræ Utini. „ In hoc Forojuliensium dissidio, Sacilum delegerat Philippus ad ineundam Ecclesiæ possessionem, Civitatemque Austriam ad incolendum.

II. CAUSAM habes, qua permoti Utini cives, *nolebant* Philippum *habere in Pastorem & Dominum*, (ut etiam Joannes Aylini testatur,) *nisi esset electus verus Dominus & Patriarcha, vel nisi pileum Cardinalatus abjiceret:* supplicesque libellos Pontifici, missis ad ipsum Oratoribus, obtulere, *ut verum Dominum Patriarcham deberet mittere in Patriam more antiquitus observato, vel quod iste Dominus Cardinalis ejiceret capellum Cardinalatus.*

ALIAM dissidii causam prodit Galeatius Gatarus in Chronico Patavino Tomo XVII. Muratorianæ Scriptorum Italiæ collectionis: quoniam scilicet *Tristanum Savorgnanum sibi Patriarcham præfici, optarent Utinenses;* quibus assensum denegavit Civitas Austria, illi soli paritura quem Summus Pontifex Urbanus VI. designaret. Tertiam denique ex Schismate causam exortam aperit Andreas Gatarus, Galeatii filius, in Chronico citato. Verba ejus sunt, latine reddita: *Defuncto Marquardo, Forojuliensium pars Avenionem* (ad Clementem VII.) *epistolas misit: pars altera Romam ad Urbanum, qui Philippum de Alenconio Administratorem Ecclesiæ Aquilejensis renunciavit. A plerisque eo quo par est obsequio exceptus fuit, minime ab aliis: eo quod propter duorum Pontificum Schisma in factiones divisi*, alterum alii, aliique alterum sectabantur. Invicem collatæ optime conveniunt causæ.

III. AD obsequium Philippo præstandum, ecclesiasticis adversantes Philippo cohibendos fore, statutum est. Id peragendi Urbanus Pontifex facultatem Branchino Bergomati, & Urbano Gradensi fecit.

IV. LATÆ sententiæ Tabulas Archivum Civitatis Austriæ servat, quæ latius prædicta narrant. Inscriptio est: *Branquinus Dei gratia Episcopus Pergamensis, Apostolicæ Sedis Nuncius, & ad infrascripta una cum Reverendissimo in Christo Patre Domino Urbano eadem gratia Patriarcha Gradensi (cum illa Clausula, Quatenus vos, vel alter vestrum &c.) ab eadem Sede Apostolica deputatus: Reverendissimis Patribus Dominis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & Venerabilibus & Discretis Viris Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Capellanis, Plebanis, Vicariis Ecclesiarum, Parochialiumque Rectoribus; & aliis quibuscumque Universitatibus, seu Universitatum Rectoribus, seu omnium supradictorum Locumtenentibus, ad quos præsentis nostri processus pervenerint seu eorum notitia, & super infrascriptis fuerint requisiti, communiter vel divisim, salutem in Domino & mandatis nostris imo verius Apostolicis firmiter obedire.* Datas anno 1383. infra dicemus.

CIVITATES, oppida, loca numerantur, quæ Philippo adversabantur: nimirum *Utinum, Glemona, Venzonum, Sanctus Vitus, Maranum, Monsfalconis, Tumetium, Contratæ Carneæ & Cadubrii, Faganea, Valvasonum, Cucanea, Pertistagnum, Tricentum superius, & Tricentum inferius, Savorgnanum, Tricanum, Prampergum, Castrum Porpetum, Strasoldum superius, Colloretum, Ragonea, Murucium, Maniacum, Attens superius, Mocium, cum villis eisdem locis pertinentibus, & subjectis*. Tum Prælatorum, Nobilium, aliorumque personæ recensentur: *Frater Bondi Abbas Monasterii Sancti Galli de Mocio Ordinis S. Benedicti, Federicus de Savorgnano Miles, Doymus de Castello, Simon Miles, Franciscus, & Johannes Paduanus ejus filius de Colloreto, Bernardus Junior & Jacominus ejus frater de Strasoldo, Rizardus de Valvasono, Joannes de Zucho, Frescus de Cucanea, Brunetus de Pertistagno, Nicolussius de Castello, Mathius-*

Turinus de Brugnis, *Nicolaus dictus Pinta*, *&* *Ansonius Tuscus de Glemona*, *Simon Squara* *& Simon Judæus de Venzono*, *Guidettus & Fraduccius de Sancto Viso*, *Rufinus de la Turre*, *& Bosonus de Monte-Falconis*, *Nicolaus Notarius de Marano*, *& Nicolaus Guard Carneæ*, aliæquæ *singulares personæ Universitatum locorum superius descripsorum*. Civitas Austria cum paucis Philippo parebat. Monuit ergo, C significavitque Branchinus, ecclesiastica anathematis, & interdicti pœna se animadversurum in *singulares personas*, & *Universitates ac loca*, nisi resipiscerent: reque ipsa sententiam tulit.

V. TAM arduum negotium, ut communi exoptata voto sanciretur concordia, aggressus est Franciscus Carrariensis. Dexteritate, qua valebat, dissentientes conciliavit animos, suasitque Utinensibus aliisque, ut obsequium & tiæ, ac pacis constitutæ discimus ex Tabulis, quas inspicere licuit, *Procurationis* seu Mandati, nomine Ragonensium Procerum confectis: *diem scilicet Dominicum ultimum Mensis Julii* anni 1384. Vocantur illi, *Nobiles Domini Zuttus q. D. Jacomutii*, *Candidus q. D. Antii*, *Leonardus q. D. Nibili Prividucii*, *& Nicolaus Barbosfsus q. Joannusti de Ragonea*.

PACIS vero negotium dum Carrariensis pro virili urgebat, accidisse puto, quod in Aquilejensi Chronico memoratur: in Forijulii Provinciam missos iterum directosque a Pontifice Urbano Legatos, laudatum *Episcopum Branchinum*, *& Abbatem*, cujus nomen reticetur: eosdemque facile permotos, *ut interdictum relaxarent*, quo contumacium loca tenebantur; dissidio namque sublato, ab utraque exceptum parte Philippum Patriarcham commendatarium, jam narravimus.

CAPUT XCI.

Dominio provinciæ Forijulii inhiat Franciscus Carrariensis: ab eoque & a Philippo iterum deficiunt plerique Forojuliensium. De pace concilianda agitur. Ad Urbanum Pontificem provocant Cives Utini. Bellum geritur ad plures annos. Ferdinandus Patriarcha Jerosolymitanus in Provinciam mittitur: an a Clemente VII. an ab Urbano? Idem Urbanus ad pacem conciliandam Ferdinandi opera utitur. Sanciuntur induciæ. A regimine Philippus revocatur.

I. PRONO lubentique Franciscum Carrariensem animo, Philippi Alenconii ac Forojuliensium negotio se immiscuisse, ut commoda sua proveheret, ampliaretque dominatum, diserte narrat Andreas Gatarus. Verba sunt: *Negotium Philippi Patriarchæ prompto assumpsit animo Franciscus de Carraria; eo quia sibi videbatur, hac data occasione protendere dominatum posse in Provinciam Forojulii; filiumque nothum singulari virtute præditum ad ipsam Patriarchatus dignitatem provehere*.

IDEM aperit Carrariensis consilium Andreas de Redusiis de Quero in Chronico Tarvisino, D quod Muratorius vulgavit Tomo XIX. Collectionis Scriptorum Italiæ: memoratque Proceres Forojulienses, qui Francisco adhærebant. Verba refero: *Carriger*, *non consentus Padua*, *Tarvisio*, *Feltro*, *& Civitate Belluni*, *quæsivit Forojulii Patriam invadere .... habens ad suas provisiones Comites de Prata*, *de Purciliis*, *Brognariis*, *ac Nobiles de Valvasono*, *qui operam die noctuque dabant*, *ut Carriger Patriam intraret Forijulii: cui etiam obsequentes Cives Civitatis Austriæ*, *contra Utinum ostensabant*. Tum injecta *Comitis de Carraria* (Jacobi) *naturalis filii Carrigeri Senioris* mentione, sic habet. *Qui usque ad id tempus Paduæ in De-*

creta-

tia Marescatum; militum quoque *quemdam Fratrem de Padua in Vicarium*, cæterosque Ministros & *Officiales* constitutos *ad sui beneplacitum*.

ID ægre ferebant Utini Cives, aliique Forojulienſium quamplures, non *videntes ipsum* Philippum, *Dominum* Forijulii: *sed potius* Franciſcum Carrarienſem *Dominum Paduæ*. Pro libertate Patriæ pugnandum, ſtatutum eſt: idemque inſedit conſilium *illis de Sacilo*, *de Canipa*, *de Aviano*, *de Cordevato*, *de Spegnembergo*, *de Valvaſono*, *de Sancto Daniele*, qui hactenus Civitatis Auſtriæ partem ſectati fuerant.

II. IN ſummo diſcrimine, Venetorum Patrum tutelam ac patrocinium poſtulabant Utinenſes. Votis eorum factum ſatis. Cauſas aperit Raphaynus Careſinus, tum ipſius *rei reverentiam & Sanctæ Matris Eccleſiæ*, tum *etiam ne Alemanniæ itinera clauderentur*. Nec enim *ad finem reconciliandi Patriam* ſtudia Carrarienſis tendebant: *ſed ut callide eam occuparet*, *itineraque Alemanniæ interciperet*, *ne Mercatores & Mercationes Alemanniæ poſſent uti Venetiis*. Hinc *ligam* ipſe contraxerat cum eodem Cardinali Alenconio, *qui Paduam ſe tranſtulit*.

TAM valido fulti Utinenſes præſidio, ſanciendæ paci ſtudebant, ſeque obſequium & obedientiam Philippo præſtituros pollicebantur; dummodo abdicato Commendæ titulo, regimen ille concreditæ Eccleſiæ vero Patriarchali nomine adſumeret, inita ſolveret cum Franciſco Carrarienſi fœdera, Patriæ commoda & emolumenta proveheret, libertatemque tutaretur.

III. HÆC Utinenſium, majoriſque Provinciæ partis cum intelligeret conſilia Philippus, ſpiritalibus armis, ſi fieri quidem poſſet, cenſuit eos perterrefaciendos, ſibique ſubjugandos. Sententiam tulit *Excommunicationis*, *interdicti*, *privationis feudorum*, *habitantiarum*, *honorum*, *& juriſdictionum*, *miniſteriorum*, *& prærogativarum*. Id factum legimus in litteris Appellationis, quam interpoſuere Utinenſes *anno* prædicto *Milleſ. Trecenteſimo Octuageſimo quinto*, *Indictione octava*, *die trigeſima Menſis Auguſti*.

B xerant) *ſuſceperunt iter ſuum*, *redeuntes ad partes Forijulii. Invenerunt partes adverſas rebelliores quam prius*, *& perverſiores. Tunc denuo revocaverunt Interdictum in priſtinum*. Directa dici legatio non poteſt ad Ludovicum Regem, qui anno 1382. obierat. Hungaricarum Rerum Scriptores adnotant, Mariam ejus filiam, non modo Reginam in Comitiis Regni, ſed *nomine Regis* ſalutatam fuiſſe: eamdemque ſemper pro *Rege* appellatam, & in Diplomatibus reſcriptam. Ad hanc ergo miſſa legatio dici debet.

TUM cœtus Utini congregatus *anno a Nativitate Domini Milleſimo Trecenteſimo Octuageſimo quinto*, *Indictione octava*, *die ultimo Menſis Octobris*. Adſuerunt *Magnificus & Potens Miles D. Federicus de Savorgnano*; *ac Nobiles & prudentes Viri*, C *D. Antonius de Vincentia Capitaneus*, *Hermannus Ser Miſsii de Remanzacho Camerarius*, *Ser Nicolaus Manini*, *& Petrus de Bellonis Procuratores*; *Blaſius de Liſono*, *Ser Hector Miulita*, *Dietbalmus & Meliodusſius de Andriotis*, *Henricus de Paon*, *Ser Nicolaus Magiſtri Gregorii*, *Valentinus de Valentinis*, *Ser Culuna de Bombenis*, *Joannes de Faganea*, *Ser Zanninus de Burgo*, *Leonardus de Sancto Daniele*, *Franciſcus Raynerii*, *Thomas de Florentia*, *Monachinus de Pinzano*, *& Manfredus Draperio de Utino*, *Conſiliarii dictæ Terræ Utini*, *totam Univerſitatem ipſius Terræ Utini repræſentantes*. Utinenſium nomine, itemque Nobilium D *de Spegnimbergo*, *de Caſtello*, *de Colloreto*, *de Straſoldo*, *de Maniaco*, *& Communitatum Venzoni*, *Sacili*, *& Marani*, datum *Honorabili & Sapienti Viro D. Andreæ de Monticulis Licentiato in jure Civili*, *& Ser Nicolao Manini de Utino* in mandatis, ut Romam proficiſcerentur, judiciumque Urbani Pontificis Sediſque Apoſtolicæ provocatione interpoſita poſtularent. Inſtrumentum Tabulaſque rogavit *Nicoluſsius de S. Maria la Longa*, *Notarius & Cancellarius Communitatis Utini*.

IV. JAMVERO belli, quod indictum fuerat, longe lateque flamma erupit eodem anno. Deſignant *Martium Menſem* Galeatius Gatarus, & Scriptor Additamenti II. ad Hiſto-

Parvinio: totusque in eisdem recensendis Joannes Aylini versatur, cujus Historia de Bello Forojuliensi damus in Appendice. Id unum ex eodem Joanne adnotamus: *Gentibus* Francisci Carrariensis *Dominum Jacobum*, *naturalem* ejus, qui *dicebatur Comes Carrariæ*, præfuisse uti *Caput*, *& Capitaneum*. Is erat, quem animo suo designatum a Patre ad Insulas Aquilejenses, memoravimus.

V. PROVINCIÆ Forojuliensis, quæ extremam incurrebat perniciem, saluti ac tranquillitati valida promptaque manu prospiciendum censuit Urbanus Pontifex. *Eo tempore* (verba sunt Joannis Aylini ad Annum M. CCC. LXXXVII.) *per Summum Pontificem in Rectorem, & Gubernatorem Aquilegensis Ecclesiæ missus fuit D. Ferdinandus Patriarcha Hierosolymitanus: & stetit circa annum in regimine, cui pars Utinensium obediebat, & nos de Maniaco, & Colligati.* Simul vero degebat Philippus in Provincia, gerebatque se Ecclesiæ Aquilejensis administratorem, bellique flammas incendebat. Narrat quippe eodem anno Historicus Maniacensis: *Ipsum Castrum* (Maniacum) *requisitum fuisse ex parte dicti Domini Comitis* (Jacobi Carrariensis) *filii dicti Domini Paduæ, custodiendum & salvandum nomine D. Philippi de Alenconio Cardinalis.*

AVENIONE missum a Clemente VII. in Provinciam Ferdinandum, prodit Andreas Gatarus: *Utinenses*, inquiens, *haud unquam Philippo de Alenconio paruerunt: imo cuidam Patriarchæ adhærebant, quem Avenione miserat Clemens VII.* Id Urbano tributum legimus in Chronico Aquilejensi. Verba sunt: *Tempore hujus guerræ Utinenses miserunt ad Dominum Apostolicum Urbanum VI. ad Civitatem Januæ; rogantes eum, ut mitteret eis unum Pastorem sive Patriarcham. Et direxit eis unum Patriarcham Jerosolymitanum Legatum, & venit Utinum: stetitque per unum annum, & postmodum recessit.* In Urbem Januam pervenerat anno 1385. Urbanus Septembri Mense: indeque post annum & ultra solvit ille anno 1386. Mense Decembri, ut docet

nis pro defensione libertatis Ecclesiæ Aquilegiensis, atque Patriæ, misit Fredimundum, Patriarcham Hierosolymitanum, Nobilem de Hispania, sed nobiliorem prudentia atque virtute: nam officium suum ad honorem Sanctæ Matris Ecclesiæ, & fidelis unionis exercuit valde feliciter.* Deceptus ergo Andreas Gatarus narrat, a Clemente VII. missum ad Utinenses Ferdinandum, quem *Fredimundum* vocat Caresinus. Neque rem Forojuliensium factiones verisimilem faciunt, qui pridem Clementi adhærentes, ab ipso post obitum Marquardi successorem Patriarcham postulaverant; invectum quippe schisma extingui brevi potuit in Provincia Forijulii: neque alios hac ætate Clementi, Urbano obsequentes alios in eadem Provincia, Historiæ produnt.

VII. PEREMPTORIUM argumentum suppeditant litteræ ab ipso Ferdinando datæ, quas humanissimo Florio debemus. Tam luculento innotescit testimonio, in Provinciam Forijulii anno 1386. adventasse Ferdinandum: ipsumque ab Urbano Pontifice missum, ut Ecclesiam Aquilejensem Provinciamque regeret. Ipsius Urbani litteræ insertæ habentur, quæ vota Pontificis ardentissima patefaciunt, ut compositis dissidiis, pax demum affulgeret optatissima.

„ FERNANDUS Miseratione divina Patriarcha Jerosolymitanus, Aquilejensis Ecclesiæ & Patriæ Forijulii Rector, Defensor, & Gubernator, ac ipsius Ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus Vicarius Generalis, per Sedem Apostolicam specialiter deputatus & constitutus, Universis & singulis Prælatis, Capitulis, & Ecclesiarum personis quibuscumque; Nobilibus, Castellanis videlicet, & non Castellanis; necnon Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Castrorum, & locorum quorumcumque in ipsa Patria Forijulii existentium Universitatibus, & ipsarum Universitatum singularibus personis; ac ipsarum Civitatum, Ecclesiarum, Castrorum, Oppidorum, & locorum aliorum quorumcumque prædictorum Civibus, incolis, habita-

duci volumus & deduximus, divisim & communiter per præsentes: nos litteras patentes Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri D. Urbani divina providentia Papæ VI. sanas, integras, & illæsas, non abrasas, non vitiatas, non cancellatas, vel in aliqua earum parte corruptas, non suspectas, sed omni prorsus vitio & suspicione carentes, vera bulla plumbea ipsius Domini nostri Papæ ad cordulam canapis more Romanæ Curiæ pendente bullatas, reverenter & humiliter recepisse. Quarum litterarum Apostolicarum tenor per omnia sequitur, & est talis: „ *Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei, Ven. Fratri Ferdinando Patriarchæ Jerosolymitano, Vicario in spiritualibus & temporalibus Ecclesiæ Aquilegensis per Sedem Apostolicam deputato, salutem & Apostolicam benedictionem. Licet de injuncto nobis desuper onere Ministerii pastoralis ad bonum pacis & concordiæ super universo nobis commisso Regis grege pacifici, cujus in terris vices gerimus, ut nobis ab ipso permittitur, assiduis intendere vigiliis debeamus; ad Terras tamen Aquilegensi Ecclesiæ spiritualiter & temporaliter subjectas, quas miserabilibus dissidiis cernimus lacerari, eo vigilantius paternæ considerationis dirigimus intuitus; quo sicut ex ipsarum turbatione multorum sequitur adversitas populorum, ita per ipsarum reformationem & unitatem tam ipsis, quam circumpositis nationibus sperata pacis commoda orirentur. Dudum siquidem te ad Patriam Forijulii, ut videlicet dilectos filios Communitates, Civitates, Universitates Terrarum, Castrorum, oppidorum, & locorum ad Mensam Patriarchalem Aquilegensem spectantium invicem dissidentes ad unitatem, pacem, & concordiam reduceres & procurares, duximus destinandum. Tuque circa ea per nos tibi commissa juxta datam tibi a Deo prudentiam nonnulla duxeris ordinanda: sed antiqui hostis, humani generis inimici, versutia prævalente, optata sperataque pacis commoda inter ipsos dissidentes nondum potuerunt sortiri effectum. Nos calamitati dictæ Patriæ pio super his compatientes affectu, ac satagentes illud circa præmissa adhibere remedium, per quod sub spe obtinenda & speranda pacis & concordiæ partes ipsæ munitates & Universitates interdicti pœnas &, sententias per te ferendas eadem auctoritate compellas. Non obstante si ipsis dissidentibus, defensoribus, colligatis, fautoribus, valitoribus, complicibus, & sequacibus prædictis, vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, a prædicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem. Sic in præmissis industrem & sedulum verbo & opere te studeas exhibere, quod Minister & operarius utilis commenderis a fructibus; ac præter laudis humanæ præconia, divinam & nostram gratiam uberius merearis. Nos enim sententias, quas rite tuleris in rebelles, ratas habebimus: faciemusque auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Januæ XVII. Kal. Septembr. Pontificatus nostri anno nono;* „ (Christi 1386.) Quare nos Fernandus Patriarcha prædictus, volentes sicut tenemur, ut verus obedientiæ filius, mandatis ipsius Domini nostri Papæ irrefragabiliter & firmiter obedire in omnibus & per omnia, ac ipsius Domini nostri Papæ mandata exequentes; inter partes ipsas, ipsosque dissidentes per totam Patriam Forijulii supradictam, de quibus in ipsis litteris Apostolicis continetur, & quoscumque alios ubilibet per ipsam Patriam sub prætextu, vel occasione, vel sub nomine ipsarum partium guerram facientes; ipsorumque & cujuslibet eorum Colligatos, Defensores, Valitores, Fautores, Complices, & Sequaces, auctoritate Apostolica nobis in hac parte commissa, generales treugas per totam ipsam Patriam Forijulii usque ad unum annum integrum & completum, a die datæ præsentium inchoandum & computandum, & alias usque ad Apostolicæ Sedis beneplacitum duraturas, tenore præsentium indicimus: quas & idem Dominus noster Papa eisdem suis litteris indixit, & indicit. Quas quidem treugas per dictum Dominum nostrum Papam per suas litteras prædictas, & per nos præsentium tenore indictas sub obtentu gratiæ dicti Domini nostri Papæ per vos & vestrum quem-

„ mina personalia, vel realia, vel injuriæ a-
„ liquæ quovis modo fiant, vel sequantur di-
„ recte vel indirecte, quovis quæsito colore;
„ sancitur quod si vos, vel aliquis seu ali-
„ qui vestrum, directe vel indirecte, per se
„ vel per alium seu alios contrafecerit, vel
„ contrafecerint, vel contrafacientibus, aut
„ contravenientibus dederit vel dederint con-
„ silium, auxilium, favorem, vel reductum:
„ quod vos, & vestrum quilibet, communi-
„ ter & divisim, ad omnes & singulas senten-
„ tias & pœnas in præfatis Apostolicis litteris
„ contentas, & alia graviora, prout contra-
„ venientis vel contravenientium, contrafa-
„ cientis vel contrafacientium contemptus, C
„ vel contumacia, vel quantitas, vel qualitas
„ exegerit, eadem auctoritate Apostolica pro-
„ cedamus. Has autem litteras nostras, no-
„ stri sigilli impressione munitas, & ad caute-
„ lam registratas, vobis & vestrum cuilibet
„ per latorem præsentium Nuncium nostrum
„ juratum jussimus præsentari, vel in valvis
„ Ecclesiarum prædictarum, Civitatum, Ter-
„ rarum, Oppidorum, Castrorum, & locorum
„ prædictorum affigi & dimitti, ut nullus in
„ præmissis ignorantiam prætendere vel alle-
„ gare valeat. Volentes, per ipsarum litte-
„ rarum affixionem & dimissionem proinde
„ vos omnes & singulos affici & arctari, ac si
„ vestrum cuilibet fuissent præsentatæ: de qua- D
„ rum præsentatione, affixione, & dimissio-
„ ne dicto... latori ipsarum dabimus plenam
„ fidem. Datum Utini in Palatio Patriarcha-
„ li anno Domini M.CCC.LXXXVI. Indi-
„ ctione nona, die XV. Novembris, Pontifi-
„ catus Domini nostri Papæ anno nono.

VIII. Operam suam conferebat omnem Ferdinandus, ut induciæ sancirentur, quas nomine Summi Pontificis litteris allegatis indixerat. Peculiari formula juramenti, ut sibi fœderatisque suis consulerent, Legato Apostolico fidem, quam postulaverat, dederunt Civitatenses. Removeri optabat ille appositas conditiones, quæ minus placebant adversæ parti: eosque urgebat, ut initis pactis, quæ cæ-

„ mus, die XXII. hujus Mensis juravimus
„ Reverendissimo Domino F. Patriarchæ Je-
„ rusalem prædicto sub forma præsentibus in-
„ terclusa. Cæterum notificamus vobis, quod
„ die XXVIII. circa meridiem Utinum equi-
„ tavit dictus Dominus Patriarcha pro bono
„ agendorum: nosque requisivit die externa
„ super prorogatione treguarum in forma pro-
„ pria usque ad diem Dominicam proxime ven-
„ turam inclusive; ad quam nullo modo dis-
„ positi fuimus, nisi generaliter fieret, inclu-
„ dendo Savorgnanum, Sanctum Vitum, Por-
„ tumgruarium &c. Ideoque statim misimus
„ Utinum ad dictum Dominum Patriarcham,
„ Venerabilem Virum D. Johannem Decanum
„ Civitatensem, & D. Petrum Capellanum
„ ipsius Domini Patriarchæ Jerusalem, ad in-
„ standum penes ipsum Dominum Patriarcham
„ toto posse; ut si treguam aliquam facere ve-
„ lit, faciat eam generaliter, includendo Sa-
„ vorgnanum &c. ipse autem Dominus Pa-
„ triarcha juxta relationem dictorum Domi-
„ norum Decani & Petri se multipliciter ex-
„ cusat, asserendo se nullo modo hoc posse
„ obtinere a parte adversa; rogans, hortans-
„ que nos instantissime, quod pro istis pau-
„ cis diebus ad prorogationem hujusmodi tre-
„ guarum condescendere debeamus pro bono
„ agendorum: dans bonam spem nobis in
„ facto principali, si condescendamus. Un-
„ de finaliter, licet invitissime, & male
„ libenter condescendimus voluntati ipsius
„ Domini Patriarchæ pro hac vice; confi-
„ dentes in verbis ipsius Domini Patriar-
„ chæ, & ne pro ita modico ostendere-
„ mus inobedientiam, de qua æmuli no-
„ stri non parum gloriarentur: sicque hodie
„ circa horam Tertiarum prorogatio hujus-
„ modi hic publice proclamata est, quæ he-
„ ri proclamata fuit in Utino hora XX. Dis-
„ positi tamen sumus deinceps nullo modo
„ condescendere ad hujusmodi treguam sub
„ illa forma: & hoc expresse indicavimus
„ ipsi Domino Patriarchæ, nisi tamen Re-
„ verendissimus Dominus noster Cardinalis

Pa-

» hactenus remotere ventis usque ad com-
» pletam pacem, quemadmodum de Magnificentia vestra plenissime confidimus & speramus. Si enim æmuli nostri viderent nos gentibus hujusmodi destitutos, considerata prava intentione ipsorum atque potentia, periculum nobis non modicum immineret. Quidquid etiam ulterius habebimus, sine mora significare curabimus Magnificentiæ vestræ, quam feliciter conservet Altissimus per tempora longiora. Dat. in Civitate Austriæ die ultimo Mensis Aprilis Indictione nona. Vestri Joannes de Valentia Gastaldio, Provisores, Consilium, & Commune Civitatis Austriæ. " Vitiatam puto *nonam* Indictionem, reponendamque *decimam*, anni 1387. indicem, quo hæc acciderunt.

IX. Misso in Provinciam Ferdinando, ab

REGIMEN ipsi Ecclesiæ Aquilejensis omnino sublatum, quæ disseruimus, satis probant. Rem conficiunt ipsius Urbani litteræ, quæ Joannis de Moravia electionem complectuntur. Hæc in illis disertissima prostant: *Nos Venerabilem Fratrem nostrum Philippum Ostiensem, tunc Sabinensem Episcopum, ejusdem Ecclesiæ* (Aquilejensis) *Administratorem in Spiritualibus & temporalibus usque ad beneplacitum nostrum auctoritate Apostolica duximus deputandum. Cum itaque postmodum ex certis rationabilibus causis, animum nostrum moventibus, hujusmodi beneplacitum revocaverimus, & secundum præmissa dicta Ecclesia adhuc, ut præfertur, vacare noscatur &c.* Fons ergo limpidissimus patet, unde Ciaconius, quæ partim narrat, tuto certoque haurire potuerit.

C A P U T CII.

Aquilejensem Patriarcham Urbanus renunciat Joannem, hujus nominis quintum, ex Marchionibus Moraviæ. Ejusdem Pontificis litteræ. Partes Clementis VII. nunquam Joannes sectatus est. Forojuliensem Provinciam turbat Carrariensis. Possessionem adit Joannes. Fridericus de Savorniano occiditur: quod Joanni facinus imputatur. In gratiam Patriarchæ redeunt Utinenses. Ipse Joannes occiditur.

I. CANDIDIORES, amœnioresque denique soles post immensos turbines procellasque affulgere Forojuliensibus cœperunt *in* M. CCC. LXXXVIII. *die* XXVII. *Novembris: quo* (verbis utor Joannis Aylini) *Reverendissimus in Christo Pater & D. D. Joannes, Marchio Moraviæ, electus fuit & provocatus in Patriarcham Sanctæ Aquilegensis Ecclesiæ: de cujus provocatione pars Utini libentissime audivit*. Mendum cubare in anno, dicemus infra. Hunc vero Joannem numeramus hujus nominis quintum.

AQUILEJENSE Chronicon, in Appendice num. 5. vulgatum plura complectitur, quæ Joannis electionem illustrant. Forojuliensium videlicet partes, quæ hactenus dissidia foverant, invicem conciliatæ: missi legatique communi consensu ad Romanum Pontificem Oratores, qui gratum Patriarcham postularent: Patriarchalis dignitas Joanni ex Marchionum de Moravia per illegitimas nuptias sanguine sato, a Pontifice conlata: ejusque electio in Provincia Forijulii magno lætitiæ sensu excepta. Erat itaque Joannes Caroli IV. Imperatoris filius nothus, adeoque Frater Venceslai Regis Boëmiæ & Imperatoris, ac Sigismundi Ducis Moraviæ, utraque postea dignitate Regia & Imperatoria exornati.

II. DATAS hac de re Urbani VI. litteras in lucem profero, quæ plura docent. " Urbanus Epi-

„ tibi commissum per suam circumspectionem „ providam, & providentiam circumspectam „ salubriter dirigat & informet; ac bona Ecclesiæ sibi commissæ non solum gubernet utiliter, sed etiam multimodis efferat incrementis. Dudum siquidem bonæ memoriæ „ Marquardo Patriarcha Aquilegense regimini Aquilegensis Ecclesiæ præsidente, nos cupientes eidem Ecclesiæ, cum eam vacare „ contingeret, per operationis nostræ ministerium utilem & idoneam præsidere personam, „ provisionem ejusdem Ecclesiæ ordinationi & „ dispositioni nostræ reservantes, decrevimus „ ex tunc irritum & inane, si secus super his „ per quoscumque quavis auctoritate scienter „ vel ignoranter contingeret attemptari. Et „ deinde præfata Ecclesia per obitum ejusdem „ Marquardi Patriarchæ, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante; nos Ven. Fratrem nostrum Philippum Ostiensem, tunc Sabinensem Episcopum, ejusdem Ecclesiæ Administratorem in „ spiritualibus & temporalibus usque ad beneplacitum nostrum auctoritate Apostolica duximus deputandum. Cum itaque postmodum ex certis rationabilibus causis animum „ nostrum moventibus hujusmodi beneplacitum revocaverimus; & secundum præmissa „ dicta Ecclesia adhuc, ut præfertur, vacare „ noscatur: nos ad provisionem ejusdem Ecclesiæ celerem & felicem, de qua nullus præter nos hac vice se intromittere potuit, neque potest, reservatione & decreto obsistentibus supradictis; ne longioris vacationis „ prematur incommodis, & dispendiis prægravetur, studiis paternis & solicitis intendentes, post deliberationem, quam de præficiendo dictæ Ecclesiæ personam utilem & „ etiam fructuosam, cum Fratribus nostris habuimus diligentem: demum ad te Episcopum Lathomuslensem, consideratis grandium „ virtutum donis, quibus personam tuam illarum largitor Dominus insignivit; & quod „ tu, qui regimini Lathomuslensis Ecclesiæ

C

„ Ecclesiam transeundi: firma spe fiduciaque „ conceptis, quod præfata Aquilegensis Ecclesia per tuæ industriæ & circumspectionis „ studium fructuosum, gratia tibi assistente divina, utiliter & prospere dirigetur, grataque in eisdem spiritualibus & temporalibus suscipiet incrementa. Volumus autem, „ quod antequam possessionem administrationis bonorum dictæ Aquilegensis Ecclesiæ recipias, fidelitatis debitæ præstes juramentum juxta formam, quam Venerabilibus „ Fratribus nostris .... Tervisino, & Civitatis Novæ Episcopis sub Bulla nostra mittimus interclusam; quibus, & eorum cuilibet per alias nostras litteras mandamus, ut „ a te, nostro & Ecclesiæ Romanæ nomine, „ hujusmodi recipiant seu recipiat juramentum. Quocirca Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ad eamdem Ecclesiam Aquilegensem cum gratia nostræ benedictionis accedens, sic te in ejus „ cura salubriter exercenda diligentem exhibeas & etiam studiosum, quod ipsa Ecclesia „ Aquilegensis Gubernatori provido, & fructuoso Administratori gaudeat se commissam; ac bonæ famæ tuæ odor latius diffundatur: tuque proinde præter æternæ retributionis præmium, nostram & dictæ Sedis „ benedictionem & gratiam uberius consequi „ merearis. Dat. Perusii v. Kal. Decembris, „ Pontificatus nostri anno decimo.

D

URBANUM Pontificem electum die octava Aprilis, consecratumque die decimaoctava ejusdem Mensis anno Christi 1378. produnt Historiæ: adeoque Mense Novembre anni 1387. labebatur Pontificatus ejus annus decimus. Hinc Joannis Patriarchæ electionem peractam, anno cadente 1387. satis evincitur, non insequente, ut legimus in Codice Joannis Aylini. Discimus vero, ipsum Joannem infulas gestasse civitatis *Litomisliæ* in Boëmia; indeque ad Aquilejensem Patriarchalem translatum sedem. Quæ denique post Marquardi obitum contigere, paucis complectitur omnia Pontifex.

III. PLU-

Aly Iulium Ughellus: *a pluribus* Joannem *inter Schismaticos* (idest Clementi VII. adhærentes) *rejectum esse:* ipsumque *a Schismaticis* Forojuliensibus *ad Sedem Aquilejæ provectum* (ut ait in Philippo) *ne antiquissimam Sedem Cardinali commendatam viderent*. Ughello hæc adserenti ipse adversatur Ughellus, qui se reperisse *in Regesto Urbani VI. Pontificis, anno* XI. *ejusdem Pontificatus* testatur: *ab eodem Pontifice* Joannem *delectum contra Pileum de Prata, Archiepiscopum Ravennatem Cardinalem, Clementis Cardinalis tunc asseclam, qui nomine ipsius Antipapæ Italicam exercebat legationem;* indeque colligendum arbitratur, *legitimum posse dici* Joannem *Patriarcham*. Legitimam successionem ejus allegata probant Monumenta.

QUÆ de Pileo Pratensi adnotat ipse Ughellus, aliter narrat Raynaldus ad Annum M. CCC. LXXXIX. Refert nempe, Pileum, qui a Pontifice Urbano defecerat, missum in Etruriam a Clemente VII. ad turbandum Italiam: tum illum *irrepsisse in Patriarchatum Aquilejensem:* deque eo *comprehendendo datas ab Urbano litteras ad Philippum Alenconium Patriarcham Cardinalem*. Ughello favent Monumenta nostra Aquilejensia, quæ Joannem anno cadente 1387. electum suffectumque, Patriarcham evincunt. Non alius ergo anno 1389. contra Pileum agere pro demandato sibi munere potuerit, nisi Joannes, qui animum suum, quemadmodum a Clemente alienum, ita Urbano obsequentem egregie declaravit.

IV. NONDUM pace frui, quæ sperabatur, datum est Provinciæ Forijulii, quam turbare pergebat Franciscus Carrariensis. Eodem anno 1388. *in hyeme Dominus Paduæ multum se fulciebat* (Historici Maniacensis verba sunt) *volens recuperare partem, quam non poterat vicisse*. Plura occupaverat in Forojulio loca, & Oppida: totiusque Provinciæ inhiabat dominio. At *benevolis interpositionibus* ad sanciendam concordiam *egerunt* (Caresino teste) *Magnificus D. Nicolaus Estensis Marchio, & Magnificæ Communitates Florentiæ, & Bononiæ*. Faciles quoque propositæ paci Veneti Patres præbuerunt aures; qui *libertatem, & quietem Ecclesiæ, & Patriæ Forijulii* spectabant, dum- *in Glemonam, & noluit intrare Utinum, nec aliam Terram Patriæ: ibique moram trahens habitavit usque ad Domini Patriarchæ adventum*. Nomen ipsi erat *Nicolaus de Buch*, natione *Bohemus*.

SIBI suæque parti addictum ut haberet Patriarcham solertissimus Carrariensis, reddi jussit eidem *Marescalo*, nomine Patriarchæ recipienti, *omnia Fortilitia, quæ recuperaverat in Forojulii, & in se habebat*. In Forumjulium denique eodem anno adventavit Joannes. Primo suo Civitatem Austriam ingressu honestavit, teste Bellono: Civibusque propensa voluntate Tulminum Castrum cum subjectis Pagis *Kalendis Octobris* anni insequentis M. CCC. LXXXIX. eodem adnotante Bellono, pro votis eorum confirmavit, quod a Marquardo Prædecessore locatum, datumque obtinebant.

VI. TUM Utinum pergit Patriarcha. Minus æquo affectum animo *contra Utinenses, & specialiter contra D. Fredericum de Savorgnano* ipsum exhibet sæpe laudatus Maniacensis Chronista: ab eoque *Consilium Utini* sus deque mutatum narrat; adeoque factum notat Bellonus, *ut non Savorniani amplius nutu, ad quem publica rerum consilia*, cum prudentia rerumque agendarum dexteritate maxime valeret, *deferri consueverant, Utinensis Respublica regeretur*. Tum vero *deputati* ab ipso Joanne *quidam ribaldi artifices, numero duodecim, ad Regimen Terræ Utini*: quæ sane peragi dicebantur omnia *inductu Domini Paduæ, qui nondum Terras perdiderat; & inductu Civitatensium*.

CAUSÆ patent, aliasque notant Joannes Aylini, & Chronicon Aquilejense, quæ simultates, motusque Joannem inter, ac Fridericum Savornianum excitavere. In partes Utini Cives abiere, quorum alii Savorniano studebant, pars altera Joanni. Mors demum accidit ipsius Friderici, in proprio Sacello, ubi sacris interfuerat, nefarie perempti. Perpetratum notat Joannes Aylini facinus *die lunæ* XV. *Februarii*, anno Christi 1389.

SUSPICIO invaluit, necis conscium fuisse Patriarcham: adeoque & ipsum enecatum, infra dicemus. Inlatam necem, ac invalescentis suspicionis causas in Constitutione Bonifacii IX. dili-

„ herent, exertis mucronibus, prædictum Federicum aggressi inermem, eum multis & „ mortalibus vulneribus trucidantes interfecerunt: & ob hujusmodi scelus sibi ipsi timentes, sese extra Terram Utini dictæ Diœcesis, ubi homicidium illud perpetratum fuerat, mox præripientes, per eumdem Patriarcham illæsi conservati fuissent, ipso Patriarcha super tali homicidio nullam faciente justitiam, neque de justitia aliquam mentionem. Quamobrem considerantes præfati (*Tristanus*, *Nicolaus*, *Vvarnerius*) cum nonnullis suis sequacibus, complicibus, & amicis, mortem impiam & injustam præfati Federici de consensu, mandato, & voluntate præfati Patriarchæ perpetratam esse &c. „ Eodem Friderici necem perpetratam modo exponunt Joannes Aylini, & Auctor Chronici Aquilejensis. In suspicionem facinoris vocabatur Joannes, quod infensis Friderico hominibus plus nimio ille indulserit, nullam decreverit in interfectores pœnam, neque induci ad condignam de tanto scelere sumendam vindictam potuerit. Constitutionis Bonifacianæ, quæ in Archivo Civitatis Austriæ adservatur, alia inferius verba describenda. Perditorum hominum, qui nefarium mandatum exsecuti sunt, nomina percenset Joannes Aylini: numeratque *Senebum Bohemum*, *Militem Domini Patriarchæ*, *consanguineum seu avunculum D. Elisabethæ ipsius Federici Novercæ; Franciscum*, *& Andream filios Nasinguerræ de Civitate*, *Henricum Bleon quondam Petri de Faganea*. Hos alii comitabantur, quorum nomina exciderunt.

VII. HINC vero plurimum commoti Utinensium animi, coram palamque diræ in Joannem effusæ, Civitate ejecti Ministri, quos ille rebus agendis præfecerat, novi demum creati Consiliarii Rectoresque. Utino recessit Patriarcha: delegitque pro incolatu Soffembergi Castrum, & Austriam civitatem.

SANCIENDÆ pacis opus aggressi sunt Veneti Patres: illudque perfecit Gabriel Aymo. Tabularum, quæ confectæ in *Civitate Austria* quissima sequuntur constituta pacta, quæ roborantur testimonio *Rev. P. Fr. Augustini ordinis Heremitarum S. Augustini Electi Concordiensis*, *Strenui Militis D. Ludovici de Porciliis*, *Ven. Viri Marquardi Decretorum Doctoris*, aliorumque.

NEQUE tamen dissidia, quæ animos invaserant, penitus extingui potuere, quin flamma sæpius erumperet. Venetorum Patrum opera, iterum ad concordiam revocati Patriarcha, & Utinenses. In allegatis concordiæ Tabulis testis numeratur *Augustinus Ordinis Heremitarum*, diciturque *Electus Concordiensis*. Ipsum vocat Hieronymus David apud Ughellum Editionis Venetæ, natione *Boëmum*, *Priorem Brunæ*, ad Ecclesiæ Concordiensis infulas evectum. Repugnat vetustus Codex, cujus ille verba refert in Ambrosio Præcessore, ubi *Frater Augustinus de Venetiis* appellatur, *Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini*. Venetias legatus a Joanne Patriarcha missus ille fuerat, ut ejus nomine de sancienda pace, pacisque conventionibus constituendis ageret. Inlatæ Friderico Savorniano cædis, quæ anno 1389. contigit die 15. Februarii, & ipse particeps creditus fuit: eamque ob causam mactatum morte, infra dicemus.

VIII. ALTA mente repostam Dynastæ Savorniani necem Friderici tenebant: dolebantque, tantum facinus in Virum egregium perpetratum negligi a Joanne Patriarcha, neque debita ultione expiari. Animadvertebant illi (verbis utor, quæ in Constitutione Bonifacii habentur) " cum nonnullis suis sequacibus, „ complicibus, & amicis, mortem impiam & „ injustam præfati Federici de consensu, mandato, & voluntate præfati Patriarchæ perpetratam esse: & sibi ipsis de morte consimili metuentes, cum dictus Patriarcha austerus, ferox, & periculosus extiterit, fama & gestis de eo dubitantibus in similibus; dato quodam die ordine rebus suis, „ credentes ex hoc & non aliter exitiale mortis sibi imminentis evitare discrimen, ad „ præfatum Patriarcham in Castro Utini antedictæ

fuit in Castro Utini hora prima. Additur in Chronico citato: *Sepultum fuisse in Utino in Ecclesia Majori ante Altare majus, clam & in nocte, absque Sacerdotibus, in Sepulcro olim Nicolai Patriarchæ.*

ANTE biennium, vita & lumine interfectus Augustinus Concordiensis obierat; quo participe datum neci Fridericum Savornianum, fama ferebat. In vetusto Codice, quem citat Hieronymus David, hæc habentur: M. CCC. XCII. *Indictione* XV. *die Sabathi* XXII. *Junii, dictus D. Frater Augustinus super Tulmentium* (fluvium) *interfectus fuit summo mane*. Ampliorem necis hujusce descriptionem alia profert Bonifacii IX. Constitutio. " Pro „ parte dilecti filii Nobilis Viri Nicolai quon„ dam Tristani de Utino Domicelli Aquile„ gensis Diocesis nobis nuper exhibita petitio „ continebat: quod cum olim de morte bonæ „ memoriæ Augustini Episcopi Concordiensis, Christi 1400. Preces ac vota *pro parte Nobilium Virorum, Tristandi Militis quondam Federici Militis unius ex Dominis loci de Savorgnano nati, ac Nicolai quondam Tristandi de Savorgnano, & Vuarnerii quondam Thomasuti de Sancto Daniele, Domicellorum Aquilegensis Diocesis*, exposita habentur: quibus indulgendum facile censuit Romanus Pontifex data ad executionem facultate *Venerabilibus Fratribus* (Leonardo Delphino) *Castellano*, C & (Philippo) *Torcellano Episcopis.* Data etiam altera Bonifacii constitutio *Romæ apud S. Petrum* X. *Kal. Januarii*, *Pontificatus* (ejus) *anno duodecimo:* inscribiturque *Dilecto filio Jacobo Gervasii de Utino*, *Plebano plebis de Flambro Aquilegensis Diocesis*. Sedis Apostolicæ indulgentia imploratur: datumque, quod exoptabatur, remissionis pœnarumque solutionis beneficium.

CAPUT CIII.

Aquilejensibus præficitur Antonius Cajetanus, qui Aquilejæ possessionem adit. Confœderatio Civitatis Austriæ, & Utini. Cajetanus ad Sacram purpuram evehitur. Succedit Antonius de Portu-gruario, hujus nominis secundus. Sedem adit ille Aquilejensem, jurgio composito, quod inter Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicos, Proceresque Forojulienses eruperat.

I. AD electionem *Vicedomini* pro more Aquilejenses Metropolitanæ Ecclesiæ Canonici devenere. Turbæ motæ sunt, quæ Suffragatores varias in partes diviserunt. Jurgio composito, *Vicedominus* dictus est Michaël de Rabata. Inter Acta Capituli Aquilejensis hæc habentur: *Anno Domini* M. CCC. LXXXXIV. *Indictione* II. *die* XX. *Mensis Octobris, Canonici post plures tractatus, & prorogationem termini ad eligendum Vicedominum in Patria Forijulii, Patriarchali Sede vacante, in hunc diem elegerunt & crearunt in Vicedominum Generalem in Patria Forijulii Dominum & Egregium Militem, D. Michaëlem de Rabata.*

AQUILEJENSEM Patriarcham insequentis initio anni Bonifacius IX. renunciavit Antonium, ex Nobilissima inter Romanas Cajetanorum familia prognatum, ut habetur in Vitis Cardinalium S. R. E. apud Ciaconium: designaturque electionis annus 1395. & dies 27. Januarii Mensis. Insulas antea gestasse Antonium Concordienses, tum vero ad Sanctam Aquilejæ Sedem translatum, refert Jo. Franciscus Palladius. Unde id hauserit ille, ignotum. Imo patentem errorem evincit Codex vetustus apud Ughellum Venetæ Editionis in Tabulis Concordiensibus. Adnotatum legimus: Augustinum, quem superiore Capite memoravimus, *anno* 1392. *die Sabbati* 22. *Junii interfectum* obiisse: eique Successorem eodem anno datum *die* 10. *Julii Antonium* Pan-

„ to, Nicolao de Strasoldo, Doymo de Ca-
„ stello, Tristano de Savorgnano, Michaële
„ Milite de Rabata, Morando de Purciliis,
„ & omnibus Prælatis, Nobilibus, & Civi-
„ bus, & Terrigenis pro Communitatibus Fo-
„ rijulii, qui venerunt obviam ad recipien-
„ dum infrascriptum D. Antonium Patriar-
„ cham, ad Colloquium Generale celebran-
„ dum die Mercurii futura in dicta Civitate
„ Aquilejæ. Ibique Nobiles, D. Rizardus Mi-
„ les de Valvasono, & S. Joannes de Zucco
„ pro domo de Cucanea eorum, & D. Vin-
„ ceslaus Miles de Spilimbergo pro ejus Con- C
„ sortibus & Domo de Spilimbergo, & S. O-
„ doricus de Tricano & S. Bartholomæus de
„ Tricano, & S. Antonius de Morucio pro se
„ & Consortibus suis, ac.... vice ac nomi-
„ ne Dominorum de Prampergo, habentes in-
„ frascriptum jus, ut asserebant, ad ponen-
„ dum Patriarcham Aquilegensem in Sedem
„ post Altare in principio eorum adventus in
„ signum possessionis dicti Patriarchatus: ibi-
„ dem prædicti Nobiles pro se, & eorum do-
„ mibus & Consortibus de Cucanea, de Spi-
„ limbergo, & Tricano, & Prampergo, di-
„ ctum D. Antonium Gaetanum, Patriarcham
„ electum Aquilegensem, duxerunt, & po-
„ suerunt in Sedem post Altare prædictum di-
„ ctæ Aquilegensis Ecclesiæ, in signum dictæ
„ possessionis dicti Patriarchatus; rogantes me D
„ Notarium, ut de prædictis eis publicum con-
„ ficerem Instrumentum, ut infra. Ego Fran-
„ ciscus Miutinus, Civis ac Notarius Civita-
„ tis Austriæ, ex commissione mihi facta per
„ Magnificam Communitatem Civitatis præ-
„ dictæ, supradictum Instrumentum sive scri-
„ ptum ex Notis S. Egregii Viri S. Antonii
„ Sinappi de Tricesimo mihi commissis, ut
„ inveni fideliter exemplavi, nil addendo vel
„ minuendo: & illud publicavi signo nomine-
„ que meis solitis appositis in fidem præmis-
„ sorum. „

II. Antonium exhibet incommodæ & adversæ valetudinis hominem Aquilejense Chroteris, quibus ipsum hoc modo inscriptum legimus: *Gibertus de Venetiis Ordinis Prædicatorum, Episcopus Civitatis Novæ, Reverendissimi in Christo Patris & D. D. Antonii Gajetano Sanctæ Sedis Aquilegensis dignissimi Patriarchæ in Pontificalibus Vicarius generalis*. Litteræ prostant in Veneta Italiæ Sacræ editione Tomo x. in Tabulis Civitatis-Novæ. Hanc intelligit Ughellus ejus nominis urbem, quæ in Istria posita est, diciturque Emonia: illam vero Venetus Editor, quæ posita erat in æstuariis Venetis. Dignus est animadversione locus, ubi litteræ datæ notantur: *Datum in Civitate hac Istriæ apud Monasterium S. Dominici Ordinis Prædicatorum* M. CCCC. I. *Indictione nona die tertiodecimo Mensis Martii*. Dubio procul omni Civitas-nova Istriana designatur, ubi Cœnobiolum Ordinis Prædicatorum extabat, hodieque visitur, seculo decimoseptimo suppressum. An ergo Gibertus in eadem Istriana Civitate-nova negotii causa diversaretur, cum prædictas litteras daret; an potius Episcopalem ibi Sedem teneret, ut sentit Ughellus, diligentiore cura dispiciendum aliis relinquo.

Absente Patriarcha, mutuam confœderationis iniere Societatem Cives Utini, & Civitatenses, ut motas nonnullorum in Provincia turbas componerent, ac majora præcaverent pericula. Semel iterumque fœderis Tabulæ scriptæ sunt. Posteriores ex Archivo Civitatis Austriæ in lucem edo. "Universis &
„ singulis præsentes litteras inspecturis. Nos
„ Consilium & Universitas Civitatis Austriæ,
„ ac Consilium & Universitas Terræ Utini,
„ ipsarum serie notum facimus, & manife-
„ stum: qualiter cum alias in infrascriptis Mil-
„ lesimo (1401.) & Indictione, die vero ter-
„ tio Mensis Septembris, Spiritus Sancti Illu-
„ stratione mediante, inter nos firmata fue-
„ rit quædam unio, fraternitas, & vicinantia
„ sub honestis & commendabilibus Capitulis:
„ quorum uno cavetur & ordinatur, quod
„ quilibet Prælatus, Nobilis, vel Communi-
tas,

„ Et propterea dictum Capitulum ex nunc
„ per harum tenorem unanimiter & concor-
„ diter sic habilitamus, & reformamus: vi-
„ delicet quod quilibet ex prædictis subjectis
„ Sanctæ Aquilegensi Ecclesiæ recipi possit in
„ dicta liga, unione, vicinantia, & fraterni-
„ tate, durante dicto termino, per Deputa-
„ tos cujuslibet nostrarum duarum Communi-
„ tatum, vel majorem partem ipsorum; que-
„ madmodum fieri poterat, & potest per ple-
„ num Consilium. Et sic habeantur pro re-
„ ceptis omnes & singuli, qui coram nostris
„ deputatis, vel ipsorum majori parte dictam
„ unitatem intraverit, quemadmodum in Con-
„ silio dictarum nostrarum Terrarum ipsam
„ unitatem & fraternitatem intrassent. Serva-
„ ta tamen forma, scilicet in aliis omnibus or-
„ dinatis super receptione ipsam unitatem in-
„ trare volentium. In quorum testimonium
„ duas litteras ejusdem tenoris, nostrarum
„ Communitatum sigillorum impressione mu-
„ nitas, fieri jussimus: quarum unam singula
„ Communitas ex nostris duabus prænomina-
„ tis penes se conservare debet ad perpetuam
„ hujus rei memoriam. Dat. in dicta Terra
„ Utini die decimonono Septembris Millesi-
„ mo Quadringentesimo primo, Indictione
„ nona. „

III. SACRA insequente 1402. anno Antonium insignivit purpura Bonifacius IX. in tertia Cardinalium electione, quam Panvinius quartam vocat. *Diem 27. Januarii* notat idem Panvinius. Diem retinent, sed *Februarium* Mensem designant Ciaconius, & Contelorius. Presbyteris purpuratis, titulo Sanctæ Cæciliæ adtributo, adscriptus fuit. Tum ipsum Episcopum Prænestinum Innocentius VII. renunciavit, & Episcopum Portuensem ac Sanctæ Rufinæ Alexander V. cui ipse in Synodo Pisana, Gregorio XII. successore Innocentii Sede Apostolica dejecto, adhæserat.

NUNCUPATUM ipsum legimus *Cardinalem Aquilegensem* in Epistola ad Florentinos data, quam referunt Edmundus Martene, & Ursinus Durand Tomo VII. Amplissimæ collectionis, ubi hæc habentur: *Audiveramus enim, sed ex ore Reverendissimi Patris Domini A.* (Antonii) *S. R. E. Prænestrinensis Cardinalis Aquilegen-sis, Domino Arimini.* Sedis Aquilejensis, quam pridem obtinuerat, appellationem retinebat.

IV. JAM enim eodem anno 1402. quo ipse Antonius inter Purpuratos Patres cooptatus fuerat, Aquilejensem Bonifacius IX. contulerat Ecclesiam Antonio de Portu-Gruario, quem secundum hujus nominis Patriarcham appellamus. Diem electionis ejus *vicesimam septimam* Februarii notat vetustus codex sæpe citatus apud Ughellum Venetæ Editionis in Tabulis Concordiensibus. Verba sunt: M. CCCC. II. *Indictione* X. *die lunæ penultimo Mensis Februarii, dictus D. Antonius Panciera promotus fuit ad Patriarchatum Aquilegensem: cui dicta die successit, & translatus fuit ad Ecclesiam Concordiensem R. P. Antonius de Ponte, Decretalium Doctor, tunc Episcopus Sebenicensis.*

IN Chronico Aquilejensi hæc habentur: *Ante idem Antonius erat Episcopus Concordiensis, & erat valde dilectus Papæ Bonifacio VI.* (VIIII.) *eoquod ipse fuerat servitor ejus: & ideo post recessum prædicti Antonii Gayetani, elegit eum cum voluntate & consensu fere omnium Castellanorum, Civium, Dominorum, Prælatorum, omniumque hominum in Patria existentium.* Portum-Gruarium, non *Portungravinum*, ut apud Ughellum, nactus est patriam: ejusque Familia cognomine *Pancera* audiebat. Castellum Zoppolæ Patriarcha effectus concessit suis, qui ab eodem loco cognominati hodieque florent.

V. AQUILEJAM, possessionem pro more aditurus, accessit ille. Id eodem anno 1402. factum. Diem 8. Mensis Aprilis notat Chronicon Aquilejense. Verba refero: *Antonius de Portu-Gruario Patriarcha Aquilegensis venit Aquilegiam, sive applicuit in* M. CCCC. II. *die octavo Mensis Aprilis: & celebravit Missam suam novellam eodem anno in die Sancti Lucæ Evangelistæ.* Diem *septimam* reponendam, certo evincunt Tabulæ, quæ mox allegandæ sunt.

JURGIUM erupit Canonicos Aquilegenses inter, ac Forijulii Proceres, Liberos, ac Ministeriales. Pars utraque de jure contendebat, Patriarcham mittendi in possessionem. Dissidium ita compositum, ut hac vice, consentiente

„ Castellanorum, necnon aliorum Clericorum, Civiumque. Et quædam controversia oriretur inter Decanum, Canonicos, & Capitulum Aquilegense ex una parte, & Nobiles Castellanos de Patria Forijulii ex altera, super installationem & intronizationem novi Domini Patriarchæ prædicti ibidem præsentis, & in suo Throno poni volentis & installari cupientis. Nam cum supradicti Domini, Decanus, Canonici, & Capitulum, vellent dictum Dominum Patriarcham intronizare; dicebant Nobiles Castellani jam dicti, installationem & intronizationem ad eos ex longa consuetudine B præjudicare, quominus, cum dicti Domini de Capitulo velint, quando opus fuerit, novum Patriarcham valeant installare.

LONGISSIMI temporis consuetudinem ostentabant Nobiles Forojulienses: at eo defuncti munere fuerant anno 1351. Aquilejenses Canonici, cum Nicolaus Metropoleos adiret possessionem: Tabulasque in lucem produximus Capite XCII. numer. 4. Itemque Philippus Alenconius anno 1381. Pontificias traditæ sibi commendæ titulo Aquilejensis Præfecturæ litteras Canonicis, quorum cœtus Sacili coactus fuerat, significandas legendasque jussit.

CAPUT CIV.

Antonio significat sui ipsius in Pontificem electionem Gregorius XII. Scriptorum lapsus emendantur. Civitatenses ab Antonio deficiunt, quem Sede pellit idem Gregorius. Libellos supplices Pontifici, ac Purpuratis Patribus offerunt Utinenses. Gregorii consilium de Ludovico Duce Techio ad sedem Aquilejensem evehendo.

I. BONIFACIO IX. Romano Pontifici, qui vitam anno 1404. cum morte commutaverat, Innocentius VII. successit. Post obitum Innocentii ad Apostolicum Solium Romæ anno 1406. sublimatur Gregorius XII. Ad Antonium Patriarcham Pontifex electus Epistolas dedit de sua in sedem Apostolicam evectione: sinceramque significat pro unione Ecclesiæ conceptam insitamque voluntatem, deque abdicanda pro schismate tollendo Summi Pontificii dignitate consilium. Litteras inserit, ad Petrum de Luna Benedictum XIII. nuncupatum datas, quas proferre pretium est operæ ex Apographo descriptas, quod propria exaravit manu Nicolaus Dominici de Utino, Patriarchalis curiæ hac ætate Notarius, mihique humanissime concessas ab Agricola sæpe jam laudato. *Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, Venerabilibus fratribus Antonio Patriarchæ Aquilegensi, ejusque suffraganeis, &* C *dilectis Filiis electis Abbatibus, & aliis Ecclesiarum, Monasteriorum Prælatis, Capitulis, & Conventibus, exemptis & non exemptis, per Aquilegiensem Provinciam constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem. Eo celerius, Venerabiles Fratres & dilecti Filii, litteras nostras ad fraternitatem & devotionem vestram scribere properavimus; quo majorem lætitiam ex eisdem litteris, cum studia & desideria nostra circa pacem & redintegrationem Christianorum cognoveritis, vos credimus suscepturos. Etenim fel. rec. Innocentio Papa VII.* D *prædecessore nostro VIII. idus Novembris ab hujus seculi mortalitate sublato, cum post exequias ut moris est solemniter celebratas Venerabiles Fratres nostri Sanctæ Matris Ecclesiæ Cardinales, de quorum numero tunc eramus, invocata Spiritus Sancti gratia, in Palatio Apostolico apud S. Petrum pro electione futuri Romani Pontificis conclave intravissent, multis*

tiatem scissuram, quæ per tot annorum curricula populum christianum pervasit, ad redintegrationem & unitatem reducamus. Super quo B *tantam gratiam speramus nobis ex alto præstari, ut jam nobis suaserimus, brevi temporis spatio hoc quod cupimus ad effectum deducere: atque ut omnibus notum sit animi nostri propositum decrevimus, non juri nostro quod verissimum est innitentes, tollere omnem affectum & effectum tam juris quam facti, quantum nobis rationabiliter esse poterit, quo impediri valeat gratissima Christianorum unio, ne tantis calamitatibus subjiceretur sacrosancta Ecclesia. Sed quo validiora, firmiora, & certiora sunt jura nostra, & quanto magis de illis nullatenus dubitamus; tanto laudabilius esse ducimus, pro pace Christianorum illa deponere: non enim semper juri inhærendum est; sæpe utilitatis &* C *temporis habenda est ratio. Itaque omni contentione seposita, ad Adversarium nostrum scripsimus, ipsum ad pacem & unionem benigne invitantes, atque offerentes nos paratos ad juris nostri cessionem, & Papatus renunciationem efficaciter faciendam per nos; si, & quando ipse Adversarius, vel ejus successor quicumque hoc idem faciat, renuncians scilicet prætenso juri & Papatui sui; vel decedat, dummodo illi, qui apud dictum Adversarium pro Cardinalibus se gerunt, sic convenire, sic concordare cum ipsis Fratribus nostris velint cum effectu, ut exinde canonica unici Romani Pontificis electio subsequatur. Necnon offerimus omnem aliam viam rationabilem, per quam scissura tollatur, & unionis* D *sequatur integritas: quam oblationem, ut strictiori vinculo fieret, juravimus, vovimus, & promisimus ante electionem nostram eodem vinculo efficaciter implendam cum singulis ex ipsis Fratribus, in casu quo aliquis nostrum ad apicem summi Apostolatus esset assumptus; post ipsam assumptionem idipsum ad firmiorem constantiam denuo jurantes, voventes, promittentes, ac ratificantes. Oratores etiam nostros celeriter misimus, qui de loco idoneo ac decenti cum eisdem disponant ad hujusmodi unionem faciendam. His igitur cognitis, de pace atque unitate Ecclesiæ bonam spem suscipere vestra Fraternitas, & devotio debent. Nam profecto confidimus, tempus advenisse, in quo . . . . .*

„ nem, quantum ex alto nobis permittitur, „ obedienter sequentes decrevimus, per litteras nostras, omni contentione seposita, benigne te affari, & ad redintegrationem Ecclesiæ exhortari: imo te invitare ad id consilium capessendum, quod nosipsi pro pace christianorum accepimus. Vides quanta mala, quanta pericula, quanta incommoda, quanta denique Christianæ religionis infamia jam per triginta annos ex hac pestilenti & nefaria seditione in populo Dei provenerint; quantaque, nisi provideatur, sint quotidie proventura. Horum omnium malorum qui causa ab initio fuerint, certum videtur: quibus rigor justitiæ non cessit, nec forsitan æquitas persuasit. Nihilominus tam graves molestias Christianam Religionem perpessam, non dubitatur; si nunc quando earum mentio fiat, dubius est remedii locus, quominus Ecclesia in solitis maneat angustiis. In qua re tu de ipso, ac de conscientia tua videris. Nos mentem atque intentionem nostram apertissime profitebimur. Non est consilii nostri, tempus aliquod male terere; sed quo validiora, certiora, firmiora sint jura nostra, tanto laudabilius ducimus ea pro pace & redintegratione Christianorum relinquere. Non enim semper de summo jure disputandum est: sæpe rigor ipse & utilitati, & tempori cedit. Nam si mulier... & juri suo renunciare, & proprio filio spoliari se voluit, ne sectionem unius pueri videret: quanto magis nos? Si malitia operante, ad optatam unionem venire non possimus per justitiæ vias, pie cedendum videtur. Quare exsurgamus ambo, in unum unionis affectum concurramus, feramus salutem Ecclesiæ jam hoc diuturno morbo afflictæ: ad hoc te hortamur, ad hoc te invitamus; paratique sumus & offerimus, nostro verissimo juri & Papatui cedere & renunciare: & efficaciter faciemus, si & quando tu renunciabis & cedes prætensis juri & Papatui tuo, vel decedes; vel quicumque successor tuus renunciabit & cedet prætensis juri & Papatui suo, vel decedet; dummodo illi, qui apud partem tuam pro Cardinalibus se gerunt, sic con-

„ cis deveniri possit. Extra hunc autem coæquationis casum nullum, ut dictum est, creare decrevimus, nisi ex defectu tuo vel partis tuæ steterit, quominus unionis præfatæ conclusio in annum & tres menses a die inthronizationis nostræ computandos fuerit subsecuta. Hoc autem, quod de non creandis Cardinalibus, tractatu hujusmodi pendente, diximus; ita locum habere intendimus, si tu quoque illud observabis. Hanc vero oblationem & insinuationem de Cardinalibus non fiendis, ac superiorem oblationem renunciationis modo prædicto, ut strictiori vinculo fieret, juravimus, vovimus, & promisimus ante electionem nostram eodem vinculo effectualiter implendam cum singulis ex nostris Fratribus antedictis, in casu quo aliquis nostrum ad apicem Apostolatus esset assumptus; post ipsam assumptionem idipsum ad firmiorem constantiam denuo jurantes, voventes, & promittentes, atque ratificantes. De hoc autem, quod Bulla sine nostri nominis est impressa præsentibus, nullus debeat admirari: nam ante nostræ coronationis solemnia, usus præfatæ Bullæ cum hujusmodi impressione non habetur." *Datum Romæ apud S. Petrum XII. die ab assumptione nostra*, XI. *vero Decembris*, *anno a Nativitate Domini* M. CCCC. VI.

II. INTEGRAS libuit Gregorii Epistolas ad Petrum de Luna describere, quæ menda plura corrigenda exhibent, quibus eadem scatet typis edita in Labbeana Conciliorum Collectione, aliisque. Dies emortualis Innocentii septimi notatur legiturque in nostro ejusdem Epistolæ exemplari *octava idus Novembris*, sive sexta ejusdem mensis; unde firmiore momento corrigendus venit Gobelinus Persona in Cosmodromio, qui Innocentium obiisse narrat *die septima Novembris*. Similes litteras, easdemque, ac illæ sunt, quas Antonio Patriarchæ Aquilejensi datas allegavimus, Rainaldus refert ad Annum M. CCCC. VI. num. 16. scriptas *Dilecto Filio Nobili Viro Adulpho Comiti Clivensi*. Notæ Chronicæ sunt: *Dat. Romæ apud S. Petrum* X. *die ab Assumptione nostra*,

B se numeros legebat in suis Apographis Rainaldus, aut ipse minus caute lapsus est. Qui præterea, cum chronicas illas arbitraretur notas litterarum, quas Gregorius *ante coronationis*, ut ait ipse in calce earum, *solemnia* ad Petrum de Luna scripserat, coronationem eamdem a die quinta Dominica ejusdem mensis retrahit, ac differt ad diem decimamnonam. Salva fide Apographi nostri, potuit eadem peragi sacra pompa die quinto prædicto, ut habent laudati Scriptores Panvinius, Ciaconius, & Papebrochius: potuitque ante diem illam ad Petrum de Luna scribere Gregorius. Neque demum ex ipsa Rainaldi positione colligitur, differri ad diem Dominicam XIX. oportere coronæ impositionem, cum eodem anno, littera

C Dominicali C. insignito, in diem quoque XII. inciderit Dominica.

III. DIU pace potita non est Provincia Forijulii. Conflato schismate, pars altera obedientiam Antonio Patriarchæ subtraxit, altera constantissime adhæsit. Chronicon Aquilejense hæc habet: *Non post multum temporis spatium aliqui Civitatenses indignati sunt, spernentes eum, atque dicentes: Cujus filius est iste?* (Nimium elatæ absurdæque voces.) *Et sic fremebant, & stridebant dentibus, & dicebant: Hic non facit justitiam, nec judicium tenet. Quare ergo debemus ei obedire, ex quo non potest facere judicium, & justi-*

D *tiam?* Familiæ nobilitatem, ac privilegia honoris a Bonifacio IX. & Venceslao Romanorum Rege conlata Jo. Franciscus Palladius enarrat ad Annum M. CCC. LXXXXIX. Vetustum Documentum præsto habemus, quod irarum ac bilis Civitatensium in Antonium causam occasionemque patefacit, eorumque defectionis annum aperit. " De anno Domini Mill. CCCC. „ sexto Indictione .... die quinto Mensis Junii, Pontificatus SS. in Christo Patris & D. D. Innocentii Papæ VII. anno secundo, dum Aquilegensi Ecclesiæ præsideret *Antonius de Portugruario*; & prout ad ejus spectabat officium, vellet jura & jurisdictiones præfatæ Aquilegensis Ecclesiæ ad manus suas deducere; & tandem instaret cum Civitatensi-

„ extra, una cum complicibus suis turpiter „ disamando; ex quo suborta est guerra magna in Patriæ non modicam desolationem „ & destructionem. „ Tulminensem Regionem primus locaverat Civitatensibus Marquardus Patriarcha, confirmavitque Joannes de Moravia. Hac de re satis egimus Capite XCVIII. & Capite C. II.

QUERELÆ Gregorio delatæ sunt adversus Antonium. A Pontifice vocatus Patriarcha, cum indictam diem neglexisset, sententiam subiit depositionis, rem exequente Antonio Corrario, ipsius Pontificis nepote ex Philippo fratre, Presbytero Cardinali Tit. S. Petri in vincula. Depositionis causas diligentius infra indagabimus. Gregorii litteras profero. "Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Episcopis Suffraganeis „ Patriarchæ Aquilegensis pro tempore existentibus, & dilectis filiis electis Abbatibus, „ Præpositis, Archipresbyteris, Decanis, Plebanis, cæterisque Ecclesiarum, Monasteriorum Prælatis, Capitulisque, atque Conventibus Aquilegen. & aliarum Ecclesiarum & „ Monasteriorum quorumlibet; ac Nobilibus „ Viris Principibus, Ducibus, Marchionibus, „ Comitibus, Vice-comitibus, Militibus, Domicellis, Universitatibus, & singularibus „ quibuscumque personis per Provinciam Aquilegiensem constitutis; & quibuscumque Feudatariis, Vassallis, colonis, agricolis, & „ censualibus præfatæ Aquilegensis Ecclesiæ, „ ad quos præsentes Litteræ nostræ pervenerint, salutem & Apostolicam benedictionem. „ Cum hac præsenti die Antonius, olim Patriarcha Aquilegiensis, suis culpis & demeritis exigentibus, legitimis tamen prius habitis & factis processibus, per definitivam „ sententiam, auctoritate nostra, dicta Patriarchali & Aquilegiensi Ecclesia, cui antea præfuit, per Dilectum Filium Antonium „ nunc Titulo S. Petri ad vincula Presbyterum „ Cardinalem, Camerariumque nostrum, ex „ commissione per nos eidem Camerario, tunc „ Bononiensi Episcopo factam, sententialiter „ privatus fuerit, & remotus realiter ab Aquilegiensi Ecclesia supradicta, prout in sententia lata per ipsum Camerarium contra „ strum singulis præsentium tenore districte „ præcipiendo mandamus, singula singulis referendo: quatenus deinceps ipsi Antonio „ olim Patriarchæ, vel alii pro eo, reverentiam, seu obedientiam, vel honorem, tanquam Patriarchæ, nullatenus imposterum „ impendatis: aut respondeatis de fructibus, „ reditibus, proventibus, censibus, aut responsionibus aliis supradictis. Sed fructus, „ reditus, proventus, census, & responsiones „ hujusmodi cum diligentia conservare & custodire teneamini, ac etiam debeatis; quousque super iis, & per alias nostras Litteras „ facientes plenam & expressam de præsentibus mentionem, duxerimus injungendum, „ sub pœna Excommunicationis, necnon privationis Ecclesiarum, Beneficiorum secularium & regularium, necnon Feudorum, „ Privilegiorum, & Gratiarum, necnon Dignitatum quarumlibet, quæ a Romana, Aquilegiensi, seu aliis Ecclesiis, Romano Imperio, Regibus, Principibus, Universitatibus, seu singularibus personis quomodolibet „ obtinueritis. In quas quidem pœnas, prout „ quemcumque concernere possunt, contrafacientes incurrere volumus ipso facto. Volentes etiam, & mandantes dilectis Filiis... „ Regiminibus & Magistratibus Terrarum Civitatis Austriæ, & Utini, utriusque earum „ Aquilegiensis Diocesis: quatenus sub dictis „ pœnis, quas & ipso facto incurrant, præmissa omnia teneantur per universam Provinciam supradictam intimare ad plenam notitiam Provincialium & aliorum superius contentorum: ac de iis, quæ in præmissis agerentur, nos celeriter informare. Datum „ Lucæ Id. Junii, Pontificatus nostri anno secundo, æræ Christianæ 1408.

ANIMADVERTE *præsentem diem*, scilicet *Idus Junii*, seu diem 13. ejusdem Mensis, cum anno eodem 1408. lata fuit depositionis in Antonium Patriarcham sententia. Hujusce negotii expediendi cura Antonio Corrario, *tunc Bononiensi Episcopo*, demandata fuerat: quod ipse perfecit, jam Cardinalis a Patruo Pontifice creatus. Sacram purpuram induerat ille eodem anno 1408. die *9.* Maii. Causæ depositionis in Litteris non memorantur, solum Antonii

infra patebunt.

IV. Nihil Utinenses moliti non sunt, ut adversariorum conatus frangerent, sibique benevolum gratumque Patriarcham tuerentur. Comitia Provinciæ celebrata: datique Libelli supplices pro Antonio *ad Sanctissimum Papam*, & *ad Reverendissimos Dominos Cardinales*. Idem in utrisque argumentum, eadem frequentius verba, eademque Utinensium vota. Mendis pluribus, obscurisque locis Libelli scatent Summo Pontifici oblati; unde posteriores Purpuratis Patribus datos in lucem edere satis fuerit. " Reverendissimi in Christo Patres. Mirabilis est hominum cœcitas & efrenis audacia, qui non aperte conspiciunt, quod ex injuriis læditur proximus, incitatur scandalum, fama diluitur, & furor divini Numinis provocatur: & sic infrunita præsumptio propriæ voluntatis excedit deformiter, quod nec timens Deum, aut hominem reverens profana concupiscibiliter tenere videtur, & impudenter utrumque nititur ad Divina. Quot & quantæ ex his proveniant insolentiæ, non longe petantur causæ.... quidem habemus in foribus, & illas patule perpendimus & videmus: & dum præcipue contra fas & licitum pertransitur, divini Numinis offenditur gloria, & malignandi usque ad periclitationem animarum & corporum materia compræstatur. Sane non mediocriter mentem perturbavit nostram nuper horrenda relatio, quod Reverendissimus Domini nostri Domini Papæ Camerarius, ardens in motibus voluntatis illicitæ, nulla legitima monitione præambula, Reverendissimum in Christo Patrem & Dominum nostrum D. Antonium Patriarcham, Præsulem nostrum amatissimum, atrocissime citari fecit, ut infra XV. dierum spatium commune persolveret servitium, & causam (quare privatus per eum pronunciari non debeat) allegaret. Quod est a seculo inauditum; nec credere possumus, talia de voluntate Sanctissimi Christi Vicarii modo aliquo processisse. Absit, quod a Clementissimo Patre, qui Dei Majestatem repræsentat in Terris, procedat sententia tam horrenda. Dolemus, & ulcis bonum tentent magno periculo perturbare? Et quis est omnium hominum animi tam servilis, qui pro conservatione pacifici status hujus, & Patriæ libertatis non deberet vitam ponere, & omnibus se etiam capitalibus periculis objectare, uti Sanctissimo Domino nostro præfato denotamus scriptis nostris? Quapropter Reverendissimas Paternitates vestras, quas ad conservationem pacifici status Patriæ memoratæ, & nostræ Reipublicæ propriæ libertatis, & ad promotionem status, & augmentum Domini nostri Patriarchæ prædicti ex benignitate innata serventissimas reputamus, cum pleniore confidentia supplicamus: quatenus pedibus Sanctitatis præfatæ instare dignemini, quod hujusmodi terribilis & horrenda sententia avocetur, & ad impossibilia de cætero non gravetur: sumatque in ulnis suæ Clementiæ Dominum nostrum præfatum, Ecclesiam suam post Romanam secundam Sedem, & hanc Patriam fidelissimam Apostolicæ Sedi, benigne & gratiose recommissas. Expresse quidem conclusimus, decrevimus, mente concepimus, & indissolubilibus promissionibus validavimus, non permittere nec modo aliquo consentire: quod Dominus ipse noster pro communi servitio (tum quia ultra debitum persolvit & per consequens non tenetur, tum etiam quia impotens est & ipsius impotentia nobis nota: & si de Ecclesiæ dotibus aliquid recepit, pro hujus Patriæ defensione & necessitate, & Castrorum reparatione, ut debet & tenetur, reservet) aliquid persolvat imposterum ullo modo. Et sicuti sæpius Sanctitati suæ, & vestris Reverendissimis Paternitatibus scripsimus, & dici verbo fecimus, illum & non alium, donec in humanis vitam duxerit, in Pastorem, Patriarcham, & Præsulem habere intendimus, & utcumque noverca fortuna se volvat totis conatibus conservare, pro conservationeque sui status & honoris posse nostrum exponere, sanguinem, & personas. Et ut Clementiæ suæ oculos ad ipsius conservationem convertat, efficaces dignemini interponere partes vestras: hanc suam Patriam in hoc redden-

do

nalibus Libellos prædictos oblatos, liquido patet, in ejus causæ cognitione Antonio Corrario versante, qui eodem anno die 9. Maii ad B purpuram evectus fuerat, dictusque patrui Pontificis *Camerarius*. Indignationis Pontificiæ caussam illam addiscimus: quod Antonius Patriarcha *commune servitium* solvere detrectabat. Summam æris intelligimus, quæ ab eodem Patriarcha in Cameram, seu ærarium Pontificale inserenda fuerat. Excusationis momenta Utini Cives aliique Forojulienses in Comitiis congregati in Libellis exponebant; eo quia ultra debitum jam persolvisset Antonius; unde majorem numerandam colligeret, pecuniarum summam non haberet; si quid vero reliquum esset, in commune Provinciæ bonum expendendum foret. Hinc alienatum, adversumque Patriarchæ animum suspicabatur Gregorius.

V. DETURBATO Sede Aquilejensi Antonio, de novo renunciando Patriarcha serio cogitabat Gregorius, quem sibi addictum nosset, gratumque Forojuliensibus. Satis propensa erga Ludovicum Ducem Techium ferebatur ipse voluntate. Pontificis consilium ut innotuit Cardinalibus, quos ab ipso jam recessisse dicemus infra, Duci Techio litteras dedere, ut ipsum a Gregorii obedientia divellerent, juraque tuerentur Antonii de Portugruario. Litteras profero, quæ plura docent. „ Nobilis Amice noster carissime. De multis, quæ D. Gregorius more suo fecit & facit, hoc unum non solum admirandum, sed „ onerosum videtur; quod Ecclesiæ Aquilegensi, Sponso ejus vero superstite, Sponsum „ alium ipse dare conatur. Divinæ humanæque leges, quarum per hæc & his similia se „ ipse perversorem ostendit, rem talem nec „ sanciunt, nec permittunt: sed nec mirum, „ quia ipse in majoribus supinam conscientiam sibi fecit. Etenim scimus ex quo fomite, ex quibus etiam tractatibus, quave „ spe ipse Gregorius, potestate quam jamdiu „ non habuit, Patriarchatum Aquilegensem „ aut ex ambitione usurpare sibi & suis, aut „ de facto non dare sed alienare alteri pecunia mediante tentavit. Eapropter ut a remotis clandestina intentione sua viam ipse „ fibi pararet ad votum, nobis tunc præsen„ tis sub nomine pericula non parva incumbunt Patriæ Aquilegensi, & Patriarchæ vero ipsius Domino; quorum omne incommodum revera gravissime toleramus. Quamobrem te avisantes hortamur, ut circumspecte agens in omnibus, a prosecutione hujusmodi rei desistas, & ab obedientia & fide ipsius Gregorii discedas; in quem credere, cuive obedire desierunt Illustrissimi Christianissimique Principes, Dominique, & Prælati, ac potentes populi per orbem, pro eoquod sibi, tanquam fautori & nutritori Schismatis antiquati, credere & obedire peccatum est. Ipse propterea, ut mundo palam litteris nostris locuti sumus, jam dudum cecidit ab omni ejus jurisdiciaria potestate. „ Qua de re Patriarcham prædictum, aut alios C „ ipse privare non potuit, neque potest. Sicque cum Ecclesia Aquilegensis, de cujus justitia plene informati sumus, non vacet; frustra, & de facto, etiamsi posset, agit ipse Gregorius in Patriarcham prædictum; licet ex imaginatione putemus, imprudentes Consiliarios ejus, & nonnullos de Patria illa, sive propter inimicitias & discordias inter se, sive propter spem commodi alicujus particularis, & gratiæ prærogativam majorem, quam a Nobilitate tua sperant habere, rei hujusmodi causam dedisse non parvam. Cujus gentis favores conditionis variæ, ut apparet, pluris æstimare necesse tibi forte non est. Hi enim ipsi, qui te postulant, præsentem Dominum, a cujus ob- D „ ligatione fidelitatis necdum soluti sunt, supplices etiam postularunt: quos tandem veremur, tales futuros tibi, quales isti facti sunt. Hi etiam qui te sic appetere & hortari videntur, pars quidem parva Patriæ illius non sine gravi injuria cæterorum te quærit. Ubi non inutile est Nobilitati tuæ considerare hoc idem, & mente revolvere præteritos Patriarchas, teque metuere ut pendeas ab æstimatione vulgi. Velitque eadem tua Nobilitas etiam ad nos, qui hac vice in personam ipsius Patriarchæ offendimur, habere respectum: & provida discretione metiri conditionem præsentis temporis, in quo, eodem Gregorio fugiente, to-

" Patriarchatum Aquilejensem, cum de jure " vacabit, & ad alias dignitates quascumque " nos, nostrosque favores ad vota tua propitios " semper habebis. Hortamur Nobilitatem " tuam, ut Illustrem Comitem de Ortemburg " Cognatum tuum, quem a via Principum " vicinorum & amicorum ejus, fideliter " & recte prosequentium factum unionis *omnimoda jurisdiciaria potestate*. Antonium de Portugruario eodem anno 1408. die 13. Junii dejecerat ipse Patriarchatu: novumque Patriarcham anno sequente 1409. Martio Mense renunciavit Antonium de Ponte; unde hocce temporis intervallo ad Ludovicum Ducem Techium litteras dederunt Cardinales.

CAPUT CV.

Synodus œcumenica Pisana indicitur. Cardinalium epistolæ ad Antonium de Portu-gruario. Aquilejensi Ecclesiæ præficit Gregorius Antonium de Ponte. Antonio de Portu-gruario adhærent Cives Utini: quem Civitatenses cœtu coacto rejiciunt, seque dedunt Comiti Ortemburgensi. Contra Pisanum Concilium convocandam Gregorius Papa in Aquilejensi Provincia Synodum indicit. Datis iterum litteris, locum Synodi statuit Utinum, & Civitatem Austriam. A Gregorio deficiunt Utinenses.

I. IN gravissimo, quod agitabatur, unionis Ecclesiæ negotio colludentes videbantur Gregorius, & Benedictus: animumque prior satis alienum ostendisse visus est, cum fide posthabita Sacramenti, quo se in electione obstrinxerat, quatuor die 9. Maii anni 1408. novos creavit renunciavitque in obedientia sua Cardinales. Ab utroque apposita referunt Historici impedimenta, quominus diuturno sublato schismate, unitas Ecclesiæ Sanctæ reficeretur. Utriusque obedientiæ Cardinales, cum Liburnum in Etruria convenissent, Pisanum indicunt Concilium, anno sequente 1409. inchoandum die 25. Martii. Suas ad Episcopos, aliosque epistolas dederunt Cardinales Gregoriani: suasque pariter transmisere Cardinales Benedicti.

II. EAS proferimus, quæ eodem anno, Junio Mense, die XXIII. Antonio de Portu- C gruario datæ sunt. De sententia depositionis in ipsum lata dolent Cardinales, ipsique mandant ut Gregorio obedientia subtrahatur. " Reverende " Pater amice noster Carissime post salutem. " Cum Pisis venimus, uti conveniens " visum fuit, litteras nostras super occurrentibus " in Dei Ecclesia, scriptas die XIIII. " Mensis proxime decursi, Paternitati vestræ " direximus; quarum copiam inclusam præsentibus, " fido nuncio occurrente, destinare D " decrevimus ne deficiat quin illarum continentia " ad notitiam vestram deveniat; considerantes, " inter alios Christianorum Prælatos, " ad vos non mediocriter pertinere, emergentia " in eadem Ecclesia cognoscere, & " pro ipsius honore & statu assistere, & favere. " Videmus clare, & quotidie palpamus " apertius, D. Gregorium, cujus culpandos " detestandosque modos jam insinuavimus, sua

vota,

„ ti, unde tot animarum & corporum peri-
„ cula oriuntur, ut qui solum cupiditate &
„ ambitione rerum corporalium tractus, Dei
„ metu ad sua vota, promissiones, & jura-
„ menta non movetur implenda, coarctatio-
„ ne temporali compellatur invitus, ne secum
„ in perditionem dominicum gregem trahat.
„ Quamobrem Caritatem vestram affectuose
„ hortamur & precamur, ut in cunctis parti-
„ bus vestris eidem . . . omnem obedientiam
„ subtrahatis: & ad similiter faciendum Prin-
„ cipes, Prælatos, & alios Dominos exhorta-
„ ri curetis; sperantes indubie, quod per cun-
„ ctos libentibus fiet animis, cum modos mo-
„ resque ejus jam detectos omnes merito de-
„ testentur, & horreant. Hac enim via intra
„ breve temporis spatium Romanæ Ecclesiæ
„ tamdiu distractæ & laceratæ, pestifero ex-
„ stirpato schismate, restituetur unitas, & cun-
„ ctis Christifidelibus pax optata. Et ut nosca-
„ tis bene inchoatam per nos Ecclesiæ causam
„ succedere, heri hic in Liburnio nos omnes
„ cum sex de Dominis de Collegio partis al-
„ terius, ac aliquibus aliis remanentibus ple-
„ nariam habentibus potestatem, in Dei no-
„ mine maxima cum caritate convenimus;
„ & Dominum de Flisco, associato per to-
„ tam Provinciam D. Petro de Luna (*Be-*
„ *nedicto XIII.*), qui die XV. Mensis hujus de
„ Portu Veneris discedens Perpinianum in Ca-
„ thalonia profectus est, rediturum speramus:
„ sumusque unanimes ad effectum sacratissimæ
„ unionis prefatæ, quam nullis cedendo labo-
„ ribus, incommodis, & periculis etiam mor-
„ tem præseferentibus, constantissime prose-
„ cuturi sumus, quousque viis debitis, cano-
„ nicis, & necessariis ad salubrem & votivum
„ exitum deducatur; illam, eo præstante qui
„ potest, antequam multum temporis laba-
„ tur, videre in Ecclesia ipsa sperantes. Ve-
„ stram Reverentiam hortantes ac precantes,
„ ut in sanctissimo hoc opere nobiscum assiste-
„ re placeat favoribus opportunis; & nostra
„ negotia, & familiarium nostrorum, alio-
„ rumque sanctissimam unionem sequentium,
„ super beneficiis nostris & eorum in vestris
„ partibus consistentibus, & eorum fructibus,
„ redditibus, & proventibus suscipere favora-
„ bilis provideat, cum quibus oppressam & la-
„ ceratam Ecclesiam, ut facit, valeat retine-
B „ re. Nos enim privationem hujusmodi ve-
„ stram, tanquam injustissimam, nullam fore
„ tenentes, vos hortamur ut boni sitis animi;
„ & dicta innovatione non obstante, ad Eccle-
„ siæ vestræ Patriarchalis negotia, ut antea,
„ intendatis; pro unione Ecclesiæ, ut supra
„ scripsimus, & tenemini, animo virili agen-
„ tes. Nam intra non multum temporis jam
„ Ecclesiæ Romanæ sacratissimam unionem in
„ lucem venturam speramus, qua exorbitan-
„ tia & injusta ad debitam limam justitiæ re-
„ ducentur: nec vobis nostri justi favores de-
„ erint. Et super his jam opportune omnibus
„ Prælatis, Universitatibus, & Nobilibus Pa-
„ triæ Forijulii scripsimus. Valete. Dat. Li-
C „ burni sub trium priorum nostrorum sigil-
„ lis, die XXIII. Junii, prima Indictione,
„ M. CCCC. VIII.

LITTERÆ memorantur tum ipsi Antonio, tum cæteris Forojuliensibus a Cardinalibus datæ, quæ desiderantur. Latæ in Antonium sententiæ depositionis causa confirmatur, quam a Gregorio ex *communi servitio* denegato repetitam superiore capite aperuimus.

III. INTERIM de Sede Aquilejensi dejecto Antonio de Portugruario, cum de Viro idoneo Ecclesiæ præficiendo maturius consilium instituisset, Patriarcham renunciavit Gregorius Antonium de Ponte hujus nominis tertium. In Chronico Aquilejensi, quod in Appendice num. D 5. editum est, hæc habentur: *Ad petitionem illorum Civitatensium, & Colligatorum eorum, dedit eis* (Gregorius) *unum Patriarcham, similiter nomine Antonium, qui extiterat Episcopus Concordiensis*. Apud Ughellum in Tabulis Concordiensibus vocatur *Antonius de Ponte, Nobilis Venetus*. Consonat Aquilejense Chronicon in eadem Appendice num. 4. vulgatum, ubi hæc habentur verba: *Antonius de Ponte, Concordiensis Episcopus, factus est Patriarcha, & confirmatus fuit per D. Gregorium Papam: sed non habuit Patriarchatum in pace*.

LITTERIS ipse datis ad Forojulienses electio-

(*a*) Subintellige *moveri* debemus. In alio Apographo, *dolemus*.

„ git Aquilegensem : & licet indignos, sua „ benignitate promovit, & creavit. Unde Di- „ lectiones vestras, quæ merito de hujusmodi „ promotione nostra lætari possunt, requiri- „ mus & hortamur : quatenus in omnibus, „ quæ honorem nostrum & Ecclesiæ nostræ „ Aquilegensis, ac statum pacificum & tran- „ quillum hujus Patriæ nostræ Forijulii concer- „ nunt, vos promptos reddatis, favorabiles, „ & benignos, prout de prædicta vestra dile- „ ctione plene confidimus. Significamus insu- „ per vobis, quod pro bono pacis illius Pa- „ triæ, huic Excelso Dominio Veneto, pla- „ cuit, quod hic sedeamus ; quia ipsum Do- „ minium ad tractandum de ipsius Patriæ pa- „ ce, & concordia mittit Nobilem suum Ora- „ torem ad Patriam ipsam, quam ac statum „ & honorem nostrum vobis præcipue com- „ mendamus. Dat. Venetiis sub nostro an- „ nulari sigillo, quo alias ut Episcopus Con- „ cordiensis utebamur, die XVI. Martii M. „ CCCC.VIIII.

PARES, nullus dubito, datas ad alios Forojulienses litteras. Cum se *nuper* electum dicat Antonius, ipsasque litteras *annulari sigillo* muniat, quo *ut Episcopus Concordiensis* utebatur; satis intelligimus, illis circiter diebus, & anno 1409. adversus Antonium de Portugruario ad Sedem Aquilejensem fuisse a Gregorio Papa promotum. Discimus vero, Sedem illum suam in ipsa posuisse principe Venetiarum Urbe, donec in Provincia pax & concordia affulgeret.

IV. ANTONIO suo Utinenses constantissime adhærebant, quem *in Pastorem*, *Patriarcham*, & *Præsulem habere* se velle, Gregorio ejusque Cardinalibus in supplicibus libellis apertissime professi fuerant; ipsumque, *utcumque noverca fortuna se volvat*, *conservare ;* proque *conservatione status* ejus, ac honoris vires exponere, *sanguinem*, & *personas*. Cœtum suum generalem, quem *Arengum* vocant, Civitatenses cogunt: consilium exponunt Antonii de Ponte novi Patriarchæ, qui Sedem Venetiis, donec meliora tempora dederit Deus, locandam duxerat : iterumque constituunt, obedientiam subtrahere Antonio de Portugruario ac denegare.

DOCUMENTUM promo, quod extat in Ar-

„ triarchatus, & multa quæ calamus scribere „ non posset, & detentionem Domini Patriar- „ chæ noviter electi..... In quo quidem Ren- B „ go definitum fuit, quod omnis status & ho- „ nor hujus Civitatis remittatur Provisoribus „ hujus Civitatis, & Deputatis generalibus „ qui nunc sunt. Item definitum fuit, quod „ nunquam aliquo tempore obediatur per ali- „ quem, seu aliquos Civitatenses D. Antonio, „ olim Patriarchæ, de Portu-Gruario. Item „ definitum fuit, quod omnis pœna & modus „ tenendus contra aliquem Civitatensem, qui „ vellet obedire, vel in aliquo facere dicto D. „ Antonio de Portugruario, dictis Provisori- „ bus & Deputatis remittatur, prout ibidem „ remissum fuit. Item quod pœna, quæ im- „ ponetur per ipsos Provisores & Deputatos „ contra illum, qui obediet vel favebit in ali- C „ quo dicto D. Antonio, firma habeatur & ra- „ ta ab omnibus aliis Civitatensibus. Item de- „ finitum fuit, quod deseratur Sacramentum „ omnibus, in quasi Arengo nunc existentibus, „ quod nunquam obedient, vel favebunt ipsi „ D. Antonio : & quod pœna, quæ impone- „ tur per dictos Provisores & Deputatos, fir- „ missima habeatur per eos contra volentem „ favere ipsi D. Antonio, olim Patriarchæ. „ Qui omnes, in ipso quasi Rengo existentes, „ corporaliter tactis Scripturis, delato eis sin- „ gulariter Sacramento partim per Antonium „ Notarium, & per Antonium Cancellarios „ Communis, ibidem juraverunt juxta dictas „ definitiones. Item definitum fuit, quod fiat „ & eligatur unus Conservator, qui habeat fa- D „ cere & reddere jura, & justitiam ministra- „ re, & capere malefactores, & punire. Ele- „ ctus & deputatus fuit Simon Joannis Tonii.„ Hocce munere *Conservatoris*, quod invectum legimus, alii imposterum plures defuncti sunt.

ORTO inter Forojulienses Schismate, in partes Ecclesia Sancta Aquilejensis scindebatur. Nutabat quoque, ferebaturque in præceps Patriarcharum dominatio, Conservatoribus in locis & Oppidis, qui regerent, creatis. Eodem insuper anno (1409.) *Civitatenses dediti sunt Comiti de Ortemburg* (verbis utor Chronici Aquilejensis num. 5. in Appendice vulgati.) *Similiter Carnea*, *Tulmetium*, *Glemona*, *Spilimbergh*, *Valvasonum*, *Sanctus Vitus*,

tum probant, datæ *Lucæ sexto Nonas* (seu die 2.) *Julii*, *Pontificatus anno secundo*, Christi 1408. Celebranda indicitur Synodus, *ad Festum Pentecostes immediate sequentis* (anno 1409.) *in Provincia Aquilejensium, & Exarchatu Ravennatensi*. Civitatem, Oppidumve, aut locum, ubi Synodus cogi deberet, *nunc expresse determinare & determinare se nequivisse*, Pontifex narrat, *propter varias circumstantias, quibus locus talis unitatis & pacis debet merito circumcingi*.

VI. AD finem eodem anno 1408. vergente, aliæ *Arimini* litteræ a Gregorio datæ, *quartodecimo Kal. Januarii* (die 19. Decembris) *Pontificatus anno tertio*: certusque, ubi Synodus haberetur, designatus denunciatusque locus. Memorat ille: *Dudum Generale Concilium pro sedatione perniciosi & inveterati schismatis, ad festum Pentecostes immediate sequentis, in Provincia Aquilejensi, vel Exarchatu Ravennate, convocandum* indixisse. Ait vero: *Habita super hoc diligenti consideratione, omnibusque locis Provinciæ & Exarchatus mature pensatis, tandem ut magis idoneos* locos, eligere se ac declarare *Civitatem Austriæ, & Utinum Aquilejensis Diœcesis; quæ propter propinquitatem, & cohærentiam pro uno loco haberi debent*.

NON unam locorum propinquitatem puto causam fuisse, ut simul Utini, & in Civitate Austria, Gregorius habendam Synodum indiceret, quam Pisanis Patribus opponeret: verum etiam maximeque, ut Cives Utinenses, quos Antonii de Portugruario dejectio nimium commoverat, sibi redderet benevolos, cæterosque omnes de Patriarchatu Aquilejensi in obedientia constantes firmaret.

VII. MINIME tamen iræ conceptæ restingui potuere. Ruperti Imperatoris, qui Gregorio favebat, neglecta ab Utinensibus consilia: cœtuque generali congregato decretum, sancitumque, ut Gregorius rejiceretur cum ejus Concilio. Imperatoris litteras exhibeo. " Rupertus „ Dei gratia Romanorum Rex semper Augu„ stus. Venerabiles amici semper Dilecti. „ Quantum nostræ mentis turbet oculos San„ ctæ Romanæ Ecclesiæ Matris nostræ diffi-

B „ me informatos, pro Ambaxiatoribus & O„ ratoribus nostris duximus transmittendos. „ Venerandas Circumspectiones & prudentias „ vestras instanter rogantes, & piis affectibus „ exhortantes, velitis dictis Oratoribus nostris „ & cuilibet eorum consiliis, & auxiliis op„ portunis assistere: eosque in singulis dirige„ re, & favorabiliter nostra & Sacri Imperii „ per nos agenda promovere; eisque super „ præmissis, vobis oretenus parte nostra ex„ plicandis, adhiberi placeat plenam fidem. „ Datum in Castro nostro Heidelberg, die „ XIV. Mensis Februarii, anno Domini M. „ CCCC. VIIII. Regiminis vero nostri anno „ nono. Ad mandatum Domini Regis, Og-

C „ benet utriusque J. Doctor. „ A tergo. *Venerabilibus Viris, Consulibus & Communi Utinensi, Amicis nostris sincere Dilectis*. An Utinum adventaverint Oratores Ruperti, quæve illis officia cives præstiterint, ignotum. Certum compertumque obsequium hactenus præstitum Gregorio subtractum, denegatumque.

EJUS namque appulsu eodem anno 1409. in Provinciam instante, cœtus Utinensium generalis celebratus est: decretumque in eo latum contra Gregorium. Monumentum subjicio, quod integram rei seriem pandit, jam dudum opera nostra anno 1731. typis editum Tomo XV. Venetæ Conciliorum Editionis. "In Chri„ sti nomine Amen. Die XXVIIII. Mensis „ Maii M. CCCC. VIIII. Actum Utini in Ec-

D „ clesia S. Petri Martyris in pleno Arengo ad „ sonum Campanæ more solito congregato co„ ram Nobili Viro Ser Joanne de Cassinis „ de Utino, Reverendissimi in Christo Pa„ tris & D. D. Antonii Dei gratia Sanctæ Se„ dis Aquilegensis dignissimi Patriarchæ.... „ In quo interfuerunt tam Nobiles, quam po„ pulares in maxima quantitate, & quasi to„ tus populus dictæ Terræ Utini, ad honorem „ & reverentiam Omnipotentis Dei & ejus „ Gloriosæ Matris, ad providendum & facien„ dum omnes & singulas provisiones expedien„ tes pro manutentione libertatis Ecclesiæ A„ quilegensis, & totius Patriæ, & specialiter „ Terræ nostræ Utini. Coram quibus Domi„ minis, Capitaneo, Nobilibus, Civibus, &

„ tret, ut melius possit, & realiter expellere
„ Dominum nostrum Dominum Antonium de
„ Portu-Gruario Patriarcham Aquilegiensem;
„ & nos subjugare, & Civitatenses & dictos
„ Nobiles exaltare. Quare rogavit, per o-
„ mnes supradictos Dominos Cives, Nobiles,
„ & vicinos provideri & determinari de modo
„ per hujusmodi Communitatem tenendo: vi-
„ delicet an debeamus facere obedientiam di-
„ cto Domino nostro Domino Patriarchæ, &
„ ipsum manutenere & conservare in nostrum
„ Dominum & Patriarcham, & non recipere
„ præfatum D. Gregorium Papam XII. appel-
„ latum: vel an debeamus recipere ipsum D.
„ Gregorium Papam, & suis mandatis obedi-
„ re, & Dominum nostrum Dominum Patri-
„ archam relinquere. Super quibus, petente
„ Provido Ser Odorico de Miulitis de Utino,
„ hujus Terræ Utini Camerario, per totum
„ Arengum, nemine penitus discrepante; con-
„ siderantes, quod dictus D. Gregorius Papa
„ XII. appellatus jam nos male tractavit, &
„ quod privavit Reverendissimum Dominum
„ nostrum D. Antonium Patriarcham Aquile-
„ gensem dignissimum, & alium Patriarcham
„ creavit: item quod hanc Patriam intrare
„ vult ad instantiam inimicorum nostrorum,
„ & dicti Domini nostri: & quod dubitatur,
„ an sit Papa, vel ne, quare Concilium Pi-
„ sis celebratum tractat creare unum verum
„ Pontificem: omnibusque aliis considerandis
„ attentis, deliberatum fuit, quod Commu-
„ nitas nostra Utini debeat manutenere totis
„ suis viribus & posse Reverendissimum in
„ Christo Patrem & Dominum nostrum D.
„ Antonium de Portu-Gruario dignissimum
„ omnes & singulas provisiones opportunas
„ pro manutentione dictæ nostræ intentionis,
„ & dicti Domini nostri Domini Patriarchæ:
„ & si opus fuerit, restringendi hujusmodi
„ potestatem in minori numero personarum,
„ ut provisiones fiendæ remaneant magis se-
„ cretæ. Et quidquid fiet, & determinabi-
„ tur per ipsos, Dominum Tristanum, & se-
„ ptem Deputatos, ac Consilium, vel mi-
„ nus personas ad hoc eligendas, debeat per
„ totam Communitatem haberi firmum &
„ ratum, & executioni demandari.

C PISANUM Concilium die 25. Martii ejusdem anni 1409. inchoatum fuerat. Gregorius, & Benedictus, de Pontificatu contendentes, in jus vocati: declaratique contumaces die 27. ejusdem Mensis, atque coram palamque depositionis Tabulæ die 22. *Mensis Maii* promulgatæ. His etiam Pisanorum Patrum gestis permoti Utinenses, totis viribus Gregorio resistere decreverunt, locum denegare indictæ Synodi, firmius adhærere Antonio de Portu-Gruario, aliumque Patriarcham electum Antonium de Ponte non excipere. Ad Synodum Pisanam ipse Antonius miserat Procuratores, qui ejus nomine pro causa universalis Ecclesiæ, propriaque agerent. Inter Acta a Luca Dacherio vulgata iidem recensentur, *D.*
D *Johannes Episcopus in Universali Ecclesia*, *Nobilis Vir Francislinus de Panthera*, *D. Andreas de Monticul Licentiatus in Legibus*. Hostunensem Ecclesiam sub Archiepiscopo Brundusino administrasse Joannem, alia nos docent Monumenta. Legi debet *Franciscbinus Pancera*, ipsius Patriarchæ frater; itemque *Andreas de Monticulis* Utinensis.

C A·

I. DISSIDIIS, belloque profligatam Forijulii Provinciam dolebant Veneti Patres. Inter utrumque Patriarcham sanciendam proposuere concordiam, donec sedatis turbis, peractoque universalis Ecclesiæ negotio, pax optatissima in Provincia affulgeret, ad unitatemque rediret Ecclesia Aquilejensis. Factum ergo, ut *proventus, respondentes Canipæ Patriarchali Civitatensi*, (Chronici sæpe citati verba sunt) adsignarentur Antonio de Ponte, *Patriarchæ eorum Civitatensium*. Nomen ejus cum cæteris Patriarchis die 2. Februarii singulis annis ex Odeo denunciant Civitatenses Canonici. Concordiæ Tabulas Mss. quæ circumferuntur, *actas* legimus in *Civitate Utini Milles. quadringentes. nono, Indictione secunda*. Mensis, diesque desiderantur.

AUT irritæ absque effectu fuerunt induciæ, aut certe sancitas ante diem 29. Maii ejusdem anni 1409. fregerunt Utinenses, cœtu coacto eodem die, quo decretum, ut ipse a celebranda impediretur Synodo Gregorius.

II. PONTIFICI constantissime adhærebant Civitatenses, aliique Proceres. Adit ipse Civitatem Austriam, ut Synodum Synodo Pisanæ opponeret. Secum duxit Antonium de Ponte, qui *receptus est* (verba sunt Chronici Aquilejensis) *in Patriarcham eorum*. Diem appulsus ejus, Nobilesque Viros adhærentes vetustum patefacit Monumentum, quod exscriptum servavit posteritati Bellonus. Verba sunt:
„ Exemplum certæ Scripturæ inter Instrumen-
„ ta, & notas Nicolai Notarii Dominici, tem-
„ pore Gregorii Papæ, videlicet Angeli Cor-
„ rero, quando scisma erat cum Benedicto XIII.
„ qui vocabatur Petrus de Luna, & ipse Gre-
„ gorius vocabatur prius Angelus Corrarius.
„ Qui, ut ibi in fine scribitur, venit de Pra-
„ ta ad Civitatem Austriæ, comitatus per No-
„ bilem Guielminum Comitem Pratæ, s. Ven-
„ ceslaum & s. Thomasium de Spilimbergo,
„ s. Jacobum de Valvasono, & cæteros Col-
„ legatos de ultra Tulmentum, cum toto ex-
„ fortio Communitatis Civitatis Austriæ. M.
„ CCCC. IX. die Pentecostes XXVI. Maii. „

A HÆC minime constat nota diei. Repugnat *vicesima nona* ejusdem Mensis Maii dies, qua Cœtus Utinensis Acta superiore Capite descripta consignantur. Quomodo in Cœtu illo, *die XXIX. Mensis Maii*, exponeret Tristanus de Savorniano: *ad notitiam Antonii* Patriarchæ, *& totius Patriæ deductum esse, qualiter ... Gregorius venturus erat in brevi in Patriam hanc ad faciendum certum suum Concilium, ... & quod Civitatenses & Nobiles de ultra Tulmentum tractaverunt, & tractant in præjudicium nostrum, quod dictus D. Gregorius hanc Patriam intret?* Jam enim Civitatem Austriam, si Bellono ac Documento per ipsum descripto fides, intrasset die 26. præcedente, in quam eo anno 1409. Sacræ Pentecostes festum incidit, Paschate die 7. Aprilis celebrato.

B CHRONICAM eamdem Actorum Utinensium notam confirmant, aliamque documenti allegati vitiatam evincunt Epistolæ ipsius Gregorii, quas Raynaldus ad Annum M. CCCC. IX. num. 82. memorat, *datas Pratæ Concordiensis Diœcesis Kal. Junii*; quibus fidei publicæ Syngrapham Oratoribus Petri de Luna tradidit Pontifex Gregorius. Itaque *Kalendis Junii* in Provinciam Forojuliensem advenerat ille, & in Castro *Pratæ* diversabatur: nondum vero Civitatem Austriam intraverat. Huic denique favet Chronographiæ prima Synodi Sessio, quæ Gregorio præsidente in Civitate Austria habita est, ut infra declarabimus.

C III. SYNODUM inchoandam *die Pentecostes*, 26. Maii, indixerat apud Rainaldum, & in Collectione Labbeana, Gregorius. Ad hanc *pauci* convenerant, Theodorico Niemo teste *Archiepiscopi & Episcopi, & alii Ecclesiastici Prælati, aut Procuratores Ecclesiasticorum Prælatorum, necnon Principum secularium*. Præmissus fuerat, testimonium perhibente Raynaldo, Bartholomæus Zambonus, qui necessarios ad Synodum apparatus instrueret. Primam sessionem celebravit Pontifex in Festo Corporis Christi, quod eodem incidit anno in diem 6. Junii.

D QUID egerit Gregorius, perspicue aperiunt litte-

„ cratissimam Pentecostes pro prima die præ-
„ fati Concilii in Dei nomine acceptaverimus:
„ factisque Altissimo laudibus & orationibus
„ processionaliter, prout convenit tantæ rei,
„ primam fecerimus Sessionem in Gloriosissi-
„ mo Festo Corporis Christi pretiosissimi. „
En primam Sessionem die *sexta* Junii habitam. Digna sunt animadversione verba illa, quibus *diem Sacratissimam Pentecostes* (vicesimam sextam Maii) declarat Pontifex *pro prima die præfati Concilii* se *acceptavisse*. Satis inde colligitur, nondum eadem die in Civitatem Austriam advenisse Gregorium: tunc vero in eodem fuisse loco Præsules nonnullos, qui ad Synodum vocati fuerant: adeoque diem eamdem pro prima Concilii acceptatam, numeratamque.

IN hac Sessione, *secundam* indixit Gregorius, *ad vigesimam secundam diem* ejusdem Mensis Junii celebrandam. Exiguus convenerat Prælatorum numerus: litterasque memoratas dedit Pontifex die 20. Junii, queis ad Concilium Ecclesiarum Præsules vocabat; monebatque Reges ac Principes, ut saltem Oratores mitterent.

IV. APPULSU Gregorii in Civitatem Austriam cognito, Litteris ad Cives datis, Rupertus Imperator Pontificem, qua valet efficacia, commendat eisdem. In Archivo Civitatis adservantur. "Rupertus Dei gratia Ro-
„ manorum semper Augustus. Prudentes Fi-
„ deles dilecti. Cum Sanctissimus in Christo
„ Pater Dominus noster Gregorius Papa XII.
„ Concilium Generale celebraturus pro desi- D
„ deratissima unione Sanctæ Matris Ecclesiæ,
„ locum unum, Civitatem videlicet Austriæ
„ in Forojulii accessit, ut intelleximus de præ-
„ senti: sintque in dictis partibus nonnullæ di-
„ scordiæ, per quas Venerabilibus Prælatis,
„ & aliis personis dictum Concilium accedere
„ volentibus possent impedimenta verisimili-
„ ter suboriri, quominus dictum Concilium
„ suum sortiretur effectum; Prudentias vestras
„ instanter rogamus, quatenus intuitu Sanctæ
„ Matris Ecclesiæ, ac universalis boni partes
„ solicitudinis vestræ interponere velitis, ut
„ hujusmodi discordiæ dante Domino sopian-
„ tur, & quicumque dictum Concilium acce-

„ Vener Doctor utriusque juris. „ A tergo.
B *Prudentibus Viris, Provisoribus, & Consilio, & Communitati Civitatis Austriæ, & ipsorum Colligatis, Fidelibus nostris dilectis.* Satis Imperatoris votis fecerunt Civitatenses: nihilque prætermisere, quod ad Synodi securitatem conferret, ac Pontificis Gregorii commoda proveheret.

V. QUÆ gerebantur in Provincia, Cardinalibus Pisis in Œcumenica Synodo congregatis nota Utinenses fecere. Datas litteras delectus Romam pertulerat Nuncius. Cardinalium vice, qui novi electioni Pontifici operam dabant, rescripsere Custodes Conclavis. Peremptoriam sententiam in Gregorium, & Benedictum promulgatam significant: animosque Utinensibus addunt, ut in obedientia persistant Antonii de Portu-gruario; paratique sint, novo
C Pontifici obtemperare propediem eligendo.

LITTERAS in lucem edimus, quæ plura hujus ævi negotia pandunt, litteris insertas Antonio Patriarchæ transmissis. *Reverendissime Pater & Domine. Copiam litterarum, quas Communitati Utinensi, & D. Tristano scribimus, ad consolationem ..... Paternitatis vestræ præsentibus fecimus annotari, quæ talis est.*
„ Spectabiles Viri amici nostri carissimi post
„ salutem. Quia Reverendissimi in Christo
„ Patres, & Domini S. Romanæ Ecclesiæ Car-
„ dinales pro felici electione unici & indubitati
„ Romani Pontificis in Conclave secundum
„ consuetum morem impræsentiarum existunt,
„ nec alicui intrandi ad eos aut colloquendi fa-
„ cultas permittitur; deliberavimus nos ad cu-
„ stodiam ipsius Conclavis deputati, cognitis
„ his quæ per discretum Virum Aluisium Nun-
„ cium vestrum referebantur, aliqua pro in-
„ formatione & certitudine vestra rescribere:
„ quanquam sic expectemus electionem Papæ,
„ ut de die in diem, & de hora in horam il-
„ lam fieri præstolemur. Audierit jam, ut
„ certissime credimus, Nobilitas vestra: quod
„ Sacrum Generale Concilium pro pace &
„ unione Christianorum in hac Civitate Pisa-
„ na solemniter congregatum, cum omni ma-
„ turitate procedens die V. hujus Mensis con-
„ tra Angelum Corrario, & Petrum de Lu-
„ na, olim de Papatu damnabiliter conten-
dentes,

„ providenda erant, dispositis atque provisis, „ tandem die Sabbati proxime præterita (*die* „ 15. *Junii*) Conclave pro electione facienda „ ex auctoritate & approbatione Sacri Concilii intraverunt. Sunt autem præfati Domini Cardinales XXIV. numero. Nam Dominus Tudertinus, qui solus remanserat apud „ Angelum Corrario, post recessum illius ab „ Arimino huc se contulit; & similiter a Petro de Luna, qui apud eum remanserant, „ præter unum recesserunt, & huc se contulerunt his proximis diebus, Dominus Cardinalis de Celancho, & Dominus Cardinalis „ de Baro. Gesta autem hic sunt omnia tam „ in sententia ferenda, quam in cæteris rebus, „ cum summa maturitate admirabilique concordia; licet enim tanta res sine disceptatione, & magna agitatione, & discussione „ rerum fieri non poterat: tamen admirabile „ est, quanta unanimitas, quantaque concordia, (*a*) unionem, & pacem, & reintegrationem Christianorum apud summos, mediocres, & infimos in hoc Concilio semper „ extiterit; ut in tanta multitudine ex tam „ variis, diversisque Nationibus in uno loco „ congregata nunquam, ne apud inimicos quidem (*&*) familiares, indignationis aut iracundiæ vox fuerit unquam audita: imo tanta caritas & benevolentia viget, ut semper „ una vixisse videantur; & creatio Summi Pontificis, ut supra diximus, de die in diem „ cum gratulatione votiva omnium expectatur, postquam suffragante Spiritus Sancti „ gratia, qui hæc negotia mirabiliter direxit; „ & annitente populo Christiano, qui a duobus Contendentibus variis fraudibus & inveterata male agendi calliditate olim delusus „ eorum collusiones amplius tolerare non potest, omnino salubriter dirigentur, & si „ quid illis superest effectualiter auferetur. „ Quoniam autem & his, quæ pro sancta unione, & pro defensione Patriæ a Schismaticorum & damnatorum ausu nefario, imperterrite gessistis, magnam famam & laudem „ apud Sacrum Concilium Generale, & ipsos

(*a*) Aliquid deesse videtur.

B „ ... nalibus non potuerunt, quoniam ut diximus, „ nulli ad eos permittitur accessus; ipsas litteras diligentissime servamus, debito tempore præsentaturi, & operam nostram apud „ præfatos, quibus eædem litteræ diriguntur, „ interpposituri, ut desideria votive adimpleantur. „ *Vestram igitur Paternitatem sinceris affectibus exhortamur, ut bona & magna spe suscepta, cum omni efficacia & magnitudine animi contra præfatum Angelum, & nefarios ejus conatus constantissime insurgatis, habituri præter divinæ retributionis præmium, etiam famam & gloriam nominis apud mundum. Dat. Pisis die* XX. *Junii Millesimo* CCCC. IX.

C

F. Archiepiscopus Narbonensis Camerarius.	*Custodes Conclavis.*
H. Patriarcha Jerosolymitanus.	
J. Episcopus Novariensis.	
P. Sacræ domus Hospitalis S. Johannis Jerosolymitani Magister.	
H. Capitaneus } *Civitatis Pisarum.*	
H. Potestas	

ARCHIEPISCOPUS Narbonensis vocabatur *Franciscus*, Patriarcha Jerosolymitanus *Hugo de Robertis*, Episcopus Novariensis *Joannes*, Magister Hospitaliorum *Philibertus de Nailaco*.

VI. DIE *Mercurii vigesima sexta Mensis Junii* novus eligitur Pontifex Petrus de Candia, Alexandri V. nomine insignitus. Secunda Concilii Gregoriani sessio indicta fuerat *ad* D *diem vigesimamsecundam* ejusdem Mensis: eademque dilata post diem vicesimam sextam. Latam legimus in Alexandrum, ac Petrum de Luna sententiam. Verba sunt: " Christi nomine invocato, sancta & universalis Synodus, universalem & Catholicam Ecclesiam „ repræsentans.... in hac Collegiata Ecclesia S. Mariæ Civitatis Austriæ Aquilejensis „ Diœcesis... de mandato & auctoritate SS. in „ Christo Patris & D. nostri D. Gregorii Papæ XII. ac universalis Ecclesiæ Summi Pontificis congregata. *Tum Synodus ipsa* pronunciat, decernit, & definit, & declarat: „ electionem damnatæ memoriæ Roberti Geben-

ipsis quoque adversariis eamdem impartitur facultatem, anno uno, vel biennio ad rei executionem definito. Loci, ac temporis notæ sequuntur: *Lecta fuit Scriptura in Sacra Synodo Civitatis Austriæ congregata, die Jovis* V. *Septembris* M. CCCC. VIII. (IX.) *Pontificatus Gregorii anno tertio*. Annum Christi M. CCCC. IX. reponendum, certo docet *Feriæ quintæ* connexio cum *die quinta Septembris*; erat quippe annus ille littera Dominicali F. insignitus.

V. GREGORIANAM hanc Synodum in Civitate Austria celebratam, Alphonsi Ciaconii adhibita fide, memorat Jo. Franciscus Palladius. Hæc addit ipse: *Sed hujusce Concilii cum alia non extent monumenta*, (Italica verba latine reddo) *conjicere fas est, re illud ipsa coactum, celebratumque non fuisse. Una superest ab Ruperto Rege Romanorum data ad Jacobum de Valvasono Epistola; qua demandatur ipsi, ut Forojuliensium discordias pro virili cohibeat, curetque indictum a Gregorio Concilium celebrari*. Minus attentum Scriptorem redarguunt quotquot habitæ celebratæque in Civitate Austria Synodi monumenta produximus, Cœtus nempe Utinensis Tabulæ, Ruperti ad Civitatenses Epistolæ, ipsius Acta Synodi, ac Theodorici Niemi auctoritas: quorum pleraque scire poterat, ac nosse debuerat Palladius. Ad cumulum S. Antonini verba adjicimus, quæ habentur Parte III. Titulo XXII. Capite V. §. III. *Gregorius vero respondit, quod Concilium .... celebrare volebat, non Pisis, sed in alio loco, videlicet in Forojulii circa Aquilejam: ipsosque Cardinales eum sequi debere ad locum .... Unde ipse Gregorius cum Curia sua, etsi parva, ad locum determinatum, & Prælatis, Principibus, & Communitatibus publicatum, accessit tempore statuto ... Ibi breviter expleverunt, quæ visa sunt eis expedientia illi negotio*.

ALIORUM sequitur lapsus, qui Gregorianum Concilium Utini celebratum scripsere. Dupinius Tomo XII. Bibliothecæ Scriptorum Capite I. ait: *Gregorius designaverat* Giannone in Historia Civili Regni Neapolitani Libro XXIV. Capite IV. num. II. *Gregorius*, inquit, *Concilium convocavit Aquilejæ celebrandum ... Synodum suam aperuit Aquilejæ, seu Utini die Festo Corporis Christi.... Quo soluto, cum minus Utini securus esset, fugit mentito habitu in Aprutium*. Celebrandum *Aquilejæ* Concilium non indixerat Gregorius: illudque non *Aquilejæ*, nec *Utini* aperuit, sed in *Civitate Austria*. Alios prætereo, qui eumdem in errorem impegere. Minus illis quidem potuit nota esse Civitas Austria: sed Utini congregatam, habitamque Synodum, patentissimo scripserunt errore.

C SYNODUM hanc, quam *Aquilejensem in Austria* nuncupavit Severinus Binius, appellari debere *Concilium apud Civitatem Austriæ* (rectius *Austriam*) *Aquilejensis Diœcesis*, admonuit Labbeus in Nota marginali. Labbei admonitionem dormitando neglexit Joannes Harduinus, qui prædictum Concilium uno verbo *Aquilejense* inscribit: cum eoque lapsus est Jo. Albertus Fabricius Libro VI. Bibliothecæ Græcæ Volumine XI. in Notitia Conciliorum Chronologica.

VI. SOLUTA Synodo, *stetit* in Civitate Austria Gregorius *usque ad Nativitatem Sanctæ Mariæ*, Aquilejensis Chronici scriptore teste, diem scilicet octavam Septembris: indeque recessit *cum gente sua, & aliquibus Cardinalibus, non multis, sed tantum duobus*. D Struxerunt illis insidias *Stipendiarii Domini Patriarchæ* Antonii de Portu-Gruario, *& Utinensium*. Nonnullos *ceperunt*, alios *tradiderunt morti*, *omnia bona eorum abstulerunt: Papa vero evasit solus cum quibusdam*.

STRUCTAS insidias, fugam Gregorii sub ementito habitu, alterius capturam qui Pontificalia insignia induerat, aliasque circumstantias legimus accurate descriptas in Litteris Jordani Episcopi Albanensis, queis nulla censura aut sententia Canonis declarantur obstricti Odoricus de Castello, & Nicolaus de Savorniano, qui Sedis Apostolicæ indulgentiam imploraverant. Litteras easdem, licet sequio-

„ Concilium pro unione Ecclesiæ Dei factum, „ & sententiam latam ac processus fulminatos „ contra eum, se versus Oppidum Civitatis „ Austriæ contulisset, & in circumvicinis lo„ cis illius Patriæ non haberet nec inveniret, „ & propterea ad alias partes sub dissimulato „ habitu ne cognosceretur se transferret: di„ cti exponentes, qui jam notitiam processuum „ hujusmodi apprehenderant, illuc unde di„ ctus quondam Angelus transitum faciebat „ accedentes, eum capere credentes, illum „ qui in habitu Papali prout ordinatum fuerat „ incedebat ceperunt, eumque bonis & rebus „ quæ portabat spoliarunt, nullam tamen in „ illius personam injuriam inferendo: quem „ demum alias illæsum pristinæ libertati resti„ tuerunt, spoliaque & bona hujusmodi more „ gentium armorum inter se diviserunt, in „ proprios eorum usus ea convertendo; cre„ dentes ex hoc, attentis hujusmodi processi„ bus, potius meritum a Deo reportare, quia „ pro bono unionis & pacis universalis Eccle„ siæ hoc fecerunt. Et quamvis dicti expo„ nentes se propterea, attentis processibus præ„ dictis, nullam Canonis sententiam, nul„ lasque pœnas, seu Censuras Ecclesiasticas „ incurrisse ..... tamen quia hujusmodi „ eorum credulitas eorum conscientiis omni„ modam tranquillitatem non inducit, ad „ serenandum prædictas eorum conscientias, „ & ad obstruendum ora quorumcumque eis „ super hoc obloquentium, supplicari fecerunt „ humiliter dicti exponentes, eis super his „ per sedem Apostolicam maxime provide„ ri. Quia vero de processibus hujusmodi & „ aliis præmissis nobis clare constitit & con„ stat, & ea veritate nituntur, vosque exin„ de credimus de prædictis omnibus notitiam „ habuisse & habere: idcirco nos auctoritate „ Domini Papæ, cujus primarie curam geri„ mus, Circumspectioni vestræ, cum Ordi„ narius agat in remotis ad præsens, commit„ timus; quatenus juxta hujusmodi proces„ suum tenorem & effectum declaretis dictos „ Armigeros nullam Canonis sententiam, „ nullasque Censuras Ecclesiasticas, seu pœ„ nas alias, præmissorum occasione, incur-

B naldum, qui in apparatu Pontificio incedens cum magno comitatu & stipatorum caterva, captus fuit, maleque habitus. Hunc vocat *Paulum Archiepiscopum* (*Misier Polo Arcivescovo*) Bartholomæa Riccobona Sanctimonialis in Chronico Ms. Veneti Gynæcei sub titulo *Corporis Christi*, quod ipsa a Joanne Dominici Ordinis Prædicatorum, ejusdem Parthenonis fundatore, & S. R. E. Cardinali Gregoriano edocta concinnavit. Chronici apographum habeo, ex alio vetusto descriptum, quod apud easdem Sorores adservatur.

DECLINATIS Utinensium insidiis, *transfretavit* Gregorius *usque ad Apuliam*, (verba sunt Chronici Aquilejensis:) *& ibi permansit cum auxilio Regis Apuliæ*. Hunc intellige La- C dislaum, qui Gregorio favebat, ejusque sectabatur partes. Cajetæ cum diversaretur Pontifex, litteras dedit Civitatensibus, gratias referens pro multiplici officio sibi, suisque impenso. Vulgavit eas Basilius Zancarolus in Antiquitatibus Forijulii. Easdem ex Archivo Civitatis exhibemus. " Gregorius Episcopus „ Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Nobi„ libus Viris, Communitati Civitatis Austriæ „ Aquilegensis Diæcesis salutem & Apostoli„ cam benedictionem. Per Venerabiles Fra„ tres S. R. E. Cardinales, & dilectos filios „ Curiales nostros inde reversos multum late „ & copiose accepimus, quantum reveren„ ter .... & caritative vos habuistis cum eis D „ post nostrum inde discessum: quantumve „ diligenter & egregie sociastis eosdem, ut „ sic per Dei gratiam omnes tute Patriam il„ lam exiverint ope vestra. Proinde vestram „ devotionem ut plurimum commendamus, „ quam præsentes & absentes vidimus tam fer„ ventem ad ea omnia, quæ nostri fuerint sta„ tus & honoris, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ „ Matris nostræ; ut sic firmiter sperare possi„ tis, apud nos & Sedem Apostolicam obten„ turos, quæ vobis esse habeant utilia, ac vo„ tiva. Nobilitatem vestram attente in Do„ mino exhortantes, ut in devotione hujus„ modi eo vigorosius perseveretis, quo peram„ plius experti estis nostræ ad vos dilectionis „ affectum, quem adhuc credimus vobis pos-

se

I. DIVISA gemebat inter duo Capita Ecclesia Aquilejensis, resque Forojulienses turbis motibusque labefactatæ in præceps labebantur. Antonio de Portugruario favebat Alexander V. Fridericum Comitem Ortemburgi, Præfectum Forojuliensi Provinciæ institutum, quem Civitatenses aliique Proceres susceperant, revocari a regimine enixe optabat Pontifex, ut integra foret Patriarchæ auctoritas. A Ruperto Imperatore, quem sibi adversum noverat, alienus ille, litteras dedit Venceslao Regi Boemiæ, quem de solio Imperiali deturbaverant Electores. Hunc vocat *Regem Romanorum*. Henrici Spondani animadversio est ad Annum M.CCCC.IX. num. 18. *Rupertum Regem obedientiam Alexandri V. multum perturbare in Germania conatum esse, eoquod Alexander suis litteris Vencetlaum, olim depositum, adbuc tamen Regem Romanorum nominaret: eaque de re valde conquestum esse apud Principes.*

PONTIFICIAS litteras publici juris facimus, quas Florio acceptas debemus. " Alexander „ Episcopus Servus Servorum Dei, Carissimo „ in Christo Filio Venceslao, Regi Romanorum & Bohemiæ, salutem & Apostolicam „ benedictionem. Non possumus non dolere, „ Carissime Fili, de turbationibus & incommoditatibus Devotis ac Fidelibus nostris „ contra rationem latis; eorum qui ob sua merita nobis cari existunt, graves æquo animo „ jacturas tolerare per illos præsertim eis inflictas, a quibus propter nostrum & Romanæ Ecclesiæ nomen, favorem & auxilium „ proculdubio merebantur. Sane non sine quadam admiratione percepimus, Serenitatem „ tuam Nob. Federicum Comitem in Ortemburg in Patria Aquilegensi, quæ ad nos & „ Romanam Ecclesiam spectare dinoscitur, „ Imperialem Vicarium constituisse, quemadmodum patet per copiam litterarum tuarum, quam præsentibus mittimus introclu-

B „ sam: sub cujus quidem concessionis titulo „ atque colore idem Comes cum gentibus armigeris, & cum vexillo Imperii Patriam „ ipsam ingressus, variis motibus & turbulentis conatibus, partim vi, partim quibusdam disseminatis sermonibus, Patriam illam „ turbare & inquietare præsumit contra Ven. „ Fratrem nostrum Patriarcham Aquilegensem, legitimum Dominum & Pastorem, „ per Sedem Apostolicam inibi deputatum; „ cujus devotio, fides, integritas, & laudabilia merita in hoc sanctissimo unionis negotio „ plurimum eluxerunt, Subditos & Vassallos „ excitando in grave præjudicium Aquilegen-

C „ sis Ecclesiæ & Patriæ, & habitatorum scandalum & jacturam. Quam quidem rem, utpote non levium discordiarum initia post se „ trahentem, sciat Serenitas tua nobis plurimum displicere: nobisque, & Romanæ Ecclesiæ per hujusmodi attemptata fieri injuriam arbitramur. Quis enim ignorat, Carissime Fili, Aquilegensem Ecclesiam cum „ omnibus juribus & pertinentiis suis, tam in „ temporalibus, quam in spiritualibus, nobis „ & Romanæ Ecclesiæ immediate subesse? „ Quis ipsam Patriam, nisi Patriarcha per Sedem Apostolicam deputatus, consuevit hactenus in temporalibus gubernare? Quem „ Dominum, nisi quem Romanus Pontifex eis

D „ dedisset, homines & feudatarii ejusdem Patriæ unquam legitime cognoverunt? Unde igitur hæc tam inaudita novitas nunc tandem emergit? Quis non videt, quantum „ scandalum, quantamque ruinam illius Patriæ ista sint absque dubio productura? Hocne meriti sunt Venerabilis Frater noster Antonius Patriarcha Aquilegensis, ac Dilecti „ filii fideles ejusdem Provinciæ homines, qui „ nuper adversus nefarios conatus Angeli Corrario cum summis laboribus & periculis se „ fortiter opposuerunt, & laudabiliter restiterunt, ut post hæreticorum insultum, etiam fide-

„ scandalorum & discordiarum materia, velis „ omnem titulum atque colorem eidem Comiti per te concessos penitus revocare; atque ita providere, quod Comes præfatus de „ locis, & Terris, ac hominibus dictæ Patriæ „ se nullatenus intromittat; cum nostræ voluntatis existat, quod idem Antonius Patriarcha Ecclesiam Aquilejensem præfatam „ cum omnibus juribus & pertinentiis suis, „ tam in temporalibus, quam in spiritualibus, „ prout ad eum spectat, gubernet & regat: „ sibique per Subditos & Vassallos debita reverentia, tanquam legitimo Domino & Pastori per Sedem Apostolicam eis tradito, „ plenarie exhibeatur. Dat. Bononiæ V. Kal. „ Februarii Pontificatus nostri anno primo, „ Christi 1410.

II. FOROJULIENSIBUS quoque datæ a Pontifice litteræ: ipsisque interminata pœna injunctum, ut obedientiam Friderico Ortemburgico subtraherent. Eas ex Archivo novo Utinensi proferimus in lucem. " Alexander „ Episcopus Servus Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Episcopis suffraganeis, & Dilectissimis filiis electis Abbatibus, cæterisque Ecclesiarum & Monasteriorum Prælatis, necnon Nobilibus Viris, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Communitatibus, Universitatibus, & singularibus quibuscumque personis, tam Ecclesiasticis, quam secularibus, cujuscumque dignitatis, status, gradus, seu conditionis existant, per Aquilegiensem Provinciam constitutis, necnon Parlamento dictæ Provinciæ; & quibuscumque aliis Patriarchæ seu Aquilegiensi Ecclesiæ quomodocumque suppositis, ac in quibuscumque partibus consistentibus, ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem & Apostolicam benedictionem. Cupientes, prout ex injuncto nobis desuper onere ministerii pastoralis obnoxii sumus, redimere nostram Filiam prædilectam, ac nobis & Romanæ Ecclesiæ immediate subjectam Ecclesiam Aquilegiensem; & ejus jura, honores, ac bona, ac venerabilis Fratris nostris Antonii Patriarchæ Aquilegiensis ob ejus firma & fidelia studia & opera fructuosa, (quæ pro desiderabili unio-

B „ lutem ac defensionem quantum cum Deo „ possumus profutura remedia adhibere. Sentientes nuperrime non absque amaritudine permaxima nostræ mentis, Dilectum Filium Nobilem Virum Federicum Comitem de Ortembrunck contra Patriarcham & Aquilegiensem Ecclesiam præfatam, ac in perturbationem tranquillitatis & pacis totius Provinciæ Aquilegensis & illarum partium, suo vel alterius nomine nonnullas Civitates, Terras, & loca, Universitates, & singulares personas dictæ Provinciæ, Patriarchæ & Ecclesiæ Aquilegiensi præfatæ spiritualiter & temporaliter subdita, a fidelitatis devotione & obedientia Ecclesiæ & Patriarchæ prædictorum, in ipsorum ac jurium eorumdem maximum præjudicium & gravamen & exemplum detestabile plurimorum, damnabiliter seduxisse ac seducere, & fidelium mentes continue modis omnibus perturbare.

C Nos, qui pacem & salutem quærimus singulorum; ac bona, jura, & honores Aquilegensis Ecclesiæ & Patriarchæ hujusmodi conservari & augeri quantum cum Deo possumus paternis & solicitis studiis, & animarum salutem. . . . . & providere totis desideriis cupientes: Universitatem vestram, & vestrum singulos paternis affectibus requirimus, monemus, & hortamur in Domino (vobis & vestrum cuilibet nihilominus sub pœna excommunicationis in singulares personas, ac privationis omnium beneficiorum dignitatum, honorum, privilegiorum, ac

D bonorum, jurium & feudalium, quæ a Romana, Aquilegiensi, vel aliis Ecclesiis, Romano Imperio, Regibus, Principibus, Universitatibus, aut singularibus aliis quibuscumque personis quomodolibet obtinetis, ac inhabilitationis ad illa & alia quælibet imposterum obtinenda; ac interdicti in universitates, & loca: quas pœnas quemlibet contrafacientem, seu recusantem infrascripta omnia effectualiter adimplere, incurrere volumus eo ipso) per Apostolica scripta præsentium tenore mandantes: quatenus teneamini, & etiam debeatis præfato Patriarchæ, tanquam membra capiti obsequentes, obedientiam & reverentiam debi-

» reant, etiam juratis, sigillorum impressio- » nibus vel aliter roboratis, quas hic habe- » ri alias volumus pro sufficienter expressis, B » infra decem dies ab appensione præsentium » litterarum valvis Ecclesiæ Aquilegiensis » continue numerandos, (quorum tres pro » primo, tres pro secundo, reliquos quatuor » dies pro ultimo & peremptorio termino » assignamus,) ..... & ab hujusmodi fœde- » rum observatione & contentorum in eis » protinus desistere: & dicto Comiti Fede- » rico, vel alteri pro eodem, seu cuicumque » alii, cujuscumque conditionis spiritualis vel » temporalis existerent, præmissis omnibus & » aliis contrariis nequaquam obstantibus, con- » tra Patriarcham, Aquilegensem Ecclesiam, » res, jura, bona, honores hujusmodi, vel » subditos, communiter vel divisim, male a- » gere præsumere vel etiam attentare, seu a- C » gentibus, præsumentibus, vel obtemperan- » tibus per vos vel alios, directe vel indire- » cte, publice vel occulte, aut quovis quæ- » sito colore impendere receptum, auxilia, » consilia, vel favores, nec ab aliis quantum » in vobis fuerit permittere, aut quomodoli- » bet exhibere. Nos enim Universitates ve- » stras, & vestrum singulos ab observatione » hujusmodi fœderum & pactorum ac conten- » torum in eis auctoritate Apostolica, & ex » certa scientia, harum serie absolvimus, & » reddimus totaliter absolutos; juramenta for- » sitan super his præstita quælibet penitus re- » laxantes; ac volentes & decernentes, vos » aut aliquem vestrum ad promissorum fœde- D » rum, ac juramentorum hujusmodi, & con- » tentorum in eis observantiam de cætero quo- » modolibet non teneri; ac etiam quod præ- » sens monitio & mandatum quemlibet ve- » strum arctet, & plenum robur obtineat fir- » mitatis, quacumque Constitutione contraria » non obstante: perinde ac si præsentialiter » & personaliter insinuata fuisset. Et ad hoc » ut hujusmodi monitio, & mandatum ad ve- » stram & aliorum, quorum interest, noti- » tiam deducatur, cartas sive membranas, » monitionem & mandatum continentes hu- » jusmodi, portis Aquilegensis Ecclesiæ supra- » scriptæ mandamus affigi: quæ monitionem &

lues invalerat. Inde Pratum accellerat, dein de Pistorium Alexander, ac denique Bononiam die 6. Januarii anno 1410. urbem Romam profecturus. Hæsit Bononiæ variis curis distentus, ibidemque die vigesimaoctava, ac postrema Januarii geminas allegatas litteras dedit. Vita demum excessit nocte media inter diem tertiam, & quartam Mensis Maii ejusdem anni.

III. NIHIL hortationibus, mandatisque suis obtinere valuit Pontifex. De novo Patriarcha instituendo agebatur, quem invicem conciliatæ partes repudiatoque utroque Patriarcha, Antonio de Portugruario, & Antonio de Ponte, prona voluntate susciperent. Ludovicum Ducem Techium proponebat Fridericus Ortemburgicus: in ipsumque facile consentiebant Forojulienses, qui Antonio de Portugruario adversabantur.

MACHINAS ut everteret idem Antonius, nullum non movit lapidem. Litteras dedit Imperatori, quem puto Venceslaum: suamque causam validissime perorat. "Serenissi- » me Princeps, & inclyte Cæsar Auguste. » Cum Imperatoria Celsitudo Regibus antecel- » lens, & supra legum auctoritatem effulgens, » ministrationi justitiæ videatur obnoxia, quid » debent facere populi qui infra fastigium Re- » gale versantur, & publicarum Sanctionum » nexibus sunt astricti, nisi subesse legibus, » & obtemperare justitiæ? Hæc enim fami- » liam ordinat, respublicas administrat, con- » firmat Regna, & inter honestatis limites » continet omne genus mortalium: quæ si tol- » latur, omnis cohabitatio peribit necessarie; » & nihil tam magnum, tam arduum, tam » excellens, aut tam solidum, quod sine fun- » damento justitiæ non sit præcipitio deditum, » & ruinæ. Cum itaque per Majestatis vestræ » culmen, in quo justitiæ debitum vigere in » humanis merito debet, sit Nobilis D. Fede- » ricus Comes in Ortemburg, ut teneo indu- » bie, ad fraudulentissimum quorumdam meo- » rum & meæ Aquilegensis Ecclesiæ perfidam » suggestionem æmulorum, Rector & guber- » nator ipsius Ecclesiæ totiusque Patriæ Fori- » julii specialiter deputatus, prout in litteris » vestræ Regiæ Majestatis seriosius continetur: » quod est a seculo inauditum. Nedum ego,

sed

„ perpetuum. Non venit Dominus Comes pa-
„ cem ponere, sed gladium; ipsam inquietat
„ continue & perturbat, scandala ponens, &
„ suscitans divisiones; cupiens me excludere,
„ ut ejus Cognatus Dominus Dux de Dech ei-
„ dem Ecclesiæ in Pastorem præficiatur, quam-
„ vis inane agat, quæ legitime facta sunt fa-
„ cere revocari. Fui quidem per omnes de Ca-
„ pitulo, ad quos spectat electio novi Pasto-
„ ris, eorum nemine discrepante, concordi-
„ ter electus: per omnes Prælatos ac Clerum,
„ necnon Nobiles & Communitates totius Pa-
„ triæ Forijulii apud Sedem Apostolicam sup-
„ plicatum, quod regimini dictæ Ecclesiæ A-
„ quilegensis præficeret: & tandem per Se-
„ dem Apostolicam approbatus, ipsam Eccle-
„ siam octo annis continuo rexi pacifice, &
„ quiete. Et quamvis nonnulli iniquitatis fi-
„ lii, nescientes per viam mandatorum Domi-
„ ni ambulare, suscitaverint Scandala, & se-
„ minaverint discordias, ut eorum desiderium
„ ad quod anhelant valeant adimplere, cum
„ impossibile sit quempiam Præsidentem om-
„ nibus placere; non tamen opus erat, præ-
„ fatum Comitem Patriam cum potentia in-
„ sultare, quoniam sufficiebam placare rebel-
„ les & ad viam reducere veritatis. Cum ita-
„ que ad SS. in Christo Patrem & Dominum
„ meum D. Alexandrum Papam V. tanquam
„ ad tutissimnm refugium accesserim, cum que-
„ rela exponens, tantam mihi & memoratæ
„ Ecclesiæ, nulla subsistente causa legitima,
„ illatam injuriam per dictum Comitem, at-
„ tento quod sum prout fui verus Pastor & Re-
„ ctor atque gubernator ipsius Ecclesiæ, ap-
„ probatus per Sacrum Concilium Pisis nuper-
„ rime celebratum in vestræ Regiæ Majestatis
„ præsentia Oratorum, ac per præfatum Do-
„ minum meum D. Alexandrum, ejusque sa-
„ crum Collegium; ut mihi & memoratæ Ec-
„ clesiæ provideret; litteras Apostolicas tam
„ vestro excelso culmini, quam præfato Do-
„ mino Comiti, totique Patriæ direxit in mei
„ favorem: decernens, me fore verum Pa-
„ triarcham Aquilegensem, & regimen ipsius
„ tam in spiritualibus quam in temporalibus
„ ad me spectare, & pertinere. Ut itaque

B „ piscendo inter mortales præclarissimæ famæ
„ præconium, pro æterna beatitudine post hu-
„ jus fugacissimæ vitæ miserias promerenda,
„ dignemini præfatum Dominum revocare; &
„ districtius inhibere, quod de cætero ulterius
„ de Patria Forijulii, neque Subditis, aut Ter-
„ ris, aut Castris se non intromittat, cum ad
„ ipsius Ecclesiæ regimen sufficiam & plena-
„ riam gubernationem, proborum Virorum
„ qui mecum degunt consilio mediante. „

VENCESLAO datas epistolas puto, quem Alexander V. eique adhærentes pro Rege Romanorum & Imperatore electo habebant. Oratores ejus, qui memorantur Synodo Pisanæ interfuisse, in Actis a Luca Dacherio vulgatis notantur *Venceslaus Patriarcha Antiochensis*, *Simon Episcopus Misnensis*, *Bonecius Cosmoi* (Cosnich) *Miles*. A Synodo vero Oratores Ruperti Imperatoris recessisse, postquam dubia plura Patribus in sessione quartadecima proposuere, Rainaldus aliique narrant.

C

TUM Comiti Ortemburgico litteras transmisit Antonius, ut se Aquilejensi regimine ipse abdicaret, consiliumque deponeret novum creandi Patriarcham. Monet ipsum, Forojulienses a Duce Techio alienos esse; aliosque ab eisdem nominatos Viros, ut ex illis quem vellet Alexander Pontifex, Patriarcham instituerer. Litterarum verba sunt. " Compellimur ex debi-
„ to pastoralis officii, ad quod divina gratia
„ mediante vocati sumus, ut nostrorum fi-
D „ liorum, præcipue quos generosa stirps pro-
„ duxit in ævum, curam animarum geramus
„ studio indefesso. Mente siquidem potest Ma-
„ gnitudo vestra repetere, nos pluries pater-
„ nis affectibus, prout ad nostrum spectat of-
„ ficium, vos admonuisse: quod spretis pro-
„ missionibus quibuscumque nostrorum, & Ec-
„ clesiæ nostræ Aquilegensis, Matris vestræ,
„ rebellium, qui ausu præsumptuoso nisi sunt,
„ eam variis inficere calumniis, & ipsius do-
„ tes distrahere, Zizaniæ lolium in Patria se-
„ minando, velletis ab injuriis & invasionibus
„ quibuscumque nobis illatis .... abstinere;
„ cum solius Romani Pontificis sit Ecclesiis
„ deputare Rectores & gubernatores, ne pa-
„ teremini vos honoremque vestrum & famam

sub

„ luc, & quo voluntas, non ratio, se vertunt?
„ Satis vobis scripsisse meminimus de eorum „ fraudibus sceleratis, veneficisque deceptio„ nibus. Nunc vero clarius vobis possumus „ scribere, & cum veritate. Nam isti rebel„ les, perjuri, & infames, virique detestabi„ les, nescientes bene agere, vosque seducen„ tes, dum in nostra Civitate Austria degere„ tis, iidem rebelles fingentes instare apud „ SS. Patrem & Dominum nostrum sanctæ me„ moriæ D. Alexandrum Papam V. quod Dux „ de Dech haberet Patriarchatum nostrum; „ insteterunt, prout instant apud Magnificum „ Dominum Marchionem Ferrariæ, quod ad „ nostrum Patriarchatum promoveatur Reve„ rendissimus Pater Dominus Patriarcha Jero„ solymitanus, aut Dominus Episcopus Fer„ rariensis, aut quidam D. Nicolaus de Ru„ pertis: & hoc clare habemus relatibus fide „ dignis. Suntque ibi Hercules de Camino, „ & Virgilius de dicta nostra Civitate Austriæ. „ Quales isti sint sic agendo, quantaque fides „ talibus adhibenda, vestra potest Magnificen„ tia judicare, quamvis inane agant dando „ verba vento: & ista verissima reperientur. „ Ex quo attendentes, quod Castrum nostrum „ Montisfalconis occupatis in maximum no„ strum & dictæ Ecclesiæ damnum; vos hor„ tamur in Domino, ut revocato animo sini„ stro si quis est, spretis abjectisque sponsioni„ bus dictorum rebellium, velitis pro salute „ animæ vestræ dictum Castrum nostrum nobis „ facere assignari; & ulterius super possessione „ dicti nostri Patriarchatus nos non molesta„ re, sed potius gentes vestras revocare: ve„ stra auxilia, & favores nobis & memoratæ „ Ecclesiæ impendentes, ut Patria pacificetur, „ & obedientia nobis debita restituatur, a Deo „ inde præmia, & a seculo laudis præmia re„ cepturi.„

ALEXANDRUM *Sanctæ memoriæ* Pontificem vocat Antonius: adeoque litteras ab eo datas colligimus post diem 4. Mensis Maii, ejusdem Alexandri emortualem. Sedem post ipsum conscendit Pontificiam Joannes XXIII. Marchionis Estensis commissum fuerat.

REM dignam animadversione, quam Aquilejense Chronicon narrat, præterire non licet: Ludovicum, Ducem Techium in Hungaria, post Antonii Cajetani discessum e Provincia, *destinavisse magnam pecuniæ quantitatem*, ut sibi Romæ *sui Procuratores* insulas Aquilejenses *procurarent*: Techii pecunia erogata, suum egisse negotium Antonium de Portugruario, ipsumque in Patriarcham electum: quam ut idem Techius ulcisceretur injuriam, expeditionis Friderici Ortemburgici in Forijulii Provinciam, Civitatemque Austriam auctorem fuisse. Quam ego rem in medio relinquo.

C

IV. DUM suam litteris Antonius causam agebat, simultates, dissidia, arma furebant in Provincia Forijulii. Mutuas cædes inter partes, agrorum populationes, direptionesque bonorum locorumque memorat sæpe citatum Aquilejense Chronicon. Pacem conciliare studebat Joannes XXIII. missis in Provinciam Oratoribus: idemque Venetorum Patrum consilium erat. Induciæ Utinensibus proponebantur, cum Friderico Ortemburgico sanciendæ, cæterisque ejus partis. Eas inire cum ipsi decrevissent, litteras Antonio scripsere, ut ipsum de negotio certiorem facerent.

SEQUENTES rescripsit Antonius, quæ nos hæc omnia docent. "Gratas litteras vestras „ nuper accepimus, qualiter post varios diver„ sosque tractatus, habitos per spectabiles O„ ratores tam SS. Domini nostri D. Johannis „ Papæ XXIII. quam inclyti Ducalis Domi„ nii Venetiarum cum nostris & Ecclesiæ no„ stræ Aquilegensis rebellibus, pro sedandis „ turbinibus in hac nostra vigentibus Patria; „ tandem decrevistis cum eisdem aquiescere, „ treugis iniendis inter vos nostrosque fideles „ ex una, & quemdam Federicum olim Co„ mitem in Ortemburch, qui se Imperialem „ Vicarium in memorata Patria nominare præ„ sumit, & suos sequaces ex alia parte, usque „ per totum Mensem Januarii proxime ven„ turi: instantes, quod huic conclusioni pro „ bono statu Patriæ & pacifico, conservatio-

D

neque

„ & perpetuandam in ævum; aut quod introducatur per eos quædam abusio, quod mutetur Patriarcha: quod est a seculo inauditum. Imo constantes estote conservare consuetudinem, quam antecessores vestri indefessis viribus conservarunt; cum satis injustum esset, imo abominabile apud quoscumque, quod tantum matrimonium inter nos & Ecclesiam diu servatum solveretur, nulla causa legitima subsistente: cum hoc vetet nedum jus divinum ac canonicum, sed pariter & civile, nec teneat quispiam juri nostro ad alicujus instantiam cedere vel renunciare. Optavimus quidem semper, ut optamus, tranquillitatem Patriæ, & libertatis conservationem: nec per nos stetit, dummodo fiant modo & forma debitis & condecentibus; hoc videlicet modo, quod se non intromittant de fructibus & redditibus spectantibus & pertinentibus ad nos, & Mensam nostram Patriarchalem, quibus nos spoliarunt. Mandatum vero nostrum commisimus Nobili Francischino germano nostro. Hortamur itaque prudentiam vestram & fidelitatem, quatenus circa honorem & statum nostros sic curetis intendere, sicut de vobis indubie confidimus & speramus: quod dicti rebelles non glorientur de eorum excessibus, & vestrum valeamus studium in Domino merito commendare. Dat. in Castro nostro Portusgruarii die XVI. Octobris tertia Indictione, *anno Christi* 1410. „

V. INSEQUENTIS 1411. anni initio Sigismundus Rex Hungariæ, Romanorum Rex & Imperator adclamatus, nondum absoluto induciarum quas inierant Forojulienses tempore, antea conlatam Friderico Ortemburgico Præfecturam confirmat, ut ea potiretur ille, donec idoneum gratumque Patriarcham Aquilejensibus daret Summus Pontifex. Datum Diploma legitur *Budæ anno Domini* M. CCCC. XI. XXIV. *Januarii*, *Regnorum nostrorum anno*, *Ungariæ* XXII. *Romanorum vero primo*. Hujusce auctoritatis præsidio fultus Ortemburgicus, plura moliri in Antonium de Portugruario cœpit: invasitque loca, quæ parebant ipsi.

bris: Dieque *ultimo* ejusdem Mensis, *Civitatenses* (verba sunt Aquilejensis Chronici) *cum quibusdam Hungaris, quos proditorie fecerunt venire in Terram suam, (quia omnis fere Patria sperabat pacem habere, & nihil dubitabant quin esset pax,)* adversæ partis loca & Oppida invadere cœperunt, damnaque plura inferre. Dissidiorum faces accendebat Sigismundus: simulque bellum, quod animo conceperat, Venetorum Reipublicæ indixerat.

VI. AQUILEJENSE Chronicon notat: *die* XXVIII. *Novembris* (ejusdem anni 1411.) *applicuisse ad partes Forojulii exercitum Domini Regis Hungariæ, cum* XI. *millibus; quorum ductor, sive caput erat quidam Florentinus, nomine Pipo*, (seu Philippus.) Viri originem, conditionem, dignitatemque patefacit Andreas de Redusiis in Chronico Tarvisino: *Pipus*, inquiens, *de Scolaribus, origine Florentinus, tunc apud Regem Hungariæ factus Ban, qui lingua nostra Comes sonat, unus ex Principibus Hungariæ, cui Rex magis fidebat*.

REBUS suis consulentes Utini Cives, & *considerantes* (sæpe citati Chronici verba sunt) *non posse se obsistere contra tam multitudinem magnam armatorum, proposuerunt fere omnes velle obedire Domino Regi Ungariæ, tanquam Imperatori: & deliberatione facta, miserunt solemnes Imbasciatores, scilicet D. Michaëlem de Rabata, & alios plures ad dictum Dominum Pipo. Et ipse Dominus Pipo audivit, & exaudivit eos, & recepit eos ad obedientiam. Et facta pax inter omnes partes Patriæ Forojulii die* VI. *Decembris in die S. Nicolai Confessoris*. Utinensium consilio adhæsit Patriarcha. Interim vero bellum, quod in Venetos paraverat Sigismundus, geri cœptum *die* XVII. *Decembris*, teste Marino Sanuto in Vitis Ducum Venetiarum Tomo XXII. Scriptorum Italiæ: ejectusque *de Terra Utini cum tota parentela ejus* Tristanus Savornianus. Neque Martis furor Forojuliensem duntaxat peragravit Provinciam: invasit etiam Marcham Tarvisinam, ac Istriam, & Dalmatiam. Induciæ demum sancitæ anno 1413. *Mense Aprili* ad quin-

Imos tranquillitati non posse quisque fa- tis intelligebat, donec regimen Ecclesiæ Aquilejensis teneret Antonius de Portugruario, qui jure ne, an injuria, plurimorum certe odio laborabat. Nimia erat ejus in proposito pervicacia: ad infimamque redactus paupertatem victum sibi quasi mendicus inter cognatos & amicos comparabat. Propitia demum ipsi, blandaque arrisit Fortuna. In prima Cardinalium creatione anno 1411. *die Sabbati sexta Junii*, ut Scriptores habent, purpura cumulavit ipsum Joannes XXIII. tributo Sanctæ Susannæ titulo. De conlata Utinenses dignitate datis litteris certiores facit ille: eorumque sententiam, quid agendum sibi foret, exquisivit. Litteras profero. " Quanta caritas ab „ antiquo mutuo nos tenuerit, etiam dum essemus in minoribus constituti, & pro felici „ statu vestro certaverimus semper, hic describere superfluum arbitramur. Tenuit quidem nos una voluntas, unus animus, pro „ Patriæ libertate pugnare: proque ipsius salute vires & animum indefessis studiis exercere, non sumptibus parcendo, non vitæ „ & laboribus . . . . . Itaque sæpe sæpiusque „ sub nostro examine deducentes decrevimus, „ tanquam cum optimis Sanctæ Matris Ecclesiæ Aquilegensis pugilibus & fidelibus, occurrentia quæcumque vobiscum communicare: vosque, quid salubrius, quid præstantius eligendum sit, consulere in agendis. „ Venit siquidem nuper dilectus fidelis noster „ Testa de Testis de Mugla, significans nobis, se ab inclyto Ducali Dominio Venetiarum habuisse oraculo vivæ vocis, nos die „ V. instantis Mensis per SS. in Christo Patrem & Dominum nostrum D. Johannem divina providentia Papam XXIII. ad Cardinalatus apicem assumptum fuisse, & Sacro „ ipsorum cœtui annumeratum. Per specialem etiam Nuncium illorum de Medicis de „ Florentia, suarum serie litterarum, id modo simili habuimus. Quod vobis præsentibus duximus significandum, ut maturantes „ salutem statum hujus nostræ Patriæ, & ipsius „ libertatis conservationem; quid agendum „ ulterius sit nobis in tanto negotio consulatis, „ ne post factum pœnitentia vendicet sibi locum, & quando gemitui, non jam consilio „ locus erit. Valete feliciter. Datum in Castro nostro Portusgruarii die XIV. Junii, „ IV. Indictione." Sacram purpuram ut indueret, lubens aquievit Antonius: seque Patriarchatu abdicavit, unitatem Ecclesiæ Aquilejensi pacemque apprecans, qua potiri ipse non potuit. Constantiensi Concilio interfuit: pro Martino V. suffragium tulit, elegitque postea Eugenium IV. a quo insulas Tusculanas obtinuit. Mortem obiit Romæ die 3. Julii anno 1431.

C

ANTONIUS de Ponte, quem Aquilejensibus præfecerat Gregorius XII. *non habuit Patriarchatum in pace*, ut in Chronico Aquilejensi legimus. *Recessit, & abiit in Curiam Romanam: & ibi mortuus est absque Patriarchatu, & Episcopatu* Concordiensi. Sede namque Patriarchali deturbatus fuerat, Gregorii XII. acta rescindentibus Alexandro V. & Joanne XXIII. ipsamque pridem amiserat Sedem Concordiensem, in ejus locum suffecto Henrico de Strasoldo. Hanc iste Sedem tenuit ad annum usque 1433. ut vetusto Monumento evincitur, quod in Veneta Italiæ Sacræ editione prostat. In Concilio Constantiensi ipse Antonius passim *Episcopus Concordiensis* nuncupatur: habuitque demum a Martino V. Sedem Hydruntinam.

D

AQUILEJENSIS vacabat Ecclesia. Incertum coacti Aquilejenses Canonici, *anno* M. CCCC. XII. *Indictione* V. *die* X. *Mensis Februarii* (ut inter Acta Capituli legimus) *creaverunt, atque elegerunt Magnificum & potentem Dominum Federicum Comitem in Ortemburch in Vicedominum Generalem in Patria Forijulii, Dominum Nicolaum Decanum Civitatensem in Vicarium in spiritualibus, & Reverendum Patrem D. Fratrem Johannem Episcopum in universali Ecclesia Dei in Vicarium in Pon-*

bulas edo acceptas a Binio, cui me plura debere Aquilejensia monumenta, ultro fateor.

„ In Christi Nomine Amen. Dudum Reverendissimo in Christo Patre & D. D. Antonio de Portu-Gruario Aquilegiensi Patriarcha per Sanctissimum in Christo Patrem & Dominum nostrum D. Joannem divina Providentia Papam XXIII. ad dignitatem Cardinalatus (*anno* 1411. *die* 6. *Junii*) assumpto, Venerabiles & circumspecti Viri Domini, Federicus de Pulcinico Decretorum Doctor Decanus, Canonici, & Capitulum Aquilejense tunc præsentes diem istam cum continuatione sequentium præfixerunt ad electionem futuri Patriarchæ celebrandam, facientes omnes vocandos ad hujusmodi.... Convenientibus igitur ipsis in hujusmodi termino ad Capitulum, atque ad dictam electionem celebrandam ad præsentem diem, de mandato Domini Decani prædicti legitime citatis, Aquilejæ ad sonum Campanellæ ut moris est, omnibus, (*qui*) debuerunt, voluerunt, & potuerunt commode interesse; videlicet D. Federico de Pulcinico Decretorum Doctore, Joanne Manco de Neapoli, Cardino de Gardino, Philippo de Fontanellis in jure Canonico Licentiato, & Antonio Baldassaris, omnibus in sacris Ordinibus constitutis, totum & integrum Capitulum dictæ Ecclesiæ facientibus & repræsentantibus, cum non sint alii in Patria Forijulii ejusdem Ecclesiæ Canonici in dicta Electione facienda vocem habentes. Præfatus D. Federicus Decanus, nomine & vice sua & omnium & singulorum de ipso Capitulo..... omnes excommunicatos, suspensos, & interdictos, necnon omnes alios & singulos qui de jure vel consuetudine non possunt vel non debent interesse in dicto electionis negotio, quod recedent de Capitulo; alios, ad quos de jure electio pertinebat, eligere permittens: protestans, quod non erat (*sua*) vel aliorum Dominorum Canonicorum intentio, tales admittere tanquam jus in electione habentes ad providendum vel eligendum cum eisdem: imo volebant, Confratribus & Concanonicis suis prædictis plenam, generalem, & liberam potestatem, bayliam, & auctoritatem eligendi & postulandi Patriarcham Ecclesiæ Aquilegiensis de se vel aliis, prout eis expediens videbitur, ac ipsæ Ecclesiæ providendi. Ita tamen quod postquam de persona concordes fuerint eligenda vel postulanda, unus ipsorum de mandato aliorum, ac vice sua & ipsorum & totius Capituli, personam illam eligat seu postulet in communi, & provideat de eadem: promittentes universi & singuli, quod ipsi accipient in suum & Ecclesiæ Aquilegiensis Patriarcham & Pastorem, quem ipsi ut præmittitur duxerint eligendum seu postulandum, aut de quo duxerint providendum. Quo Compromisso sic facto, & ab ipsis Compromissariis sponte & expresse suscepto, statim nulla mora vel dilatione interposita, præfati D. Federicus Decanus, Joannes Manchus, & Philippus Canonici Ecclesiæ Aquilegiensis prædictæ, a præfato Venerabili Capitulo ejusdem Ecclesiæ electi & deputati, habentes plenam & liberam potestatem, bayliam, & auctoritatem eligendi seu postulandi quem voluerint in Patriarcham Aquilegiensem, & eidem Ecclesiæ de eodem providendi ut supra, in eodem loco, collatione & tractatu inter se habitis, tandem insimul convenerunt ad postulandum illustrem Principem & D. D. Ludovicum Dei gratia Ducem de Dech, in Minoribus Ordinibus constitutum, tanquam personam utilem, idoneam, & sufficientem pro regimine Aquilegiensis Ecclesiæ, atque Patriæ Forijulii, & jurium ad Aquilegiensem Ecclesiam quomodolibet pertinentium: Virum utique ex illustri prosapia genitum, litterarum scientia decoratum, ac moribus & vita non immerito collaudatum. Deinde prædictus D. Federicus Decanus, Compromissarius suprascriptus, vice sua & aliorum Dominorum Compromissariorum & Collegarum suorum, ac de ipsorum mandato facto sibi specialiter super hoc ab eisdem, vice & nomine ipsius Capituli Ecclesiæ Aquilegiensis,

„ in

Ludovicum Ducem de Decb diximus concorditer vosa nostra, Virum utique ex illustri prosapia genitum, litterarum scientia decorasum, moribus & vita quamplurimum redimitum, ex legitimo matrimonio procreatum, in spirisualibus & temporalibus plurimum circumspectum. Unde ego Federicus Decanus, & Commissarius prælibatus, vice mea & aliorum Collegarum & Compromissariorum meorum, & de mandato ipsorum, necnon vice & nomine totius Capituli Aquilegensis, dictum D. Ludovicum postulo in Patriarcham & Pastorem Ecclesiæ Aquilegiensis, & eidem Ecclesiæ provideo de eodem. „ Qua „ postulatione sic ut præmittitur facta, præfati omnes & singuli Domini, Decanus, Canonici, & Capitulum eamdem postulationem ibidem approbaverunt: Te Deum laudamus alta voce cantantes, ipsumque tam choro quam & populo solemniter publicaverunt; requirentes me N. Notarium infrascriptum, quatenus de dicta propalatione publicum debeam conficere Instrumentum, quod voluerunt sigilli Capituli prædicti approbatione muniri. Acta sunt hæc in Capitulo Ecclesiæ Aquilegiensis sub anno Nativitatis Domini Millesimo Quadringentesimo Duodecimo, die Mercurii sexta Mensis Julii, quinta Indictione, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri D. Joannis Divina providentia Papæ XXIII. prædicti anno tertio: præsentibus ibidem Venerabilibus & providis Viris D. Stefano de Oliva Decano Ecclesiæ SS. Felicis & Fortunati, Presbytero Christophoro quondam Sperancii de Utino, & Presbytero Joanne de Besticis Mandatariis dictæ Ecclesiæ Aquilegensis, ac Presbytero Antonio de Muzzana in dicta Civitate Aquilegiæ commorante, testibus ad suprascripta vocatis, specialiter habitis & rogatis, & aliis. Et ego N. præmissis omnibus & singulis una cum suprascriptis testibus in præfato Capitulo præsens fui: eaque sic, ut præmittitur, fieri vidi, & audivi: de mandatoque & commissione præfatorum

pi, Joannes, Franciscus, Cardinus de Gardinis, Jacobus a Caballis, & Candinus, omnes Canonici ejusdem Ecclesiæ: Conradus Bojanus de Civitate Austriæ, Franciscus de Cormono... de Bamberg, Leonardus de Dorimberg, Hermannus de Claricinis, Nicolaus a Ponte, & Raynerius & Antonius de Cavalcantibus de Utino.

C

LUDOVICI postulationi in Patriarcham nondum anno 1417. accesserat Sedis Apostolicæ confirmatio: legitimoque carebat Pastore Aquilejensis Ecclesia. Rem patefaciunt indubiæ Tabulæ, queis Mantuani Antistitis electionem pro jure suo ratam habet confirmatque, vacante Sede, Aquilejense Canonicorum Collegium. "Reverendis in Christo Patribus universis & singulis Dominis.... Episcopis Aquilegiensis Ecclesiæ Suffraganeis, & ejusdem Provinciæ Comprovincialibus, Nicolaus de Portu-Gruario decretorum Doctor Decanus, Canonici, & Capitulum præfatæ Aquilegiensis Ecclesiæ, salutem in Domino. Dudum siquidem vacante Ecclesia Mantuana per obitum bonæ memoriæ D. Antonii, ultimi & immediati Episcopi & Pastoris ejusdem; Archipresbyter, Præpositus, Canonici, & Capitulum ejusdem Ecclesiæ Mantuanæ, præmisso diligenti tractatu, & matura inter eos deliberatione facta super futuri electione Episcopi, vocatis omnibus vocandis, certa die præfixa, ut est moris,

D

per viam Scrutinii, in eorum & dictæ Ecclesiæ Mantuanæ Episcopum & Pastorem unanimiter elegerunt Reverendum Patrem D. Johannem de Ubertis, eorum tunc Concanonicum. Cui electioni idem D. Joannes præbens consensum, & per Procuratorem suum idoneum deinde comparens coram nobis petiit, eamdem electionem per nos confirmari debere. Nos vero, qui in Jurisdictione Sanctæ Sedis Aquilegiensis olim vacantis, (nostra de Reverendissimo in Christo Patre & D. D. Ludovico Duce de Tech in dictæ Sedis & Ecclesiæ Aquilegiensis Patriarcham postulatione nondum admissa,) „ suc-

„ factam confirmavimus, ipsumque præfecimus eidem Ecclesiæ Mantuanæ in Episcopum, & Pastorem. In illo, qui dat gratias & largitur præmia, plenissime confidentes, quod Ecclesia ipsa Pastori provido, & fructuoso Administratori gaudebit se commissam. Cæterum quia idem Johannes electus, & per nos ut præmittitur confirmatus, per eumdem Procuratorem suum a nobis cum instantia requisivit, ut sibi consecrationis munus impendi facere dignaremur; justam requisitionem suam prosequi congruis favoribus intendentes, vos omnes & singulos Reverendos Patres & Dominos..... Episcopos Comprovinciales prænominatos tenore præsentium hortamur in Domino, requirimus, & monemus primo, secundo, & tertio peremptorie, hac Canonica monitione præmissa: quatenus vos omnes & singuli die Dominica tertia de Adventu Domini proxime futura, (quæ dies præfixa est, & specialiter deputata ad dicti D. Johannis electi, & ut præmittitur confirmati, consecrationem faciendam,) comparere & vos præsentialiter præsentare curetis in præfata Ecclesia Mantuana, ad impendendum eidem Domino Electo manus consecrationis præfatæ, & eidem assistendum ut dictant sacrorum Canonum instituta. Quod si forte vestrum aliqui fuerint urgentioribus negotiis præpediti, adeoquod consecrationi prædictæ minime valeant interesse, super eorum impedimentis excusationes suas nobis vel dicto Electo per eorum litte-

maciæ reus in Concilio Constantiensi declaratus Joannes XXIII. Solio Pontificio sessione decima *anno* 1415. *die Martis* 14. *Mensis Maii* celeB brata, deturbatus fuerat: eamdemque subiit sententiam depositionis Benedictus XIII. in sessione 37. quam *anno* 1417. *die Lunæ* 26. *Mensis Julii* habuere Patres. Notatas legimus Tabulas, quas allegavimus, *die Mercurii* 3. *Mensis Novembris* ejusdem *anni* 1417. Die vero *undecima* sequente ejusdem *Novembris* Martinus V. electus Thronum Apostolicum conscendit.

IV. In Fragmento Chronici Aquilejensis, quod in Appendice num. *6.* vulgamus, Ludovicus Techius, quem pridem Patriarcham postulaverant Metropolitanæ Ecclesiæ Canonici, *confirmatus* dicitur *in Concilio Constantiensi*. Oratores ipsum habuisse, qui Synodo œcumenicæ interessent, ex Historia discimus, quam typis edidit Hermannus Von der Hardt C Tomo v. Rerum ejusdem Concilii Parte II. ubi recensentur, qui *anno Domini* 1414. & 1415. *venerunt Constantiam Civitatem pro Concilio celebrando*. Inter Patriarchas hæc habentur verba: *Ex parte Domini Ducis Ludovici de Dekk, Patriarchæ Aquilegensis, unus Dux, & unus Episcopus*.

Ratam etiam firmamque evectionem ejus in Aquilejensem Patriarcham a Martino V. habitam, narrat Ughellus. *Annum* notat M.CCCC.XVIII. diemque XXV. *Februarii*, cum nondum Constantiæ soluta Synodus esset, quæ finem eodem anno habuit *die Veneris* XXII. *Aprilis*.

CAPUT CIX.

Venetorum Reipublicæ imperio Provincia Forijulii subjicitur. Fidem eisdem jurat Henricus Goritianus. Comitum Goritianorum stemma absolvitur.

I. Bellum sequitur, quod extremam temporali Patriarcharum dominationi cladem attulit. Belli causas, vices, exitum Historici narrant. Marinum Sa- D nutum memoro, Sabellicum, Candidum, Palladium; hisque accedunt Chronica, quæ in Appendice vulgantur. Spem nullam optatissimæ pacis ingerebant, quæ sancitæ fuerant an-

fuit: gravissima, igne subjecto, illata damna Tristani prædiis domibusque in loco Latisana: idque fieri cœptum *anno* 1418. *Mense Aprili*, teste Sanuto. Tum aperto marte dimicatum est: agri Provinciæ vastati, loca plura direpta. Ex Hungaria militum copiæ in subsidium ductæ: armis Oppida tentata, quæ Venetis parebant; eademque iterum in fidem recepta ditionemque. Missi Venetias *Mense Augusto* ejusdem anni Oratores: rejectique. Appulit etiam in Urbem amplissimam insequente *anno* 1419. *Mense Februario Cardinalis Hispaniæ*, *Martini V. nomine*, quem Techius moverat, de pace pertractaturus. Inter Episcopos Cardinales, qui Constantiæ Martinum Pontificem elegerant, *Petrum Fernandi Frias* recenset Oldoinus, *Hispanum* natione, *Episcopum Cardinalem Sabinum*, vulgo dictum *Cardinalem de Hispania*. Vitam ille *anno* 1420. *die* 19. *Septembris* cum morte commutavit: isque fortasse fuit, qui Venetias, Martino V. jubente, anno præcedente pervenit; reque infecta, æquas omnes recusante conditiones Patriarcha Techio, discessit. C

Turbarum, quæ frequentius in perniciem Provinciæ excitabantur, pertæsi Civitatenses, neque sustinendæ belli, quod gerebatur, immensæ moli pares, faustissimo se dediderunt Venetorum imperio. Fidei publicæ syngrapham a Philippo de Arcedo, Venetis copiis præfecto, *Mense Aprili* obtinuere, datis obsidibus, quos nominat Sanutus, *Nicolao Adami de Frumentinis*, *Francisco de Clarentinis* (fortasse *de Claricinis*,) *Gilio de Pontemese*, *Blasio Joannis del Ferro*, & *Antonio del Monastero*. Tum Oratores Venetias missi, *Nicolaus de Portis*, *Simon Joannis Antonii*, & *Alexius Cancellarius Civitatis*, qui pollicitam facerent deditionem. Confectæ Tabulæ sunt *anno Nativitatis ejusdem Domini* M. CCCC. XVIIII. *Indictione* XII. *die* XI. *Mensis Julii*, *Venetiis in Ducali Palatio Communis Venetiarum*. Tabularum summam paucis complectitur Andreas de Redusiis de Quero in Chronico Tarvisino: *Civitas Austriæ*, inquiens, *in* D

& *propter nives*; Militum namque copias, ut Austriam Civitatem obsidione cingeret, ex Hungaria Mense *Novembri*, teste Sanuto duxerat Techius.

Gerere bellum pergebant Veneti fortunato Marte. In eorum ultro concedebant potestatem fidemque Oppida Provinciæ & Castra, Proceresque Viri, quos *Castellanos* vocant, cis & ultra Tiliaventum. Utini Civitas obsistebat pertinacius. Decretum vero, ut viribus totis oppugnaretur, expugnareturque. Extrema vitare optabant Cives. Oratores *anno* 1420. directi Venetias *Mense Majo*: bonorumque Tristani oblata restitutio, dummodo sedem ipse imposterum Utinensem non repeteret. Rejecta conditio. Hinc *per Utinates*, (quorum Civitas die noctuque bellicis premebatur tormentis) meliore ductos consilio, *facta fuit oblatio Serenissimo Dominio Venetiarum*, (verba sunt Chronici Aquilejensis) *ex eoquod D. Ludovicus Patriarcha non veniebat ad succurrendum eis, nec mittebat eis auxilium: & hoc fuit in* M. CCCC. XX. *die* VI. *Junii*. *Et facta dicta obedientia, missi fuerunt per Communitatem Utini octo Imbasciatores, ponendo se & sua in manibus & in gratia præfati Serenissimi Dominii Venetiarum. Et tunc præfatum Dominium eos suscepit: & voluit, quod ipsa Communitas se gubernaret, & regeret prout faciebat tempore Patriarcharum in Civilibus: in Criminalibus autem noluit quod aliquid faceret, propter discordias Civium.*

Receptam insequente *die septima Junii* Civitatem Sanutus refert. Datos obsides ab Utinensibus numerat *octo*, *Antonium Valentini*, *Raynerium de Cavalcantis*, *Nicolaum Joannis*, *Jacobum Zigolum*, *Antonium Aringum*, *Nacorem Montagnam*, *Andream Tumberlani*, *Fridericum Savornianum*. Cum his Venetias appulere *die* XV. *Junii* Oratores pariter *octo*: quorum nomina sunt apud eumdem Sanutum, *Joannes Moyses*, *Nicolaus de la Turre*, *Joannes Susanna*, *Carolus de la Turre*, *Nicolaus Mattheussius*, *Francus stella*, *Augustinus Gubernatus*, *Joannes de Spilimbergo*.

Reli-

a Nicolao V. coronam anno 1451. susciperet, iter describit ille, & ait: *Exinde Territorium Ecclesiæ Aquilegiensis incipit, quod Veneti possident. Nam Ludovico de Decb Patriarchæ, contra se arma sumenti, id Domini jure belli nostra memoria ademerunt.*

II. In hac Provinciæ clade munificentiam Principis victoris experti sunt Goritiani Comites. Fidem ipsi jurarunt Francisco Foscaro Duci: ab eoque honoribus, dignitatibus, ac bonorum possessione, quibus ab Ecclesia Aquilejensi acceptis potiebantur, jure tituloque feudi, ut antea, cumulati fuere. Id anno 1424. solemni pompæ apparatu Venetiis factum.

Verba refero, quæ vetustis in Schedis Mss. habentur, ut perillustris Familiæ, cujus hactenus per partes delineatum stemma absolvi debet, Fratres duo Henricus, & Jo. Mainardus certa fide innotescant. "Millesi. quadringentes. vigesimo quarto, secunda Indictione, die prima Mensis Novembris. Venetiis in Platea S. Marci Communis Venetiarum, constitutus in præsentia Serenissimi & Excellentissimi Principis D. Francisci Foscari, Dei gratia Incliti Ducis Venetiarum &c. pro tribunali sedentis, Magnificus & potens Dominus Henricus Comes Goritiæ & Tyrolis &c. veniens cum Bastono in manu finistra, tanquam summus Mareschalus ipsius Serenissimi Domini Ducis, Dominii, & Communis Venetiarum in sua Patria Forijulii; & vexillo suo syndonis rubei, & albi pro medietate in manu dextra; & omnes sui vassalli cum suo vexillo syndonis rubei. Et genuflexus coram ipso Serenissimo Duce, tenens vexillum suum in manu, illud dedit ad manus ipsius Serenissimi Ducis: & eidem humillime supplicavit, ut ipsum pro se, & Magnifico Fratre suo D. Joanne Maynardo de omnibus Feudis suis, quæ ipse & Progenitores sui a Camera Aquilegiensi antiquitus habuerunt, & tenuerunt, & possederunt, investire benignius & gratiosius dignaretur. Qui Serenissimus Dominus Dux suis petitionibus, tamque in hac parte justis & rationabilibus, annuens; ipsum Dominum Comitem coram eo flexis genibus existitit juramentum, quod fidelis Vassallus Domino suo præstare in talibus consuevit."

B

III. Goritiani Comites memorantur *Henricus*, & *Joannes-Mainardus* fratres. Filios fuisse Mainardi VII. adnotavimus Capite XCIX. eosdemque Documentum anni 1394. sub tutela Episcopi Gurcensis degentes exhibet. Tabulas proferimus a Sigismundo Attempsio acceptas. "Johannes Dei gratia Episcopus Gurcensis, Tutor & gubernator Illustrium Dominorum Heinrici, & Joannis-Meinhardi, Palatinorum Karinthiæ, Comitum Goriciæ & Tyrolis, necnon Ecclesiarum Aquilegensis, Tridentinæ, & Brixinensis Advocatorum. Notum facimus universis præsentes litteras inspecturis, quod nos de speciali gratia, ac diligenti petitione & consensu antedicti Domini nostri Johannis Meinhardi Comitis Goriciæ, Territorium unum Canipæ sitæ in Curtina minori Villæ Cormoni, ad Comitatum Goriciæ hactenus devolutum; cujus confines sunt, a superiori parte & a latere versus Meridiem est via publica; ab inferiori est Terra Domini Plebani, quam colit .... de Portis; a quarta vero parte est Terra Johannis Keuhl de Gramolano, quam colit Aprilis filius Johannis Gosoldi: dedimus, & in rectum & legale feodum pleno jure contulimus Dilecto nostro Heinrico de Cormono, suisque Heredibus perpetuo possidendum; tamen dictorum nostrorum Dominorum Comitum Goriciæ juribus feodalibus reservatis; harum sub nostri sigilli appensione testimonio litterarum. Datum in Castro nostro Strazburg die octava Mensis Aprilis Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo quarto." Joannem, Gurcensem Antistitem, cognominatum legimus *Meyerhoffer* in Tabulis ejusdem Ecclesiæ.

C

De *Joanne-Mainardo* in Historia MS. Marci-Antonii Nicoletti simplici nomine *Mainardi* appellato hæc habentur ad Annum M.CCCC.IV. *Die septimo-decimo Mensis Martii in pleno Consilio, ut supra, deputati fuerunt, ut vadant ex parte Communis illuc Goritiam, ad recipiendum D. D. Meinardum Comitem Goritiæ,*

D

MORES ejus, ut puto, corruptos fœdosque diligentissime describit Æneas Sylvius, postea Romanus Pontifex, Pius II. dictus, in Europæ descriptione Capite XX. *de Carinthia*. Verba refero: "In hac Provincia Comes Goritiæ „ Henricus, vir muliere corruptior, impuberes filios media nocte ad potum surgere compulit, increpitans qui sine siti somnum agerent. Cum pastoribus ac rusticis sæpius, quam cum Nobilibus diversatus est. Senex super glacie cum pueris lusit. Inter vulgata scorta frequentissime lavit: raro in Aula pransus est: solus coquum adiens, offulas in ipsa popina voravit. Vestes induit viles, ac perunctas: pectus nudum, & apertum ostendit. Oculi semper lacrymantes fuere. Quem cum aliquando ad se venientem Fridericus (III.) Imperator ex fenestra intuitus esset, me vocitans: Age, inquit, Ænea, Principem qui ad nos properat, contemplare; si quem mundiorem pulcrioremque videris aliquando, effare. Mihi, cum satis Principem comitesque considerassem, fœda rusticitas visa est, quæ dominatum assecuta egregiam nobilitatem servitio premeret. Huic uxor natione Hungara, forma præstanti, & audacia plus quam Viri: cui vincula indidit. Mox Ulrici Comitis Ciliæ auxilio liberatus, uxorem domo pepulit. Nec diu post vita functus, Filios bonæ indolis adolescentes, & Matri quam sibi similes, reliquit heredes. „ In hujus Operis editione apud Freherum Tomo II. Rerum Germanicarum Præfatio seu Epistola præmittitur, qua Opus idem *Antonio S. R. E. Presbytero Cardinali Hilerdensi appellato* ab Ænea nuncupatur *quarto Kalendas Aprilis anno Domini* 1458. Jam antea suæ mortalitatis cesserat fato Henricus.

VITAM adhuc agebat ille *anno* 1444. quo *Gaspari Schlich* dedit idem Æneas Epistolam, quæ *Quinquagesima quarta* numeratur; ubi ejusdem Henrici, & Uxoris præstantissimæ mentionem ingerens: "Comitis Goriciæ uxor, „ *inquit*, quare huc adveniat nescio; nisi quæstura injurias Viri, quem ajunt ultra quam dici possit injurium. Quia si eo nimis licet, quia vir ætate confectus, & forma ineptus, alia, quam a Nicoletto ex Monumentis in Archivo Civitatis Austriæ adservatis ad annum

B M. CCCC. VII. memoratam adnotavimus.

HENRICI filios, quos *bonæ indolis adolescentes* vocat Æneas, ac *Matri similes*, Tabulæ exhibent, *anno Nativitatis*, M. CCCC. LV. *Indictione tertia*, *die Veneris nona Mensis Maii* Venetiis confectæ *in Ducali Palatio in Sala duarum Naparum*, Joannem, Leonardum, & Ludovicum. Sequentia profero verba. „ Constitutus ad conspectum Serenissimi & Excellentissimi Principis D. D. Francisci Foscari, Dei gratia incliti Ducis Venetiarum, pro tribunali sedentis, Magnificus & potens Dominus Comes Joannes Palatinus Carinthiæ, Goritiæ, Tyrolis &c. natus quondam Magnifici & potentis Domini Comitis Hen-

C rici .... humiliter supplicavit, ut eum pro se, & Magnificis & potentibus Fratribus suis, Leonardo, & Ludovico, de omnibus feudis quæ quondam Magnificus & potens eorum Genitor, ac ipse Magnificus D. Joannes & Fratres antiquitus habuerunt .... investire dignatetur. „

FRATRIBUS suis diu superstes Leonardus, vitam denique desinente seculo æræ Christianæ quintodecimo amisit absque liberis, nobilissimamque Comitum Goritianorum familiam clausit. Jamvero integrum stemma delineavimus, in quo Comitum series conspicitur, quam exhibent Aquilejensia Monumenta, probatique Scriptores. Longe differt Stemma nostrum ab his, quæ descripsere Volfangus Lazius, Hie-

D ronymus Henninges, Jo. Franciscus Palladius, aliique non pauci, quos consuluimus. Momenta, queis illi adhæserint, apparent nulla, aut certe obvia non sunt. In stemmate nostro, si pauca excipias, quæ per conjecturam scripsimus, reliqua videntur certissima. Id unum animadverti velim, illas duntaxat delineatas conspici personas, quas colligere licuit ex Monumentis quæ protulimus, probatisque Scriptoribus quos allegavimus; nec enim inficias imus, plura uxorum, filiorum, fratrumque, sobtinorumque nomina desiderari. Integrum vero stemma, quod per partes confecimus, sub oculos hoc loco ponere operæ pretium est.

STEM-

Mainardus III. 1216. 1223. &c. — Albertus Co. Goritiæ & Tirolis. 1238. ✠ circiter 1253.

Mainardus IV. Co. Tirolensis & Goritiæ, Dux Carinthiæ. Elisabeth, filia Ottonis Ducis Bavariæ, uxor. 1252. 1259. ✠ 1295. — Albertus II. Comes Goritiæ 1259. ✠ 1304. — Adaleita.

Elisabeth. ✠ 1313. — Otto. ✠ 1310. — Albertus III. ✠ 1292. — Ludovicus. ✠ 1305. — Henricus II. ✠ 1335. — Mainardus V. 1301. — Albertus IV. — Henricus III. 1286. 1297. ✠ 1323. Beatrix Bavara uxor II. | Beatrix Turriana uxor I.

✠ 1313. Anna.
✠ 1320. Adeleidis.
✠ 1331. Beatrix.

Margarita. — Jo. Henricus. 1335. ✠ 1336. — Mainardus. 1317.

Albertus V. 1338. 1357. — Mainardus VI. Catharina uxor. 1338. 1348. 1357. — Henricus IV. Ziliola Carrarensis. 1338. 1348. 1350. ✠ 1358.

Mainardus VII. ✠ 1394. — Henricus V. Elisabeth uxor I. ✠ 1392. N. uxor II.

Henricus VI. 1394. 1404. 1444. — Jo. Mainardus. 1394. 1407. ...

Joannes. 1455. — Leonardus. 1455. 1499. — Ludovicus. 1455.

C A P U T CX.

Mortem obit Patriarcha Techius. Ludovicus Scarampus Mediarota, hujus nominis III. ab Eugenio IV. Sedi Aquilejensi præficitur: eodemque titulo a Felice Antipapa exornatur Alexander e Ducibus Mazoviæ Episcopus Tridentinus. An Paulus Burgensis renunciatus fuerit Aquilejæ Patriarcha? Joannes Vitellescus, Joannes de Rupescissa, & Laurentius Leichtemberger de serie Patriarcharum delentur.

I. SEDE pulsus Ludovicus Techius & Imperio, in Hungariam abierat, copiarum turmas ab Sigismundo impetraturus, quas duceret in Forijulii Provinciam. Domitam regio-

XXXV. *Indictione* XIII. *die vero Sabbati quinta Mensis Novembris*, quæ in Appendice I. Concilii Basileensis Capite VI. vulgatæ habentur.

ALIQUOT ipsum deinceps vitam protraxisse ad annos, luculentissime significant Eugenii verba in allegatis litteris, queis in memoriam ipse revocat: *nullam* post sententiam anno 1435. a Patribus Basileensibus latam, *de Patriarchatu molestiam*, *ipso* (Ludovico Techio) *vivente*, Venetis Patribus creatam, inlatamque fuisse.

II. POST obitum ejus Eugenius Pontifex præfecit Aquilejensibus Ludovicum Scarampum Mediarotam, Patavinum patria, Antistitem Florentinum, hujusce nominis inter Patriarchas III. Peractam refert Sanutus electionem *anno* M.CCCC. XXXIX. *die* XVIII. *Decembris:* quo etiam die decem & septem S. R. E. purpuratos Patres ipse Pontifex renunciavit. Hanc post Techium Scarampi successionem recenset Fragmentum Chronici num. *6*. in Appendice vulgati: *Deinde Dominus Patriarcha* (Ludovicus de Tech) *mortuus est in Concilio Basileensi: & factus fuit Patriarcha D. Ludovicus de Padua . . . per Papam Eugenium quartum*.

INVECTO Schismate, eodem anno 1439. die 5. Novembris, Pseudopontificem elegerant Amedeum Sabaudiæ, Felicem V. nuncupatum, Basileenses Patres: ejusque electionem die 17. ejusdem Mensis confirmarunt. Virum parti suæ adhærentem Felix Antipapa Aquilejensem constituere Patriarcham voluit: eaque dignitate exornavit Alexandrum, natione Polonum, e Ducibus Mazoviæ, Episcopum Tridentinum. Electionis nuncium pervenisse Venetias adnotat Sanutus, *die* XXXI. *Decembris*. Ante Schismaticam Felicis electionem Alexandrum a Patribus Basileæ congregatis renunciatum Patriarcham, refert Augustinus Patricius in Summa Conciliorum citata. Quæ sane temporum notæ, a Sanuto ac Patricio definitæ, minime con-

III. INVECTOS per hæc tempora legimus Ecclesiæ Aquilejensis Patriarchas, de quorum Sede ac serie, an ipsa retineri, an rejici debeat, diligentius inquirere pretium est operæ. Primus prodit Paulus ex Judæis parentibus natus, ad Christianam Religionem conversus, cognomento *De Sancta Maria* dictus, Episcopus primum Carthaginensis in Hispania, tum Burgensis renunciatus, moribus ac litteris ornatissimus. Vitam ejus concinnavit Christophorus Sanctotisius Augustiniani Ordinis alumnus, quam præmissam legimus Operi, quod inscribitur *Scrutinium Scripturarum*, ab eodem Paulo elucubrato, vulgatoque typis anno 1591. Burgis apud Philippum Junctam. Hæc narrat Vitæ Scriptor. " Hoc ipso tempore (anno „ 1435.) dum in hac visitatione occuparetur, „ cum pius noster Antistes Paulus sese prægravatum senio videret, & sentiens functionis „ Episcopalis onera graviora jam esse, quam „ ut posset illis omnibus in tam senili ætate „ satisfacere, summis precibus apud inclitum „ Regem Joannem (*hujus nominis secundum*, „ *Castellæ Regem*) & Summum Pontificem „ Eugenium IV. instabat, ut ab Episcopali cu„ ra ipsum exonerare dignarentur: id quod in „ gratiam Sancti Senis ambo concessere liben„ ter. . . . . . Et quia tantus, ac tantis no„ minibus commendatus noster Antistes Pau„ lus, tanquam generosis titulis toto suæ vitæ „ decursu ornatus fuerat, ne absque ullo de„ cederet gradu, Patriarchatus Aquilegien„ sis dignitate, ut par erat, ultro ab ipsomet „ Pontifice statim fuit decoratus, ut testantur „ Historiæ „. In margine *Historiæ* citantur *Regis Joannis*. Tum obitus ejus narratur, qui accidit *die vigesimanona Mensis Augusti anni* 1435. Eadem Patriarchali Aquilejensi dignitate exornatum Paulum referunt post Sanctotisium plerique Scriptorum, Philippus Labbeus, Dupinius, Guillelmus Cave, Jacobus le Long, Bartholocius, Jo. Christophorus Wolfius, aliique.

NON

curam Patriarchalem Aquilejensem, quam difficilioris negotii molem nosse facile poterat, lubens ac ultro adsumpsisset? Post abdicatas denique Burgenses infulas ideo Ecclesiastica decoratus dignitate dicitur ille, *ne absque ullo decederet gradu*, qui generosis titulis toto suæ vitæ decursu ornatus fuerat: hinc infulæ alicujus Ecclesiæ in partibus, ut loqui solemus, aptæ fuissent, minime Sedes amplissima Aquilejæ. Hanc porro dignitatem, quæ Paulo Burgensi conlata fuerit, silent Sixtus Senensis in Bibliotheca Sancta, Joannes Mariana Libro XIX. Historiæ Hispanæ, ubi conversionem ejus, gesta, ac dignitates percenset; Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis, Aubertus Miræus in Auctario, Henricus Spondanus ad Annum M. CCCC. VI. num. XI. Thomas de Pinedo Lusitanus in Notis ad Stephanum Byzantinum de Urbibus, V. *Carchedone*, ubi de Paulo plura differit.

IV. SUCCEDIT Joannes Vitellescus Cornetanus, quem Tabulæ Aquilejenses apud Ughellum post Ludovicum Techium exhibent, & ante Scarampum: isque dicitur *ab Eugenio quarto Aquilejensi nobilitatus Patriarchatu anno* M. CCCC. XXXV. Nulla hujusce Patriarchæ mentio in Chronicis Aquilejensibus, quæ publicæ luci damus in Appendice: neque novit ipsum Bellonus in Patriarcharum Vitis. Nullam quoque Patriarchalis dignitatis, qua Vitellescus exornatus fuerit, mentionem ingerunt Ciaconius, aliique Additores in Vitis Cardinalium: neque Infulas Aquilejenses memorant Ughellus in Tabulis Florentinis, & Josephus Cerachinius nuperus Chronologiæ Episcoporum Florentiæ scriptor.

IN ejus Epitaphio, quod Ciaconius & Cerachinius exhibent, *Patriarcha Alexandrinus* vocatur. Hinc fortasse erroris origo. *Die* 18. *Decembris* peractam, testatur Sanutus. Ita vero Patriarcharum chronographia vexari turbarique debuit, ut locus in Tabulis Ughellianis Vitellesco pateret.

ALIUM obtrudit Aquilejensem Patriarcham Jacobus Chiffletius apud Ciaconium, seu Oldoinum in Vitis Cardinalium, Joannem de Rupescissa, ita nuncupatum a viculo, duo Lugduno milliaria distante. Hunc vero post electionem Martini V. in Concilio Constantiensi renunciatum legimus *Patriarcham Constantinopolitanum*: nullaque Patriarchalis Aquilejensis muneris, quod concreditum ipsi fuerit, in ejusdem Ecclesiæ Monumentis mentio, vestigium nullum. In eo tamen Concilio Constantiensi evectum ipsum ad Aquilejensem Patriarchatum, si superis placet, Chiffletius innuit; cum videlicet Techium a Martino V. confirmatum Patriarcham vidimus; ipsumque Joannem de Rupescissa renunciatum Patriarcham Constantinopolitanum, edisserunt alii.

POSTREMUS est, qui in Aquilejensem invehitur Sedem, Laurentius Leichtemberger. Tomo V. Junii Bollandiani ad Diem XXIX. inter Analecta de Beata Hemma Vidua, Fundatrice Gurcensis in Carinthia Ecclesiæ, §. IV. series texitur Episcoporum Gurcensium, ac num. 28. hæc habentur: *Laurentius II. cognomine Leichtemberger, ab Episcopatu Lavantino ad Gurcensem vix promotus* (post Ernestum anno 1432. vita functum) *a Nuncio Apostolico Joanne Schallerman hinc iterum ejicitur. Factus deinde Patriarcha Aquilegiensis, obiit anno* M. CCCC. L. Hanc Techius ab anno 1412. ad annum 1435. & ultra administravit Ecclesiam. Tenuit eamdem usque ad annum 1465. Ludovicus Scarampus. Nullus ergo Leichtembergero patet locus.

C A-

idus Martii anno X. Pontificatus, æræ Christianæ 1440. quibus electum Patriarcham plurimis laudum præconiis exornat Pontifex. Virum eximium eodem anno die 22. Junii Purpuratorum Patrum collegio adscripsit Pontifex: ipsumque anno insequente Legatum instituit *in Aquilejensi & Gradensi Provinciis, tanquam pacis Angelum*. Litteras Ughellus recitat, *datas Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ* M. CCCC. XLI. *Pontificatus anno* XI.

QUIETIS ille ac pacis cupidus, satis esse duxit insulas præstantissimæ Ecclesiæ gestare: acceptoque congruæ Mensæ subsidio, æternæ commissi gregis saluti demandato Patriarchalis solicitudinis munere invigilare. Venetis quoque Patribus pro egregia ipsorum voluntate placuit Metropolitanæ Ecclesiæ Patriarchalis consulere splendori, dignitati, emolumentis, larga dote confecta; certa scilicet pecuniarum summa, quæ singulis annis solveretur, adsignata, ipsiusque Patriarchæ ac Successorum potestati Civitate Aquilejæ Oppidisque S. Danielis Sanctique Viti inita conventione traditis. Conventionum Tabulæ, quas errore captus ad annum 1444. refert Ughellus, typis vulgatæ prostant Tomo XVI. Scriptorum Italiæ: confectæque leguntur *anno Nativitatis Millesimo Quadringentesimo quadragesimo quinto, Indictione octava, die decimo Mensis Junii*. Quod egit absolvitque nomine Patriarchæ prægrande negotium *Joannes de Reate Protonotarius Apostolicus*: mandatumque pro Venetis habuere *Marcus Foscari Procurator S. Marci, & Ludovicus Foscareno Artis & Juris utriusque Doctor*.

II. INITAM concordiam, sancitasque conventiones Pontifex Eugenius gratissimas habuit. Gratulatorias quoque litteras, nonnullis difficultatibus, quæ emerserant, facile expeditis, dedit Nicolaus V. qui Sedem Apostolicam indeptus est anno 1447. die 6. Martii dieque 19. ejusdem Mensis diadema Pontificium suscepit. Litteras profero. " Nicolaus P. P. V. Dilecte fili „ &c. Reversus ad nos dilectus filius Octavianus „ Fontana, Nuncius noster, retulit concor„ diam & conclusionem factam super Patriar„ Excellentiam. Placet nobis omnis concor„ diæ effectus inter vos subsecutus, præsertim „ Camerarii, qui eam cupiebat; præponens „ affectionem, quam habet erga tuam Rem„ publicam, omni suæ & Ecclesiæ Aquilejen„ sis utilitati. Verum cum ipse nunc velit ac„ cedere ad visitandam Ecclesiam suæ curæ „ commissam, & ad loquendum cum tua Sa„ pientia, quam præcipue diligit; exhorta-
B „ mur in Domino, ut velis eum charitati„ ve, & benigne, & cum honore suscipe„ re, quem requirit status & dignitas tan„ ti Viri, & prout merentur opera ejus erga „ Rem tuam publicam multipliciter hactenus „ impensa. Novimus quidem, ipsum veluti „ bonum amicum tuum, & dictæ Reipublicæ „ semper ea dixisse, procurasse, & egisse, „ quæ ad tuum honorem & statum spectarent. „ Pro qua re commendationem meretur, & „ gratiarum actionem. Romæ apud S. Petrum „ sub tit. Piscatoris XXVIII. Mensis Junii,
C „ Pontificatus nostri anno quinto. Hæc Duci Venetiarum Francisco Foscaro scribebat Nicolaus anno 1451. æræ christianæ.

METROPOLIM suam, ac Diœcesim, Provinciamque adire non licuit Ludovico, variis arduisque Sedis Apostolicæ per Italiam legationibus occupato. Vicaria ab ipso conlata auctoritate, Ecclesiam Aquilejensem administrarunt, ac Pontificii characteris functiones exercuere Episcopi plures ex aliis sedibus acciti. Nonnullorum acta supersunt, quorum nomina refero. Anno 1445. & 1446. *Martinus Archiepiscopus Cursiensis Vicarius generalis:* 1449.
D *Paulus Duffii Episcopus Divastensis* (in Epiro) *Vicarius in Pontificalibus generalis:* 1450. *Paganinus Episcopus Dulcinensis Vicarius in Pontificalibus:* 1453. *Antonius de Fabriano Episcopus Svacensis in Dalmatia Vicarius generalis:* 1454. *Fortunatus Episcopus Sarxenatensis* (seu Saxenatensis, & Sarsinatensis sub Archiepiscopo Ravennate) *in spiritualibus Vicarius generalis*.

VISITATORES Apostolicos, qui Provinciam Aquilejensem obirent, mala tollerent si

qua

Ludovici Barbi litteras vidimus datas *in Civitate Austriæ die Lunæ* XXVI. *Mensis Februarii sub anno a Nativitate Domini* M. CCCC. XXXVII. *Indictione* XV. in quibus nuncupati leguntur, *in Patriarchatu & Provincia Aquilejensi, nonnullarumque aliarum Civitatum Longobardiæ, quarumcumque Ecclesiarum, Ordinum, & Religiosorum locorum Visitatores, Correctores, & Reformatores generales a Sede Apostolica specialiter deputati*. Leges illi sanciunt saluberrimas ad Ecclesiasticam disciplinam, quæ collapsa jacebat, instaurandam, corrigendosque Clericorum ac Virginum Deo devotarum mores nimium temporum injuria labefactatos. Eodem munere idem Thomas cum *Petro* Episcopo Petenensi *die* 4. *Augusti* 1438. defungebatur in Civitate Austria: solus autem Aquilejæ *die* 3. *Aprilis* 1439.

III. SENIS residebat Patriarcha anno 1460. quo supplices libellos ab Aquilejensi Canonicorum cœtu recepit, a *Ladislao Comite de Purliliis Decano, & Philippo Veneto Canonico* perlatos: eorumque jura, ac privilegia, & statuta pro votis firma rataque declaravit. Litteræ prostant apud Ughellum. Titulus est: *Ludovicus miseratione divina Tit. Sancti Laurentii in Damaso Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, Patriarcha Aquilejensis, Domini Papæ Camerarius, dilectis filiis Decano, Canonicis, & Capitulo nostræ Ecclesiæ Aquilejensis, salutem in Domino sempiternam*. Datæ leguntur *Senis in domibus nostræ Residentiæ die* XII. *Mensis Aprilis, anno Domini Milles. quadringentes. sexagesimo, Pontificatus SS. in Christo Patris & D. nostri D. Pii divina providentia Papæ* II. *anno secundo*. Nicolao V. anno 1455. successerat Calistus III. & anno 1458. Sedem obtinuit Apostolicam Pius II.

IV. RELIQUA Ludovici gesta referunt Ciaconius, Oldoinus, Ughellus, aliique plures, quos ipsi laudant, scriptores. Nec enim nostra esse arbitramur, qui Patriarcharum seriem ad proximiora tempora deduximus, ea diligentius colligere, congestaque recensere omnia, quæ noti vulgatique narrant Auctores. Satis imposterum fuerit, accuratam Successorum, qui Patriarchali dignitate cumulati fuere, chrono-

...ius, qui anno 1465. contigit. Diem obiit emortualem Ceracchinius 27. *Martii*.

V. ANNO superiore thronum Pontificium post obitum Pii II. conscenderat Paulus II. Barbus e Patricia Venetorum gente. Vacantis Aquilejensis Ecclesiæ Pastorem designavit ille Marcum Barbum, *nepotem*, ut ait Marinus Sanutus, Virum moribus ac litterarum peritia conspicuum. Datus jam fuerat anno 1455. Tarvisinis Antistes: quod authenticis monumentis evincit Antonius Scotus in Veneta Italiæ Sacræ editione. Vicentinam quoque administrandam Ecclesiam anno 1465. suscepit: eodemque anno *die* 27. *Aprilis*, ipsius nomine, possessionem indeptus est Angelus Fasolus, Episcopus Feltrensis. Is appellatur in Documento, quod vulgatum legimus apud Ughellum, *Locumtenens, & Comes, & Vicesgerens Reverendi in Christo Patris & D. D. Marci Barbi Episcopi Vicentini*. Siletur dignitas Patriarchalis; unde colligitur, nondum fortasse Barbum *Mense Aprili* ejusdem *anni* 1465. designatum electumque Patriarcham Aquilejensem a Pontifice. Nulla præterea sacræ Purpuræ, quam ipse induerit, mentio ingeritur: adeoque Ciaconium errasse conficitur, qui Cardinalium collegio ipsum anno 1464. adscriptum narrat. Ea decoratum dignitate anno 1467. die 18. Septembris, refert Contelorius. Infulas deinceps Prænestinas obtinuit, gestavitque.

VI. ECCLESIÆ Aquilejensis possessionem continuo non adiit ille, quod ejus consilio, industria, & opera in legationibus Apostolicis, arduisque negotiis utebatur Paulus II. patruus. Aquilejensia Monumenta docent, eamdem Ecclesiam ipsius Romani Pontificis nomine administratam ab Antonio Feletto Concordiensi, & Andrea Ferentinate Episcopo.

IN Fragmento Historico, ad annum Christi 1468. spectante, in Appendice vulgato, quod Vitus Joannis de Utino, Civitatensis Canonicus conscripsit, ejusdem Feletti mentio habetur per hæc verba: *Procurante Reverendissimo Patre D. Antonio Feletto, Præsule Concordiensi; & in Provincia & Diœcesi Aquilejensi, Maximi præfati Pontificis Pauli* (II.)

munera Pontificalia exercebant, alia produnt ejus ætatis Monumenta. *An.* M.CCCC.LXXIV. *die* XVIII. *Februarii Reverendissimus D. Angelus Dei gratia Episcopus Feltrensis, in Patriarchatu & Diœcesi Aquilejensi pro Reverendissimo Domino Patriarcha Gubernator generalis*. Aliud occurrit Instrumentum, *anno* M.CCCC.LXXXIII. *die* XV. *Augusti* confectum, quod *Gubernatorem Patriarchatus* exhibet *R. D. Episcopum Balneoregiensem*.

B

MUNERE suo egregie functum præclarissimum Patriarcham, luculentissime quæ reliquit, Monumenta testantur. Provinciale ab eo coactum, celebratumque Episcoporum Concilium memorat Ughellus, in quo capitulis Metropolitanæ inservientibus, qui decem & octo annorum ætatem non pertingerent, aut certo congruo tempore non residerent, Capitularium quorumdam Actorum genere, suffragioque interdixit: quod ratum habuit Statutum Apostolica auctoritate Innocentius VIII. dato Diplomate *Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ* M.CCCC.LXXXVIII.VIII. *Cal. Aprilis, Pontificatus anno quinto*. Virum latine & græce doctum, legationibus Apostolicis conspicuum, miti præditum ingenio, integrum, pium, prudentem, in egenos misericordem, bonorumque Ecclesiasticorum religiosissimum administratorem, laudum præconio celebrant synchroni quique scriptores.

CAPUT CXII.

Post Barbum præficitur Aquilejensi Ecclesiæ Hermolaus Barbarus, qui Romæ legationem gerebat. Electionem ejus datis litteris significat Innocentius VIII. Possessionem non adit Barbarus. Succedit Nicolaus Donatus, Patrum suffragiis delectus. Jacobi Gordini oratio Aquilejæ habita, cum Metropolitanam Ecclesiam primum adiret Patriarcha. Notæ in eamdem. Mortem obit Donatus in Civitate Austria.

I. AQUILEJENSEM tenuisse Barbum Ecclesiam *usque ad annum 1490. quo Romæ fato functus est*, scribit Ughellus. In Epitaphio, quod ipse Auctor positum refert apud Sanctum Marcum, vita migrasse dicitur *Anno Salutis* M.CD.XCI. *Die* XI. *Martii*. Emortualem adnotatum Marci Barbi annum pro certo habe exploratoque. Diem vero ejusdem Mensis *decimam* notant alii, quos laudat Doctissimus Apostolus Zenus in Diariis Eruditorum Italiæ Tomo XXVIII. Articulo V. num. XCVI. diemque Martii *secundam* definiunt Marinus Sanutus, & Auctor Historiæ, quam sub nomine *Andreæ Naugerii* vulgavit Muratorius Tomo XXIII. Scriptorum Italiæ. Addit Sanutus *horam* ejusdem diei *vicesimam:* notatque: C *mortis nuncium die sexta Martii mane Venetias pervenisse*.

LEGATIONE apud Innocentium Pontificem pro Republica fungebatur Hermolaus Barbarus, Zachariæ filius, multis nominibus commendandus. Parentes ejus, litterarum peritiam, obita munera, dignitates laudesque diligentissime percenset loco citato Apostolus Zenus, pluresque errores Vossii, aliorumque certis patefacit documentis, ac emendat. Pauca nobis adjicienda sunt, quæ dignitatem Patriarchalem Barbaro conlatam illustrant.

D

ACCEPTO Barbi obitus nuncio die *sexta* Martii, & quidem *mane*, (Dominicam designat littera Dominicalis B. qua insignitus erat annus Christi 1491.) Patrum Cœtus die sequente 7. Martii coactus: communi suffragio Nico-

... Innocentii litteræ perlatæ sunt *die undecima* ejusdem Mensis, Feria sexta, ad Augustinum Barbadicum Ducem, quibus Hermolai Barbari electionem in Aquilejensem Patriarcham significabat Pontifex. Die quinta Martii conscriptæ fuerunt. Litteras easdem, ac cætera quæ narravimus, Marino Sanuto debemus. Quæ sequuntur, profero verba. "Mentis nostræ oculos ex spontanea consideratione nostra, Deo nos inspirante, direximus ad Dilectum Filium Hermolaum Barbarum, Oratorem tuum, ob ejus singularem doctrinam, modestiam, ac totius vitæ suæ innocentiam, omni integritate probatam. Cujus promotionem Deo acceptissimam, Ecclesiæ utilem, tuæ Nobilitati & toti Senatui, ob ejus ac totius Familiæ suæ fidem & merita, quorum nos magna ex parte pro nostra in vos omnes paterna charitate testes esse possumus, gratissimam fore certissime arbitramur. Et ita de persona ejus, ut dici possit vocatus a Deo tanquam Aaron, electionem fecimus, crastina die una cum Venerabilibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus publicatam. Quod volumus Nobilitati tuæ significare ut intelligat, Nos sicut Ecclesiæ ipsius, ita quietis, sinceritatis, ac honoris istius Dominii, quæ semper magni fecimus, & cui ex animo prospicimus, rationem habuisse. Datum Romæ sub annulo Piscatoris V. Martii M. CCCC. XCI." A tergo. *Dilecto Filio Nobili Viro Augustino Barbadico Duci Venetiarum*.

ERROR corrigitur Leandri Alberti, qui in Descriptione Italiæ Barbarum electum ab Alexandro VI. in Patriarcham, perperam scripsit. Errorem eumdem Zenus in Diariis citatis convellit certissimis momentis aliunde depromptis. Ante diem *quintam* Martii, qua litteras suas consignabat Innocentius, peractam electionem, liquido constat: idque actum vel ipsa die *secunda*, qua mortem obiit Barbus, vel postera aut insequente die.

III. REI exitum narrat Petrus Bembus Libro I. Historiæ Venetæ. *Satis præsidii non habuisse* Barbarum: *pluris a Patribus unam legum caritatem majestatemque* factam, *quam ullorum Civium omnibus auctam nominibus di-*

fue tactus Romæ, vel in Suburbano Oliverii Caraffæ, ubi diversabatur. Quas Chronicas notas, ac obitus locum luculentissimis totius Eruditionis argumentis confirmat ornatissimus Zenus.

IV. VITAM agente Barbaro, administrandam susceperat Aquilejensem Ecclesiam Jacobus Vallaressus, Vir Patricius, Antistes Justinopolitanus. Eodem Barbaro vita functo, ad Oratorem Venetum, Patrum cœtu jubente, datæ Romam litteræ *die 29. Julii* anno eodem 1493. teste Naugerio, ut electionem Nicolai Donati apud Summum Pontificem Alexandrum VI. qui Innocentio successerat, plurimum commendatam haberet. Senatus votis annuit Pontifex, præfecitque Donatum Aquilejensibus Patriarcham, hujus nominis II. Electionis *annum* eumdem M. CCCC. XCIII. & *diem* IV. *Novembris* patefacit ex Actis Consistorialibus Lucentius in Notis ad Ughellum.

PRIMICERII munus in Insula Creta olim gesserat ille, præfuitque Cypriis Antistes Nimociensis, (vulgo *di Limisiò*.) Utriusque dignitatis testes habemus sæpe citatos Historiæ Venetæ Scriptores, Marinum Sanutum, & Andream Naugerium. Ipsum numerat inter Emonenses in Istria Præsules Ughellus: quam Synchroni probatique Scriptores dignitatem silent. An ejus Ecclesiæ aliquando infulas ipse gestaverit, infra agendum.

V. NONDUM sequente anno 1494. incepto Patriarchatus possessionem Donatus adierat. Nota legitur in Scheda MS. quæ rem docet: *Anno* M. CCCC. XCIV. *die* XXI. *Februarii a Capitulo deputatus fuit*, *Sede vacante*, *Reverendus in Christo Pater D. Petrus Carlo*, *Episcopus Caprulanus*, *ad celebrandas ordinationes*, *& alia Pontificalia exercenda*. Alia nota occurrit, quæ Sedem eodem anno provecto adhuc vacantem exhibet: *Jacobus*, *Episcopus Justinopolitanus*, *Vicarius Generalis*, *E. A.* (Ecclesiæ Aquilejensis) *Sede vacante*, *Feria* V. *ante Dominicam* III. *Quadragesimæ* M. CCCC. XCIV.

SOLEMNI denique pompa Civitatem ingreditur & Ecclesiam Aquilejæ anno 1494. die 12. Octobris, laudes ejus oratione pro meritis celebrante Jacobo Gordino. Titulus est:

Jacobi

VI. " Eant vias suas, Pater Reverendissime, & quo defluentis eloquii vis illos impulerit rapiantur, qui de magnis majora dicturi, sermone vel blando allicientes, vel turgentiore impetu lapsi, pro concione loqui gloriosius consueverunt. Nos humiles Aquilejenses tui, nonnisi vera secuti, de te Patre nostro, quem pridem [A] optavimus, & demum præsentem cernere meruimus, etsi depresso charactere, maximo tamen explicandi fervore, præ ingenti lætitia, qua te adventantem proni suscipimus, ea plausu possibili hoc in Conventu [B] filiorum dicemus quæ insunt, & de quibus propter te plurimum gloriamur, nobis, Patriæque communia. In qua re facile cedentes iis, qui in gratiam & secundum carnem dictitant, & actionem suscipientes in bonum, de Patris laudibus, non lenociniis ejusmodi a quibus abhorres, sed fide quam plurimum amplecteris & amas, quædam brevissime persequemur. Erit ergo dicendorum modus ordine tripartitus; si ut sis nobis divinitus designatus & datus, si demandatæ hujus magnæ summæque dignitatis munus, & si vota in communi crediti gregis, ex parte aliqua quantumlibet jejuna attigerit oratio.

Succurrit ergo in primis factum illud memorabile, laude & admiratione dignissimum: quod Venetus Senatus gravissimis [C] suffragiis ante alios huic suæ Aquilejensi Cathedræ ultro te expostulavit, cum in tanta re pro tua modestia sileres, illi vero ad id ambitiosius niterentur. In quo conflictu vel absens superasti etiam eos, qui ætate, atque militia anteibant: quosdam vero magni meriti ac nominis Religioni arctius addictos, qui in solitudine sua creduntur in lege Domini meditari die ac nocte, (*sequens verborum textus obscurus est, ac vitio laborat*) sancta salubrisque vocatio de Spiritu Sancto, quæ sacris etiam in hoc institutis assistit, non te momentaneum quempiam Sacerdotem, non de theatro aliquo vel circo mox Ministrum ascifcens, sed neque

Ecce Sede hac eminentiore Patriarcha, hoc est, Patrum Princeps admitteris, additurus stemmata nova tui generis claritati. Etsi Majorum gesta præclara præcesserunt, quæ decorem addunt de virtute in virtutem progredienti tibi, atque longius coruscanti; illud, puto, tu tamen magnopere pensas, quod qui præsides, sicut & illi antea, morum nobilitate innotesceres. Et quid aliud fuit, nisi vita innocens, nitor omni ætate vernans, & quas Paulus late numerat animi dotes, quæ te talem tantumque evexere? Nihil aliud in te, sed neque de te Comitiis illis [E] Sanctissimis fuit excogitatum. *Sobrium*, inquam, *prudentem*, *ornatum*, *pudicum*, *mansuetum*, *pium*, *domui suæ bene præpositum*, secularium non expertem, hospitalem, non cupidum, imo summæ virtutis elegerunt suffragantium vota. Talem profecto expectabamus, quem nostra prorsus & quidem magna vocabant suspiria, quem longa requirebant lamenta. Mercenariorum [F] hactenus incuria, languidi sordueramus: & nunc pii Pastoris studio relevamur, gratias agentes per omnia Divinæ Clementiæ, & iis qui te sic cæteris prætulerunt. Succedis profecto Marco Evangelistæ sublimi, Hermagoræ, Helaro, & cæteris qui claros pro Christo antea duxerunt triumphos. Illustriori sanguine geniti quamplurimi præcesserunt. Quirinus [G] & ipse Sanctus, Philippi Senioris filius, qui utriusque Panoniæ Rex, ex Romanis Imperatoribus prior, Christi fidem admisit, & eam secutus a Decio illo Carnifice crudelissimo immanissime cruciatur. Martyrum agmina si audire libet, adsunt sexus utriusque, qui pie effuso cruore, sibi nobisque, qui tecum unum corpus sumus, ante Deum assistunt. Fortunatos, Felices, Tatianum, Largum, Sergium, Dionysium, Hermogenem, Gereonem, & quamplurimos nunc consulto pertranseo. Primitiva quondam Virgunculas Deo sacras hic sortita Ecclesia, præcipue etiam nunc colit & celebrat: quarum imagines testudine sua pretio-

„ tem imitarans: & cæteri undecumque illu-
„ stres habentur. Addo pro mea in ipsum singulari [H] reverentia, quod Hæreticorum terror Hieronymus Sanctus cœtum hunc Angelicum laude prosequitur; & ornat Rufinus, qui, sicut inquit Gennadius de Viris Illustribus, non minima pars Doctorum Ecclesiæ de transferendo de græco in latinum elegans ingenium habuit. Novissimus & Paulus noster, Romanæ Ecclesiæ Diaconus, Gothicæ gentis alumnus, Desiderio Regi & Carolo Magno carissimus, qui suave canenti Ecclesiæ hymnos devotos indidit, & Historiam non in postremis laudatam contexuit. Nec prætereo Beltrandum Ausitanum, doctrina & sanctitate conspicuum, Virum per omnia beatum, quem impii quasi hostiam sacram mactarunt ad aras, miraculis radiantem: ob quod execrabile facinus Sicariorum posteritas, exitio magno obnoxia, meritas pœnas luit. Sentis itaque, atque discernis, quod secundo loco dicturi eramus, fastigium quo attolleris. Aquilejensem fortitus Metropolim, sub Romano Imperio intra Italiam primariam, multarum & quidem magnarum Pater Ecclesiarum, sic præemines, sic ante Judex decernis, ut jure sit, quod ob hoc præ aliis in Domino glorieris.

„ LATA tuæ curæ incumbit Provincia. Liburnum si specto vel Histrum, si Pannonem, si Germanum: denique cum alpes aspicio aut citra, occurrit Carnus, & Venetæ oræ id totum, quod ad Padum vergit: & ultra Noricum attingis, Rheticas Juliasque transcendis, & Cottias non amittis: Dravum, Savum, Istrumque legis, & intra ea flumina alia quædam. Sed contra institutum forte historiam texere, & panegyricos aggredi videmur. Non mirum si affectu transgredimur, Matrem collaudantes, atque alumnam. Lac nobis prior illa escam propinavit, quando duriora mandere nondum dabatur: educavit, ac plurimum fovit; elementa prima ingessit tantillo, deinde vitam hanc omnem ipsa instituit. Et de te ejusdem Sponso plurima exuberant, quæ cum laude dicantur. Non tamen apud te a vero

B

„ ipsis alii non pauci: parebant etenim & ipsi Dalmatæ prius. Neque nos pro Urbis hujus tuæ prisca maximaque dignitate vetustiora illa libramus, cum Adriatico proxima in Coloniam latinam deducta ab Romanis, incumbentibus imposita Barbaris, Aquileja vigebat, libera Nobilitas, conspicui Senatores, Reverendi Flamines, insignes Sacerdotes, populo oppleta & viatoribus pervia Civitate, Cæsares sæpe triumphis amplissimis exceperunt. Nos tantum pro nostra professione rerum spiritualium ordinem complexi, tuæ adstipulamur Cathedræ, non purpuræ, non sceptris: & quando aliud non datur, instaurabimus saltem suis nominibus vetera illa, quæ exciderunt; cum etiam Opitergenses [M], Tiborienses, Altinates,

C

„ Cessenses, Celejanenses, Julienses, Evroncienses, Sabionenses, Scaravacienses illi parebant. Num & hoc parum dixerimus, summum Patrem te post Apostolicum, primum vendicare locum? Episcopo eminentiorem eos, qui tam late tibi subduntur, eminus speculari, illis dominari, præesse? Cessent portenta, & non nomina profanæ Gentilitatis, Flaminum [N], Archiflaminum, Protoflaminum: & quos Græcia quondam, & rerum domina Roma protulit, Salii diffugiant, Feciales, Potitii, Pinarii, & hujusmodi turba plurima. Non tu Æedituis, non Janitoribus tantum, sive Acolythis, sed graduum

D

„ quorumcumque Sacerdotibus imperas: & quod majus est repetemus, Præsulibus ipsis. Quo fit, cum nequeam tantorum accessionum cumulos ferre, sed & ea minime referre quæ sentio, ut de te, Pontificiaque hac dignitate tua pauca delibans, plurima silentio pertranseam.

„ UNUM dixero, hanc tibi demandatam Ecclesiam Sanctorum, quorum corpora in ipsa venerabiliter reconduntur, patrociniis innixam, multarum & quidem magnarum tempestatum illisam procellis, adhuc subsistere, Te sibi Patrem sortitam, atque propugnatorem: quam non imber edax, non aquilo impotens, non ulla innumerabilis annorum series queat diluere. Esto aliquando

„ alias, atque alias ultima Civitas tua longe „ enitet. Intra hujus limites & menſuram, ut „ cætera omittamus, ſunt Civitates, ſunt Op„ pida, ſunt Caſtella: Aquilejam pariter effi„ ciunt illa, non murorum ambitus tantum ve„ ternorum. Attrivit Gothus, rapuit Hun„ nus, abſtulit hinc plurima Alanus, Hunga„ rus demum, & Sclavus: nec ætate noſtra [P], „ dolenter dixero, defuit Turcus. Hujus ho„ die Patriam Venetus beneficentia multiplici „ auget, robore munit, mœnibus ornat, le„ gibus imbuit, atque juſte coërcet; cujus ſi „ modo non eſſet beata, minime eſſet. Barba„ rorum impetus prior admitteret, prior diri„ peretur. Et fit propterea, ut qui nos Chri„ ſto ante omnes addixit Marcus: idem ſuo „ prodeunte vexillo, nos in Chriſti hoſtes nunc „ etiam præpotens tueatur, & protegat. Erit „ itaque dies hic omnium filiorum tuorum gra„ tulationibus hac ipſa Urbe tua celebris, com„ muni conſecratus jubilo, quo tibi ex intimis, „ non effuſa multitudine, aut turbis circumſo„ nantium populorum occurrimus; ſed neque „ ad ingreſſus tui aſpectum aulæis ſplendidis, „ non donis cumulatis altaribus, neque roſeis „ aut ſuaveolentibus coronis; quanquam (proh „ dolor) paſſim virentia, non ſerta, ſed quæ „ deſerta ſunt, lacrymis aſpiciamus. Hoc quon„ dam tuæ ingentis felicitatis fuerit, o Aqui„ leja, cum tu Maximianum, Conſtantinum„ que Auguſtos lautius ſuſcipis; quando amo„ ris conjunctione maxima Filiam Imperatori „ in te Imperator collocat; cum Maximinum „ dejicis, diſpolias, mactas; & quando Juliam „ ex Tiberio ſecundam Auguſti filiam pluri„ mum veneraris. Cœtus demum hic noſter „ ante te, totius clementiæ Patrem & Domi„ num ſuum, demiſſus procumbit, tibi dica„ tur: & baculo veræ directionis caput cernua „ cervice ſubmittit. Speramus, quod non acu„ lei extrema incutiens, attrahes; atque nos „ paterna charitate ſis inprimis ſuſtentaturus, „ more ſane Optimi Paſtoris, qui in Evange„ lio ovem perditam ad ovile humeris propriis „ indefeſſus reportat. Nam licet reſidenti ti-

„ Christum Jesum Deum & Dominum noſtrum, „ Amen. Dixi.„

VII. APPINGERE notas liceat, quæ nonnullas Orationis partes illuſtrent, aut adjectis in confirmationem argumentis, aut certe rejectis Gordini ætate vulgatis fabellis. [A] Donatum *pridem* ab Aquilejenſi grege *optatum*, ait ille. Ipſum namque Veneti Patres poſt obitum Marci Barbi, Senatoriis comitiis anno 1491. die 7. Martii congregatis, communi ſuffragio delegerant, ut a Summo Pontifice Innocentio VIII. inſtitueretur Patriarcha.

[B] *Conventum filiorum*, coram quibus orationem ſuam peroravit Gordinus, recenſitum numeratumque habemus in Nota MS. quæ prædictæ Orationi ſubjecta legitur in Codice, ex quo deſcriptam humaniſſime communicavit Florius. Verba ſunt: *Egit, quo ſupra die, Dominus idem Jacobus Marianenſis, Decretorum Doctor, Archidiaconus, & Canonicus hujus Sanctæ Eccleſiæ Aquilejenſis, reſidente in Pontificalibus Domino eodem Reverendiſſimo Nicolao Donato Patriarcha in Sede ſua marmorea poſt Altare: cui Caprulanus Epiſcopus* (Petrus Carlo,) *Decanus, & Canonici Aquilejenſes: necnon Magnifici complures Patricii Veneti Ordinis Senatorii: Decanus, & Oratores tum Capituli Reverendi, tum Magnificæ Communitatis Civitatenſis: Plebani item Venetiarum, Patres in Chriſto amabiles ac venerandi: & ex Sancto Vito pariter, & Sancto Daniele, ac aliunde in copia aſſiſtebant, ſuo ordine ſubſiſtente quocumque in Chori ambitu: Poteſtate, Civibus, & plebe cum Compatriotarum numero ſpectantibus, audientibusque.*

[C] GRAVISSIMIS Patrum *ſuffragiis* dicitur Donatus ad Sedem Aquilejæ Patriarchalem expoſtulatus. Diſertum probatumque teſtem adduximus Capite ſuperiore num. I. Marinum Sanutum in Vitis Ducum Venetiarum. Eamdem formam in Dominico Grimano Succeſſore ſervatam, infra dicemus.

[D] DE Primiceriatu Cretenſi, ac Inſulis Nimocienſibus in Inſula Cypro teſtes habemus Marinum Sanutum, & Andream Naugerium.

Urbem

ciena se lectoremque torqueret. Præter has dignitates, aliam non memorat Gordinus sacram Emoniensis Ecclesiæ in Istria præfecturam, qua Donatum nostrum insignitum refert Ughellus in Tabulis Emoniensibus. Solidiora Sedis hujusce, ad quam ille evectus olim fuerit, monumenta optamus.

[E] COMITIA *sanctissima* vocantur, sive Augustum Suffragatorum ordinem spectes, sive rem de qua agebatur, sive præclara demum animi ornamenta, quibus effulgebat Donatus. Hæc Patres mente ponderantes, præ cæteris ipsum lato suffragio delegerunt. Inter eos, quorum nomina in Comitiis edita sunt, non pauci Viri Patricii fuere, qui Deo famulabantur Ordinibus Regularibus adscripti. Hos innuit Gordinus.

[F] APPELLAT *Mercenarios* idem Gordinus, qui ante Donatum, vicaria auctoritate, vel a Sede Apostolica, vel a Patriarchis absentibus accepta, Aquilejensem rexerunt Ecclesiam. Ne remotiora tempora repetamus, satis est memorare *Antonium Feletum* Episcopum Concordiensem, *Andream* Ferentinatem, *Angelum* Feltrensem, *Petrum* Balneoregiensem, & *Cæsarem* Ameliensem, qui sub Marco Barbo operam in Aquilejensi Diœcesi impenderunt: eosque in quibusdam Actis nuncupatos legimus, *pro Reverendissimo Domino Patriarcha Gubernatores Generales, seu Locumtenentes & Vicarios Generales*. Hermolai Barbari tempore, regimen ejusdem tenuit Jacobus Vallaressus Episcopus Justinopolitanus. Munera demum Pontificalia exercuit Petrus Carli, seu Carolus Caprulensis, antequam ipse Donatus Ecclesiam suam adiret.

[G] QUIRINUM perperam invectum in seriem Episcoporum Aquilejæ, satis Capite IV. ostendimus, aliasque rejecimus confictas fabellas. Errorem non paucis communem Gordino condonamus.

[H] SINGULARIS in D. Hieronymum observantiæ, quam idem Gordinus profitebatur, monumentum est Sacellum ab eodem positum in ejus honorem. Monet sæpe laudatus Florius, in arcu Sacelli lapideo sculptam legi hanc Epigraphen: *Divo Hieronymo, qui in hac S. Ecclesia lavacrum gratiæ suscepit & fi-*

post nostræ parumper, ut alibi ostendimus.

B [K] NIMIO erga Patriam affectu ductus Gordinus, facile credidit *Marianensem* ad æstuaria Adriatica *Episcopatum*, quem pluribus argumentis rejecimus Capite XXX. num. 2.

[L] Labacum, Carniolæ regionis Civitas, Episcopalem Sedem a Pio II. obtinuit, Aquilejensi Patriarchæ suffragaturam. Hanc Paulus II. successor, jure Metropolitico exemptam, Romanæ sedis arbitrio supposuit anno 1468.

[M] ANTIQUOS dum recenset Gordinus Episcopatus, qui Metropoli Aquilejensi parebant, ob oculos Gradensem habebat Synodum, cujus Actis Antistites Ecclesiarum, quas numerat, subscriptos legimus. De Synodi Actis, deque subscribentibus Episcopis plura disseruimus Capite XXVII. & XXVIII. Adnotare liceat, *Cessensem* Episcopum, non *Cenetensem*,

C occurrisse Gordino in Codice, quo utebatur.

[N] Hierarchicum *Flaminum*, *Archiflaminum*, & *Primiflaminum*, seu *Protoflaminum* ordinem sumpsit Gordinus ex Epistola Pseudo-Clementis, Jacobo Domini fratri falso inscripta. Eruditorum nemo prædictum ordinem non exsuflat: quamquam Flamines, majores minoresque, & Flaminis dignitatem, indeque deducta apud Ethnicos privilegia, docent lapides, declarantque vetusti Scriptores. Noti cuique sunt *Salii*, Sacerdotes Martis; Feciales, penes quos belli pacisque faciendæ jus erat; *Potitii*, & *Pinarii*, qui sacris Herculis operabantur.

D [O] VATICINIUM Syri Ticinensis de excidio Aquilejæ exhibent ejusdem Acta.

[P] TURCARUM irruptiones in Provinciam, quas ætate sua contigisse innuit Gordinus, memorat omnes Jo. Franciscus Palladius Parte II. Historiæ Forojuliensis. Narrat Bellonus in Vita Marci Barbi Patriarchæ: *Incursionibus Turcarum, hoc Præsule, vastatam bis Provinciam fuisse* M. CCCC. LXXII. & M. CCCC. LXXVIII. Exitium Provinciæ Forijulii jam antea minitati fuerant Barbari. In Fragmentis Historicis in Appendice vulgatis hæc habentur: M. CCCC. LXVIII. *die undecimo Mensis Julii, Thurci venerunt usque.... & destruxerunt circumquaque totum Territorium: & ita fecerunt circa Metalizza; & ut scr-*

„ cim millia *præter ingentem peditum turbam* „ *Andreas Naugerius ad Annum* M. CCCC. „ LXXVIII.) cum maximo impetu, transitu facto per Sclavoniam ex Bossina, descenderunt in Forumjulii, spatio dierum trium, „ & totidem noctium: pervenerúntque prope Civitatem Utinæ. De quo adventu prævisi Veneti, obviam, & ad oppositum miserunt quammultos armorum ferocissimos, & „ belli expertes Viros: quos omnes, exceptis duobus, scilicet Provisore Veneto (*Zachariam Barbarum vocat Sanutus*) & quodam alio armorum Ductore, ipsi Turchi „ ceperunt, occiderunt, & in regionibus suis „ adduxerunt..... in quo prælio captus fuit „ quidam filius Comitis Jacobi Picinini, & multi „ alii Squadrerii. Qua victoria habita ab ipsis „ Turchis, ipsi Turchi immediate totam illam „ Provinciam discurrerunt, igne & ferro omnia „ vastantes.... Posueruntque prope Utinam „ castra sua: in cujus defensione erat Comes „ Carolus de Montono..... A Venetis petito „ undique per Italiam auxilio, jam paratus „ erat exercitus plusquam decem millium Belligeratorum. Cumque cœpissent viam facere versus ipsos Turcos; hyeme supervenien„ te, ipsi Turchi in Bossinam reversi sunt." Militiæ Venetæ Duces nominat Sanutus *Hieronymum Novellum Veronensem*, *Philippum Novellum*, *Georgium Gallesem*, *& Joannem Cherigatum Vicentinum*: Ductoresque armorum, ut ævo illo dicebantur, *Jo. Jacobum filium Jacobi Picinini*, *Georgium Martinengum*, *& Jacobum Badoarum Patricium Venetum*. Hæc omnia propriis vidit oculis Provinciæ mala Gordinus.

VIII. MAJORES non fuere Donati meritis, quas Gordinus coram palamque laudes celebravit. Sedem posuit ille apud Civitatem Austriæ conventionis, quam iniere Civitatenses cum *Magistro Alberto a Monte de Padua* ad novi Templi erectionem, typis vulgavit Jo. Franciscus Madrisius in Appendice II. Operum Sancti Paulini Aquilejensis, confectas *Anno Nativitatis Domini nostri Jesu-Christi Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo quarto*, *Indictione* XII. *die quinto Mensis Aprilis*.

DONATI obitum, ac obitus annum, mensem, diemque Necrologium notat, quod in Archivo Capituli Civitatensis adservatur: *Reverendissimus D. Nicolaus Donato Patriarcha Aquilejensis obiit die* III. *Septembris* M. CCCC. XCVII. *& sepultus fuit in Choro ante Altare S. Bartholomæi*. In elegantissimo Templo, quod insequente seculo completum est, Patriarchæ sepulchrum visitur in sublime positum supra majorem portam: ac duo sequentia Epigrammata leguntur. Primum est:

Hic decus est Venetum, Donatæ & gloria gentis
Nicoleos Præsul, clara Aquileja, tuus.
Jure sacro, pietate nitens, virtuteque summa,
Moribus, eloquio, religione, fide.
Lustra decemque duo, & quartum vixerat annum:
Quarta messe cadit, proh dolor! imperio.

Annos ætatis numeratos habes, nempe quatuor supra sexaginta. Alterum Epigramma est:

Præsulis hoc tumulo venerabilis quiescunt
Nicolai, prisca simplicitate senis.
Certior ut fias, Donatæ gloria gentis,
Et decus antiquum religionis erat.
Justitiæ cultor fuit, & miserator egenis;
De quorum meritis nunc tenet Astra; vale.

C A-

adsumit Ecclesiæ idem Marinus. Daniel, & Sebastianus de Rubeis, Episcopi Caprulani, operam suam in Aquilejensi Diœcesi impendunt. Joannes Grimanus Aquilejensibus præficitur, cedente pariter cum regressu Marino: qui fato mortalitatis concedit.

I. Cum vita decessisset anno 1497. die 3. Septembris Nicolaus Donatus transmissæ Romam die 4. sequente Venetorum Patrum jussu litteræ fuerunt ad Oratorem, queis probatissimi Patriarchæ obitus Alexandro VI. denunciandus referebatur. Interim Senatoria Comitia die *quinta* ejusdem Mensis celebrata: in eisque Dominicus Grimanus S. R. E. Cardinalis titulo Sancti Marci, ad Insulas Aquilejenses designatus. Totidem italice verba scribit Andreas Naugerius, quæ latine reddidimus.

Lubens annuit Pontifex, ipsumque Dominicum Grimanum elegit, creavitque Patriarcham Aquilejensem. Electionis *annum* Ughellus notat 1497. diemque 13. Mensis Februarii. Cubat error in anno; vitam enim Donatus ad diem usque tertiam Septembris ejusdem anni 1497. protraxerat. Reponendum puto Julianum annum 1498. quem Oldoinus numerat in Vitis S. R. E. Cardinalium, numerabantque Veneti 1497. usque ad Martium Mensem.

Protonotarii Apostolici dignitate potiebatur ille, cum primum Diaconis Cardinalibus anno 1497. die 21. Augusti, tributo Sancti Nicolai titulo, adscriptus est: mox inter Presbyteros titulo Sancti Marci connumeratus. Post susceptam Ecclesiæ Aquilejensis administrationem, præfuit etiam Episcopus Ecclesiis Albanensi, ac Portuensi: regimenque Urbinatis, & Cenetensis Ecclesiarum anno 1514. capessivit. Anno 1520. administrationem Cenetensem abdicavit: quæ Joanni ejusdem Nepoti tradita est. Sed *Urbinatem* quoque *Ecclesiam cesserat Nordio, famulo sibi ab Epistolis, & maxime intimo,* (verba sunt Hieronymi Nigri in Epistolis ad Marcum-Antonium Michaëlem apud Oldoinum) *paulo ante, quam in morbum caderet*. De Nordio ex Perillustri in Civitate Austria prognato Familia, hæc legimus in Necrologio, quod in Archivo Capituli ejusdem Civitatis adservatur, ad Diem XIV. Januarii M. D. XL. *Obiit in Christo Reverendissimus in Christo Pater D. Jacobus Nordius, Episcopus Urbini, ac Abbas Zarræ, & Decanus Aquilegiensis, & Civitatis Austriæ. Legavit Reverendo Capitulo pro suo Anniversario Ducatos 100. Cujus anima in pace requiescat.*

II. Infulas Aquilejenses jam abdicaverat Dominicus in gratiam Marini nepotis cum regressu ad easdem. Hac cessionis forma id efficiebatur, ut qui per alterius cessionem subrogabatur, Ecclesiæ possessionem adiret, eamque administraret; eoque præmortuo, regimen reassumeret, qui cesserat. Ad annum 1517. tum Dominici abdicatio, tum Marini successio pertinet. Mensem diemque pergimus indagare.

Ecclesiam Marinus Cenetensem anno 1508. regendam susceperat, ut in Novissima Italiæ Sacræ Veneta editione luculentissimis documentis evincitur. Eo titulo insignitus Actis subscripsit Concilii Lateranensis V. quod anno 1511. sub Julio II. inchoatum est, completumque anno 1518. sub Leone decimo. Sessione tertia, anno 1512. *die Veneris tertia Mensis Decembris* celebrata, nomen ejus inter Episcopos recensetur: *Reverendus Pater Dominus Marinus Cenetensis*. Eadem legitur subscriptio in sessione quarta, quinta, sexta, septima, nona, & decima, quæ *anno* 1515. *die Veneris quarta Mensis Maii* habita est. Sessione vero duodecima, quam *anno* æræ Christianæ 1517. *Leonis X. anno 4. die 16. Martii* habuerunt Patres, inter Patriarchas numeratur ipse Marinus: *Reverendus Pater Dominus Marinus Aquilejensis*. Hanc Patriarchatus epocham confirmat Scheda Ms. quæ decretam Ma-

cham Aquilejensem ex alia, super antesedentia: hoc est, quis eorum in priori loco sedere deberet. In eam ire provisoriam sententiam Patribus placuit: ut *in hac Congregatione Prælati sederent non ordine consueto; sed unusquisque prout ingrediebatur Capellam, ad libitum voluntatis*. Hac igitur die prior electio Marini in Patriarcham certo innotescit.

EREPTAM sibi anno 1509. occasione belli, quod ex fœdere Cameracensi agebatur, Aquilejam doluerat Dominicus: deque recepta, antequam vitam amitteret, Civitate gavisus est, Vormaciensi Capitulo indicente *anno* 1521. *die* 3. *Mensis Maii*, ut *salva semper jura* forent *Reverendissimi Patriarchæ in quocumque loco*. Vitam ille cum morte commutavit Romæ *septima noctis hora*, *die vigesima septima Augusti anni* 1523. ut scripto reliquit in citatis Epistolis ad Marcum-Antonium Michaëlem Hieronymus Niger. Tumulo datus est in Æde Sanctorum Joannis & Pauli, alias titulo Pammachii insignita: Ossaque ejus Venetias translata, in Ecclesia S. Francisci de Vinea quiescunt. Eximii Viri merita, quæ litteris moribusque, præclaris ingenii monumentis post se relictis, amplissimaque instructa Voluminum bibliotheca sibi comparavit ipse, laudum præconio celebrant Veneti Scriptores, itemque Ughellus, Victorellus, Oldoinus, aliique plures quos ipsi laudant.

III. SOLEMNIS ingressus Marini pompa Utini *anno* 1524. *ultima die Octobris* celebrata est. Tabulas eodem die, Mense, & anno confectas vulgavit Madrisius in Appendice II. Operum S. Paulini Aquilejensis, quæ insigne dilectionis, qua Marinus Cives Utini prosequebatur, testimonium perhibent. Phaleris ornata insidens Mula, Civitatem ingreditur, a Patriciis Viris honorificentissime exceptus. Stipatus ille frequentissima populorum caterva, cunctis Civium ordinibus, Magistratibus spectatissimis, Clero & Episcopis *Joanne Argentino Concordiensi*, *Joanne Grimano Ceneten-*

C

„ consegnandola, acciocchè dispongano di ella quanto li piaccia.„

QUOD *Metropolitani*, & quidem *veri* appellentur hoc loco Utinenses, *novaque* dicatur *Aquileja* Civitas Utinum, causa fortasse fuerit conventio pridem inita, qua Cives Aquilejæ, & Utini propria Civitate mutuo donati sunt. Tabulas refero. "In Consilio Convocationis Utini sub M. CCCC. XCV. Indictione tertiadecima die octava Julii. In dicta Convocatione comparuerunt Honorabiles Viri, s. Joannes-Petrus de Spoleto, s. Saturnus de Vincentia, s. Sylvester Vicentinus, & s. Petrus Scaramucia, tanquam Oratores Magnificæ Communitatis Aquilejæ, habentes ad hoc ut dixerunt speciale mandatum, cum Spectabili & præclaro Legum Doctore D. Detalmo de Cergneo, qui pro eis exposuit: Quod sicut notum est, Civitas ipsa Aquilejæ parvum Civium numerum habet, propptereaquod sæpenumero ipsa Communitas indebite opprimitur, & molestatur. Et cum sit, quod Civitas ipsa tanquam prima hujus Patriæ sit, & reputetur Mater aliarum Civitatum & locorum Patriæ; speretque apud Magnificam Communitatem nostram Utini favorem, auxilium, & gratiam invenire, quia ad ipsam tanquam ad filiam ipsa Communitas Aquilejæ cum Civibus suis se reducit, in protectione ipsius Magnificæ Communitatis nostræ Utini se fiducialiter reponit: & propterea supplicavit ipsi spectabili Convocationi, quod dignetur admittere ipsam Communitatem Aquilejæ, & Cives & habitantes ejus in Cives suos, & sub sua protectione suscipere. Nam & ipsa Communitas Aquilejæ Cives & habitatores Terræ Utini, tanquam suos Cives habebit, tractabit, & reputabit in omnibus, quæ concernunt honorem & utilitatem ipsius Magnificæ Communitatis Utini, & Civium, & habitatorum ejus. Qua supplicatione audita, determinatum & deliberatum fuit per

D

ipsam

Austriam eodem anno 1524. die 18. Decembris Marinus Patriarcha accessit. Splendidum privilegium, illudque perenne, Civitatensibus concessum Tabulæ sequentes exhibent, eodem anno dieque Mensis confectæ, quas licet typis editas a Basilio Zancarolo, hoc loco producere non erit operæ dispendium. "Marinus Grimanus, Miseratione divina Sanctæ Sedis Aquilejensis Patriarcha, Magnificis Dominis Provisoribus, Consilio, & Communitati Civitatis Austriæ, salutem in Domino & paternæ charitatis affectum. Multis undecumque rationibus, & rerum argumentis excitantur animi mortalium ad virtutem amplectendam: sed inprimis tamen videntur in causa esse præclare gesta & monumenta Majorum ex virtutibus comparata, quæ quasi a naturæ instituto vel ad actiones cum laude peragendas alliciunt, vel merito debent impellere. Nam sicut cæteros Egregios Viros prædecessores imitari laudi datur, ita & abjectæ fortunæ ab ipsis degenerare, & esse dissimiles. Verum quanta semper fuerit Civitatis Austriæ nobilitas, atque rerum gestarum magnitudo, non solum testatur præteriti temporis memoria, sed etiam præsentis; quippequæ vestra ipsa Civitas post Aquilejam aliarum omnium Patriæ urbium antiquissima, belloque & pace potentissima, frequenti Nobilium multitudine eximia, nec minus magnarum rerum studio quam ditionis, quæ cum sæpissime in totius Patriæ defensionem non sine maxima laude sese exposuerit, Patriarchalem tamen Sedem Aquilejensem in utraque fortuna communem semper habuit: Majoresque vestri fortissimi atque optimi nihil unquam durum aut difficile judicarunt, quod vel ad gloriæ Civitatis Aquilejæ incrementum, vel ad ipsius Sanctæ Sedis commodum pertinere putassent. Idque vel ex eo uno conjectari licet, (quanquam id longe majus est,) quod in perpetuæ observantiæ memoriam Civitas vestra tunc libera, sese Aquilejæ Metropoli in filiam & subditam præbuit, Sedem a se propriam Episcopalem transferens: quorum parentum vestrorum pulcherrima facta vobis ob oculos

B in quo vobis potissimum superest gloriandum, ut licet proximorum temporum iniquitas propter ingruentes bellorum calamitates in causa fuit, quod minus licuerit Sanctæ Matri Ecclesiæ, & Sedi nostræ Patriarchali tantum præstare, quantum volebatis; attamen eodem studio ac reverentia, quam erga divinum cultum & fidem Evangelicam semper observavit Respublica vestra, continuo estis prosequuti tum dictam Sanctam Sedem, tum Patriarchas antehac immediate prædecessores nostros, tum demum personam nostram: sicuti nec adhuc desistitis, pro honore & commodo nostro favorem vestrum, & filialem observantiam, quantum in vobis est, impartire. Quæ omnia, re quidem magnifica, ac longe vobis tantis authoribus magnificentissima, nos erga Rempublicam vestram

C ceu signo erecto evocant, exstimulant, & commovent ad mutuam gratiam, munificentiamque, & liberalitatem: & propterea eidem nos vestris meritis invitati, ad hanc vestram Civitatem libenter accessimus hodie; paternæ siquidem & spiritualis visitationis claritatem, & benevolentiam in vos nostram cum Deo præstare. Verumenimvero cum ingressu nostro maxima (ut tunc vidimus) omnium vestrum expectatione applausuque accepto, summopere cuperemus saltem aliqua in parte satisfacere beneficiis vestris, & simul animo in nos vestro promptissimo, (quæ tamen nonnisi æterna persolvi

D præstatione possunt;) dum in eadem vestra Civitate liminibus Collegiatæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ præsentes insisteremus, Capam nostram Pontificalem purpuream, ex humeris tunc nostris exutam, in signum & fidem perpetui communisque & universalis privilegii vestræ hujus Civitatis, sponte libereque vobis dedimus, & tradendo concessimus: ibidem etiam tunc Magnificis Dominis Viris Joane Manzano J. C. & Joanne Brandis, tanquam Civitatis Provisoribus, & vestrum omnium vice & nomine recipientibus, gratiasque pro hoc nostro munere agentibus maximas. Nobisque visum est operæ pretium, non habere rationem muneris

„ ſtria prope Portam majorem Collegiatæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ dictæ, noſtræ Aquilejenſis Diœceſis: præſentibus in Chriſto Patribus, D. Daniele de Rubeis Epiſcopo Caprulano Suffraganeo noſtro, & Jacobo Nordio Epiſcopo Urbinatenſi, & Jo. Angelo de Sancto Severino Protonotario Apoſtolico Vicario noſtro Generali, & Hieronymo Nordio Decano dictæ Collegiatæ Eccleſiæ: necnon Nobilibus Viris Dominis, Joanne de Manzano J. C. Joanne Brandis veſtræ Civitatis Proviſoribus, Albertino Formentino de Cuſano J. C. atque Federico Bojano, omnibus ejusdem Civitatis Auſtriæ Patriciis, ac pluribus aliis Primoribus dicti loci teſtibus adhibitis. Anno Nativitatis Domini M. D. XXIV. Indictione XII. die vero XVIII. Menſis Decembris: Pontificatus S. D. N. Clementis divina Providentia Papæ VII. anno I. Patriarchatus vero noſtri ſuſcepti regiminis anno ſecundo. „ Secundus Regiminis a Marino ſuſcepti annus, cum æræ vulgaris anno 1524. reſpondeat, initum indicat ab eodem Patriarcha regimen, aditamque ſine dubio per deſignatum Procuratorem concreditæ Eccleſiæ poſſeſſionem anno 1523. poſt obitum Dominici Grimani, quem eodem anno die 27. Auguſti contigiſſe adnotavimus.

Morem a Marino inductum, quo Patriarchæ primo ad Civitatenſes ingreſſu, ante fores Eccleſiæ *Capam Magnam* exuentes, eam illis tradunt, integra fide ſervarunt Succeſſores, hodieque ſervant. Cum privilegium ea ratione conceſſum ſignificat ille, quod Civitatenſis *Reſpublica pro Patriarchatus ornamento ſeſe olim ſpoliavit proprio Epiſcopatu*, nimium indulgere videtur vulgari voluiſſe opinioni, quæ popularium mentes invaſerat. Adluditur enim ad Amatorem Epiſcopum ex ea Civitate pulſum, Sedemque Patriarchalem ibidem poſitam a Caliſto. Rem totam narrat Paulus Diaconus, quam hoc loco perſtringere liceat. Refert ille, Fidentium, Caſtri Julii in Carnis Epiſcopum, *cum voluntate ſuperiorum Ducum ... ipſe contra Amatorem Epiſcopum*, teſte Paulo Diacono, *egit* Caliſtus: *eumque de Forojulii expulit, atque in illius domo ſibi habitationem ſtatuit*.

Annon vero, quod Civitatenſibus nobile privilegium largitus eſt Marinus Grimanus, mos antea fuerit conſuetus in Aquilejenſi Eccleſia, cum primo eam adirent Patriarchæ? Id enim, aut ſimile quidpiam factitatum legimus in ſolemni Patriarchæ Nicolai I. ingreſſu. Verba ſunt Documenti, quod integrum ſuo loco produximus: "Cum perventum fuit „ ad Eccleſiam, Dominus Patriarcha deſcendit de equo ſuper lapidem conſignatum. Intrato in Eccleſiam, & genuflexo in medio Eccleſiæ, Dominus Decanus fecit benedictionem. Facta benedictione, Monachi expoliaverunt eum Capa, qua indutus erat. Tunc Domini, Decanus una cum Canonicis duxerunt eum ad Sedem, & ibidem eumdem Reverendum in Chriſto Patrem, & D. D. Nicolaum Sanctæ Sedis Aquilegienſis Patriarcham inſtallarunt in Sede. „ Vetuſtum morem a Marino inſtauratum renovatumque pro certo habemus, delectamque privilegii gratia Civitatem Auſtriam, ubi perageretur.

V. Ornatissimum Antiſtitem Sacra purpura Clemens VII. inſignivit. Ad hanc ipſum evexit dignitatem, Ciaconio ſeu Oldoino teſte, anno 1527. renunciatum die 5. Maii Presbyterum Cardinalem S. Vitalis titulo Veſtinæ, denunciatumque publice initio Februarii anni 1528. inſequentis, ac demum die 21. Januarii anni 1529. in Cardinalium Congregatione receptum. Relicto S. Vitalis titulo, Presbyter Cardinalis S. Marcelli, deinde S. Mariæ trans Tyberim appellatus eſt. Portuenſem, Cenetenſem, Tiphernatem Eccleſias rexit: quo etiam regimine ſe abdicavit. Sub eodem Clemente legationem in Umbria & Peruſiæ obivit, proque pace apud Regem Francorum: eodemque munere ſub Paulo III. functus eſt Parmæ, Placentiæ, & in Gallia Ciſpada-

Paulus III. *legatum ad classem* contra Solimanum Turcarum Imperatorem anno 1538. *cum* B *Imperio misit:* ejusque præclara eo in munere gesta narrat Andreas Maurocenus Libro V. Historiæ Venetæ. Vita excessit ille *anno* 1544. ut notat Venetorum Patriciorum Necrologium MS. ab anno 1530. usque ad annum 1616. quod servat, conspiciendumque pro summa benignitate præbuit Apostolus Zenus. Mensis emortualis desideratur. Hujusce Patriarchæ nomen singulis annis Civitatenses Canonici coram populo recitant, ut sæpe monuimus, hoc modo: *Marcus Grimanus Electus Patriarcha.*

VI. MARINO, & Marco Patriarchis, cum Diœcesi legationibus aliisque curis præpediti abessent, egregie inservierunt, vicaria auctoritate Ecclesiam Patriarchalem administrantes, C Daniel de Rubeis, ac Sebastianus Vio de Rubeis nepos ejus, ambo Caprulani Antistites. Auxiliare Danielis munus Notula exhibet, quæ legitur in calce Necrologii in Tabulario Capituli Civitatensis adservati: *Dominica prima post Ascensionem Domini est dedicatio hujus Ecclesiæ Civitatensis: quæ fuit consecrata solemniter a Reverendissimo D. Daniele de Rubeis Episcopo Caprulano, ac Suffraganeo in Patriarchatu Aquilejensi, & Canonico Civitatensi, die Dominica nona Mensis Maii* M. D. XXIX.

UXOREM, Danieli de Rubeis junctam sanguine, nempe sororem, duxit Joannes Vio Burani natus in æstuariis Venetis; unde prognatæ D proli cognomen *de Rubeis* additum est. Filii fuere Sebastianus, Jo. Franciscus, Batholomæus, & Sergius, quos Danielis Episcopi *nepotes* produnt marmorea, scriptaque Monumenta. Sedem locavit in Civitate Austria cum eodem Daniele, fratribusque, excepto Sergio, Bartholomæus, qui stirpem propagavit. Auxiliarem Episcopum in Diœcesi Aquilejensi agebat Daniel: eodemque fungi munere anno 1533. cœpit in Concordiensi Diœcesi, eodem Marino demandante, qui prædictæ Ecclesiæ administrationem susceperat. Litteras profero. " Marinus Grimanus Miseratione divina Tit. S. „ Marcelli S. R. E. Presbyter Cardinalis, Sanctæ Sedis Aquilejensis Patriarcha, Ecclesiæ

„ cordiensi nostrum & Ecclesiæ nostræ Concordiensis Suffraganeum cum omnimoda potestate ac facultate, Sancto Chrysmate quos „ vel quas in Civitate ac Diœcesi Concordiensi „ inungi signarique contigerit eos vel eas inungendi signandique, Ecclesiasque ac Cimiteria atque altaria tam fixa quam portatilia „ consecrandi, sive ut opus fuerit reconciliandi, cæteraque omnia & singula quæ ad Spirituale Suffraganeatus officium pertinet, prout „ in præfato Patriarchatu nostro Aquilejensi „ hactenus exercuit & adhuc exercet, exercendi atque obeundi, auctoritate nostra ordinaria tenore præsentium constituimus ac „ deputamus. In quorum fidem præsentes fieri, & per infrascriptum Cancellarium nostrum subscribi, sigillique nostri rotundi majoris impressione communiri jussimus. Dat. „ in Civitate nostra Cenetæ in Episcopali Castro S. Martini die V. Augusti M. D. XXXIII. „ A. Sacellus Cancellarius de mandato. „

DANIELI insulas Caprulanas abdicanti anno 1538. successit Sebastianus, qui *Nepos* ejus vocatur in Epigraphe tumulo supposita in Cathedrali Insulæ Caprulensis Ecclesia. Post ejusdem Danielis obitum Marinus Patriarcha Sebastianum instituit auxiliarem in Aquilejensi & Concordiensi Diœcesi Antistitem. Tabulæ præsto sunt, quæ vicariæ conlatæ auctoritatis munera declarant. " Marinus Grimanus Episcopus Thusculanus S. R. E. Cardinalis & „ Patriarcha Aquilejensis, Rev. in Christo „ P. D. Sebastiano de Rubeis Episcopo Caprulano, Artium & Decretorum Doctori, in „ Aquilejensi & Concordiensi Ecclesiis Suffraganeo, & Vicario nostro Aquilejensi in spiritualibus & temporalibus Generali, salutem in Domino sempiternam. Inter cæteras curas, quæ nostrum animum solicitum „ habent, ea nos magis urget, quæ ex officio „ pastoris, quod sustinemus, nobis incumbit; „ ut cum plurimis aliis negotiis detenti & impediti, non possimus gregi nobis superna „ dispositione commisso, ut par esset & animus fert, invigilare, de aliquo probo Viro „ provideamus qui ipsius gregis solertem curam gerat, illique præesse simul ac prodesse

„ & consuetis: ita tamen quod in temporalibus sis & esse debeas Judex noster delegatus, & pro tali te geras perinde acsi ad singulas causas in quacumque instantia ad te devolutas a nobis specialiter deputatus existeres: necnon cum facultate & authoritate plenissima, omnes & singulas causas, spirituales, & temporales, civiles, criminales, & mixtas, ac negotia quæcumque, quæ ratione personarum aut rerum, de jure aut antiqua consuetudine, ad forum nostrum Aquilejense quomodolibet spectare & pertinere noscuntur, audiendi, cognoscendi, fineque debito terminandi, & decidendi. *Consuetæ formulæ sequuntur*. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium, præsentes manu nostra subscriptas fieri, & per Secretarium nostrum infrascriptum subscribi, nostrique sigilli quo in consimilibus utimur appensione communiri jussimus, & fecimus. Dat. in Castro nostro S. Viti Concordiensis Diœcesis anno a Nativitate Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo primo, die vero vigesima septima Mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi D. nostri D. Pauli divina providentia Papæ tertii anno septimo. M. Cardinalis Grimanus Patriarcha. Blasius Marcellinus &c. „ Tusculanensem hoc eodem anno 1541. die 13. Martii traditam Ecclesiam Marino Ughellus adnotat. Diu Sebastianus conlato munere potitus non est: *obiit* namque *die Februarii* littera F. consignata, seu tertia ejusdem Mensis, *anno* 1542. ut legitur in Necrologio, quod servant Civitatenses Canonici, quorum in album & ipse adscriptus fuerat.

Jo. Franciscus, frater Sebastiani, uxore ducta, filias progenuit, quarum altera Georgio Christophori filio ex perillustri Nauserorum Cormonensium familia nupsit. Bartholomæa vocabatur. Uxore solutus, militiæ Clericali adscriptus est Jo. Franciscus, dictusque Episcopus *Aurensis* in partibus. Tum in Veneto, cum in Aquilejensi Patriarchatu auxiliarem Episcopum egit. Litteris *Venetiis* datis *Decretorum Doctor, Episcopus Aurensis, ac in Patriarchatu & Diœcesi Aquilejensi ab Illustriss. & Reverendiss. D. D. Joanne Grimano miseratione divina Patriarcha . . . Aquilejensi dignissimo Suffraganeus specialiter deputatus.* Verumetiam auxiliarem operam pridem impenderat Petro Quirino Concordiensi Episcopo, ut sequens patefacit Monumentum. *Nos Joannes Franciscus de Rubeis Dec. Doc. Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Aurensis, ac pro Rev. D. D. Petro Quirino in Episcopatu Concordiensi Suffraganeus Generalis consecravimus hoc Altare in honorem S. Crucis* (in Sacello SS. Petri & Pauli in Oppido Valvasoni) *die decimoseptimo Mensis Aprilis* 1550.

C

VII. Jamvero diverticulo finis. Marco Patriarcha præmortuo, ob regressum quo Marinus potiebatur, iterum Aquilejensem Ecclesiam administrandam suscepit. In solatium defuncti fratris, facile obtinuit a Paulo III. Romano Pontifice, ut fratrem alterum Joannem, se ipso abdicante cum eodem regressu, Aquilejensem Patriarcham renunciaret. Favit, annuitque Pontifex. Peractam notat Ughellus electionem anno 1545. die 23. Mensis Junii. Diem reponit *vicesimamtertiam Januarii* marginalis nota in Editione, quæ Venetiis curata est. Eamdem diem habet *decimam Kal. Februarii anni* 1544. more Veneto, 1545. juxta formam Julianam, Scheda MS. quam inspicere licuit: qua tamen temporalis possessio *anno* 1547. *die* 17. *Decembris* Joanni Grimano decreta legitur.

D

Receptam a Dominico Præcessore Civitatem Aquilejam tenebat Marinus: eademque *anno* 1535. *die* 17. *Junii* adjudicata illi fuerat, firmiore sententia in Tridentino Conventu lata, qua indicebatur: *Reverendiss. S.R.E. Cardinalem & Patriarcham Aquilejensem redintegrandum esse ad Civitatem Aquilejæ cum omni ejus districtu, territorio, pertinentiis, redditibus, proventibus, & quibuscumque aliis juribus, & omnimoda jurisdictione, mero & mixto imperio, omnique temporali dominio*. Hæc narrant omnia in Historiis vulgatis Scriptores, exhi-

subrogatur. Calumnia depellitur Joanni impacta ob doctrinam Prædestinationis. Mortem obit Daniel Barbarus. Coadjutor Joannis declaratur Aloysius Justinianus.

I. MORTALITATIS fato concesserat Marinus Grimanus *anno* 1546. *die* 28. *Septembris*: eodemque anno *die* 31 *Octobris*, Metropolitanæ Ecclesiæ Aquilejensis possessionem per delectum indeptus est Procuratorem Joannes, Marini frater, hujus nominis VI. Tabulæ confectæ sunt *in Civitate Aquileja*.

PLURIMIS distento impeditoque curis Joanni, *anno* M. D. L. *die* XVII. *Decembris cedenti cum regressu, subrogatur Daniel Barbarus*. Rem testatur Lucentius apud Ughellum, cui *Acta Consistorialia* licuit inspicere. Eumdem notat electionis annum, electique Patriarchæ præclarissimas dotes celebrat, obitaque narrat munera Andreas Maurocenus Libro VI. Historiæ Venetæ: Verba sunt: *Eodem anno* (1550.) *Joannes Patriarcha Aquilejensis socium sibi in eo munere, curante Senatu, Danielem Barbarum, Virum rerum usu ac disciplinarum peritia eximium, tunc Reipublicæ nomine ad Eduardum (VI.) Britanniæ Regem legatum, adscivit*.

II. REGIMINIS initia, quod Joannes Patriarcha adsumpserat, gravissima in ipsum mota turbavit procella: neque tam cito componi fluctus potuere. Vitiatæ corruptæque doctrinæ, qua ille pollutus esset, suspicio invaluit. Purgavit sese impacto crimine, ipsumque declararunt insontem Tridentini Patres. At semel irrogata adeo valuit calumnia in difficillima ob hæreses grassantes tempestate, ut licet a Pio IV. *adlectus*, Mauroceno teste Libro VIII. Historiæ Venetæ, pronunciatus non fuerit S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis; ipsique Pallium, Pallavicino in Historia Concilii Tridentini rem narrante, Paulus III. Julius III. Pius IV. largiti non fuerint, *solemniterque negaverit* Sixtus V. in Congregatione anno 1585. die 24. Octobris habita.

PRÆCIPUA causæ momenta delibo, quæ latissime percensent Pallavicinus loco citato, Jacobus-Hyacinthus Serry in Præfatione ad Historiam de Auxiliis, aliique Rerum Venetarum Scriptores. Authenticis utor ego Monumentis. Epistolam Joannis vulgavit Serrius in Appendice, datam ad Vicarium suum Utinensem *Venetiis die decima septima Aprilis* M. D. XLIX. Discimus vero, certiorem ab eodem Vicario Patriarcham factum: *Concionatorem Ecclesiæ Collegiatæ Utinensis proposuisse tanquam certam conclusionem; Prædestinatum a Deo, damnatum nullo modo esse posse, etiamsi contingat ipsum peccare, quia quantumcumque cadat in peccatum, Deus illum ab illo extrahit, ita ut in fine debeat salvus fieri, & similiter Præscitum a Deo damnari necesse esse*. In eadem Appendice prostat Libellus supplex, quem Oratores Forojulienses (non *Foroliviensès*, ut apud Serryum loco citato, & Jacobum Echardum in Bibliotheca Scriptorum Ordinis Prædicatorum) *tredecim* post *annos* Venetis Patribus obtulere, ubi Concionator ille vocatur *Magister Leonardus Utinensis Ordinis S. Dominici, qui ab omnibus existimabatur, & habebatur doctissimus & catholicissimus Prædicator, atque in suo Ordine in variis bonorum & dignitatum gradibus vitam transegerat*. Is est Leonardus Junior, patria & professione Utinensis, a Seniore distinguendus, qui eodem nomine vocabatur, Utinum etiam patriam habuit, Cœnobii Utinensis fuit alumnus, florebatque seculo æræ christianæ quintodecimo, eximius Theologus, ac Divini verbi Concionator egregius.

RE mature discussa, prolixam Vicario Utinensi rescripsit epistolam Joannes, qua Dominicani Concionatoris in suspicionem hæreseos vocati suscipiens partes, abstrusiora Divinæ Prædestinationis arcana fusius declarat. Illico sedatæ turbæ, compositi motus, ac in pace posita omnia. Nec enim aliam Leonardus tradidisse populo doctrinam e suggestu videbatur, nisi quam hauserat ab Angelico propositam Præcepto-

tam a Leonardo doctrinam declarant. Inquit enim: *Quod licet sit possibile, eum qui est prædestinatus, mori in peccato mortali, secundum se consideratum; tamen hoc est impossibile, posito prout scilicet ponitur, eum esse prædestinatum*. Partem alteram, quæ Reprobationem spectat, idem Angelicus Doctor Articulo superiore III. ad 3. his ad amussim Theologicam exactis docet verbis: *Reprobatio Dei*, inquiens, *non subtrahit aliquid de potentia reprobati. Unde cum dicitur, quod reprobatus non potest gratiam adipisci, non est hoc intelligendum secundum impossibilitatem absolutam, sed secundum impossibilitatem conditionatam. Sicut supra dictum est, quod prædestinatum necesse est salvari, necessitate conditionata, quæ non tollit libertatem arbitrii. Unde licet aliquis non possit gratiam adipisci, qui reprobatur a Deo: tamen quod in hoc peccatum labatur, vel illud, ex ejus libero arbitrio contingit*. Hæc innuisse satis.

PURPURATORUM Patrum collegium Pius IV. anno 1561. augendum ratus Viris pietate, religione, rerum usu insignibus, qui turbulentissimis temporibus laboranti Ecclesiæ opem ferrent; ex Veneta Nobilitate tres *adlegerat*, Mauroceno teste, Joannem Patriarcham, Bernardum Naugerium, & Marcum Amulium. Non defuere, qui datam olim ab Joanne epistolam Vicario Utinensi ad sacrum Romanæ Inquisitionis Tribunal detulerunt. Hinc ab eo pronunciando S. R. E. Cardinali abstinuit Pontifex.

ROMÆ tunc versabatur ille. Theses obtinuit eadem ex Epistola decerptas, quæ veluti hæreseos Lutheranæ & Calvinianæ labe vitiatæ corruptæque traducebantur. Theses refero. I. *Prædestinatio a solo Deo est*. II. *Prædestinatio dumtaxat pendet a liberis Dei promissionibus*. III. *Prædestinatus damnari non potest, nec reprobus salvari*. IV. *Reprobos nunquam Deus intuetur oculis misericordiæ suæ*. V. *Diabolus prævalere non potest contra determinatum numerum Electorum*. VI. *In salutis negotio totum Deo tribuendum est*. VII. *In re-*pa V. Maturiore limari causam examine oportere, decretum est. Hinc tædio solutus, Roma secessit Joannes. Postulabant Veneti Patres, deferri causam ad Synodum Tridentinam: repugnante Quæsitorum fidei consilio, graves expediri difficultates debuere. Reipublicæ demum, & Patriarchæ votis factum satis. Dies *ultima* Mensis *Julii anni* 1563. indicta ad examen, judiciumque peremptorium: delectique probatissimi Viri, qui sententiam ferrent, *Cardinales* Lotharingus, Madrutius; *Oratores* Pragensis, Quinqueecclesiensis, Præmiliensis, Augustanus; *Archiepiscopi* Ebroicensis, Sagiensis, Conimbricensis, Segoviensis, Mutinensis, Leriensis, Attrebatensis, Campaniensis, Theanensis, Iprensis, Namurcensis, Legionensis, Dertusensis; *Abbates* Clarevallensis, Augustinus Hispanus, Euthicius e Flandria; *Generalis* denique Augustinianus.

CONCORDI unanimique consilio & suffragio, eodem anno 1563. die 13. Augusti in hanc sententiam itum est, (*unanimamente convennero*) Pallavicino teste: *In Epistola multos ante annos a Joanne Patriarcha Aquilejensi data ad Vicarium Utinensem super Thesibus, quas in negotio Prædestinationis quidam Concionator Utini coram palamque protulerat, ne verbum quidem censura dignum reperiri: doctrinam eamdem luculentissime confirmari Augustini, Prosperi, Bernardi, Thomæ, aliorumque dictis: idemque pariter visum Theologis, cum quibus ea de re collatum fuerat*. Tum Patrum judicium in publicas Tabulas die 18. Septembris referri jussum in hæc verba: "Domini nostri Jesu-Christi nomine invocato, solum Deum præ oculis habentes, „ & de aliorum in Theologia peritorum consilio & assensu, judicamus, attestamur, & „ pronunciamus: prædictas litteras prædicti „ Reverendissimi D. Joannis Grimani, Patriarchæ Aquilejensis, cum Apologia junctas, non esse hæreticas, seu de hæresi suspectas, neque sic declaratas esse scandalosas: non tamen divulgandas propter nonnulla difficilia, minus exacte in eis tractata,

itus solatio. Sacris litteris ac profanis egregie instructus oraculum sui temporis habebatur. Tridentino interfuit Concilio: hisque verbis in Episcoporum Catalogo recensetur, *Daniel Barbarus Venetus electus Aquilegensis*. In medio annorum curriculo, ut ait Ughellus, ad felicem Venetiis anno 1570. translatus est æternitatem.

VIRI præclarissimi injecta mentione, annum ejus emortualem bis notat Justus Fontaninus, Archiepiscopus Ancyranus, in Opere quod inscripsit, *Della Eloquenza Italiana*. In Romana anni 1736. editione hæc pag. 320. habentur verba, latine reddita: *Ante* Joannem Grimanum, a quo socius adscitus fuerat, *mortem obiit Daniel anno Christi 1569. ætatis LV. Hæc innuere pretium est operæ, ut errores emendentur, quibus apud alios prædictæ laborant epochæ, tametsi non ita vetustæ ac implicatæ habeantur, ut illæ Syro-Macedonum*. Iterum pag. 658. illustrandam Danielis Barbari chronographiam adsumit: *Electionem ejus*, inquiens, *in Coadjutorem Joannis die* XVII. *Decembris anno* 1550. *adprobavit Julius III. Fato ille functus est anno Christi* 1574. *ætatis vero* LXI. *quippequi die* XVIII. *Februarii* 1513. *natales habueris: quibus temporariis notis tuto adsignatis refelluntur, qui aliter scripsere*. Longe discrepantes epochæ, quas Auctor proponit, tum ætatis, tum obitus Danielis obscurum incertumque reddunt annum. Priore loco attigisse dicitur ætatis *annum* 55. & anno *æræ vulgaris* 1569. vita migrasse. Loco altero ad *annum Christi* 1574. obitus ejus refertur, cum *annos* 61. natus esset. Utram amplecti chronologiam debeas, dubius hæres & anceps. Utramque respue.

IN Necrologio Ms. Patriciorum Venetorum, quod servat eruditissimus Apostolus Zenus, hæc habentur: 1570. *Marzo. el Reverendissimo D. Daniel q. s. Francesco, q. s. Daniel, eletto Patriarcha*. Eumdem firmiore fide annum definiunt supremæ ipsius Danielis Tabulæ, quæ scriptæ dataeque sunt *sub die nona Mensis Aprilis* 1570. ejusdemque *Aprilis* diem *duodecimam* emortualem patefacit Scheda Ms. quam ser-

B *anno* 1552. 8. *Cal. Octobris* facultatem datis Apostolicis litteris fecerat Julius III. ut ipsi quos vellent, imposterum nominarent, vacante Ecclesia, gratos idoneosque Viros, quorum alterum Romanus Pontifex in Patriarcham institueret. Apostolici hujusce Privilegii ingeri mentio solet in Pontificum Romanorum litteris, quæ in forma Brevis, dum Coadjutores deputari contingit, transmitti consuevere. Aperta inseritur declaratio, nihil esse Julii III. detractum Privilegio, tametsi nulla Senatus Veneti designatio electionem præcesserit, neque ulla in electionis litteris mentio dati privilegii habeatur. Quæ sequuntur verba profero: *Auctoritate Apostolica tenore præsentium de-* C *claramus, ob nominationem hujusmodi personarum a vobis prætermissam, & ob non factam a Nobis de prædicta (scl. rec. Julii Papæ III. Prædecessoris nostri concessione de certa personarum nominatione, dum Ecclesia Aquilejensis pro tempore vacat,) mentionem nullum vobis præjudicium in prædicta concessione generatum hactenus fuisse, nec imposterum generari debere*.

ITAQUE inducta Coadjutorum in Ecclesia Aquilejensi cum spe futuræ successionis electione, satis Joannis Patriarchæ votis factum: designatusque Coadjutor Aloysius Justinianus. Acta profert Consistorialia Lucentius: *Joanni*, inquiens, *in Coadjutoris munere datus est* Aloysius Justinianus, *Clericali insignitus characte-* D *re, die* XIV. (diem Fontaninus loco posterius citato refert XX.) *Julii* M. D. LXXIV. *In cujus favorem litteræ postea expeditæ fuerunt die* X. *Januarii* 1575. *cum facultate in spiritualibus, non tamen in Pontificalibus seu Ordinem sacrum requirentibus, cum his careret ipse; & in temporalibus, cum plena & libera potestate faciendi, dicendi, & exequendi omnia, & singula, quæ ad hujusmodi officium pertinerent, ex placito tamen ipsius Patriarchæ*. Hanc successionis per electionem Coadjutorum formam pluribus declarant ac illustrant Prosper Fagnanus in I. partem III. Decretal. *de concessione Præbendæ & Ecclesiæ non vacantis* Cap. *Nulla*, & Ludovicus Thomasinus de Vetere & Nova Ecclesiæ Disciplina Parte II. Libro II.

niæ partem, Carinthiam afflaverat, Stiriam, Carniolam, ipsumque Comitatum Goritianum. Pastorali non defuit solicitudini Joannes in tanta temporum calamitate: partemque Diœceseos immunem servavit, nihilque prætermisit operæ ac laboris, ut partem invecta fece purgaret.

GRAVES ob causas Pius IV. Romanus Pontifex Calicis usum in Eucharistiæ mysterio, quibusdam adhibitis cautionibus, Ferdinando Imperatore postulante, nonnullis Germaniæ populis concesserat. Egit ille pro ea, quæ *perpetuo fuit in Ecclesia, potestate: ut in Sacramentorum dispensatione, salva eorum substantia*, (verba sunt Synodi Tridentinæ Sessione XXI. Capite II.) *ea statueret, vel mutaret, quæ suscipientium utilitati, seu ipsorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire judicaret*. Calicis usum receperant Carinthiæ, Stiriæ, Carniolæ, aliorumque Diœceseos Aquilejensis locorum populi, qui Archiducum Austriæ parent imperio. Neque tamen id invectum fausto exitu: errori pertinacius adhærebant Heterodoxi, maximeque offendebantur Catholici. Patriarchæ mandavit Pius V. ut usum Calicis inhiberet laicis: deque lata inhibitione monitum voluit Carolum Archiducem.

LITTERAS Pontificis in lucem emittimus, quæ ad annum 1566. pertinent. "Dilecto Filio Nobili Viro Carolo Archiduci Austriæ Pius Papa quintus. Dilecte Fili Nobilis Vir salutem. Romani Pontifices quædam interdum bona mente concedunt, certis conditionibus adjectis; quæ rerum eventus postea inutiliter concessa fuisse ostendit, & meliore consilio ab eorum Successoribus revocari oportere docet: cum præsertim ob conditiones minime servatas, ex illis concessionibus aliquod scandalum redunda-

gnovimus de Communione sub utraque specie, quæ a fel. rec. Pio Papa Quarto Prædecessore nostro, infirmitati nonnullorum subvenire volente, & sperante ea ratione nonnullos ad Ecclesiæ gremium reductum iri, qui a catholica fide recesserant, in Civitatibus, Oppidis, & locis Carinthiæ, Stiriæ, Carniolæ, & aliis Ditionis tuæ locis extra Italiam concessa fuerat. Quam quidem ita demum ministrari permiserat ex devotionis eam fervore petentibus, si quasdam conditiones in litteris ejus diligenter expressas sincere & fideliter observassent. Ex qua concessione cum nobis compertum sit, non modo nullum fuisse commodum consecutum, sed Catholicos omnes non mediocriter offensos fuisse; huic scandalo obviam ire pro Pastorali officio cupientes, & Ecclesiæ decori consilio salubriore prospicere: satis scientes ipsum quoque Prædecessorem id optasse, ut antiquum potius Ecclesiæ institutum ab omnibus servaretur, Venerabili Fratri Patriarchæ Aquilejensi districte mandavimus, ut in eis quas diximus Provinciis & locis, quatenus ad ejus regimen in spiritualibus pertinent, ubi vel is usus communionis sub utraque specie nondum introductus est, vel ita introductus fuit ut observatæ non fuerint conditiones a Prædecessore nostro tantopere requisitæ, pristinum & veterem a Sancta Ecclesia Catholica per tot secula observatum ritum Sacræ Communionis sub panis tantum specie ministrandæ auctoritate nostra jubeat & curet ab omnibus observari; perinde acsi illæ Prædecessoris nostræ litteræ nunquam emanassent, quas justis de causis esse diximus revocandas. Quocirca Nobilitatem tuam, quem ut Catholicum Principem, & devotum Ecclesiæ Filium non dubitamus hanc revocationem nostram boni consulturum esse, & tanta de re judicio nostro aquieturum, qui

ma-

Canalis unus expostebatur, ad Pium IV. & Cardinalem Moronum datos, refert Raynaldus ad Annum M. D. LXIV. factamque a Pontifice recitat facultatem in Consistorio *Romæ* habito eodem anno *die Veneris* XIV. *Julii*. Eamdem innuit a Pio V. & Gregorio XIII. revocatam, qui servatum a pluribus seculis usum, sacram administrandi sub altera tantum specie laicis Eucharistiam, restitui decreverunt.

II. SEDE Joanne plurimis distento curis absente, plures Diœcesim annos, Patriarchali vice demandata, administravit Paulus Byzantius, Antistes Catharensis. Vidimus, legimusque grandia duo Mss. volumina Epistolarum, quas in ejusdem administrationis negotio ab anno 1577. ad annum 1585. dedit ipse Joanni Patriarchæ, aliisque. Titulo sequente insigniuntur: *Registrum litterarum scriptarum a Reverendissimo D. Paulo Byzantio Catharensi Episcopo, ac Suffraganeo Aquilejensi necnon Vicario Generali, Illustrissimo D. Joanni Grimano, Patriarchæ Aquilejensi, una cum Littera Ducali scripta Clarissimo Domino Locumtenenti Patriæ Forijulii in adventu ejus Reverendissimæ Dominationis in hanc Aquilejensem Diœcesim*. Hunc habes, perperam vocatum fuisse *Briantium* ab Ughello & Lucentio in Tabulis Aquilejensibus.

EGREGIAM probatissimi Viri operam, quam in auxiliari munere diligentissime navavit, memoratæ produnt Epistolæ. Compressa ab eo morum licentia, quæ latius fundebatur: Virgines Deo Sacræ in Gynæceis conclusæ, earumque nomen & decus constitutum & adsertum: Ecclesiasticorum vitia eliminata, Canonicæ preces restitutæ, disciplina a Synodo Tridentina præscripta erecto infractoque animo invecta, refractarii Clerici ad obsequium Patriarchæ redacti. Hæresim insecutus est, quæ Diœceseos partem infecerat: fugavitque Hæreticos homines, qui Lutherana dogmata nitebantur invehere.

DIŒCESIM longe lateque patentem nulli parcens labori visitavit, lustravitque. Hocce munere in parte Veneta anno 1580. defunctus est: anno insequente Carinthiam perlustravit, Stitiam, & Carniolam: invisitque anno 1583.

B luminum, quæ Lutherus confecerat, maximo Religionis detrimento sparsa in vulgus, maximoque labore collecta discerpsit, flammisque devovit. Alia plura in Libellis oblatis narrat. Dedit etiam *anno* M. D. LXXXIII. *die* XII. *Novembris* Legato Apostolico Malaspinæ, qui tum Græcii diversabatur, Epistolas, ut certior ipse de visitatione Goritiæ, Carsi, Vipaci, Gradiscæ peracta fieret. De serpente hæretica lue monet ipsum: urgetque ad agendum cum Principe, ut Ministros cohibeat, ne impedimenta opponerent, quominus Ecclesiastica disciplina sarciretur.

III. VALIDIORA adhibenda censuit remedia Byzantius, eademque repeti posse ex Synodo Diœcesana putabat. Annuente Joanne C Patriarcha, indixit eam: locumque primo constituit Aquilejam, tum Utinum. Adversos habuit, cohibuitque Aquilejenses & Civitatenses Canonicos, qui priorem locum optabant. Dissidium quoque hacce motum occasione Civitatis Forijulii Canonicos inter, ac Utinenses de loci primatu in Synodo: quod composuit jurgium solertissimus Antistes lato decreto, ne quid juribus partium detraheretur, quemcumque sessionis locum ipsi occuparent, servarentque in ferendo suffragio ordinem.

SYNODUS ergo *anno* 1584. celebrata. Inchoatam *die* 26. *Novembris*, discimus ex Epistolis, quas eadem die Patriarchæ dedit Byzantius. Sacris operatus est Cæsar de Nores, Episcopus Parentinus, qui munere Visitatoris A- D postolici in Aquilejensi Diœcesi fungebatur: ipsiusque Synodi Sessionibus, & Actis interfuit. Quingenti Clerici convenere: adfueruntque Archidiaconus Carinthiæ, Abbas Orlistanensis, Præpositus Ebrendorffensis, Abbas Siticensis, itemque Lostronensis. Plures alii defuere, impedimenta comminiscentes. Eadem prima die orthodoxam fidem juxta præscriptam a Tridentino Concilio formulam singuli juramento emisso professi sunt. Absolutam denique Synodum significant Epistolæ Joanni Patriarchæ datæ *die* IV. *Decembris*.

SUPREMUM diem clausit ornatissimus Præsul anno 1587. Typis edita prostat *Oratio in funere Reverendissimi in Christo Patris D. Pauli* *Byzan-*

Aquilejensi pro Reverendissimo & Illustrissimo D. D. Joanne Grimano Miseratione divina Patriarcha Aquilejensi dignissimo in Spiritualibus & temporalibus Vicarius generalis.

IV. ROMA anno 1585. negotiis expeditis redierat Joannes Patriarcha. Sedem suam adiit ille, honestavitque solemni ingressus pompa Civitatem Utini, Palladio teste, *die undecima Novembris*. Sedulam navabat operam, ut corruptos hominum mores reformaret, collapsam erigeret disciplinam, serpentes hæreses eliminaret, audacissimosque comprimeret hæreticos.

JACTURAM eodem anno 1585. fecerat Aloysii Justiniani Coadiutoris, quem abstulerat acerba mors. Munus idem a Sisto V. Pontifice conlatum fuit Francisco Barbaro, Filio Marci-Antonii, ac Danielis Patriarchæ nepoti. Archiepiscopatus Tyrensis apicibus insignitum Franciscum *die 7. Octobris* notat Ughellus, comprobantque Monumenta Aquilejensia.

V. JOANNEM admonuerat Clemens VIII. ut Diœcesim Aquilejensem lustraret, commissum inviseret gregem, perfidiamque Lutheranæ hæreseos, quæ in ejus Diœceseos parte invalescebat, pro viribus officioque cohiberet fugaretque. Tanto ferendo labori impar erat senectute gravatus Patriarcha: adeoque Francisco Barbaro administro demandatum tam grave munus. Sanctissimum opus ut executioni, omni sublato impedimento, mandaretur, litteras ad Ernestum Archiducem dedit Pontifex, quibus vastitatis, quam Turcæ minitabantur, pericula dolet: indeque sumit argumenta, queis visitationis a Patriarcha electo peragendæ necessitatem exponit.

LITTERAS Pontificias profero. " Dilecte
„ Fili Nobilis Vir, salutem &c. Immensa Dei
„ bonitas non in secundis modo rebus, sed in
„ adversis etiam elucet. Iisdem enim plagis,
„ quibus suos cædit, invitat atque ad se allicit, nec continet in ira sua misericordias
„ suas, nec alio consilio afficit levioribus quibusdam ad tempus malis, nisi ut e gravissi-
„ servire, Deum placare, cæteros docere, malorum causas amovendas esse; causam vero
„ maximam eam esse, quæ verbis Domini a
„ Propheta profertur: Si populus meus audisset me, Israël si in viis meis ambulasset,
„ pro nihilo forsitam inimicos ejus humiliassem, & super tribulantes eos misissem manum meam. Quod si ullius Provinciæ hoc
„ tempore interest, Deum placare; Styriæ &
„ Carinthiæ maxime interest in tam propinqua
„ a Turcis vastitate. Quia vero ex multorum
„ querelis animadvertimus, magnam criminum
C „ atque errorum (causam) inde existere, quod
„ Ecclesiæ aut nunquam, aut raro visitentur,
„ nec rebus necessariis provideatur, nec imperita multitudo doceatur, quid agendum
„ maxime sit; movet nos summum desiderium illius Provinciæ salutis, & cura Dei
„ vindictæ inde avertendæ, ut scriberemus ad
„ Venerabiles Fratres, Patriarcham Aquilejensem, & Archiepiscopum Saltzburgensem,
„ ut ejus Provinciæ visitationi operam darent:
„ curarentque, ut quæ essent sive in populo,
„ sive in Clero depravata, quoad fieri posset,
„ emendarentur. Postea autem accepimus,
„ Patriarcham senectute, Archiepiscopum multis occupationibus impeditum, eam rem necessario aliis mandandam putasse: illum Coa-
D „ diutori suo, hunc Venerabili Fratri Episcopo Gurcensi. Probavimus illorum consilium:
„ censuimus etiam, Coadiutorem, atque Episcopum Apostolica auctoritate, & litteris
„ muniendum esse, quorum opera non dubitamus Dei gloriæ & animarum saluti inservi-
„ turum iri. Quanti autem res ipsa sit, vides. Nos certe meminimus, quantopere illius Provinciæ malis angereris, cum una essemus. Quamobrem non dubitamus fore,
„ non solum ut huic negotio, quibus maxime
„ rebus opus erit, adjumento sis; sed ut tuis
„ etiam litteris tum Episcopum, tum Coadiutorem confirmes, horterisque ut rem
„ quamprimum aggrediantur: iisque etiam

tuam

diligentissimus Pastor. Statum Religionis, quem deprehenderat, Philippo Spinulæ S. R. E. Cardinali, rebus Germaniæ & Hungariæ cum aliis purpuratis Patribus præfecto, aperuit ipse scripto Libello, quem legere licuit, sub hoc titulo: *Relazione del stato del Contado di Gorizia, e Capitaneato di Gradisca della Diocesi di Aquileja, fatta al Sig. Cardinal Spinola, da Udine* VII. *Agosto* M. D. XCIII. Tres in visitatione insumptos Menses, priora Libelli verba declarant. Ea sunt: *La visita del Contado di Gorizia, e del Capitaneato di Gradisca, fatta ultimamente da me per ordine della Santità di Nostro Signore, per grazia di Dio è finita. E sebbene vi sono stati consumati tre Mesi di tempo &c.* Peracta visitatione, cœtum habuit Goritiæ Franciscus, ut Constitutiones, queis fidei catholicæ in discrimine positæ consuleret, Ecclesiæque disciplinam labefactatam sarciret, plurimum utiles saluberrimasque promulgaret. Lucem *Utini* viderunt eodem *anno* 1593. *ex Typographia Jo. Baptistæ Natolini*, sub hoc titulo: *Constitutiones promulgatæ ab Illustrissimo & Reverendissimo D. D. Francisco Barbaro, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopo Tyri, Coadjutore Aquilejæ, & Visitatore Apostolico, in publica Congregatione Goritiæ habita post peractam Comitatus Goritiæ, & Capitaneatus Gradiscæ visitationem.*

IN partem Diœceseos, quæ intra fines Carniolæ, Styriæ, Carinthiæ protenditur, nulla injecta mora se contulit Franciscus. Pontificias, dum suo fungebatur munere, accepit Epistolas, queis Patriarchali ordinariæ potestati novum additur plenitudinis Apostolicæ robur, ut ampliore facultatum præsidio munitus Fidem Sanctam validius tueri posset, Ecclesiæque disciplinam ac mores hominum componere. Litteræ sunt. "Clemens Papa VIII. Venerabilis „ Frater, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum tu Aquilejensem Diœcesim, divina favente clementia, visitare intendas; „ nos ut munus hoc visitationis ad Dei gloriam, Catholicæ Fidei propagationem, & „ animarum salutem utilius valeas adimplere, „ opportunas tibi ultra ordinarias tuas, facultates concedendas ducimus. Fraternitati tuæ „ præfertur exemptas & subjectas, locorum „ Diœcesis Aquilejensis hujusmodi, excepta „ ea parte quæ hodie subest Dominio Venetorum, Apostolica auctoritate visitandi; & in „ illorum statum, formas, regulas, instituta, regimen, statuta, consuetudines, vitam, ritus, mores, doctrinam, & disciplinam, tam in universum, quam singillatim „ diligenter inquirendi; eosque universos, & „ singulos, tam in capite quam in membris „ corrigendi, & reformandi; ac Evangelicam „ & Apostolicam doctrinam, Ecclesiasticamque & regularem disciplinam, sicubi lapsam „ esse repereris, modis congruis restituendi; „ abusus quoscumque tollendi, Sacri Tridentini Concilii Decreta, ubi introducta non „ sint, introducendi; easdem regulas, statuta, consuetudines, instituta, & ritus diligenter examinandi, atque ad Sacrorum Canonum & ejusdem Concilii Decretorum præscriptum conformandi, mutandi, corrigendi, & si magis expedire judicaveris in toto „ vel in parte abrogandi, & abolendi; aliaque de novo Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis hujusmodi conformia „ condendi, & observari mandandi; personas „ ipsas, tam seculares, quam regulares, ad „ debitum & honestum vitæ modum revocandi; Ecclesias, Monasteria, Conventus, cæteraque loca Ecclesiastica, tam secularia, „ quam regularia hujusmodi, tam Virorum, „ quam Mulierum, quæ dejecta, subversa, „ & desolata sunt, restituendi; in Monasteriis Monialium debitam, & honestam clausuram juxta Apostolicas sanctiones custodiri „ præcipiendi; vagantes, & alios Monachos, „ & Religiosos ad propria Monasteria, seu „ Conventus revocandi, aut alia illis assignandi, aut illos ad alia Monasteria seu Conventus „ transferendi; numerum Ministrorum Ecclesiasticorum augendi, vel minuendi; Collegia „ Scholarium, ac Hospitalia instituendi, dotes illis constituendi & assignandi; ad hæc „ quoscumque, quos in aliquo culpabiles repereris, cujuscumque gradus, ordinis, conditionis, & dignitatis existentes, etiam ut „ præfertur exemptos, nobisque & Apostolicæ Sedi

„ obstantibus Constitutionibus, & Ordinatio-
„ nibus Apostolicis, ac quisbusvis Ecclesiarum,
„ Monasteriorum, Hospitalium, & locorum
„ piorum prædictorum, eorumque Ordinum,
„ etiam juramento, confirmatione Apostolica,
„ vel quavis firmitate alia roboratis statutis &
„ consuetudinibus, privilegiis quoque, indul-
„ tis, & litteris etiam Apostolicis, illis eorum-
„ que superioribus & personis sub quibuscum-
„ que tenoribus & formis, ac quibusvis etiam
„ derogatoriarum derogatoriis, aliisque effi-
„ cacioribus clausulis & irritantibus & aliis de-
„ cretis in contrarium quomodolibet concessis,
„ confirmatis, & approbatis, cæterisque con-
„ trariis quibuscumque. Dat. Romæ apud S.
„ Petrum sub annulo Piscatoris die XII. Ju-
„ nii M. D. LXXXXIII. Pontificatus nostri an-
„ no secundo. M. Vestrius Barbianus.

VI. DUM hæc a Francisco Administro egregie præstabantur, Joannes meritis plenus, & gravis ætate Venetiis naturæ debitum solvit. Obitum ejus ad annum Christi 1592. referunt tus, Rerum Venetarum Scriptores. Venetiis in S. Francisci de Vineis, tumulo datus est: habuitque in ejus funere elegantissimam orationem Fabius Paulinus, græce & latine doctus.

C SUPREMAS Tabulas confecerat Joannes *anno* 1592. *die* 29. *Augusti*, quas fide sua Victor de Maphæis Notarius *die* 2. *Septembris* roboravit. Codicillum adjecit *die* 28. *Novembris*. In Archivo Civitatis Austriæ Scheda adservatur, quæ Tabulas easdem reseratas fuisse prodit *anno* insequente 1593. *die* 3. *Octobris*, ipsa nempe die emortuali. Scriptum a pientissimo Antistite legatum continebatur, quo certa pecuniarum summa Majoribus Utinensi, & Civitatensi Collegiatis Ecclesiis ad Sacras vestes coëmendas decernitur. Itemque pensio legatur, singulis annis eroganda duobus optimæ indolis adolescentibus, quorum alterum Utinense Consilium, alterum Civitatense eligere debeat, ut annuo subsidio accepto commodiorem in Gymnasio Patavino vitam ducerent, naviterque litteris ac scientiis operam darent.

CAPUT CXVI.

Succedit Franciscus Barbarus: qui Diœcesim circumobire, ac lustrare pergit. Solemni ingressu Utinum honestat, & Civitatem Austriam. Eadem Civitas Austria vetustam recuperat Forijulii appellationem. Diœcesanam in Oppido S. Danielis celebrat Synodum: postulatque Administrum, & obtinet Hermolaum fratrem.

I. SEDEM Aquilejensem a Joanne relictam conscendit Franciscus Barbarus, *in urbe Aquilejæ possessione accepta*, ut habent Acta Aquilejensis Canonicorum cœtus. Egregii Viri, antequam Sacris Ordinibus initiaretur, laudes ac gesta celebrat in Historia Veneta Andreas Maurocenus. Pacis conditiones a Selimo Turcarum Imperatore subsignatas, Marco-Antonio patre mandante qui legatione fungebatur, anno 1573. detulit ille Ve- D netias: easdemque a Venetis Patribus adprobatas Constantinopolim reportavit. Reipublicæ Oratorem anno 1579. apud Sabaudiæ Ducem agebat: adiitque Gratianopolim ad Catharinam Galliarum Reginam, ut de Salassiorum rebus componendis pertractaret. Medium Præconsultorum ordinem tenebat, cum Joanni Patriarchæ in levamen solicitudinis datus est Coadiutor.

FATO mortalitatis concessit Joannes, cum Diœ-

„ pono ogni spirito mio per servir Dio, obbedire alla Santità Vostra, e soddisfare all' obligo in che mi trovo; così prego la divina providenza a voler cavare dalle fatiche di dieci Mesi continui, che ho consumati in questa Visita, frutto e gloria e benefizio di quell'anime. „ Libellum vidit Ughellus, delibatque ex eo rerum a Francisco gestarum summam. Præclara merita, ingentesque labores patefaciunt saluberrimæ Constitutiones editæ, divinus cultus ubique restitutus, Templorum decus auctum, Clericorum mores compositi, Virgines Deo Sacræ in officio confirmatæ, ad frugem redacti improbi homines, multique hæreticorum ad fidem orthodoxam revocati.

PERICULA plurima, quæ subiit, evasitque Deo dante, in eodem Libello referuntur. Profero, quæ narrat Georgius Stobæus, Episcopus Lavantinus, in Epistola ad Carolum Archiducem data *Palmeburgi Cal. Maii anno* M. DC. IV. apud Hanzisium in Wolfango-Theodorico Salisburgensi. Verba sunt: *Advenerat Villacum Patriarcha Aquilejensis* (Franciscus,) *ut Templum parochiale suæ Diœcesis, quod Villacenses illi olim ademerant, recuperaret. Oritur ad ejus postulata tumultus, concurrunt armati Cives, & Opifices: spectat res ad cædem, jamque domus Patriarchæ undique cincta erat armatis. Sed opera & virtute Vicecomitis Bambergensis Georgii a Stadion, qui tunc Villaci eadem de causa aderat, factum est ut Patriarcha una cum suis evaserit illæsus.* Villacum, quod est Oppidum superioris Carinthiæ, Lutherana scabies, eodem Stobæo teste, ea ætate invaserat.

II. RELIQUAM Diœceseos partem perlustraturus Franciscus, consueta primum ingressus, ut ajunt, pompa, Civitatem Utini honestavit, Civitatemque Austriam. Utini peractam solemnitatem notat Palladius anno 1594. *die* 10. *Aprilis*. Eodem anno, eodemque Mense, die vero *vicesimaquinta*, in Civitatem Austriam profectus est: proque more invecto Pontificalem Capam tradidit Civitatensibus.

SCRIPTAS hac de re Tabulas vulgavit Zancarolus. " In Christi nomine Amen. Anno „ Domini M. DC. IV. (M. D. XCIV.) Indictio- „ gnificorum Dominorum Civitatis Provisorum, Michaëlis Nicoletti JC. & Scipionis Manzani, modestam, observantiæ & reverentiæ plenam petitionem, & instantiam, intellexisset, qua vigore Privilegiorum Civitatis humillime petebatur, ut ipsius jura & prærogativæ in Pontificalis Capæ, primo Patriarchali ingressu, concessione, salva & integra esse vellet: Civitatis eam esse observantiam, studium, & reverentiam in ejus Dominationem Illustrissimam, ut manutentionem veterum privilegiorum, quæ concessione præfata & executionis vigore continentur & conservantur, loco eximii privilegii, perpetuo suæ Dominationis Illustrissimæ benevolentiæ argumento, paternique animi certissimo testimonio sit habitura, & omni meliori modo. Hac Magnificorum Dominorum Provisorum intellecta instantia, volens memoratus Illustrissimus & Reverendissimus Dominus Patriarcha, privilegia Civitatis, & Civium, quorum sibi fuerat tenor exhibitus, rata grataque habere, ac eis in nullo derogare; sublatam a propriis Patriarchalibus humeris Capam violaceam, Pontificalis dignitatis insigne, petitioni annuens honestæ, concedendam donandamque Magnificis Dominis Provisoribus, Civitatis nomine recipientibus, duxit; prout traditione voluntaria, liberalique donatione, volens libens attribuit, concessit, & donavit: præsentibus Magnificis & Reverendis Dominis, Raphaële de Recamatoribus Canonico, & Vicedecano Civitatis, Leonardo Maniaco Canonico, aliisque permultis ibidem astantibus testibus.

III. CIVITATEM Austriam legis hoc loco *Civitatem Forijulii* nuncupatam. Vetus nempe loci appellatio veluti postliminio recepta est. Non alibi, quam in hac Civitate vetustum quærendum Forumjulium, frequentius in hoc Opere luculentissimis argumentis confecimus. Novi nominis, quo *Civitas Austria* appellari medio ævo consuevit, originem ac tempora certo licuit definire: invectosque rejecimus Scriptorum errores, qui minus accurate rem expendentes, aut nimio partium studio per-

jurgium exarsit, quod acerrimæ liti in Romana Rituum Congregatione intentatæ ansam dedit. Latam pro Forojuliensibus sententiam memoro anno 1596. *sub die ultima Mensis Septembris*, 1598. *sub die decima Mensis Februarii*, 1608. *die decima Maii*.

IV. PERLUSTRATA Provincia, invisoque commisso grege, nihil ardentius expetebat Franciscus, quam ut Synodorum communi voto ac præsidio integritatem fidei, morum innocentiam, Ecclesiasticæ disciplinæ vigorem reduceret, assereret, vindicaret. Diœcesana, quæ prima numeratur, indicta & habita Synodus anno 1595. in Oppido S. Danielis. Acta videre nondum licuit. Hanc dissidium celeberrimam fecit, quod invicem Utinenses & Forojulienses Canonicos commisit, de loci præcellentia decertantes. Datas profero hac de re ab æquissimo Patriarcha litteras, quas in Tabulario servant Forojulienses. " Franciscus Barbarus, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Patriarcha Aquilejensis. Requisiti pro parte Ca- C judicio. In quorum omnium fidem & testimonium ad præmissam requisitionem has nostras fieri, & per Notarium nostrum subscribi, sigilloque nostro solito & consueto fecimus & jussimus communiri. Dat. in Civitate Forijulii die VII. Augusti M.D.XCVI. Franciscus Patriarcha Aquilejensis. Ber. Amutius Curiæ Patriarchalis Aquilegensis Notarius.

IN difficili & arduo munere, ut partes omnes expleret, Coadjutorem optabat Franciscus: eodemque anno 1596. postulavit Hermolaum fratrem, quem morum integritate, Religionis zelo, studioque pietatis egregie instructum noverat. Annuit Apostolica auctoritate Clemens VIII. Ipsum, quem Franciscus postulaverat, Hermolaum designavit regiminis Administrum; decoravitque Ughello teste Tarsensi Archiepiscopatu anno 1596. die 12. Februarii. In Veneta Editione *Italiæ Sacræ* pro *Tarsensi* reponendus indicatur Archiepiscopatus *Tyrensis*, quo ipse Franciscus electus Coadjutor insignitus fuerat.

CAPUT CXVII.

Provincialem Synodum Aquilejensem Utini celebrat Franciscus Patriarcha. Episcoporum subscriptiones illustrantur. Comensi Episcopo injungitur, ut Romanum in actione liturgica, precibusque Canonicis ritum amplectatur. Diœcesanæ in Civitate Forijulii, & Goritiæ Synodi celebratæ. Alia Francisci gesta, ejusque obitus.

I. VALIDIORA orthodoxæ fidei præsidia, Ecclesiasticæque disciplinæ morumque splendida incrementa, totius Aquilejensis Provinciæ Synodo curanda, censuit Franciscus Patriarcha, obtinuitque. Initium anno 1596. die Sabbati 19. Mensis Octobris habuit Synodus; dieque 27. finem. Constitutiones, ac decreta saluberrima lata, quæ *Utini anno* 1598. typis *Jo. Baptistæ Natolini* lucem viderunt.

D CAPITULORUM titulos profero: I. *De Fide profitenda*. II. *De Fide tuenda*. III. *De prædicatione Verbi Dei*. IV. *De Divinis officiis*. V. *De Residentia Episcoporum*. VI. *De Residentia Curatorum*. VII. *De Residentia Canonicorum, & Beneficiatorum, qui residendi obligatione tenentur*. VIII. *de Episcopis*. IX. *De Parochis*. X. *De Dignitatibus, Canonicatibus, & Beneficiis simplicibus*. XI. *De Vita, & honestate Clericorum*. XII. *De Seminario*

Ego ... Antonius Episcopus Cenetensis &c. Ego Albertus Episcopus Famagustanus, Coadiutor Veronæ &c. Ego Marcus Episcopus Paduanus &c. Ego Philippus Episcopus Comensis &c. Ego Aloysius Episcopus Tarvisinus &c. Ego Franciscus de Prampero Canonicus Utinensis, ac Procurator specialis Reverendissimi Domini Joannis Ingegnerii Episcopi Justinopolitani ejus nomine interfui, ac subscripsi; & omnia & singula in hac Sancta Synodo acta, & publicata, ejus & Ecclesiæ suæ nomine recipio. Ego Horatius Businus J. U. D. & Presbyter, ac Civis Æmoniensis, Procurator specialis Reverendissimi Domini Antonii Saraceni Episcopi Æmoniensis nomine ejus interfui, & subscripsi; & omnia ac singula in hac Sancta Synodo acta, edita, & publicata, ejus & Ecclesiæ suæ nomine recipio. Ego Valerius Trapola a Collibus J. U. D. & Vicarius Generalis Reverendissimi Domini D. Matthæi Sanuti Episcopi Concordiæ, ejusque in hoc specialis Procurator ejus nomine interfui, & subscripsi; & singula in hac Sancta Synodo decreta, atque acta, edita, & publicata, ejus & Ecclesiæ suæ nomine recipio. Ego Gasparus Pinellus, Doctor Sacræ Theologiæ, Reverendissimique Domini Episcopi Bellunensis Procurator specialis, ejus nomine interfui, & subscripsi; & omnia ac singula in hac Sancta Synodo acta, edita, & publicata, ejus & Ecclesiæ suæ nomine recipio.

CONCILIO non adfuit Tergestinus Antistes. Excusatam produnt absentiam, quæ legimus verba in ejusdem Synodi calce adnotata: *In Civitate Utini die 28. Octobris 1596. comparuit coram Reverendissimo Domino Patriarcha Aquilejæ &c. Metropolitano, Reverendus Presbyter D. Michaël Pasera, Canonicus Tergestinus, & specialis Nuncius pro Reverendiss. Domino Episcopo Tergestino ad proponendas excusationes ejusdem Reverendiss. Domini Episcopi in Synodo Provinciali Aquilejensi: ut patet mandato sui Procuratorii sub die 26. Octobris ejusdem anni, manu D. Georgii Piccardi Notarii Tergestini.* Nota quoque subjicitur, qua Nuncium ac Procuratorem a Tridentino Præsule destinatum fuisse, qui Synodo interfuit, *Gregorium* vocat Ughellus. Nomen *Georgii* profert Lucentius in Correctionibus: eodemque *Georgii* nomine subscriptus legitur, in Utinensi Concilii editione. Ipsum Lucentius cognominat *Reitgeber:* cognomen frequentius produnt *Reitgartler* Mss. Synodi Acta, quæ vidimus expendimusque.

II. PETENENSEM Episcopum, qui Synodo interfuit, *Gregorium* vocat Ughellus. Nomen *Georgii* profert Lucentius in Correctionibus: eodemque *Georgii* nomine subscriptus legitur, in Utinensi Concilii editione. Ipsum Lucentius cognominat *Reitgeber:* cognomen frequentius produnt *Reitgartler* Mss. Synodi Acta, quæ vidimus expendimusque.

CÆSAR de Nores, qui sequitur, Parentinus Præsul, Vir ævo suo laudatissimus, *Apostolici Visitatoris* munere, quod Gregorius XIII. injunxerat, egregie functus est in Diœcesibus, Aquilejensi, & Concordiensi. Diœcesanæ adfuit anno 1584. Synodo, quam Utini habuit, celebravitque Paulus Byzantius Catharensis, auxiliaris a Joanne Grimano Patriarcha institutus in Aquilejensi Provincia Episcopus. Antistes Feltrensis cognomine *Rovellius* apud Ughellum dicitur: *Rovilium* habent Mss. quæ citavimus Acta. Veronensem regebat Ecclesiam Augustinus Valerius, cui Administer anno 1591. datus fuerat *Albertus Valerius* nepos, infulis Famagustanis insignitus.

TERGESTINUS Episcopus, qui non adfuit Synodo, apud Ughellum vocatur *Joannes Ragarinus*, & in margine *Protegrinus:* in citatis vero Mss. Actis *Bugarinus*. Tridentinam denique Ecclesiam regebat Ludovicus Madruccius, quem inter Purpuratos S. R. E. Principes Pius IV. adlegerat. Datum ipsi Coadjutorem Carolum Madruccium Nepotem, sæpe laudata testantur Acta: quam rem silet Ughellus.

III. PARTEM *Congregationis* II. quæ in eisdem Mss. Actis dicitur *Secreta*, in lucem proferre pretium est operæ, præludio veluti facto ad fusiorem de Ritu Patriarchino, qui in Aquilejensi olim vigebat Ecclesia, Commentarium. Verba sunt. "Die XXI. Octobris „ M. D. XCVI. de mane in Congregatione „ secreta coram Illustrissimo Metropolitano, „ & Reverendissimis Coëpiscopis antenominatis, lecto Decreto tenoris sequentis, videlicet: *Decernimus, ut in tota Aquilejensi „ Provincia in Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis, Parochialibus, & aliis quibuscum- „ que, tam publice, quam privatim, imposte-*

» se de anno 1585. a Reverendissimo D. Jo.
» Antonio Vulpe tunc ejusdem Civitatis E-
» piscopo reformatum, atque authoritate A-
» postolica confirmatum, ut in Litteris Illu-
» strissimi & Reverendissimi D. Cardinalis
» Sirletti in fine Breviarii prædicti impressis
» perspicere licet. Affirmavit præterea præ-
» fatus Reverendiss. D. Episcopus Comensis,
» maximum præjudicium toti Civitati, ac Dioe-
» cesi futurum ob varias expensas a Viris Ec-
» clesiasticis subeundas: ob eamque causam
» difficile fore admodum, prædictum Officium
» *Patriarchinum* omnino tolli & aboleri, ac
» Romanum introduci. Et propterea instabat
» maxime, quod ejusmodi Decretum tollere-
» tur, & deleretur.
»   CUI Reverendissimi Episcopi oppositioni
» respondit Illustriss. & Reverendissimus D. Pa-
» triarcha, totaque Congregatio Reverendis-
» simorum Episcoporum, sic ut supra congre-
» gatorum, nullum posse esse verum & appro-
» batum Officium Patriarchinum, cum ipsa-
» met Patriarchalis, cæteræque Cathedrales
» Ecclesiæ hujus Provinciæ nullum aliud Offi-
» cium præter Romanum habeant, & obser-
» vent: ob eamque causam in ipsa Ecclesia
» Metropolitana, ac in pluribus Dioecesis lo-
» cis, in quibus varii ritus reperti fuerunt,
» omnes sublatos esse, ac unum tantummodo
» Romanum introductum fuisse. Habereque
» præterea litteras nomine Summi Pontificis
» ad se datas, quibus præcipue monetur, ut
» Civitati & Dioecesi Comensi provideat, nec
» alio divino officio quam Romano uti patere-
» tur. Quare velle, Decretum promulgatum
» firmum manere, suumque sortiri effectum.
» Cumque præfatus Reverendissimus D. Epi-
» scopus Comensis adhuc instaret, ut saltem
» prædictum Decretum moderaretur, ac cir-
» cumscriberetur; ideo præfatus Illustriss. ac
» Reverendissimus D. D. Patriarcha, de con-
» sensu Reverendissimorum Coëpiscoporum ad
» instantiam præfati Reverendissimi D. Epi-
» scopi Comensis decrevit, ac statuit: termi-
» num unius anni toti Clero Civitatis & Dioe-
annorum ætate antiquiores fuissent.

RITUM quoque suum Aquilejensis habebat Metropolitana Ecclesia, dicebaturque vulgo *Patriarchinus*. Romanum ritum a Pio V. propositum, proprio abdicato, receperat ipsa: ejusque secutæ fuerant exemplum Ecclesiæ Suffraganeæ, Comensi excepta. Romanam ergo orandi, divinaque peragendi mysteria formam Comensibus imponit Franciscus Patriarcha. Decretum recensuimus, quod in Congregatione II. Secreta latum fuerat: ipsumque latiore verborum forma conceptum inter promulgatas editasque Constitutiones sub Titulo *de Divinis officiis* legi potest. Verba sunt: "Quam-
» vis autem Pii V. constitutione de Romano
» Breviario edita cautum sit, ut qui supra
» ducentos annos proprium habent Officium,
» uti eo possint; nec debeant compelli, ut
» Horas Canonicas de Breviario Romano re-
» citent: tamen ratio peragendæ sacræ rei,
» & illa quæ tantopere Deo placet consensio
» uniformi ritu recepta, maxime suadet, ut
» in Aquilejensi Provincia statuatur unica lau-
» des Deo canendi & sacra obeundi Officia for-
» ma. In nostra Metropolitana Ecclesia Aqui-
» lejæ de proprio Breviario canebantur supe-
» rioribus annis Canonicæ Horæ, & erat pro-
» prium etiam Missale: atque alibi proprii
» adhibebantur in Dioecesi nostra quidam ri-
» tus antiquissimo usu recepti. At vetera,
» quæ non omnino sincera comperta sunt, &
» pene consuetudine collapsa, recesserunt: &
» jam nova sunt omnia. Sanctam Romanam
» Ecclesiam Magistram Matrem agnoscimus:
» hanc, ut reliquis, etiam ritu & ministeriis
» Ecclesiasticis modo sequimur... Decernimus
» igitur, ut in tota Aquilejensi Provincia &c."
De ritu Patriarchino, qui obsolevit, latiore calamo differendum Capite sequenti.

IV. SPIRITALIBUS totius Aquilejensis Provinciæ emolumentis cum satis consultum foret, peculiarem deinceps adhibuit Franciscus operam, ut Synodos resumeret ex Dioeceseos Clero collectas, gregemque sibi commissum ad æternam Synodalibus actis salutem dirige-

occurremus.

DIŒCESANA succedit alia Junio Mense ejusdem anni habita Goritiæ Synodus, quæ typis Utinensibus Jo. Baptistæ Natolini edita, titulum præfert sequentem: *Decreta promulgata ab Illustriss. & Reverendissimo D. D. Francisco Barbaro Patriarcha Aquilejæ &c. in Diœcesana Synodo Goritiæ habita Nationis Germanicæ & Sclavonicæ Diœcesis Aquilejensis anno Domini* M. DC. II. *Junii*. Capitulorum indicem exhibeo, quæ Decretorum summam complectuntur. I. *Pertinentia generatim ad omnia Sacramenta*. II. *De Sacramento Baptismi*. III. *De Sacramento Chrismatis*. IV. *De Sacramento Eucharistiæ*. V. *De Sacramento Pœnitentiæ*. VI. *De Sacramento Extremæ unctionis*. VII. *De Sacramento Ordinis*. VIII. *De Sacramento Matrimonii*. IX. *De Reliquiis Sanctorum*. X. *De Sacrorum Oleorum asportatione*. XI. *De Sacrosancto Sacrificio Missæ*. XII. *De Eleemosynis Missarum, & Legatorum*. XIII. *De Festis diebus, & jejuniis*. XIV. *De vita & honestate Clericorum*. XV. *De Residentia, & officio Curatorum*. XVI. *De usu librorum*. XVII. *De Doctrina Christiana*. XVIII. *De prædicatione Verbi Dei*. XIX. *De Ecclesiis*. XX. *De Sacra Supellectili*. XXI. *De Camerariis Ecclesiarum*. XXII. *De Confraternitatibus laicorum*. XXIII. *De pio in Ecclesiis versandi modo*. XXIV. *De litaniis, seu publicis precibus in qualibet Ecclesia Parochiali recitandis*. XXV. *De Hæreticis in Cemeteriis aliisve Sacris locis non sepeliendis*. XXVI. *De Testium Synodalium officio*. XXVII. *De Archidiaconorum Patriarchalium officio*. XXVIII. *Decretum conclusionis Synodi*.

SYNODALIBUS hisce Actis Bullæ subjiciuntur septem: prima, *De Residentia Curatorum*: altera, *De Collatione Ecclesiarum Parochialium*: tertia, *De observandis a Medicis in curatione infirmorum*: quarta, *De pœnis eorum, qui minus canonice faciunt se promoveri ad Sacros Ordines*: quinta, *Contra Clericos male, aut Simoniace promotos, ac in Epi-*

B *stratam, Ædes Patriarchales erectas, Seminarium extructum, singularem in Forojulienses beneficentiam, cuncta magnifice ac pie gesta*.

PATRIARCHALES ædes, quas erexerat Franciscus, plurimum exornarunt Patriarchæ Successores auxeruntque, instauravitque demum in elegantiorem formam Dionysius Delfinus, instructissima Bibliotheca ad communem utilitatem adjuncta. Seminarii quoque, ubi Provinciæ ac Diœceseos Clerici tyrocinium pietatis ac Scientiarum ponerent, auctor fuit Franciscus. Inter editas Provincialis Concilii Constitutiones hæc habentur verba: "Seminariorum institutionem, conservationem, & promotionem in Ecclesia Dei summe fructuosam, qua Clericalis militiæ propagatur ordo & progressio, tantopere C necessariam, ut stare Ecclesiastica disciplina sine illorum subsidio & adminiculo vix possit, in Provinciæ Aquilejensis Civitatibus audivimus, & incredibili animi jucunditate etiam vidimus: doluimus autem, Metropolitanam Ecclesiam nostram propter maximas difficultates hactenus Seminario caruisse. Quo tamen modo lætamur nunc ita carere, ut habere pene dici possit. Ita enim comparata, ac pene instituta sunt, quæ ad ipsius corpus informandum & instruendum prima & necessaria sunt, ut parum desit, quo actu perfici aliquando tandem, & brevi quidem temporis spatio valeat."

VITAM denique Franciscus egregiis operum D meritis ornatam ad *annum usque* 1615. duxit, ut habet Ughellus: eamdemque constituit emortualem epocham Jo. Franciscus Palladius. Insequens notatur annus in Necrologio MS. Patriciorum Venetorum, quod servat Ornatissimus Apostolus Zenus: *1616*. Aprile. *Reverendissimo D. Francesco Patriarcha d'Aquilegia q. s. Marcantonio Kaval. q. s. Francesco*: eumdemque præferunt obitus annum, ac Mensem Genealogicæ Mss. quas vidimus Tabulæ. Sepultus jacet eximius Patriarcha Utini in Æde S. Antonii Abbatis.

CA-

ragi consuevit, Deoque Canonicæ preces a Ministris Ecclesiæ funduntur. Uti dogmata fidei illibata custodire potissimum Patrum negotium est, qui congregantur in Conciliis: ita eorum interest, castissimos ritus constituere, quibus Deum in spiritu & veritate colamus; eosdemque ineptis purgare novitatibus, si quæ irrepsissent. Officio suo non defuerunt Aquilejenses Patres, qui Utinum ad Synodum, Francisco Barbaro Patriarcha præsidente, convenerant: illumque ritum servandum indixere Sacerdotibus rem divinam agentibus, Ecclesiæque Ministris statas preces orantibus, quem Pius V. summa diligentia correctum, pristinoque decori restitutum, editis hac de re Constitutionibus proposuerat. Argumentum existimo operosiore labore nostro pertractandum.

PLURA differit Sanctissimus Pontifex in Constitutione Romano Breviario præfixa, quæ paullo fusius exponere, ac illustrare operæ pretium est. Ait ille: *Divini Officii formula pie olim ac sapienter a Summis Pontificibus, præsertim Gelasio ac Gregorio primis constituta fuit, a Gregorio autem septimo reformata*. Testem habemus probatissimum Joannem Diaconum in Vita Gregorii Magni: Romanum ordinem a Gelasio primo constitutum, meliore forma ab eximio Pontifice, quibusdam detractis, aut additis, aut immutatis, donatum fuisse. Rem sub oculos ponunt *Liber Sacramentorum*, quem uberrimis notis Illustravit Hugo Menardus, *Liber Antiphonarius* ex editione Gunssanvillæi apud Monachos Benedictinos S. Mauri Tomo III. Operum Gregorii Magni, ac *Liber Responsalis* apud eosdem Monachos loco citato. Quod vero Canonicis precibus dedisse complementum dicitur Gregorius septimus, refert Micrologus de Ecclesiasticis observationibus Capite LIV. Verba sunt. " Gregorius Papa (VII.) in Apostolica Sede constitutus de hoc tale Statutum promulgavit. A die, inquit, Resurrectionis usque in Sab- „ antiquo more cantamus, & legimus. Omnibus aliis diebus per totum annum, si festivitas est, novem Psalmos, & novem lectiones, & Responsoria dicimus: aliis autem diebus, duodecim Psalmos, & tres lectiones recitamus. In diebus Dominicis, octodecim Psalmos, & novem lectiones dicimus. Hoc etiam usquequaque juxta Romanum ordinem ita fieri statuimus, ut supra notavimus: In Octava Paschæ historiam, Dignus est Domine, & Apocalypsim, juxta ordinem incipimus. „

INVECTAS cum diuturnitate temporis varietates memorat Pius Pontifex: *Alii enim*, inquiens, *præclaram veteris Breviarii constitutionem multis locis mutilatam, alii incertis & alienis quibusdam commutatam deformarunt: plurimi specie Officii commodioris allecti, ad brevitatem novi Breviarii a Francisco Quignonio Tituli Sanctæ Crucis in Jerusalem Presbytero Cardinale compositi, confugerunt*. Varietates memoratas clarius patefacit Radulphus de Rivo, Tungrensis Diaconus, qui circa annum Domini M. CCC. LXXX. florebat. In Libro, quem *de Canonum observantia* inscripsit, typis vulgato a Lugdunensibus Editoribus Tomo XXVI. Bibliothecæ Patrum, Propositione XXII. animadvertit: se Romæ didicisse, *in Sacello Pontificio apud Lateranum non tam plene solere fieri Officia Ecclesiastica, atque in aliis Collegiatis Urbis Ecclesiis: imo id Capellare officium brevius fieri consuetum, ac sæpius a Pontificibus variatum: atque id esse, quod Fratres Minores observandum susceperunt*. Hanc orandi formam Gregorius IX. adprobavit: eamque cæteris in Urbis Ecclesiis adhibendam indixit Nicolaus III. Rem narrat laudatus Radulphus: *Sciendum est, quod Nicolaus Papa III. qui cœpit anno* M.CC.LXXVII... *fecit in Ecclesiis Urbis amoveri Antiphonarios, Gradualia, Missalia, & alios Libros officii antiquos quinquaginta: & mandavit, ut de*

cætero

ciorum historiis.

DISSERERE Sanctissimus Pontifex pergit: *Quin etiam in Provincias paullatim irrepserat prava illa consuetudo, ut Episcopi in Ecclesiis, quæ ab initio communiter cum cæteris veteri Romano more Horas canonicas dicere ac psallere consuevissent, privatum sibi quisque Breviarium conficerent.* Ad ritus ordinesque vetustos, Gallicanos, & Mozarabicos in Hispania, Pontificis verba non spectant, neque ad Ambrosianum in Ecclesia Mediolanensi; hic enim hodieque viget, illosque antiquavit vetustus Romanus in eisdem Provinciis dudum usu receptus. De ritibus hisce elegantissime disserunt Joannes Bona in Rebus Liturgicis, & Psalmodia Divina, ac Joannes Mabillonius de Liturgia, & Cursu Gallicanis. Nimiam eorum licentiam castigat Sapientissimus Pontifex, qui novandi prurigine ducti, veteres Romanos immutare ritus audebant.

ITAQUE Prædecessorum diligentiam laboresque, Pauli IV. & Pii IV. commendat ille: qui *provisione adhibita, ne ulla in posterum novi Breviarii licentia permitteretur, totam rationem dicendi, ac psallendi Horas canonicas ad pristinum morem & institutum redigendam susceperunt.* Quod illis morte præventis non licuit, perfecit ipse Pius V. qui *tollendum abolendumque* precepit *Breviarium novum* a Quignonio editum: *abolenda* constituit, *quæcumque alia Breviaria, vel antiquiora, vel quovis privilegio munita, vel ab Episcopis in suis Diœcesibus pervulgata, omnemque illorum usum de omnibus orbis Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus, Militiis, Ordinibus, & locis Virorum & Mulierum, etiam exemptis, in quibus alias Officium divinum Romanæ Ecclesiæ ritu dici consuevit, ac debet:* eamque demum precandi psallendique formulam, quam summa diligentia pristino restitutam nitori proponebat ipse, in eisdem Ecclesiis locisque mandat observari.

DIGNA est animadversione exceptio, sive facultas, quam Ecclesiis ac locis quibusdam facere Pontifici Maximo libuit: *Illis tamen*, inquienti, (locis) *exceptis, quæ ab ipsa prima institutione, a Sede Apostolica approbata, vel consuetudine, quæ vel ipsa institutio ducen-*

vetustis suis adhærere ritibus plerique Monachorum, & Regularium Ordines.

PROPRIAM Canonicarum precum formulam rationemque, hactenus in Ecclesia & Provincia Aquilejensi usurpatam, abolendam censuere Patres Utini in Synodo Provinciali convocati. Rem ad examen vocarunt in Congregatione II. secreta; Decretumque adoptarunt, quod tulerat Pius quintus: *Decernimus*, inquientes, *ut in tota Aquilejensi Provincia in Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis, Parochialibus, & aliis quibuscumque, tam publice quam privatim, imposterum Horæ Canonicæ ex Breviario Romano sub Pio V. edito recitentur: ac declaramus, recitantes obligationi recitandi Horas canonicas minime satisfacere, nisi de Breviario Romano illas recitarint. Quod item decernimus in Missali, Rituali Sacramentorum, & in aliis observandum.* Decretum typis vulgatum legitur inter Constitutiones sub Titulo *de Divinis officiis.*

VICES easdem Liturgiæ in alia memorat Sanctissimus Pontifex Pius V. Constitutione, quam Missali Romano præfixit: cæterisque sublatis ritibus, unam certamque Divinæ actionis formulam observandam proposuit, mandavitque; facta pariter facultate, ut in usu retineri possent formæ illæ, quæ vel a Sede Apostolica jam a primæva institutione adprobatæ fuissent, vel ducentorum annorum ætatem anteverterent. Quatuor in Occidente, seu apud latinos viguere solemnes Liturgiæ inter sese diversæ: Romana, Ambrosiana, Gallicana, & Hispanica seu Mozarabica. Ambrosianam formam secuta est, adhibetque Ecclesia Mediolanensis. Obsoluere Gallicana, & Mozarabica. Romanæ denique triplicem ordinem statumque considerant Scriptores: primigenium ab Ecclesiæ nascentis exordio usque ad Gelasium, Gelasianum a Gelasio Pontifice amplificatore nuncupatum, atque Gregorianum a Gregorio primo dictum, qui Gelasianum ordinem correxisse perhibetur. "Gregoriani a Gelasiano totum discrimen est (verbis utor Mabillonii Libro I. de Liturgia Gallicana Capite II. num. 5.) in varietate & numero earum orationum, quas *Collectas* vocant; nam cætera utriusque eædem omnino partes sunt.

ptis quorum institutionem Apostolica auctoritas muniret, vel qui consuetudine ac institutione ducentorum annorum niterentur.

II. VETUSTUM sane, ac longe ducentos annos supergredientem, peculiarem propriumque ritum habebat Aquilejensis Ecclesia in Actione divina peragenda, celebrandisque sacris officiis. Hunc repræsentant pauci, qui supersunt, editi ac Mss. liturgici, statarumque precum Codices. Missale lustrare licuit, quod servat Agricola Patricius Utinensis, editum typis *anno* M. D. XIX. *die* XV. *Septembris Venetiis ex Officina litteraria Gregorii de Gregoriis*. Aliud ipse possideo, quod inscribitur *Missale Aquilejensis Ecclesiæ cum omnibus requisitis atque figuris nuper quamemendatissime perlustratum anno* M. D. XVII. *die* V. *Augusti Venetiis ex Officina litteraria Petri Liechtenstein*. Vetus item Aquilejense Breviarium *Venetiis* editum *anno* M. CCCC. XCVI. *per Andream Torrisanum de Asula* vidit, citatque Gaspar Beretta, doctissimus Benedictini Ordinis alumnus, in Dissertatione Chorographica Italiæ medii ævi Sectione VIII. num. 26. quam etiam editionem memorat Justus Fontaninus, Archiepiscopus Ancyranus, in Opere, *della Eloquenza Italiana*, Romæ vulgato anno 1736. pag. 511.

Mss. ejusdem ritus Codices Archiva servant Aquilejense, & Forojuliense. Missali potiuntur Dynastæ Zoppolenses, quo utebatur Antonius Panciera Patriarcha: ex eoque, præsertim ex Canone, loca nonnulla decerpta, quæ postulaveram, humanissime communicata fuere. Tum Missale, cum integrum Breviarium penes me sunt, consuetudinibus Ecclesiæ Civitatis Forijulii accommodata. Codices alios possident alii. Inter vetusta quædam *Acta Capituli Aquilejensis*, illud profero animadversione dignum, quo decernitur, ut libri duo Psalterii exscribantur *juxta correctionem Psalterii Gallici* in usum Ecclesiæ Aquilejensis. Verba sunt: "Die III. Maii M. CCCC.
„ XCV. Præterea attendentes præfati Domi-
„ ni antiquitatem librorum Psalterii Chori
„ Sanctæ Aquilegiensis Ecclesiæ, & cupien-
B „ rem.„

III. HUNC ritum, quem infra ex citatis Codicibus, ineditis, vulgatisque, depromptum accuratius exponemus, ante formulam a Pio V. propositam, tum Metropolitana Aquilejensis, tum reliquæ Diœceseos & Provinciæ constantissime servarunt Ecclesiæ. Emendata forma Piana paullatim usu recipi, ac propria Aquilejensis antiquari cœpit: prioremque lubentes induci sinebant Patriarchæ, suaque munierunt auctoritate Bartholomæus Abbas Mosacensis, & Visitator Apostolicus a Pio V. institutus, ac Paulus Byzantius, Episcopus Catharensis, qui Diœcesim Aquilejensem nomine Joannis Patriarchæ administrabat. C

PRIMA inter Constitutiones a Byzantio latas hæc habet: *Statuimus & ordinamus, ut Sacrosanctum & tremendum Missæ Sacrificium nostrum verum propitiatorium sancte, pie, ac reverenter secundum ceremonias nuper a Sacrosancta Romana Universali Ecclesia editas peragatur..... Dat. in Civitate Aquilejæ die* XVII. *Novembris* M. D. LXXX. Decretum Mosacensis Abbas jam pridem tulerat his verbis. *Bartholomæus Miseratione divina Abbas Mosacensis, & a Sanctissimo Domino nostro D. Pio Papa quinto Apostolicus Delegatus & Visitator.... Qui juxta ritum Aquilejensis Ecclesiæ Horas canonicas non habet in usu recitare, aut has, aut juxta Breviarium a Sanctissimo Domino nostro D. Pio Papa V. editum intra Mensem recitet sub pœnis in Apostolico Diplomate contentis*. Ex Comitibus Porciliæ, seu Purliliorum Bartholomæus erat. D

ALIA mens fuerat, aliud consilium Cæsaris de Nores, Episcopi Parentini, itemque Visitatoris Apostolici, a Gregorio XIII. renunciati; qui sua maxime interesse censuit, Aquilejensem ritum, *Patriarchinum* dictum, pene obsoletum instaurare. Metropolitanam anno 1585. invisebat Ecclesiam: ejusque interrogationes, cum responsis, itemque Decreta ab eo lata in Archivo servantur ejusdem Ecclesiæ. Interrogatio IX. *die* VIII. *Februarii* M. D. LXXXV. sic habet: *An in celebratione*

decem Mansionarios, quibus annexum fuit onus psallendi & recitandi in Choro Divinum Officium. Psallunt autem & recitant Officium secundum usum Aquilejæ: Canonici vero Romanum dicunt Officium. Missæ autem in Ecclesia celebrantur ab aliquibus secundum usum Aquilejæ, ab aliquibus vero secundum Romanum.

HANC rituum perturbationem improbavit Præsul Parentinus: dolebatque, proprium Metropolitanæ Patriarchalis Ecclesiæ ritum negligi, & obsolescere. Ut illum instauraret, Decretum tulit in hæc verba: " Habet Sancta „ hæc Patriarchalis Ecclesia Divinorum Officiorum ritus a Sancta Romana Ecclesia diversos, propriumque Breviarium & Missale: & nihilominus in Visitatione compertum est, non eumdem in Divinis celebrandis modum formulamque ab omnibus ipsius Ecclesiæ Ministris communiter teneri: sed Mansionarios, aliosque perpaucos Clericos in Choro utrumque psallere, seu recitare: Canonicos vero & reliquos ejusdem Ecclesiæ Clericos Officium ritu & Breviario Romano privatim, etiam in Choro dicere: Missasque Conventuales dumtaxat Patriarchali ritu, reliquas vero more ac ritu Romano, etiam super Missali Romano, a Sacerdotibus celebrari: atque ita in eadem Ecclesia, atque adeo in uno eodemque choro disparem cultum Deo ab eisdem Ecclesiæ Ministris, quasi in bove & asino arantibus adhiberi. Quod cum Sanctissimis Canonum Decretis, & Sanctorum Patrum authoritatibus, atque etiam hujus ipsius Ecclesiæ statutis hac de ipsa re non semel perspicue disponentibus repugnare; & non modicam in ipsa Ecclesia, in qua tanquam in Domu Dei omnia ordine fieri debent, perturbationem, summamque in ipso Clero ceremoniarum ac rituum ipsius Ecclesiæ ignorantiam, piorumque etiam animis offensionem & scandalum afferre, dignoscatur: Rever. Dominus Visitator decrevit & declaravit, ut omnes tam Canonici, quam Mansionarii, aliique ipsius Ecclesiæ Ministri, officiis Chori astricti, unum eumdemque in Choro & Ecclesia psallendi ordi-

B lime petebant, ut Romano Breviario extra Chorum uti liceret, donec Aquilejensium librorum commode fieri impressio posset. Oratoribus indulgendum censuit Sacra Congregatio. Litteras Paulo Byzantio, *Catharensi* & Auxiliari *Episcopo* dedit *Cardinalis Senonensis*, quem puto Nicolaum Pellevium, integras typis editas a Madrisio in Appendice II. Sancti Paulini. Verba italica profero, quæ faciunt instituto: *E' cosa santa e conveniente, che si serva il rito di quella Chiesa tanto antica, e approvato; e tutti si confrontino nell' offizio stesso: però il Capitolo si provederà di Breviarii di quel rito. Il che potrà fare comodamente, sendo poco fa stampato in Como: e quando non si possa far altrimenti, Monsignor Patriarcha* C *procuri, che a sue spese tra dui anni sia stampato; e intanto sia lecito extra Chorum solamente dir l' officio Romano... Di Roma alli* X. *Settembre* M. D. LXXXV. *Di V. S. M. R. Come Fratello il Cardinale di Sens.*

IPSI Romani Patres de servando Aquilejensi ritu soliciti fuerunt: at eorum vota, studiumque Visitatoris Apostolici in irritum abiere. Nova Codicum impressio peracta non est, invectaque consuetudo evelli nullo modo potuit; ac decem post annos in Aquilejensi Provinciali Synodo dixere Patres Titulo De Divinis Officiis: *Sanctam Romanam Ecclesiam Magistram, & Matrem agnovimus: hanc, ut reliquis, etiam ritu & ministeriis Ecclesiasticis,* D *modo sequimur.*

V. POSTREMO liceat loco antiquati ritus rem ipsam, ac veluti substantiam penitius introspicere. Ritus appellat in suo Decreto Cæsar de Nores, Visitator Apostolicus, *a Sancta Romana Ecclesia diversos*: scriptosque Psalterii libros, legimus in Actis Capitularibus num. 2. memoratis, *juxta ritum & consuetudinem, sive correctionem Psalterii Gallici, & ordinationem Aquilejensis Ecclesiæ*. Nihil hæsitans ajo, eumdem fuisse Aquilejensem re ac substantia, atque Romanum ritum ordinemque. Ad actionem liturgicam quod attinet, luculentissimum suppeditat argumentum Joannes Bona Libro I. Rerum Liturgicarum Capite VII. num. 5. ubi

„ tio aliis verbis concepta sit: quod diversas a „ Romanis Epistolas & Evangelia legant, quod „ non easdem festivitates Sanctorum celebrent, „ quod in modo procedendi, thus adolendi, „ & aliis hujusmodi minutioribus ab usu Ro„ mano discrepent; hæc procul dubio nec Ri„ tus diversitatem inducunt, nec Ritum pe„ culiarem constituunt." Hæc Missali Aquilejensi optime conveniunt omnia.

AGE vero, ipsas Liturgiæ partes singillatim perpendamus. Tres in Missali Aquilejensi ad singulas Missas orationes adsignatæ occurrunt, quæ pariter habentur in *Libro Sacramentorum*, quem digestum a Gregorio Magno vulgavit Hugo Menardus. Introitus, Graduale, Offertorium, & Communio, paucis exceptis immutatisque, recensentur omnia in ejusdem Gregorii *Antiphonario*, quod edidit Gussanvillæus. Opus utrumque Tomo tertio ejusdem Pontificis Operum inseruerunt Monachi Sancti Mauri. In eodem Libro Sacramentorum propriæ in singulis Missis præfationes habentur, quarum usus diu permansit. Allegari solet Epistola Pelagii II. ad Episcopos Germaniæ & Galliæ, ubi novem secundum *Ordinem Romanorum* Præfationes numerantur: *una in Albis Paschalibus*, *alia de Ascensione Domini*, *tertia de Pentecoste*, *quarta de Natali Domini*, *quinta de Apparitione*, *sexta de Apostolis*, *septima de Sancta Trinitate*, *octava de Cruce*, *nona de jejunio & Quadragesima*. Perperam hanc Pelagio II. tributam Epistolam, conjicit ac probat Joannes Bona. Novem easdem Præfationes jam usu receptas docet seculo decimo, & undecimo: adnotatque, duas additas, unam *communem* antiquissimam, alteramque *de Beata Virgine* ab Urbano II. institutam. Totidem vero, easdemque Missale Aquilejense præfationes habet. Sequuntur Lectiones, Epistolæ, & Evangelia. Librum, in quo prædicta continebantur, *Lectionarium* appellavere Veteres. Hunc Pamelius Tomo II. Liturgicorum, eumdemque auctum a Theotincho Presbytero Baluzius Tomo II. Capitularium, emendatumque ab Albino Thomasius in Li-

SED a Romano tandem ritu, tum Piano, cum vetusto, differt Aquilejensis in Rythmicis modulationibus, sive *Sequentiis*, ut vocant: quæ rarius in Ecclesia Romana, in aliis vero frequentius, post *Alleluja* decantari consueverunt. Plurimas exhibet Missale Aquilejense. Interpolationem postremo loco *Hymni Angelici* proferre placet pro Missa Beatæ Virginis. Post *Domine Fili*, *Unigenite*, *Jesu Christe*, additur: *Spiritus & alme Orphanorum Paraclite*. Post *Domine Deus*, *agnus Dei*, *Filius Patris*, hæc habentur: *Primogenitus Mariæ Virginis Matris*. Tum, *Ad Mariæ gloriam*, post *suscipe deprecationem nostram*. Sequitur:
C *Quoniam tu solus Sanctus*, *Mariam Sanctificans*: *Tu solus Dominus*, *Mariam gubernans*: *Tu solus Altissimus*, *Mariam coronans*, *Jesu Christe*. Privata quorumdam erga Deiparam observantia factum, ut hujusmodi clausulæ adjicerentur, animadvertit Bona; quæ adeo invaluerunt, ut passim in Libris ad usum Chori, tam editis, quam manuscriptis inveniantur.

DIVINORUM Officiorum pars altera Divinam Psalmodiam complectitur. Ritum Aquilejensem reipsa a Romano diversum non fuisse, paucis ostendo. Psalterium in ferias, & horas Romano more distribuitur. Ad Primam, diebus Dominicis Adventus, novem Psalmos recitabant Aquilejenses; videlicet
D XXI. *Deus Deus meus respice in me*, XXII. *Dominus regit me*, XXIII. *Domini est terra*, XXIV. *Ad te Domine*, XXV. *Judica me Domine*, LIII. *Deus in nomine tuo*, C.XVII. *Confitemini Domino quoniam bonus*, C.XVIII. *Beati immaculati*, & *Retribue servo tuo*. His adjungitur *Symbolum Athanasii*: quod Primæ Dominicali semper adjungere Symbolum consuevere. Dominica Septuagesimæ, & sequentibus usque ad Pascha, duos priores Psalmos in Laudibus mutabant; pro Psalmo, *Dominus regnavit*, legentes Psalmum L. *Miserere*; & pro, *Jubilate*, Psalmum C.XVII. *Confitemini*: hunc eo tempore omittentes in Prima, ejusque loco legentes Psalmum XCII. *Dominus regnavit*. Eamdem Psalterii divisionem ac formam

mam

que diebus peculiares indicuntur benedictiones ante lectiones Nocturnorum, itemque preces ad Horas.

Ad Completorium denique hymnos frequentius mutabant Aquilejenses: editamque *Confessionem* a Romana hodierna diversam legimus in Breviariis Ecclesiæ Civitatensis. Accipe illam, quam Codices vetusti nonnulli exhibent: *Confiteor Deo Omnipotenti, & Beatæ … & absolutionem omnium peccatorum vestrorum per gratiam Spiritus Sancti Paracliti tribuat vobis Omnipotens Deus pius & misericors. Amen.* Proprios istos Ecclesiæ Aquilejensis ritus adnotare libuit, aliosque animadvertimus in Codicibus, quos adhiberi potuisse, intacta procul dubio Romani ritus substantia, nemo non videt.

CAPUT CXIX.

Franciscum Barbarum excipit Hermolaus frater, hujus nominis secundus: hunc vero Antonius Grimanus, ejusdem nominis quartus. Ecclesiæ Aquilejensis regimen traditur Augustino II. Gradonico. Succedunt Marcus, & Hieronymus ex eadem Gradonicorum gente.

I. Ad seriem Patriarcharum, eorumque gesta revertor. Francisco Barbaro successit Hermolaus frater, adsumptis infulis, quarum spe tenebatur ex munere Coadjutoris, quod ipsi conlatum fuerat. Integritate morum, Religionis Zelo, studio pietatis, ac pastorali solicitudine excelluit: Fratremque visus est virtutibus æquare. Collecta ingentis probitatis fama, vita excessit Venetiis *anno 1622. die 22. Decembris*. Utinam ejus ossa in Ædem S. Antonii anno 1633. delata sunt, ac inlata in Francisci fratris sepulcrum.

Antonius Grimanus, qui Hermolao ad Patriarchales curas sustinendas anno 1518. tributus fuerat Administer, Patriarchale solium post obitum ejus conscendit. Quartus hujus nominis in Patriarcharum serie numeratur. Torcellanam antea rexerat Ecclesiam: pluribusque legationibus, quas Ughellus memorat, pro Patria, ac Sedis Apostolicæ nomine, egregie functus est. Ad *annum 1624.* (reponendum puto annum 1622.) refertur inita Metropolitanæ Aquilejensis Ecclesiæ possessio *per Procuratorem Caimum Episcopum Emonensem*.

Solemni consueto ingressu in Civitatem Utini, Civitatemque Forijulii anno 1625. adivit Patriarcha. Apud Zancarolum in literis ad Civitatenses datis hæc habet ille: *Ad tantæ rei recordationem posteritate nunquam delendam, non minus prompte, quam benigne Capa violacea, tanquam principaliori nostro Patriarchali indumento, ex humeris nostris expoliati, in signum ac fidem perpetui communisque & universalis privilegii vestræ hujus Civitatis, sponte libereque vobis dedimus, donavimus, & tradendo concessimus.* Datæ & actæ Tabulæ sunt *in Civitate Forijulii prope Portam Majorem insignis Collegiatæ Beatæ Mariæ nostræ Aquilejensis Diœcesis.... anno Nativitatis Domini* M. DC. XXX. (XXV.) *Indictione* VIII. *die vero Dominica* XXII. *Mensis Maii; Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Urbani divina providentia Papæ* VIII. anno II. *Patriarchatus vero nostri suscepti regiminis anno* III. Synodum Diœcesanam ab eo celebratam Utini in Æde Divo Antonio Abbati sacra ad annum 1627. refert Palladius.

II. Mortem obiit *Venetiis* ornatissimus Præsul *anno 1628. die 26. Januarii hora* II. Spem successionis, simulque Patriarchatum, consuetis ab Urbano VIII. datis litteris, indeptus est Augustinus Gradonicus, hujus nominis II. Civitatem Forijulii adivit ipse, Tabulis de Pontificali Capa juxta morem deposita confectis eodem *anno Nativitatis Domini* M. DC. XXVIII. *Indictione* XI. *die* XXI. *Mensis Junii;*

„ Pontificibus probatus, plurimis sancte per„ actis, Ecclesiastico jure sarto tecto, Elogia „ quæ Antecessoribus suis tam in Feltrensi, „ quam in Aquilejensi Aulæis paravit, ipse „ meruit. Obiit Patavii, dum curaretur, die „ XXVI. Septembris M. DC. XXVIII.

AMPLIORE Ughellus promeritas celebrat sermone laudes: diemque emortualem notat *vigesimam septimam* Septembris ejusdem anni. Annum insequentem *1629.* diemque 25. Septembris legimus in Epigraphe, tumulo ejus C inscripta, in Veneto Sancti Zachariæ Templo: *Augustino Gradonico Patriarchæ Aquilejensi Andreas Frater. Ob. anno Domini* M. DC. XXIX. *die* XXV. *Septembris*. In Tabulario Provisorum salutis ad diem *vigesimam sextam* Septembris anni *1629.* obitus Augustini refertur.

III. MARCUS Patriarcha, ex eadem Gradonicorum gente, sed alia ex Familia prognatus, successit. Hunc refert Ughellus, *ex Coadjutore assumptum fuisse ad gubernacula Ecclesiæ anno* M. DC. XXX. Alia temporis nota cus *die septima Octobris*: remque divinam fecit in Majore Ecclesia *die sexta Novembris*. Reponendum annum *1633.* evincit posterior in Civitatem Forijulii ingressus, ante Octobrem ejusdem *anni 1634.* peractus. *Datas* quippe, & *actas* in eadem *Civitate Forijulii*, jussu Marci qui locum adierat, consuetas Litteras, in Archivo Civitatis adservatas, vulgatasque a Zancarolo, legimus *anno* M. DC. XXXIV. *die* XV. *Mensis Junii*, *Pontificatus SS. D. N. Urbani Papæ* VIII. *anno* XI. *Patriarchatus anno primo*.

LETHO correptus excessit vita Marcus, optime de Ecclesia meritus anno *1656.* Diem emortualem *sextamdecimam Februarii* notat Palladius. Hieronymum fratrem sibi adsciverat ille Coadjutorem, Episcopum Madauriensem, indeque Famagustanum. Eodem anno *die 22. Februarii possessionem Ecclesiæ datam* legimus Hieronymo *in Ecclesia Collegiata Utini*. Ingentis expectationis Præsulem sustulit mors improba insequente anno, undecimo Patriarchatus Mense.

CAPUT CXX.

Sedem Aquilejensem conscendit Joannes VII. Delfinus. Daniele fratre, primo Coadjutore, vita functo, ad idem munus deligitur Dionysius Nepos. Joannem S. R. E. Cardinalem excipit idem Dionysius. Marco Gradonico Coadjutori ad Sedem Veronensem evecto sufficitur Daniel Delfinus, hujus nominis II. qui Dionysio succedens Patriarchalem moderatur Ecclesiam, Administro adscito Bartholomæo Gradonico.

I. EODEM, quo ad infulas Aquilejenses D evectus fuerat anno *1656.* sibi Hieronymus Gradonicus dari Administrum expostulaverat Joannem ex Delfina gente Virum eximium. Votis ejus *die 23. Junii* factum satis ab Alexandro VII. qui datum Coadjutorem Tagastensi in Africæ infidelium partibus Episcopatu insignivit. Is a Clericali militia, quam a puero professus fuerat, rei domesticæ curis avocatus, via patefacta ad honores Patriæ dignitatesque, locum habuit inter Præconsultores tertii, & medii ordinis: seditque cum Patribus in Senatu. Severas coluit humanioresque Musas, latine & græce perdoctus, divini humanique juris laurea decoratus, pluribusque scriptis Operibus clarissimus. Commentarios composuit *Morales & politicos in Cornelium Tacitum*, & *in Sallustium;*

stium;

ta editio.

COADJUTOR ab Hieronymo Patriarcha postulatus, ad Clericatum rediit: ipsamque Patriarchalem Ecclesiam post obitum ejus administrandam suscepit, inita *Utini* possessione anno 1658. Mense Januario. Consueti ingressus honore eodem anno die 12. Aprilis, Palladio teste, Utinenses affecit: tradiditque Forojuliensibus pro more Pontificalem Capam *die* 8. *Septembris* ejusdem anni. Diœcesim perlustravit vigilantissimus Pastor, ut gregem sibi commissum inviseret, deduceretque ad pascua æterna: habuitque Synodos Diœcesanas anno 1660. & 1669. quas idem Patriarcha memorat in Edicto de vita & honestate Clericorum anno 1699. die 30. Maii typis vulgato, saluberrimis Decretis refertas. Inter purpuratos Romanæ Ecclesiæ Patres ipsum Alexander VII. adnumeravit *anno* 1667. *die* 7. *Martii* in ultima Cardinalium enunciatione. Annum effert 1666. errore captus Venetus Italiæ Sacræ Editor: aut certe typorum mendum est. Titulum Presbyteralem Sancti Salvatoris in Lauro a Successore Clemente IX. obtinuit: quem progressu temporis cum Diaconia Sanctorum Viti & Modesti commutavit. Egregii Viri, Patriarchæ, & Cardinalis elogium habes apud Oldoinum in Vitis Cardinalium, ac Venetum Italiæ Sacræ Editorem, qui Scriptores alios citant in ejus laudibus egregie versatos.

II. ADSUMPTI Patriarchatus initio Administrum adscivit juxta morem Joannes Danielem fratrem natu minorem, quem Philadelphiensibus infulis *anno* 1659. *die* 22. *Februarii* decoravit Alexander septimus. Morte sublato Daniele, Coadjutor datus est Joanni litteris Apostolicis *anno* 1698. *die* 16. *Martii* nepos ejus ex Fratre Dionysius, Loriensium Antistes in partibus infidelium ab Innocentio XII. declaratus.

III. NON diu post, *anno* videlicet insequente 1699. *die* 19. *Julii*, vitæ metam attigit Joannes, Venetiis in Sancti Michaëlis de Muratti in lucem prodierunt Acta. Vigilantissimi Pastoris laudes celebrant haud unquam peritura monumenta, Clericorum disciplina adserta, Sacrarum Virginum Gynæcea ad communem vivendi normam redacta, Salesianæ Moniales in Oppido Sancti Viti exceptæ, erectus in Sancti Danielis ad levamen pauperum Mons pietatis, Utinensis Collegiata Ecclesia reparata, magnifice ampliatæ Patriarchales ædes, ornatissima Bibliotheca a fundamentis ædificio erecto ad commune commodum instructa, aliaque præclarissima gesta.

IV. EIDEM Patriarchæ, qui Coadjutorem in arduo munere postulaverat, lubens indulsit Innocentius XII. deditque Marcum Gradonicum Tilopoliensi Episcopatu insignitum, *anno* 1699. *die* 22. *Augusti*. Sedem is Veronensem obtinuit *anno* 1714. *die* 1. *Octobris*, gessitque postea Patriarchales infulas Venetiarum. Novum Dionysio dedit Clemens XI. precibus ejus annuens, Administrum nepotem ex fratre Danielem, quem simul Antistitem Aureliopolitanum in partibus renunciavit. Datas legimus Pontificias litteras *die* 6. *Decembris* 1714.

V. VITAM sedemque, ingenti commissi gregis dolore ac luctu, Dionysius Patriarcha amisit anno 1734. die 13. Augusti. Successit, jacturamque sarcivit electus Daniel, quem hujus nominis II. numeramus post Danielem Barbarum, qui Aquilejenses infulas, Joanne Grimano cedente cum regressu, gestavit. Administrum regiminis adscivit Bartholomæum Gradonicum, quem Romæ commorantem Clemens XII. in utraque Signatura Referendarium, ac Prælatum domesticum renunciaverat. Patriarchæ votis benignas aures præbuit Pontifex, ipsumque Gradonicum electum Coadjutorem *Thyatiræ* Episcopatu insignivit eodem anno *die* 18. *Septembris*. Curam omnem, omnemque solicitudinem in Ecclesiæ suæ commodum & ornamentum Daniel Patriarcha impendit, quem diu incolumem, ut præsit prositque, servet Deus Optimus Maximus.

APPENDIX,

IN QUA VETUSTA

AQUILEJENSIUM PATRIARCHARUM,

RERUMQUE FOROJULIENSIUM CHRONICA,

EMENDATIORA QUÆDAM,

ALIA NUNC PRIMUM, IN LUCEM PRODEUNT.

singulis annis die secunda Februarii in Festo Purificationis Deiparæ in insigni Collegiata S. Mariæ Ecclesia Civitatis Forijulii, Candelarum distributione completa, ante Missarum solemnia, coram palamque ex Odeo alta voce recitat Canonicus Archidiaconus, quem *in planis* vocant; alter enim distinguitur, qui eodem fungitur munere, *Archidiaconus in montibus* dictus. Mos idem in Aquilejensi Metropolitana Ecclesia olim servabatur, ut colligere certo licet ex Codice Membranaceo, cui titulus, *Incipit Ordo officii secundum morem & consuetudinem Aquilegensis Ecclesiæ*, in quo hæc habentur: *In Purificatione Sanctæ Mariæ &c. Facta autem statione in medio Ecclesiæ, imponit* (seu incipit, Cangio adnotante in Glossario) *Episcopus, vel Sacerdos loco ejus celebraturus Antiph. Hodie Beata Virgo &c. Quo finito, recitantur nomina Patriarcharum.*

Ritum istum profluere ex vetusto Diptychorum usu, Capite I. adnotavimus, proque certo compertoque habemus. Diptycha Episcoporum erant codices aut libelli, quibus in singulis Ecclesiis nomina Præsulum inscribebantur, qui easdem administraverant, inter Missarum solemnia publice recitanda. Ea in Archivis & scriniis Ecclesiarum religiosissime custodiri solebant, ut Episcoporum successio ac series constaret, dataque occasione probaretur. Illustre suppeditant exemplum (ut cætera prætereamus) Acta Concilii Mopsvesteni, quæ Collatione V. Synodi quintæ œcumenicæ habentur. Compellatus *Joannes Presbyter & Cimiliarcha* a Synodi Patribus, ut Episcoporum Mopsvestenæ Ecclesiæ catalogos traderet, eos ex Armario sacrorum vasorum protulit: *Diptycha*, inquiens, *ista protuli, & ad recitationem porrigo. Habeo & alios duos Membranaceos quaterniones vetustiores istis, qui nunc sunt, & recitantur.* Cujusmodi fuerint, sequentibus verbis declaratur: *Pro requiescentibus Episcopis Protogene, Zosimo, Olympio, Cyrillo*, (loco Theodori senioris, qui hæresi infectus decesserat, nomen Cyrilli Alexandrini Diptychis Mopsvestenis inscriptum fuisse, Acta testantur) *Thoma, Bassiano, Joanne, Auxentio, Palatino, Jacobo, Zosimo, Theodoro, Symeone. Et ex alio Diptycho: Pro requiescentibus Episcopis Protogene, Zosimo, Olympio, Cyrillo, Thoma, Bassiano, Joanne, Auxentio, Palatino, Jacobo, Zosimo, Theodoro, Symeone. Et ex aliis Diptychis: Pro requiescentibus Episcopis Protogene, Zosimo, Olympio, Cyrillo, Thoma, Bassiano, Joanne, Auxentio, Palatino, Jacobo.* Mos idem sequiore ætate in pluribus adhuc Ecclesiis obtinebat, tametsi in aliis abierit in desuetudinem. Seculo nono Hincmarus Remensis apud Cangium in Glossario, Nicolaum Romanum Pontificem postulavit: *utrum Ebonem inter Episcopos in sacris Diptychis in Ecclesia nominari permittere* deberet. Quinam vero fuerit in eadem Ecclesia usus Diptychorum, Adalbero Archiepisco- auctoritate, hæc narrare pergit: *Imo seculo XI. inquiens, id passim in usu fuisse, patet ex Concilio Helenensi seu Tulugiensi, ex Micrologo Capite XIII. & ex Leone Ostiensi Libro II. Chronici Cassinensis Capite LXXIII. Atvero Herimannus Monachus S. Martini Tornacensis, qui insequenti sæculo scribebat, in Libro de restauratione sui Monasterii innuere videtur, hunc ritum suo tempore in desuetudinem abiisse. Vigebat tamen adhuc in Ecclesia Ambianensi, in cujus Diptychis Gervinus, qui ineunte seculo XII. diem clausit extremum, commemoratur.* Hæc ille Diptycha in specimen aliorum sub oculos ponit: *Memento etiam, Domine, & eorum nempe Firmini Confessoris, Honorati, Salvii, Berhundi, Leodardi, Audoeni, Bertefridi, Dadonis, Beati, Deodati, Orsimani, Dominici, Christiani, Rumberti, Alulfi, Georgii, Jesse, Sigebardi, Reginari, Hermerodi, Geroldi, Ogeri, Bavaldi, Ramboldi, Teurbodi, Almanni, Godesmanni, Fulconis, Widonis, Ratdulfi, Rorgonis, Gervini, qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis.*

Satis jamvero patet, primis Ecclesiæ seculis Diptycha Episcoporum, qui vitam in communione catholica cum morte commutaverant, inter Missarum solemnia publice lecta fuisse: aucto Episcoporum numero, ne diutius liturgica operatio protraheretur, in desuetudinem abire eam cœpisse Episcoporum commemorationem: at in quibusdam Ecclesiis Diptychorum usum paucis mutatis retentum esse, ut exemplis demonstravimus. Aliam viam tenuisse videtur Ecclesia Aquilejensis. Nomina suæ sedis Antistitum inter Missarum solemnia recitare abstinuit: sed eadem ut semel in anno ex Odeo legerentur coram populo, obtinuit usus, hodieque morem istum servat Ecclesia collegiata civitatis Forijulii.

Ex hisce Diptychis, observarunt docentque Doctissimi Viri, vetustos prodiisse Episcoporum catalogos, qui non paucis in Ecclesiis asservantur: ac jure sane meritoque admonent, fidem eisdem, cum de successione ac ordine Episcoporum agitur, non minus ac Diptychis adhibendam esse, quoties interpolationes non appareant, quæ sequiore ætate irrepserint. Hinc sibi fidem auctoritatemque conciliat Catalogus noster, quem primo loco in lucem edimus, tum ea quæ vetustis id genus catalogis communis ratio est, tum peculiari qua gaudet prærogativa; speciem enim Diptychi habet, quod olim in Aquilejensi Metropoli recitabatur, ac etiamnum legitur in Ecclesia civitatis Forijulii. Neque tamen inficias iverim, nonnullis ipsum vitiatum esse interpolationibus. Perperam primi Episcopi titulo Patriarchæ insigniuntur, qui seculo sexto aut septimo exortum habuit: ac perperam intrusus Stefanum inter ac Macedonium legitur Maxentius, ille fortasse qui Juliensem in Carnis Ecclesiam administravit. Si

quæ

que in Archivis : quoddam vero plurium vitas Patriarcharum exhiberi, pauciorum aliis; adeoque non unam, sed variam Chronicorum ætatem constituendam esse, cum vetustis temporibus chronica Episcoporum in Ecclesiis conscribi cœperint, Successorum deinceps numero augenda.

Chronicon, quod vulgamus ex Apographo in Archivo Canonicorum Civitatensium seu Forojuliensium adservato descriptum, desinit in Maxentio: illudque nono seculo concinnatum esse, haud levi affirmari posse conjectura credimus. Paulum Diaconum, qui vitas Episcoporum Metensium octavo aeræ christianæ seculo conscripsit, Italis ingeniis exemplum præbuisse ad paria elucubranda opera, prudentissime sibi suadet Muratorius in Præfatione ad Librum Pontificalem Agnelli Tomo II. Scriptorum Italiæ. Paucis namque post ejusdem Pauli obitum annis natus ipse Agnellus, vitas Ravennatium Episcoporum sibi conscribendas suscepit: itemque Opusculum de situ civitatis Mediolani inscriptum, in quo veterum ejus urbis Antistitum habentur vitæ, profert idem Muratorius Tomo I. Parte II. citatæ Collectionis; quod ad seculum decimum, ac fortasse nonum referri posse arbitratur, *cum post annum* (inquit) *potissimum a Christi Nativitate octingentesimum mos invaluerit, ut præclara quæque Ecclesia vitas Antistitum suorum colligeret, ac litteris consignaret.* Præclarissima vero in Italia semper fuit Aquilejensis Ecclesia, eaque tempestate maxime florebat: *eamque par est credere*, (loqui liceat cum Muratorio de Mediolanensi disserente) *ejusmodi ornamento, quod & minores Ecclesiæ sibi conquisierant, carere diutius noluisse.* Chronicon ergo, quod seculo nono concinnatum fuisse verisimillimum est, licet antea a Muratorio typis editum, mendis aliquibus expurgatum vulgamus; quod additamentis sequioris aevi interpolatum, vitiatisque Patriarcharum annis corruptum, non abnuimus.

Num. III. prostat alterum Chronicon, ex eodem Archivo Canonicorum Civitatensium depromptum, initio mutilum ac lacerum, quod in Volchero finem habet. Novum occurrit argumentum, quod suadet, variis temporibus diversa Patriarcharum Chronica confecta esse; illudque in more positum, ut vetusta Chronica, quæ seculo nono fortasse compilari cœperunt, vitis Episcoporum, qui succedebant, ab synchronis Auctoribus adaugerentur. Hoc idem Chronicon in eo, quod a Muratorio vulgatum memoravimus, continetur. Dispendium operæ non fuerit, novis illud typis in lucem edere. Utriusque facta collatione, utrumque mendis aliquibus vitiatum facile deprehenditur; nimiumque libera recentium Exscriptorum manu interpolatum.

Num. IV. V. VI. aliorum Chronicorum, quæ in variis, publicis, privatisque, Provinciæ archivis veritate abhorrent. Diligentiorem Provinciæ nostræ descriptionem contexuit Henricus Palladius de Olivis Libro I. Rerum Forojuliensium, locorum insuper quæ numerat situ indicato. Alia circumfertur manuscripta, eademque accuratissima descriptio, quam italice scripsit Hieronymus de Purliliis, nuncupavitque Episcopo Nicastri, Sedis Apostolicæ ad Venetam Rempublicam Legato, data *Ragoneæ* ad ipsum Epistola *die 20. Septembris anno* 1567. Ad me quod attinet, commemoranda ea loca censeo, quæ vetustis nota fuerunt scriptoribus.

Apud Plinium Libro III. Capite XVIII. numerantur *Altinum*, *Colonia Concordia*, *Portus Romatium*, *Castellum nobile vino Pucinum*, *Colonia Tergeste*: itemque populi occurrunt Capite XIX. *Julienses Carnorum*, *Forojulienses cognomento Transpadani*, quibus addo *Venidates*. Notat Ptolomæus Libro III. Geographiæ Tabula VI. Europæ secus Hadriaticum sinum *Tergestum Coloniа*, & in Carnorum Mediterraneis *Forumjulium Coloniam*, *Concordiam Coloniam*, *Aquilejam Coloniam*. In Itinerario Antonini Augusti præter Aquilejam legimus *Tricensimum*, & *Julium Carnicum*.

Venantius Fortunatus, qui seculo sexto florebat, ac Provinciæ fines ac loca optime noverat, plura memorat Libro IV. de Vita S. Martini carminibus descripta. Ita canit vero Tomo X. Lugdunensis Bibliothecæ Patrum:

Hinc pete, rapte, vias, (librum suum alloquitur,) *ubi Julia tenditur alpes*

Altius assurgens, & mons in nubila pergit.
Inde Foro, Juli de nomine Principis, exi
Per rupes, Osope, tuas, qua labitur undis,
Et superinstat aquis Renuatilia montis.
Hinc Venetum saltus: campestria perge per arva
Sub montana quidem, Castella per ardua tendens.

Vitio multiplici laborant carmina. Eadem felicissime vitiis purgavit ex Vaticano insignis notæ Codice Doctissimus Archiepiscopus Ancyræ, Justus Fontaninus, in Commentario S. Columbæ. In quarto carmine pro *labitur* legendum indicit *lambitur*. In quinto corrupta sunt illa verba, *Renuatilia montis*: repone vero *Revunia Tiliamenti*. In septimo duplici illa voce *sub montana* ablegata, lege *Submontana*. Hinc habes *Forumjulii*, & *Osopum*, & *Revuniam* seu *Reuniam* Castellum, quod Tiliamento fluvio *lambitur*. Habes etiam generatim *Venetum saltus*, & *campestria arva submontana*, & *ardua Castella* quæ frequentissima sunt in collibus Provinciæ.

Eadem loca commemorat Paulus Diaconus Libro II. Historiæ Langobardorum Capite XIII. ubi de Fortunati in Gallias proficiscentis itinere mentionem ingerit. Verba ejus sunt: *Qui* (Fortuna-

tus)

eo Schismatici Aquilejensis Provinciæ Episcopi in causa trium Capitulorum celebraverunt. Libro IV. Capite XXXVIII. irruptio describitur Avarorum Cacani, seu Regis, (nam Reges Avarorum appellatos fuisse Cacanos, passim habentur in Historicis testimonia:) atque loca numerantur, intra quæ se Romilda Gisulfi Ducis ab Avaris interfecti uxor, ac Langobardorum proceres receperunt; scilicet *Forojulianum Castrum*, & *Castra Carmones*, *Nomaso*, *Osopo*, *Artenia*, *Reunia*, *Glemona*, *& Ibligine*. Hunc postremum locum *Belinam* interpretatur Jo. Franciscus Palladius: notat vero Cluverius in Italia antiqua, legi in nonnullis codicibus *Biliginem*, ac fortasse vicum esse secus Turrum amnem, qui vulgo nunc vocatur *Biliris*. Libro V. Capite XIX. pugna refertur Cacani Avarorum cum Lupo Duce Forojuliensi, *in loco* commissa, *qui Fluvius dicitur:* ipsiusque Lupi filius nomine Warnefridus extinctus perhibetur Capite XXII. *apud Nemas castrum, quod non longe a Forojulii distat*. Idem est *Nemas*, ac *Namaso*, & *Nemaso*, ut plerique Codices habent: de loco vero ea voce significato non una est Geographorum, ac popularium opinio. Capite sequente XXIII. legimus, irruentes *Sclavos adversus Vectarim Ducem Forojulii* castra posuisse *in loca, qui Broxas dicitur non longe a Forojulii:* eisque Vectarim venisse obviam *ad pontem Natisonis, qui ibidem est, ubi Sclavi residebant*. Alachis Tridentini Ducis defectio contra Cunibertum Regem Capite XXXIX. refertur; diciturque Forojulianorum exercitum ille collegisse *ad pontem Liquentiæ fluminis, quod a Forojulii quadraginta ella millibus distat..... in silva, quæ Capulanus* appellatur. Libro VI. Capite III. iterum *Reunia* occurrit, natale solum *Ansfriti*, qui Ducatum invasit Rodoaldi. Capite XLV. ætate Pemmonis Ducis, *immensa Sclavorum multitudo in locum, qui Lauriana dicitur, adventavit*, quam ipse Pemmo fudit. Capite demum LI. distinguitur *Castrum Juliense* in Carnis, ubi sedem tenebat Fidentius Episcopus, *a Forojuliana Castra:* memoraturque *Castellum Pontium supra mare situm*. Codex citatus habet *Castellum Putium*. An idem cum *Pucioli* apud Anonymum Ravennatem? Ait enim Libro IV. num. 31. *Tergeston*, *Forojulium*, *Puciolis*, *Aquileja*, *Concordia*, *Altinum*. Hæc sunt loca, quæ in Forojuliensi Provincia vetusti notarunt scriptores. Alia plura, quorum aliqua æque fortasse vetusta sunt, alia recentioris originis, numerat Catalogus: eademque occurrunt in Diplomatibus, aliisque monumentis, in Commentario nostro vulgatis.

Num. VIII. & IX. duo proferuntur Chronica, quorum alterum prioris est epitome. Fusiore calamo primum conscriptum est, resque complecti- *data fuit Johanni fratri meo*. Loco altero hæc verba sequuntur: *Item ego Johannes celebravi primo Missam nona die Majo, currente Dominica per C. anno Domini M. CC. XCIV.* Hinc dubium nullum, Joannem in Chronico Juliani fratris plura adnotasse.

Annorum ordo præposterus aliquoties occurrit cum in fusiore Chronico, tum in ejus Epitome. Exempli causa, res Forojulienses ordinata riteque digesta annorum serie describuntur usque ad annum 1288. Tum ad superiores annos fit regressus, iterumque annus 1277. notatur: pluraque narrantur, quæ prædicto, & sequentibus annis acciderunt, donec in seriem annorum interceptam redit scriptor: atque sic deinceps quater, vel quinquies. Hujusmodi additamenta cum præpostero annorum ordine non raro occurrunt in Chronicis. Quod modo præsto est, profero Chronicon Leobiense a Hieronymo Pezio in Rebus Austriacis vulgatum. An vero accessiones prædictæ parentem habeant Julianum præcipuum Chronici Auctorem, an Joannem fratrem, aliumque res adnotantem quæ fugerant illos, divinare non licet.

Chronicon utrumque vulgavit Muratorius anno 1738. Tomo XXIV. ac postremo scriptorum Italiæ. Primi exemplum, quod fusius est, Josephus Binius in Rerum Forojuliensium eruditione versatissimus communicavit: alterumque, quod prioris Epitomen dicimus, tradidit Laurentius a Turre Capituli Civitatensis Decanus, ex Necrologio superius citato descriptum. Binianum exemplum *multis in locis exesum*, scribit Muratorius: monetque, *ex utriusque collatione non sine multo labore Opusculum*, quod in lucem edit, *se consarcinasse*. Hinc vero mirum non fuerit, Opusculum prodire mendis corruptum, quas eluere nostrum erit. Desiderantur quamplura, quæ in Apographis *exesis*, *corrosis*, *& lacunis fœdatis* legi nullo modo potuerunt. Anni vitiati sunt, vitiatique dies mensium: adeoque sæpe nutat Chronographia. Locorum, Virorumque corrupta sunt pleraque nomina, & cognomina; unde ubi sequentia occurrunt, *Cenetensis* Episcopus, *Dyechalmus*, *de Azone*, *Zuculata*, *Padreni*, *de Rubisea*, *True*, *Dimino*, *Tezone*, *Bajani*, *Strumberch*, *Tolinum*, reponi debent *Petenensis*, *Dyetalmus*, *de Orzono*, *Zucula*, *Paderni*, *de Rubignaco*, *Trus*, *Duyno*, *Johanne*, *Boyani*, *Stumberch*, *Tojanum*. Alia id genus menda prætereo: liceatque demum adnotare, passim, sed perperam scribi *Cividatum*, *Cividatense Capitulum*, *Cividatenses* homines; cum *Civitas* ævo illo constantissime diceretur, ac inde appellatio flueret *Civitatensis* Capituli, *Civitatensium* hominum &c. Exempla emendatiora nobis præsto fuerunt, quæ diligentissime descripsimus: erroresque nonnullos in

nio Ecclesiam Aquilejensem titulo commendæ administrante, conflagraverunt: ac Successoris Joannis de Moravia gesta compendio colliguntur. Opus conscripsit Joannes, filius Aylini, patria Maniacensis ubi Notarii munere, quod etiam progenitores exercuerant, fungebatur. Prodit vero ex Codice Camilli Manini. Is, Utinensis Patricius, litteris & armis florebat seculo aeræ christianæ sextodecimo, Carolo V. Imperatori acceptissimus. Orcasque notas exhibet animadversione dignas. Hactenus vero de primo hujusce Historiæ fragmento. Atenim insigne denique additamentum accedit, ab eodem Joanne Aylini proculdubio conscriptum; quod posteritati servavit Codex initio mutilus, propria Antonii Belloni manu exaratus. Plura disseruimus Capite XCVI. num. 4. quæ repetere nec vacat, nec libet.

INDEX CHRONICORUM,

Quæ vel emendatiora, vel nunc primum in lucem prodeunt.

I.

Catalogus Patriarcharum Aquilejensium, qui quotannis die secunda Februarii in Festo Purificationis Deiparæ recitatur in Ecclesia Collegiata S. Mariæ in Civitate Forijulii.

II.

Chronicon Patriarcharum Aquilejensium, quod in Tabulario Capituli in Civitate Forijulii adservatur.

III.

Chronicon alterum, initio mutilum, quod in eodem Tabulario Capituli Civitatensis adservatur.

IV.

Chronicon tertium Patriarcharum Aquilejensium, Volcheri, & Successorum.

V.

Nonnullorum Patriarcharum Vitæ ex alio Chronico MS. desumptæ.

VI.

De Rebus Forojuliensibus sub Ludovico de Tech ex alio Chronico MS. Patriarcharum.

VII.

Urbes, Castra, oppida, & Arces Forojulienses ex Codice MS.

VIII.

Juliani Chronicon Forojuliense ex Codice Antonii Belloni descriptum.

IX.

Epitome superioris Chronici, quæ in Archivo Capituli Forojuliensis, seu Civitatensis adservatur in calce vetustissimi Necrologii.

X.

Fragmenta Historica, ex eodem vetustissimo Necrologio deprompta.

XI.

Joannis q. Aylini Notarii Maniacensis Historia belli Forojuliensis tempore D. Philippi de Alenconio Cardinalis, & Aquilejensis Patriarchæ ex Codicibus Camilli Manini, & Antonii Belloni.

XII.

Fragmenta Historica ex Necrologio MS. citato num. IX. & X.

Maximus P.
Januarius P.
Secundus P.
Niceta P.
Marcellianus P.
Marcellinus P.
Stephanus P.
Maxentius P.
Macedonius P.
Paulus P.
Probinus P.
Helias P.
Severus P.
Joannes P.
Martenianus P.
Fortunatus P.
Felix P.
Joannes P.
Joannes P.
Petrus P.
Joannes P.
Serenus P.
Callistus P.
Sigivaldus P.
Paulinus P.
Ursus P.
Maxentius P.
Andreas P.
Venantius P.
Theutinarus P.
Lupus P.
Valpertus P.
Federicus P.
Leo P.
Ursus P.
Lupus P.
Engelfredus P.
Rodaldus P.
Joannes P.
Popo P.

Gregorius P.
Raymundus P.
Petrus P.
Ottobonus P.
Castonus P.
Paganus P.
Bertrandus P.
Nicolaus P.
Ludovicus P.
Marquardus P.
Philippus P.
Joannes P.
Antonius P.
Antonius P.
Antonius Card. P.
Ludovicus P.
Ludovicus P.
Marcus Barbus Cardin. P.
Hermolaus Barbarus P.
Nicolaus Donatus P.
Dominicus Grimanus C. P.
Marinus Grimanus C. P.
Marcus Grimanus electus P.
Joannes Grimanus P.
Daniel Barbarus el. P.
Aloysius Justinianus electus P.
Franciscus Barbarus P.
Hermolaus Barbarus P.
Antonius Grimanus P.
Augustinus Gradonicus P.
Marcus Gradonicus P.
Hieronymus Gradonicus P.
Joannes Delphinus C. P.
Dionysius Delphinus P.

II.

Chronicon Patriarcharum Aquilejensium, quod in Tabulario Capituli in Civitate Forijulii adservatur.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Amen. Post ipsius sacratissimam Ascensionem ad Patrem, omnes Apostoli.... missis sortibus per mun-

in Aquilegia fuit Beatus Marcus Evangelista, qui prædicationis suæ rugitu infinitis populis ad fidem Christi conversis; & jam fundata Ecclesia, vultum Petri Magistri sui videre desiderans & ire Romam, populum occulte dimittere satagebat. At Dei nutu, vociferante populo, & petente pastorem, ab omni turba Beatus Hermacoras in pastorem gregis domini electus est. Tunc B. Hermacoras iter cum B. Marco arripiens, Romam pervenit: & a B. Petro baculum accipiens Pontificatus, & velamen sacrum suscipiens, Proto-Episcopus provinciæ Italiæ ordinatur, & super omnes Ecclesias Italiæ primatum obtinuit. Et regressus ad urbem Aquilegiam, Ecclesiam suam miro componens moderamine, Seniores & Levitas ordinavit, quos ad Civitates alias Italiæ transmittebat. Tandem XX. annorum ab ipsius ordinatione decurso curriculo, omissis ejus sanctis operibus, quæ in Legenda declarantur ipsius, sub Sevasto præside in prædicta urbe Aquilegia, & Nerone Monarchiam gubernante, post diversa genera tormentorum cum S. Fortunato Archidiacono suo decollatus, Aquilejensem Ecclesiam sacro martyrio decoravit, præmittens ad palmam nobiles sacratissimas Virgines, Eusemiam, Dorotheam, Theclam, & Erasmam, quas propriis manibus baptizavit. Hæ Virgines post Christi passionem primæ per martyrii palmam immaculato Agno sua corpora tradiderunt. Quæ in Ecclesia Aquilejensi cotidie gloriosis coruscant miraculis. Hujus S. Præsulis precibus Aquilejensis provincia est ab invasione dæmonum liberata: nec aliquis de hac provincia, ubicumque fuerit, a Dæmone vexari potest, nec periclitari morsibus scorpionum.

Huic beatissimo Proto-Præsuli successit D. Helarus Patriarcha, qui sibi commissum populum in fide Christi verbo confortans & opere, expletis ordinationis suæ annis X. sub Numeriano Principe, una cum Taciano Archidiacono suo, & aliis tribus Dionysio, Hilario, & Felice, bonum certamen certantes, cursum glorioso martyrio consummarunt.

Helaro successit Grisogonus (a) Patriarcha, qui completis annis X. suæ ordinationis, mirifice rexit Ecclesiam. (b)

Grisogono successit Theodorus Patriarcha, qui XI. anno (c) ab ipsius ordinatione vitam martyrio consummavit.

Post hunc successit Grisogonus Patriarcha, qui ple-

(a) Apud Muratorium, *Grisogonus*. (b) Apud Murat. *postea in pace vitam in Domino consummavit.*

(c) Apud Murat. *IX. annos ordinationis suæ mirificus pugnator pro fidei catholicæ nomine in pace migravit ad Christum.*

quilejensi. Hujus tempore floruit etiam Rufinus Presbyter Aquilejensis, Doctor eximius, qui Librum de Historia Scholastica composuit, & multos alios de græco & hebraico transtulit in latinum: multasque epistolas direxit Hieronymo, & Hieronymus sibi. Sedit annos XVIII. & plenus bonis operibus migravit ad Christum.

Cromatio successit Augustinus Patriarcha, qui post annos XIX. (*c*) ab ordinatione sua, aucto populo Dei, cum Sanctis in pace quievit.

Adelphus Patriarcha sedit annos IX.
Maximus Patriarcha sedit annos XX.
Januarius Patriarcha sedit annos VIII.
Secundus Patriarcha sedit annos III.

Niceta Patriarcha sedit annos XXXII. cujus tempore, regnante secundo Theodosio, circa annum Domini CCCC. XXV. Attila flagellum Dei cupiens, sibi Romanum Imperium subjugare, & debellatus a Romanis, quibus adhærebant fere omnes populi Occidentis, ubi occisa fuerunt C. LXXX. millia hominum, reversus est Pannoniam: & reassumptis viribus, iterum intravit Italiam; & primo veniens in Forumjulii, destruxit omnes munitiones Forojulii, primo Castrum Forojuliense quod nunc Civitas Austria appellatur, & obsedit urbem Aquilegiam tribus annis, & Collem ubi nunc est castrum Utini pro sui tuitione manualiter fieri fecit. Tandem peccatis exigentibus, per trium annorum obsidionem, infra quod tempus multa millia hominum Aquilegensium occisa sunt, Aquilegiam cepit & destruxit, dictum Nicetam inhumaniter jugulando. Deinde ad partes alias Italiæ progrediens, civitatem Concordiam, Altinum (*d*) quod nunc Tarvisium, Opitergium, Patavium, & alia multa delevit. Tandem precibus B. Leonis Papæ I. idem Attila extinctus est.

Post Attilæ necem sedit in Aquilegensi sede Marcellianus Patriarcha annis XXVIII. Hujus tempore Zenon Romanum fastigium gubernabat. Odonacher Ruthenorum Dux, occiso quodam Augustulo, qui Romanum Imperium invadere præsumpserat, Romam ingreditur: & totius Italiæ per XIV. annos (*e*) obtinuit Principatum. Quem Theodoricus Rex Gothorum, ad Italiam properans, cui dictus Odonacher occurrit cum innumerabili exercitu, juxta Aquilegiam in campis uberrimis debellavit.

Post Marcellianum Marcellinus in sedem instituitur Patriarchalem, quam rexit annos XV. (*f*) Et re Justini Imperatoris secundi. Cujus tempore Longobardi a Narsete Patricio ducti Italiam intraverunt, quorum historiam Paulus Historiographus, qui fuit natione Civitatensis, diligentius scribit. Et dicti Longobardi, primo in Forumjulii intrantes, Civitatem Austriam, quæ tunc castrum Forojuliense dicebatur, depopulaverunt, & totaliter destruxerunt. Qualiter autem, & quomodo, & quid de Ducissa, filiis, & filiabus accidit; & cujus inductu Longobardi Italiam intraverunt, ipsa declarat Historia. Hic Paulus Patriarcha, timore eorumdem Longobardorum ductus, cum thesauro & reliquiis Ecclesiæ ad Gradum Insulam se contulit, quam novam Aquilegiam appellavit: & ibi XII. Pontificatus sui anno vitam finivit.

Probinus Paulo successit, qui uno anno apud Gradum vixit. (*k*)

Helias Patriarcha sedit annis XXII. Hic quia tria Capitula Chalcedonensis Concilii suscipere noluit, tanquam hæreticus reprobatus est. Sed Pelagius Papa eidem misit epistolam satis utilem, quam B. Gregorius, dum adhuc esset Cardinalis scripsit. Tunc Helias ab errore revocatus, de prædicti Papæ Pelagii consensu, viginti Episcoporum Synodum convocavit, & Gradensem insulam, quæ ut prædicitur, Nova Aquilegia appellata fuit, totius Venetiæ instituit Metropolim. Ad cujus robur Heraclius devotione ductus B. Marci Sedem, quam dudum Helena mater Constantini tulerat de Alexandria, Aquilegiam direxit, ut ibi veneraretur apud S. Hermachoræ Sedem, ubi primo prædicaverat verbum Christi. Venetiæ quippe duæ sunt. Prima est illa, quæ in Antiquitatum historiis continetur; quæ a Pannoniæ termino usque ad flumen Danubii, in qua etiam Istria complectitur, protelatur: cujus Aquilegia olim civitas famosa caput extitit, quæ etiam caput Italiæ vocabatur. Secunda Venetia est, quæ apud Insulas maris Adriatici, ex collectione populorum, (*l*) primam Venetiam propter rabiem Attilæ & deinde Longobardorum.... infra aquas fundata est.

Severus Patriarcha successit Heliæ apud Aquilegiam novam, & XV. annos sedit. Quem Smaragdus Patricius nolentem Ravennati Episcopo adhærere, cum tribus Coepiscopis de Grado violenter abstrahens, cum injuria Ravennam duxit, compellens eumdem Severum dicto Ravennati Episcopo in tribus damnatis Capitulis a Papa Pelagio adhærere. Sed justo Dei judicio Smaragdus Patricius a Dæmonio correptus, Constantinopolim remeavit. Severus vero, expleto uno anno, ad Gradum cum

tri-

(*a*) Apud Murat. *annos XII.* (*b*) Apud Murat. *annos XV.* (*c*) Apud Murat. *post annos XVIII.* (*d*) Apud Murat. *prope Tarvisium.* (*e*) Apud Murat. *per XIII. annos.* (*f*) Apud Murat. *& VI. Menses.* (*g*) Apud Murat. *annis XV.* (*h*) Apud Murator. *Maxentius Patriarcha sedit annos IV. Menses V.*

(*i*) Apud Murat. *successit Stefano*. Hinc Maxentius perperam invectus est. (*K*) Apud Murat. *De ipso nihil invenitur, nec dicitur; quia parum vixit, & ibi quiescit.* (*l*) Apud Murat. desunt verba illa, *primam Venetiam*.

Patriarcham in Aquilegia vetere ordinatur. In Grado quoque Candianus caput ſchiſmatis a Romanis inſtituitur. Candiano defuncto apud Gradum Epiphanius non ſine ſchiſmate ordinatur: & ex tunc incepit nominari Patriarcha Gradenſis. Qui Epiphanius erat Primicerius Notariorum Romanorum.

Marcianus Patriarcha ſedit annis IX. (a)
Fortunatus Patriarcha ſedit annis III. (b)
Johannes Patriarcha ſedit annis XIV. (c)
Johannes Patriarcha ſedit annis IX.
Johannes Patriarcha ſedit annis X. (d)
Petrus Patriarcha ſedit annis XIII.

Serenus Patriarcha ſedit annum I. Et nota, quod a Severo Patriarcha uſque ad Caliſtum qui ſequitur, Patriarchæ propter incurſionem Romanorum non audebant ſtare in Aquilegia, ſed habitationem ſibi elegerunt in Cormons.

Sublato itaque de medio Sereno, ei ſuccedit Caliſtus, Vir egregius, Eccleſiæ Tarviſanæ Archidiaconus, qui adnitente Luitprando Rege Longobardorum, regimen Eccleſiæ Aquilegenſis ſuſcepit. Hoc tempore in caſtro Forojuliano, quod nunc Civitas Auſtria appellatur, Pemmo Dux præerat. Caliſtus vero in Cormons habitabat. De conſenſu & voluntate Ducum priorum Fidentius in caſtro Forojuliano Epiſcopus conſtituitur: ipſo vero decedente Amator ſubrogatur, & in Epiſcopum ordinatur. Caliſtus autem, qui erat vir egregius, & nobilitate conſpicuus, videns quod in ditione ſua cum Duce & Nobilibus Amator Epiſcopus habitaret, & ipſe Caliſtus rurali vulgo ſociatus vitam duceret, valde ſibi diſplicuit: & ad prædictam Civitatem veniens, Amatorem de Forojulii expulit, atque domum illius ſibi habitationem ſtatuit. Qua de cauſa magna inter Caliſtum Patriarcham & Pemmonem Ducem diſcordia orta eſt. Quid plura! Dux Pemmo contra Patriarcham cum multis Longobardis nobilibus conſilium iniit: & apprehenſum eumdem Patriarcham ad caſtellum (e) Pucium ſupra mare, ut ipſum ſubmergeret, duxit. Quod Deo prohibente non fecit: tantum ipſum diebus pluribus tribulationis pane in carcere ſuſtentavit. Quod Rex Luitprandus audiens, contra Pemmonem Ducem in iram exarſit, & de Ducatu depoſuit. Pemmo timore regio in Sclavorum patriam cum ſuis fugit. Rex vero dicti Pemmonis filios, & omnes qui Pemmoni adhæſerant, longo tempore carceribus cruciavit. Poſt hæc Patriarcha ad Civitatem rediens, ibi Eccleſiam & Baptiſterium S. Johannis atque dicta Civitate quieſcit, & veneratur.

Urſus Patriarcha ſedit annos V. Hic primus cœpit proclamationem facere de Grado Inſula, plebe Synodali jure ſubjecta Aquilegenſi Eccleſiæ: in qua quidam Venerus ſibi nomen Patriarchæ uſurpaverat.

Maxentius Patriarcha ſedit annis XXVI. ad cujus preces B. Eugenius (f) Papa & Lodovicus Imperator ad inſtantiam Lotharii filii dicti Ludovici, univerſalem Synodum Mantuæ celebraverunt. In qua, eodem Maxentio proclamante, quod quidam Venerius ſibi falſo nomen Patriarchæ in Grado inſula plebe Eccleſiæ Aquilegenſis uſurpaverat, & retractata hujuſmodi cauſa, per dictam Synodum declaratum fuit, Gradum eſſe plebem Synodali jure Eccleſiæ Aquilegenſi ſubjectam, depoſito Venero antedicto.

III.

Chronicon alterum, initio mutilum, quod in eodem Tabulario Capituli Civitatenſis adſervatur.

....

ubi occiſa fuerunt CLXXX. millia hominum, tunc rediens in Pannoniam, & reaſſumptis viribus iterum intravit Italiam, & deſtruxit omnes munitiones Forojulii; primo Caſtrum Forojulii, quod nunc Civitas Auſtriæ appellatur, deſtruxit; obſedit Aquilegiam tribus annis, & collem ubi nunc eſt Caſtrum Utini, pro ſui tuitione manualiter fieri fecit. Tandem peccatis exigentibus, Aquilegia poſt tres annos capta eſt, & deſtructa per dictum Attilam, dicto Niceta Patriarcha ab infidelibus crudeliter interfecto. Et inde pergens, Veronam, Vincentiam, Brixiam, Bergamum, Mediolanum, Ticinum, Concordiam, Altinum (g) quod nunc Tarviſium eſt, & multas civitates alias igne ferroque conſumpſit.

Marcellianus Patriarcha poſt Attilæ mortem, quam Deus ad preces & per orationes B. Leonis Papæ I. extinxit, ſedit in Aquilegenſi Eccleſia annis XXVIII. Hoc tempore Zeno Romanorum Imperium gubernabat. Odoacer Ruthenorum Dux, occiſo quodam Auguſtulo, qui Romanorum Imperium invadere præſumpſerat, Romam ingreditur, & totius Italiæ fere per (h) XIV. annos tenuit principatum. Quem Theodoricus Rex Gothorum, cui dictus Odoacer cum innumerabili occurrit exercitu, juxta Aquilegiam in campis uberrimis debellavit.

Marcellinus poſt Marcellianum in ſedem Patriarchalem inſtituitur, quam rexit annis XV. & non

(a) Apud Murat. *annis VIII.* (b) Apud Murat. *annis XIII.* (c) Apud Murat. Hic, & alter, qui ſequitur, *Johannes*, deſiderantur. (d) Apud Murat. *annis X.* (e) Apud Murat. *Puſini*. (f) Apud Murat. *Auguſtinus Papa*, perperam. (g) Apud Murat. *prope Tarviſium*. (h) Apud Murat. *per XIII. annos*.

ftino II. Imperatore: cujus tempore, Longobardi Italiam intraverunt, quorum historiam Paulus Historiographus diligenter enarrat. Et primo Forumjulii intrantes, & quod post Attilæ nequitiam tam in Aquilegia quam per Ducatum Forojulii reformatum fuerat devastantes, primo Civitatem Austriam, quæ tunc ut supra dixi Castrum Forjulii appellabatur, destruxerunt. Qualiter autem, aut quomodo, & quid de Ducissa, filiis, & filiabus accidit, & etiam cujus inductu Longobardi Italiam intraverunt, ipsa declarat Historia. Hic Paulus Patriarcha timore eorumdem Longobardorum cum reliquiis & thesauro Ecclesiæ se ad Gradum Insulam contulit, quam novam Aquilegiam appellavit. Et ibi XII. anno Pontificatus sui vitam finivit.

Probinus Patriarcha Paulo successit, qui apud Gradensem Insulam uno anno vixit, & migravit ad Christum.

Mortuo Probino, successit ei Elias Patriarcha, qui sedit annis XXII. Hic fuit, ut dicitur, hæretica pravitate respersus, eoquia tria Capitula Synodi Chalcedonensis suscipere noluit: verum postmodum errorem suum cognovit. Hic de voluntate B. Pelagii Papæ Synodum XX. Episcoporum fecit: & ibi de voluntate prædicti Pelagii Gradensem Ecclesiam, quæ nova Aquilegia ut prædictum est appellata fuit, totius Venetiæ Metropolim ordinavit. Ad quam Heraclius Imperator devotione ductus cathedram S. Marci transmisit, ut ibi esset, ubi D. Hermacoras suam habuerat. Legitur, quod duæ sunt Venetiæ. Una, quæ in Antiquitatum historiis nominatur, & ista a Pannoniis finibus, in qua etiam Istria continetur, usque ad fluvium Danubium terminat. Alia vero, quæ nunc mari Adriatico conjungitur, & in aliis maritimis Insulis, quam post eversionem Aquilegiæ, quæ primæ Venetiæ fuit, incolæ habitare cœperunt. Huic Eliæ misit B. Pelagius epistolam valde utilem, quam scripsit S. Gregorius adhuc Cardinalis existens.

Defuncto Elia Patriarcha, successit Severus Patriarcha, qui sedit annos XV. (*b*) Hunc quidam Smaragdus Patricius cum tribus Episcopis Ravennam injuriose duxit, compellens eos communicare Episcopo Ravennati, qui erat hæreticus. Verum divino judicio dictus Smaragdus a Dæmonio correptus est. Severus ad Ecclesiam revertitur, & bonis operibus vitam finivit.

Defuncto Severo successit Johannes Abbas, qui de voluntate Agisulphi Regis Longobardorum in Aquilegia Veteri factus est Patriarcha. In Gradu quoque Candianus. Candiano defuncto, or-

Mortuo Petro Patriarcha, successit Serenus, vir bonus & pius, ac omni simplicitate præditus, & ad Christi servitia pronus, qui sedit anno uno.

Calistus successit Sereno. Hic sedit annis XL. vir nobilis, atque conspicuus. Et notandum, quod ab Elia Patriarcha supradicto usque ad hunc Calistum Patriarchæ habitabant in Cormono: & in Civitate Austriæ, quæ tunc ut supradictum est Castrum Forojuliense appellabatur, Duces sibi Episcopum fecerunt; & erat tunc temporis Fidentius Episcopus, quo decedente Amator successit. Quod advertens Calistus Patriarcha, qui erat nobilis & egregius vir, quod Episcopus habitaret in sua Diocesi cum Ducibus & nobilibus, & ipse Patriarcha sociatus vulgo rurali vitam duceret, displicuit sibi, & dictum Amatorem de Civitate Austriæ expulit, & in eadem sibi suam habitationem elegit. Qua de causa Pemo Dux Forojuliensis contra Calistum discordias habuit: & inito consilio cum multis Nobilibus Longobardis, ipsum Calistum apprehendit; & eum ducens ad quoddam Castrum juxta mare, ipsum submergere voluit. Sed jubente Deo non fecit, sed ipsum in carcerem diebus pluribus pane tribulationis substentavit. Quod Rex Luitprandus Longobardorum audiens, capto Pemone & aliis nominatim, qui sibi adhæserant, ipsum Pemonem deposuit, & alios in carceribus longo tempore cruciavit. Calistus vero cum honore rediens & susceptus, Palatium & Ecclesiam in dicta Civitate Austria construxit; in qua feliciter omnibus succedentibus, in pace quievit.

Sigualdus Patriarcha sedit annis XLII. Hic etiam in prædicta habitans Civitate, eam multipliciter augmentavit.

S. Paulinus Patriarcha sedit annis XV. Hujus tempore cessante Regno Longobardorum, B. Paulinus ad gloriosum Karolum Magnum Imperatorem ivit, a quo obtinuit privilegia valde pulchra: & rediens prospere in Civitatem Austriæ, in vita multis claruit miraculis & in morte; cujus Corpus in prædicta Civitate quiescit.

Ursus Patriarcha sedit annis V. Hic primus contra Venerium Patriarcham Gradensem de Grado plebe Aquilegensis Ecclesiæ proclamavit.

Maxentius Patriarcha sedit annis (*b*) XLII. Ad cujus preces, procurante Lothario filio Lodovici Imperatoris, Papa Eugenius una cum præfato Lodovico Imperatore, universalem Synodum celebravit Mantuæ: & præfato proclamante contra Venerium supradictum, qui sibi falso nomen Patriarchæ usurpaverat, & de Grado plebe sua, deposito Venerio, ipsa Gradus plebs Aquilegensi Ecclesiæ in plena Synodo adjudicata fuit.

(*a*) Apud Murat. *annis XV.* (*b*) Apud Murat. *Menses VI.* (*c*) Apud Murat. *annis VIII.* & in Chronico superiore, *annis IX.* (*d*) Apud Murat. *annis XIII.* & in Chronico super. *annis III.* (*e*) Utroque in loco desideratur *Felix.* Hunc habent quamplures mss. Codices, quos sicut consulere. Nomen ejus legitur in Catalogo, quem primo loco vulgavimus. (*f*) In catalogo citato duo pariter *Johannes* numerantur. (*g*) Apud Murat. *annis X.* (*b*) Apud Murat. & in Chronico superiore *annis XXVI.*

Avaris ibi habitare cœpit. Erat enim gens crudelissima, carnem comedens humanam, & sanguinem bibens pro potu. Quos Federicus Patriarcha repressit, & longius effugavit, reddens Hesperiæ pacem, quæ caput extat Italiæ. Super cujus sepulchrum in Aquilegia est epitaphium:

Conditur inferius nitido Patriarcha lapillo,
Præclarum nomen cui Federicus erat.
Ungarorum rabiem magno moderamine pressit,
Fecit & Hesperiam pacem habere bonam. (g)
Egregius pastor (b) *mitis dum pasceret agnos,*
Semper utrique gregi pabula (i) *læta dedit.* (k)
Hunc Deus Omnipotens proprio ditavit honore,
Post (l) *hunc Angelicis consociando choris.*
Tu quoque Præcursor Christi Baptista Joannes,
Pontifici meritis auxiliare tuis.

Leo Patriarcha sedit annis XXII. Hic pro libertate Ecclesiastica se morti exponens, a quodam Rodoaldo Longobardo (m) occisus est. Cujus bona omnia Rodoaldi Ecclesiæ Aquilegensi confiscata fuerunt per sententiam Principum, ut inferius apparebit.

Ursus Patriarcha sedit annis XXIII. Hic tempore Berengarii II. totus virtuosus & prudens, pro Ecclesia multum fuit laboriosus & solicitus. In Civitate Austria plenus dierum in pace quievit. (n)

Lupus Patriarcha sedit annis (o) IX.

Hengelfredus Patriarcha sedit annis (p) XXIII. cui Berengarius II. & postea Otto I. immunitates & privilegia contulerant. Hic Pontifex nobilis genere, & omni probitate conspicuus.

Rodoaldus almificus Patriarcha sedit annis XLII. Nobilis genere, & nobilior mente ab Imperatoribus Ottone II. & III. plurima privilegia obtinuit: & inter cætera per sententiam Principum coram prædictis Imperatoribus obtinuit quidquid inter Plavim & Liquentiam habebat Rodoaldus Longobar-

scripsit, cum Corporibus Sanctorum, quæ per Paulum Patriarcham metu Longobardorum ad prædictam Gradum Insulam deportata fuerunt, & cum aliis reliquiis, ad Aquilegensem Ecclesiam deportata fuerunt. Templum de novo construxit iste B. Pontifex, & Monasterium Sanctimonialium extra muros Aquilegiæ, quod opulentissime dotavit. Templum prædictum una cum duobus Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & viginti aliis Episcopis solemniter consecravit: cui consecrationi interfuit Corradus Imperator prædictus; & Johannes Papa duo Sanctorum Corpora, videlicet Marci Papæ & Quirini Episcopi Martyris transmisit: tradens eidem Popponi potestatem super XVI. Episcopatus, videlicet Tergestinum, Emonenensem, Polensem, Parentinum, Justinopolitanum, Concordiensem, Cenetensem, Feltrinum, Belunensem, Patavinum, Veronensem, Vicentinum, Trentinum, Mantuanum, atque Cumanum. Quam potestatem cum cæteris Regalibus dictus Corradus concessit, atque confirmavit: multaque bona fecit pro ipsa Ecclesia, quæ narrare per singula nimis longum esset. In Aquilegensi Ecclesia requiescit in medio Ecclesiæ, in cujus sepulchro hi versus scripti sunt:

Poppo Sacerdotum lux, & decus Ecclesiarum,
Gloria Romani spes simul Imperii.
Constrictus vinclis humanæ conditionis,
Ecce sub hac mole fit cinis ex homine.
Instruit ut Paulus, fuit omnibus omnia factus,
Ferre studens Domino dupla talenta suo.
Hic locus est testis, quibus ipse resplenduit actis:
Ille quidem donis, moribus atque probis.
Exornans istam Christo fundaverat aulam;
Ultima principio quem dedit hora suo,
In libræ Phœbo duodeno parte locato, (u)
Agne Dei vivi, siste rogo, parce jacenti.

Heberardus Patriarcha sedit annis V. de quo nihil invenitur dicendum.

Gote-

(a) Apud Murat. *annis III.* (b) Apud Murat. *Teotmanus.... annis XXI.* (c) Apud Murator. *obtinuit Papam*, perperam. (d) Apud Murat. *& coram dicto Papa, & ipso definitum est, Insulam Gradensem esse Aquilejensis Ecclesiæ.* (e) Apud Murat. *Walpertus..... annis XXVII.* (f) Apud Murat. *a Syria*. Error est. (g) Apud Murat. *Et pacem afflictæ contulit Italiæ*. In alio Cod. *Fecit & Hesperiam pacis habere bonum.* (h) Apud Murat. *mitens*. (i) Ibidem *lecta*. (K) Apud Murat. *Annosæ ætatis post cursum in luce quiescit*
Et cumulata capit præmia pro meritis.
(l) Apud Murat. *hec*. (m) Apud Murat. *Duce Forijulii.* (n) Apud Murat. *& hoc fuit circa annos Domini DCCCC. XXXI.* (o) Apud Murat. *annis LVI. sed non ita in authenticis privilegiis reperitur; quum Berengarius III. qui fuit sub annis Domini DCCCC.XXXI. multa privilegia concesserit Patriarchæ Hengelfredo: nec non Rodaldus successor suus largas sibi fecerit donationes, & Ecclesiæ suæ prædictæ.* Perperam invehitur Berengarius *tertius*. (p) Apud Murat. *sedit, ut dicitur, annos LVII. sed non certe reperitur. Verum Berengarius & Otto primus multa privilegia &c.* (q) Apud Murat. *sed quantum sederit, pro vero non reperitur. Sed fertur, quod annos LVIII. sederit.* (r) Apud Murat. *annis XIX.* (s) Apud Murat. *Qui Henricus secundus appellabatur.* (t) Apud Murat. *Hic Cancellarius magni Conradi Imperatoris, qui totum orbem pacificavit, in Patriarcham assumptus est.* (u) Apud Murat. perperam, *In libra Phœbo duodena parte beato, Agne Dei, Domino, te rogo, parce meo.*

A morte perpetua libera Domine.
Crux mihi sit requies,
Et crux mihi sancta salus.

Ravongerus Patriarcha sedit annis IV. (*b*)

Sigeardus Patriarcha sedit annis IX. (*c*) Huic Henricus III. dedit Marchiam Carniolæ, & multa alia privilegia concessit, & concessa per alios confirmavit. Et Urbanus Papa II. ea omnia confirmavit circa annos Domini M.LXXXIX. (*d*)

Henricus Patriarcha sedit annis VI. (*e*)

Federicus Patriarcha sedit anno I. (*f*)

Vodalricus Patriarcha sedit annis XXXVII. (*g*) Hic cum Henrico Imperatore IV. Romam vadens pro ipsius coronatione, propter discordiam quæ erat inter Paschalem Papam & ipsum Henricum, Paschalis capitur: & dicto Vodalrico traditur custodiendus; cui idem Vodalricus non sicut custos, sed sicut humilis servus famulabatur. Tandem factis compositionibus, Henricus coronatur: & procurante eodem Patriarcha, pax firma inter Imperatorem, & Papam facta est. Propter quod tam a Papa, quam ab Imperatore gratias multas obtinuit.

Gerardus Patriarcha sedit annis IX. Hic de villa Premariaci juxta Civitatem Austriam ortus, apud eamdem plenus bonis operibus migravit ad Christum.

Pelegrinus Patriarcha sedit annis XXXI. Tempore istius (*h*) Honorius II. Papa fuit in Aquilegia. Hujus etiam tempore a Papa Innocentio II. coronatur Lotarius Imperator: cui coronationi interfuit idem Pelegrinus, & de Regalibus fuit ab ipso Imperatore solemniter investitus. (*i*)

Gotofredus sedit annis (*k*) XII. Hic de regali prosapia ortus, Ecclesiam suam mira prudentia gubernavit.

Vodalricus II. sedit annis XX. (*l*) Qui legatus Apostolica Sede factus, Federici I. consanguineus, tam ab Adriano IV. quam Alexandro III. confirmationes privilegiorum obtinuit. Huic dictus Federicus omnia privilegia imperialia & regalia confirmans, Marchiam Istriæ, & Carniolæ Ducatum, & Comitatum Forojulii, & multa alia loca & Castra, & terram inter Plavim & Liquentiam jacentem concessit, & per alios concessa confirmavit. Dedit etiam eidem Patriarchæ & Ecclesiæ Aqui- ... argenteam valde pulchram in dicta Ecclesia; verum mirabilem in Ecclesia Aquilegensi, quæ per Pastorum incuriam post longum tempus fuit Venetis pignorata, quam ipsi Veneti hodie pro pretioso servant thesauro. Iste primo cœpit amicitiam contrahere cum Venetis.

Volkerus sedit annis XIII. (*p*) Hic ab Henrico V. & Ottone IV. confirmationes privilegiorum obtinuit, & coram eis, & coram Federico II. Marchionatum Istriæ.

IV.

Chronicon tertium Patriarcharum Aquilejensium, Volcheri, & successorum.

VOlcherus Patriarcha sedit annis XIII. (*q*) Hic ab Henrico V. & Ottone IV. confirmationes privilegiorum obtinuit; & coram eis, & coram Federico II. Marchionatum Istriæ, quem Dux Bavariæ Ludovicus nomine tenebat, per sententiam Principum obtinuit: & resignatione facta per ipsum Ducem de hujusmodi Marchionatu, per omnes Imperatores prædictos dictus Patriarcha successive investitus est. Cui etiam dictus Otto Montemsilicis concessit, & dedit. Hic multa sanctitatis opera in vita sua fecit, quæ Deus post ejus obitum demonstravit. Nam ejus tumba marmorea in Ecclesia Aquilegensi in aere diu pependit circumquaque quatuor digitis super terram. Adhuc solum in uno angulo modicum tangit de terra, & alii tres anguli minime tangunt. Hic etiam dicitur, quod Mater ejus veniens visitare, & reperiens eum mortuum dixit, *Heu fili mi, quid mihi das ut mecum portem*; & elevavit brachium, & Mater sua accepit & secum portavit.

Bertholdus Patriarcha sedit annis XXIII. (*r*) Ducis Meraniæ filius fuit, & frater Reginæ Ungariæ Matris S. Elisabeth Lantgraviæ. Hic Archiepiscopus Colcen. existens, est in Patriarcham assumptus. Qui Federico II. adhærens, & favens usque ad ipsius depositionem, honores multos & privilegia pro Ecclesia obtinuit ab eodem. Et multa bona idem Patriarcha cum patre, & matre Ecclesiæ contulit de ipsorum patrimonio, & specialiter in Karinthia, Carniola, & Marchia: Et etiam frater ipsius Patriarchæ omnia jura, quæ

(*a*) Apud Murat. *Hic ego Gotpoldus jaceo miser in Monumento,*
Hoc Præsul dictus nomine, non merito.
Sed quia mortalis me pejor non erat ullus,
Fili Christe Dei, nunc miserere mei.
Ora pro famulo, Sancta Maria, tuo.
Perpetua a morte libera me, Domina,
Crux mihi sit requies, crux mihi sancta salus.

(*b*) Apud Murat. *menses X. dies XVIII. de quo nihil reperitur.* (*c*) Apud Murat. *annis IX. Menses IV..... Henricus quartus.* (*d*) Apud Murat. *annos Domini M.XCVIII.* Tum hoc anno, tum decennio ante, Ecclesiam Dei regebat Urbanus II. (*e*) Apud Murat. *& Menses VI.* (*f*) Ibidem, *& Menses VI.* (*g*) Ibidem, *& Menses VII. dies VII.* (*h*) Apud Muratorium, *Henricus II.* perperam. (*i*) Apud Murat. sequitur *Peregrinus Patriarcha II.* cui sedis anni *viginti* tribuuntur. De serie Patriarcharum delendus est. (*K*) Apud Murat. *annis XXII.* (*l*) Apud Murat. *& Menses VII. dies VII.* (*m*) Apud Murat. *gaudia multa habeat.* (*n*) Apud Muratorium, *Peregrinus tertius.* (*o*) *& Menses septem, dies III.* (*p*) Apud Murat. *& Menses VII.* (*q*) Apud Murat. *& Menses VII.* (*r*) Apud Murat. *& Menses IV.*

infra Ecclesiam fortiter respiravit, & hunc versum Psalmistæ dixit: *Hæc requies mea in seculum seculi*. Et ibi ordinavit fieri monumentum, & ibi sepultus fuit.

Gregorius de Montelongo Patriarcha sedit annis XVIII. (*a*) Hic factus Patriarcha per Papam Innocentium quartum, anno Domini M.CC.LII. (*b*) venit ad Ecclesiam suam. Ipse ante promotionem suam existens notus Papæ, missus fuit Legatus contra Federicum jam depositum, qui Parmenses, qui sibi rebellaverunt, obsidebat. Gregorius cum gente Ecclesiæ venit dictis Parmensibus in subsidium: quod videntes Parmenses, portas Civitatis exiverunt; & cum gente Ecclesiæ in Federici exercitum irruentes, eumdem Federicum cum toto exercitu, eorum spoliis & tentoriis acceptis, (quæ tentoria hodie sunt in Ecclesia Civitatensi per dictum Gregorium deportata) expulerunt non sine magno opprobrio & damno. Hic gloriosus Antistes multa magnalia operatus, multas guerras pro libertate Ecclesiæ habuit cum diversis, & præcipue cum Ducibus Karinthiæ, & Comitibus Goritiæ, qui multum Ecclesiam infestabant. Tandem prædictam Ecclesiam non sine magnis laboribus & tribulationibus potenter rexit & gubernavit, proditores juxta demerita puniendo. Mortuus est in Civitate Austriæ, quam mirabiliter dilexit: & juxta corpus Sancti Paulini honorifice sepultus fuit anno Domini M. CC. LXIX.

Eodem anno electus fuit Philippus Dux Karinthiæ in Patriarcham: quem D. Gregorius X. (*c*) confirmare noluit. Fuit tamen factus Capitaneus totius Forojulii, & vacavit sedes annis quatuor. Hujus tempore capta fuit Civitas Austriæ proditione per quosdam Castellanos, faventibus quibusdam intrinsecus: & expulsi fuerunt & capti fere omnes boni & divites populares, & eorum bona accepta. Sed eodem anno Rex Bohemiæ, prout vassallagio tenetur, misit Capitaneum cum magno exercitu pro redemptione ipsius Civitatis. Qui Capitaneus eam obsedit: tandem Deo favente, qui superbis resistit, intrinseci proditores sub certis pactis Terram Capitaneo dederunt: quam pristinæ, & propriæ libertati restituit.

Raymundus de la Turre Mediolanensis Patriarcha sedit annis XXV. (*d*) Hic existens Episcopus Cumanus, factus est Patriarcha per D. Gregorium X. anno Christi M. CC. LXXIII. Iste in adventu suo ubertatem Patriæ dedit. Pacem cum Comiti-

Petrus Patriarcha sedit anno uno, & mensibus X. (*e*) Hic licet magnanimus esset, antiquus dierum modicum supervixit. Jacet in Utino sepultus in Ecclesia S. Mariæ de Castro Utini anno M. CCC. I.

Ottobonus Patriarcha sedit annis XIII. (*f*) Qui existens Paduanus Episcopus, factus est Patriarcha per D. Bonifacium Papam VIII. Hic mirabiliter & fortiter regere cœpit. Multa debita solvit Ecclesiæ Romanæ. Fecit Salinas juxta Maranum. Hujus tempore (*g*) D. Rizardus de Camino cum valido exercitu obsedit Spilimbergum, & habuit sub certis pactis. Qui Dominus Rizardus, faventibus sibi multis Castellanis de Forojulii, contratam multum damnificavit. Isto tempore fuit captus D. Henricus de Prambergo, adhærens dicto Domino Rizardo, & decapitatus in Utino. Eodem tempore illi de Budrio rebellaverunt: & cum auxilio Comitis Goritiæ dictum castrum esset fortissimum, gentibus & victualibus muniverunt. Quod castrum dictus Patriarcha obsedit; & divino judicio operante, nullo credente, accepit nemine læso de suis: & dictum Castrum dirui fecit, & omnes intrinsecos habuit carceratos. Eodem anno obsedit Castrum Porpeti, & habuit alia plura Castra, mirabilia operando: & Sacillum detentum per D. Rizardum prædictum recuperavit. Hic Patriarcha fuit ad Imperatorem in obsidione Brixiæ, & ibi per dictum Imperatorem cum Imperiali vexillo de Regalibus suis fuit honorabiliter investitus: & coram Imperatore Ducem Leopoldum Austriæ, & Ducem Karinthiæ, genibus flexis coram Domino Patriarcha stantes, de eorum feudis idem Patriarcha investivit. Qui Duces eidem Patriarchæ servierunt ad mensam coram prædicto Imperatore, uno eorum existente Dapifero, & altero Pincerna. Anno Domini M. CCC. VII. prædictus D. Rizardus veniens ad præsentiam D. Ottoboni pro feudorum suorum investitione, recepta investitione de ipsis, & ipso D. Rizardo amicabiliter a prædicto D. Patriarcha recedente; ipse D. Rizardus, faventibus sibi multis Castellanis, Terram Utini invasit, & statim ultio secuta est; nam dictus D. Rizardus debellatus fuit, & vix evasit: & unus de Dominis Spilimberghi interfectus fuit, & multi alii Nobiles captivati. Et multa alia fecit, quæ causa brevitatis omitto. Se ad iter versus Curiam Romanam contulit, & dum esset in Comitatu Placentiæ, infirmitate detentus in loco, qui dicitur Arquar, mortuus est, & ibi sepultus.

Casto-

(*a*) Apud Murat. *annis XIV. Menses VIII.* (*b*) Apud Murat. *anno Domini M. CC. LIII.* Chronologia vitiata est. (*c*) Apud Murat. *D. Gregorius Decanus voluit confirmare.* Vitio laborat lectio. (*d*) Apud Murat. *& Menses II. dies VI.*

(*e*) Apud Murat. *& Mensibus VII. dies XXVI.* (*f*) Apud Murat. *& Mensibus II. dies XVII.* (*g*) In Chronico apud Muratorium Vitæ sequentes Ottoboni, Castoni, Pagani, Bertrandi, & Nicolai, ubi Chronicon desinit, longe distrunt.

maxima intulerunt anno Domini M. CCC. XXIII. de mense Decembri.

D. Beltrandus factus Patriarcha anno Domini M. CCC. XXXIII. Et M. CCC. XLI. Rex Hungariæ venit Zaram cum LXX. mill. equitum: & steterunt ibi pluribus diebus, & D. Patriarcha fuit ad loquendum cum dicto D. Rege; & post recessum D. Patriarchæ, recessit D. Rex cum toto exercitu suo, & reversi sunt Hungariam. Attamen Zarattini submissi fuerunt Dominio Venetorum propter validam famem. Anno Domini M. CCC. XLIX. D. Comes Goritiæ venit in Forumjulii Advocatus Ecclesiæ Aquilegiensis cum magna gentium comitiva; eoquod Patriarcha Beltrandus cum illis de Savorgnano & Communi Utini tenebant rationem Nobilium Virorum Forojulii: & cum dicto D. Comite fuerunt Nobiles Viri, Franciscus de Castello & Propetto, Hermacoras de la Turre de Castelluto, Beachinus de Porciliis, Commune Portus-Naonis, illi de Prata, de Brugnera, illi de Civitate Austriæ, D. Bertoldus & Henricus frater de Spilimbergo, & illi de Villalta; omnes cum exercitu suo steterunt in Campanea usque ad ultimum diem Octobris: & donec steterunt, ceperunt Faganeam, Savorgnanum, S. Danielem, Bujam, & Tricesimum: item ceperunt D. Simonem de Valvasono, D. Paganum filium D. Hectoris de Savorgnano, & alios quamplures de Utino propter bellum, & fregerunt rugias Utini. Item venerunt Glemonam, & ibi steterunt per novem dies: & recesserunt a campanea propter malum tempus. Præfatus D. Patriarcha cum Communi Utini cum suis sequacibus ivit cum magna comitiva, & reperit gentes D. Comitis de Goritia, & ejus vexilla habuit & Utinum conduxit, & adhuc sunt in Ecclesia majori Utini. Destruxit castrum Braulini, quod erat ipsius D. Comitis Goritiæ, quod in eo stabant desertores Stratarum. Item Legatus D. Papæ inter dictos D. Patriarcham, & Comitem Goritiæ fecit treguas die secundo Decembris eodem millesimo. Illi de Morucio, de Tricano, de Cavoriaco, de Colloreto, de Soffumbergo, omnes cum suo fortio fuerunt cum D. Comite Goritiæ in ejus subsidium contra D. Patriarcham. Eodem millesimo fuit magna mortalitas, & fuit magna fames per totum mundum, & duravit per duos annos. Item eodem millesimo Utinenses adepti sunt Faganeam, S. Danielem, Morucium, Pers, Tricanum; destruxerunt Susans, item acceperunt Cortinam Flambri. Item D. Biachinus de Porciliis Capitaneus de Portu-Naonis cum subsidio Domini de Spilimbergo accepit Turrim Utini..... Item 1350. die 6. Junii die Dominico D. Patriarcha Beltrandus existens in Sacilo cum D. Federico Savorgnano, Antonio de Carnea, Girardo de Cucanea, Francisco de Nimis, S. Hectore de Miulitis de Utino, volens venire Utinum; ipsi D. Patriarchæ fuit persua-

uam filius supradicti D. Gerardi de Cucanea. Postea homines de Spilimbergo acceperunt corpus dicti D. Patriarchæ, & posuerunt illud supra uno curru cum duabus meretricibus, videlicet una ad caput, & alia ad pedes: & miserunt Utinum dicentes, Accipite Patriarcham vestrum sanctum: & in Utino in Ecclesia majori honorifice per Utinenses fuit sepultus, & postea multa miracula fecit, & quotidie facit, ut apparet in Libro Miraculorum suorum, qui est Utini in Ecclesia Majori. Sedit annos XV. menses XI. Postea facta fuit vindicta de ejus morte per Dominum Patriarcham sequentem.

Nicolaus Patriarcha, quondam D. Joannis Regis Boemiæ, & frater D. Caroli Imperatoris, fuit factus Patriarcha in M. CCC. LI. die XVIII. Maii. Sedit annis septem, mensibus novem, dies octo. Per supradictum Dominum Patriarcham captum fuit Castellum Propetti; & cum gentibus Domini Comitis Goritiæ, & Castellanis Forijulii exterminaverunt, & per terram dejecerunt castrum Propetti cum eximio belligeræ gentis armigero. Et eodem tempore Mareschalus D. Nicolai Patriarchæ cepit...... D. Joannem Franciscum de Castello Propetti, & Porpetum filium D. Joannis Francisci, & unum alium juvenem; & fregit dictus Mareschalus hospitium, ubi erat dictus D. Franciscus: & ibi eum cepit cum dicto filio suo, & die septima sequenti mensis Septembris dicto D. Joanni Francisco abrasum fuit caput; & positum super una lancea de cavallo, portatum fuit circumcirca Terram Utini, & positum fuit super Porta, qua itur in Castellum Utini. Et die sabbato prædictus Dominus Patriarcha cepit D. Armannum de Carnea, & filium ejus, & fratrem; & eos posuit in carceribus: & die XVI. Decembris fecit decapitare D. Armannum de Carnea. Eodem millesimo CCC. LII. mense Januarii destrui fecit castrum Tercenti inferioris. Item Dominus Patriarcha destrui fecit partem Castri de Mels. Item diruptum fuit castrum de Castellerio per Utinenses, & lapides dicti Castri conducti fuerunt Utinum. Item dictus D. Patriarcha accepit castrum Soffumbergi in se, & suspendit D. Henricum, & de dicto castro expulit consortes dicti Domini Henrici. Item anno Domini M. CCC. LIII. dictus D. Patriarcha fecit sequestrare D. Federicum de Portis: & dirupta fuit domus D. Francisci de Villalta per Comune Utini. Item dictus D. Patriarcha præsentavit Castellutum, & brevi ibi tempore mansit. Et dictus D. Patriarcha omnia supradicta fecit pro vindicta mortis D. Patriarchæ Beltrandi. Item anno Domini M. CCC. LIV. die XIII. Octobris serenissimus dictus D. Carolus filius Regis Boemiæ, & frater prædicti D. Nicolai Patriarchæ, qui electus erat Rex Romanorum, applicuit Glemonam, & in Castrum equitavit Utini. Eodem millesimo prædictus D. Carolus ab Ecle-

creavit milites, inter quos fuit D. Valterpertoldus de Spilimbergo, qui fuit quartus de primis militibus creatus, & primus Patriæ Forijulii. Post vero ipsius creationem per ordinem fuerunt ab eodem Imperatore creati nobiles Viri Ludovicus de Cucanea, Franciscus & Paganus de Savorgnano. Post eorum creationem sequentes ultra mille quinquaginta creati fuerunt, & reversi sunt cum gaudio & exultatione. In M. CCC. LVIII. die tertia exeunte Julio dictus D. Patriarcha Nicolaus de hoc seculo migravit in civitate Belluni, & ingressus est semitam universæ carnis. Deinde portatum fuit Utinum ejus corpus; & in Ecclesia Majori Utinensi ante altare majus, ubi Presbyter tenet pedes, quando dicit confessionem, sub lapide marmoreo humi positum est.

Ludovicus de la Turre de Milano Patriarcha sedit annis VI. mensibus II. diebus XIX. Qui creatus fuit Patriarcha M. CCC. LIX. Item anno M. CCC. LXI. die XX. Martii illi de S. Daniele furati fuerunt castrum inferioris Varmi D. Dethalmo de Utino affini Dominorum de Spilimbergo: propter quod D. Patriarcha voluit procedere ad restitutionem faciendam, sicut in generali colloquio fuit declaratum. D. Valterpertoldus, & Henricus frater de Spilimbergo irati cum Domino Patriarcha combusserunt Gaium & Vacilum. Item prædictus D. Patriarcha Ludovicus misit gentes suas ad damnificandum Dominos de Spilimbergo, & cucurrerunt ad villam Barbiani pro comburendo: & ipso die mortuus fuit quidam familiaris D. Patriarchæ, & vulnerati aliqui, & deinde fuerunt ad S. Danielem. In eodem Millesimo die XIII. Augusti applicuerunt DCCC. homines armigeri in Forojulio apud Villam-novam prope castrum Carpaci, quos D. Dux Rodulphus Austriæ miserat ante se ad damnificandum Patriam Forijulii apud Villam-novam prope Carpacum; pro eoquod illi de Glemona & de Prampergo acceperunt Sclusam, & damnificaverunt Venzonem; & quia mercatores Domini Ducis per illos de Prampergo, de Civitate, & de S. Daniele derobati fuerunt, & non fiebat eis restitutio honorum ablatorum. Eodem Millesimo XVI. Augusti dictæ gentes cucurrerunt ad S. Danielem: & Domini de Spilimbergo, & de Ragonea, & Portu-Naonis, & de Prata fuerunt cum eis, & ibi steterunt diebus XV. & combusserunt villam S. Danielis & ruinaverunt; & deinde recesserunt, & iverunt Turridam, & ibi steterunt diebus VII. & data fuit eis Cortina Sedejani & Gradiscæ cum pactis, quod homines & bona eorum essent salvi & salva. Eodem Millesimo die XXIX. Augusti Domini Duces Austriæ, D. Rodulphus, & Federicus applicuere Goritiam D. Rodulphus accepit iter suum versus Venetias; & in die vel in festo S. Michaelis applicuit Venetiis, & ei factus fuit maximus honor per Venetos, & ibi mansit diebus VII. Die vero VIII. Octobris idem D. Dux accepit iter suum versus Goritiam: & cum ipse applicuerit in Forojulio, stetit duobus diebus; & tunc D. Franciscus Savorgnanus, & D. Simon de Valvasono præcedendo Ducem, secuti sunt D. Patriarcham, & applicuerunt in Viennam D. Patriarcha cum suis. Et D. Franciscus Savorgnanus, & D. Simon de Valvasono juraverunt coram Duce de non recedendo Vienna sine voluntate præfati Domini Ducis. Anno Domini M. CCC. LXII. die II. Martii Communitas Utini, Communitas Civitatis Austriæ, Communitas Glemonæ cucurrerunt ante Manzanum, & acceperunt eum per ignem per eos impositum. Deinde cucurrerunt Budrium, quod projecerunt per terram: & istis diebus cucurrerunt ad Cormons, & combusserunt aliquas domos; & de iis fuerunt multi vulnerati, & mortui, & in illis diebus acceperunt cum pacto Cortinam Quadrivii & Rivolti. Et post paucos dies reversi sunt D. Franciscus de Savorgnano, & D. Simon de Valvasono in Forojulio, qui clam recesserunt de Vienna, quos Dominus Dux volebat mori facere: ideo absque licentia recesserunt.

Marquardus Patriarcha almificus sedit annis XV. nobilis genere, sed nobilior mente. Ab Imperatore Carolo plurima privilegia obtinuit; & cum dicto Domino Imperatore ligam fecit, ac etiam cum Januensibus contra Venetos: & comburere fecit Caprulas, & posuit eas ad Saccomannum. Et in M. CCC. LXXXI. mortuus est, & in hoc anno incepit schisma. Et mortuus est D. Carolus Imperator, & electus D. Clemens de Bavaria: & fuit schisma inter filios D. Caroli, & illum de Bavaria, & fuerunt duo electi.

Philippus de Lanconio Cardinalis fuit electus Patriarcha per Papam, & dedit sibi Patriarchatum in commendam. Et Utinenses cum aliquibus Nobilibus noluerunt eum in Patriarcham per commendam; propter quod D. Franciscus de Carraria cum magna comitiva venit in subsidium ipsius D. Philippi: & Utinenses acceperunt auxilium & gentes a Serenissimo Dominio Venetorum; & magna guerra fuit in Patria illis temporibus. Et fuit captum castrum Savorgnani per ipsum D. Franciscum de Carraria. Tandem gentes ipsius D. Francisci de Carraria fuerunt ruptæ prope Savorgnanum per illos de Utino cum gentibus Venetorum. Et erat in Utino unus Nobilis pro Venetis, videlicet D. Leonardus Zana. Et duravit guerra quasi annos sex. Postea dictus D. Philippus mortuus

tuus

D. Patriarcham in castro Utini ante portam interficere fecit: & omnia bona ipsius D. Patriarchæ fuerunt posita ad Saccomannum, & sic vindicta facta fuit de morte ipsius D. Federici Savorgnani. Et in Ecclesia S. Mariæ de Castro fuit sepultus. Deinde fuit dictum, quod ejus corpus debebat furari per aliquos de Patria; & ejus corpus fuit exhumatum, & positum in Ecclesia Majori Utini, & ibi adhuc est.

Antonius Gaetanus Patriarcha sedit annis VII. mensibus II. Hic nihil boni fecit, quia pro majori parte stabat infirmus propter podagram. Postea factus fuit Cardinalis, & ivit Romam: & schisma erat in Ecclesia Dei, & carebat Imperium.

Antonius de Portu-gruario Patriarcha sedit annis VII. & privatus fuit per Papam Gregorium. Et illo tempore erant tres Papæ, videlicet Papa Alexander, Papa Gregorius, & Papa Benedictus: tamen sublata fuit per omnes obedientia Papæ Gregorio, & data fuit Alexandro. Et dictus Antonius creatus fuit Patriarcha in M.CCCC.II. Et primo suo anno Capitaneus Portus-Naonis cum Communitate dicti loci fraudulenter & furiose intraverunt in Castrum Turris, & castrum combusserunt, & in illo combusserunt D. Joannem de Ragonea, qui in dicto Castro habebat uxorem suam, filios, & filias, excepto Federico ejus filio: & magna crudelitas fuit facta. Et D. Patriarcha, convocato Parlamento cum tota Patria, ivit contra Portum-Naonem, & ibi steterunt paucis diebus: & reversi fuerunt, & nihil secutum fuit. Postea venit magna discordia inter homines Patriæ, quia aliqui dictum Patriarcham volebant, aliqui non. Et fuerunt illi de Civitate Austriæ, de Prata, de Porciliis, de Polcinigo, de Spilimbergo, de Valvasone, & de Glemona: & alii eum volebant. Tandem guerra exorta est in Patria, & quasi tota devastata. Et miserunt aliqui ad Regem Hungariæ, ut deberet mittere gentes, & ad Comitem Ortumberg. Et in M.CCCC.XI. venit Philippus Florentinus cum maxima comitiva, videlicet cum decem millibus equitum: invasit Patriam, & Utinum fuit sibi obediens. Et D. Antonius fuit factus Cardinalis per D. Joannem Papam XXII. D. Tristanus noluit eis obedire, sed ivit ad Serenissimum Dominium Venetorum: & ibi stetit cum cæteris suis sequacibus, donec reversi fuerunt in Patriam. Et isto tempore mortuus est Clemens Imperator, qui erat electus, & carebat Imperium. Et castrum Savorgnani fuit destructum per Utinenses.

Antonius de Ponte Concordiensis Episcopus factus fuit Patriarcha, & confirmatus fuit per D. Gregorium Papam, sed non habuit Patriarchatum in pace: & recessit, & abiit in Curiam Romanam; & ibi mortuus est absque Patriarchatu, & absque Episcopatu.

Ludovicus de Tech fuit electus in Patriarcham, & confirmatus fuit in Concilio Constantiensi: & ut Deus omnipotens tribueret eis propugnatorem utilem, & tutorem. Sicut divina Providentia in re disposuit, sic res processit in actum. Contigit, quod Dominus Apostolicus mitteret quemdam Virum & Dominum solemnem, videlicet D. Philippum de Alenconio Cardinalem ad partes Forijulii in Patriarcham & Rectorem. Erat quædam rebellio & dissensio partium, scilicet urbium, terrarum, & Oppidorum. Quædam partes receperunt dictum Philippum in Patriarcham reverenter, & lætanter: quædam partes restiterunt, & renuerunt. Unde decretum fuit per eumdem D. Cardinalem, & per ejus consilium, quod omnibus urbibus, terrisque, & villis, sibi & aliis resistentibus, imponeret interdictum; sic etiam in Terra Utini & aliis, & in confinibus, & complicibus suis. Et sic factum fuit, & positum interdictum omnibus resistentibus, & nolentibus ei obedire tanquam Patriarchæ. Illo anno, quo impositum fuit interdictum, regnabat valida pestis epidemiæ in Terra Utini, & in toto orbe; & decedebant in Utino in die plusquam centum, interdum plures: & incepit ea pestis de mense Martii, & duravit per totum Augustum, & mortui sunt illo anno plusquam XX. millia christianorum. Eo tempore erant quatuor Sacerdotes, vel quinque prosani, qui celebrabant divina officia in facie Ecclesiæ: & cum illis quatuor, vel quinque Sacerdotibus omnes mortui sepulti sunt. Finita peste, idem Philippus Cardinalis videns partes adversantes sibi, & nolentes obedire ei; quia in Commendam nolebant eum, sed si vellet deponere pileum, & accipere baculum pastoralem Ecclesiæ Aquilegensis, ipsi vellent ei obedire tanquam Patriarchæ, & vero pastori: sin autem, non. Ipse autem renuens & nolens deponere, sperans ascendere ad summum apicem, & eligi in Papam; recessit a partibus Forijulii, & adhæsit D. Francisco Antico de Carraria Padoano. Qui Franciscus dedit sibi pro Capitaneo quemdam Johannem Daiz; qui veniens cum magna societate in Forumjulii, cepit primo Portum-gruarii, Sacilum, S. Vitum, Savorgnanum, Valvasonum, Glemonam, & alia multa fortilitia: & intravit etiam Aquilegiam in die Parasceve. Ecclesiam violaverunt, derobaverunt; mulieres, homines ceperunt, trucidaverunt; & alia multa enormia in dicta Ecclesia, sive Civitate commiserunt, & fere totas villas Forijulii cremaverunt: & duravit illa guerra ab ipsius inchoatione usque ad septennium. Tempore hujus guerræ Utinenses miserunt ad Dominum Apostolicum Urbanum VI. ad Civitatem Januæ, rogantes eum ut mitteret eis unum pastorem, sive Patriarcham: & direxit eis unum Patriarcham Jerosolymitanum Legatum, & venit Utinum: stetitque per unum annum, & postmodum recessit, & multa bona secum detulit. Sed paulo post Dominus Apostolicus direxit quosdam solemnes Viros, & Dominos Legatos, videlicet D. Epi-

Christi manualiter jurando, deinceps semper stare Ecclesiæ mandatis. Post hæc Domini Legati iverunt Ungariam, exponendo negotia sua coram Rege, prout a Sede Apostolica habuerunt in mandatis. Quorum Legatorum unus ibidem mortuus est, & sepultus. Tunc omnibus expletis, Dominus Episcopus & Legatus susceperunt iter suum, redeuntes ad partes Forijulii. Invenerunt partes adversas rebelliores, quam prius, & perversiores. Tunc denuo revocaverunt interdictum in pristinum statum, & restinxerunt. Tunc lis orta est major, quam prius fuerat. Tandem post longi temporis spatium fatigati, & bursis evacuatis, compositionem fecerunt partes adversantes super dicto D. Philippo, volentes obedire, & in Patriarcham eum recipere: & sic concordati sunt in invicem, ipsum receperunt Patriarcham, sed non multum duravit; unde proverbium, *Qui fel in ore gerit, vix dulce spuere nequit*. Tunc videns D. Philippus sic se illusum, recessit a Forojulii: & transfretavit, & ivit usque Paduam, deinde Romam. Ibi inito consilio, misit iterum quemdam Facin cum copioso exercitu majore priore. Qui veniens ad partes Forijulii, ipsum totaliter destruxit, Terram Utini obsedit, cursum aquæ recepit: nec mollere poterant, nisi ex abundantia pluviæ, quæ sæpius deo pluente favebat: mollebant granum....... cum pistrinis. Tandem quadam die, Deo placente, magnus imber sive pluvia fuit. Ipsa Societas ejusdem Facin-Can fessi ex laborare, & propter imbrium aquas non valentibus pertransire aquas, Utinenses cum exercitu eorum insequuti sunt eos. Et ipsi versis tergis fugam ceperunt: quidam ex eis submersi sunt, quidam capti, quidam occisi, & morti dediti; recipientes eis...... & bombardas machinas, & pauci ex eis evaserunt. Dein Utinenses cum exercitu suo cum gaudio de victoria laudes Deo referunt, ejusque Genitrici, qui eis talem dedit victoriam in secula seculorum Amen. Finita guerra, bursisque evacuatis, rebus amissis, villis crematis, fame Castris castigatis, non populi valentes ulterius bellare, nec guerram facere, videntes se desertos ex utraque parte concordiam quærunt insimul: & sic factum est. Nuncios ex utraque parte mittentes, Dominum Apostolicum sunt consulti, ut mitteret eis unum Patriarcham, sive pastorem utilem, benignum. Qui aquiescens verbis vel litteris eorum, elegit eis unum, Johannem de Moravia, Fratrem Marchionis, & Fratrem Regis Bohemiæ; non tamen legitimum, sed spurium. Nuncii vero redierunt cum gaudio, suamque imbaxiatam nunciaverunt: & omnes exultaverunt gaudio magno valde, laudantes eum qui fecit omnia.

vit verbis suis ambiguis. Unde idem D. Federicus cum consilio amicorum recessit a Terra Utini causa evadendi scandalum: & transtulit se Pinzanum, & aliis suis fortiliciis. Et Patriarcha recessit Soffumberch, & ad Civitatem Austriam, & ibi permanens per aliquod tempus. Tandem D. Federicus cum consilio amicorum....... reversus est in Terram Utini cum magno comitatu. Scientes autem inimici ejus, quod esset in Terra Utini; consilium inierunt, ut morti traderent eum: sicque res processit in actum. Venientes autem inimici ejus, & descendentes ab equis, intrantesque Capellam, & ipso aspergente se, mox unus eorum porrigens manum dexteram, ut moris est amicitiæ, salutavit eum. Alii vero ensibus eductis, ejus cervice recisa, subcubuit. Mortuo & occiso in Capella sua, illi ascendentes equos ceperunt fugam, quia illo die erat magna pluvia & ventus. O quam grande nefas, quam profanum...... quam magnus dolor & luctus fuit in Urbe Utini? Post mortem vero supradicti D. Federici res permansit inulta non post longi temporis spatium. Tunc Patriarcha permansit in Civitate Austria; & intelligens, quod D. Federicus erat occisus, ipsi qui occisioni interfuerunt in exilium sunt expulsi: & receptis omnibus quæ possidebant, aliqui Paduam iverunt, & alii alibi. Et illi, qui mortis D. Federici fuerunt causa, sunt hi; Henricus Bleon, Andreas Nasinguerra cum fratribus suis, & miles quidam supradictæ Novercæ avunculus D. Federici. Et ipsa similiter in crastinum a populo cum impetu in platea Communis Utini lethaliter percussa est. Patriarcha vero recedens a Civitate Austria, ivit Soffumberch, & stetit ibi: & illo anno ipse cepit, sive Marescalcus suus, S. Danielem. Et idem Marescalcus interfecit duos fratres, & filios Conradi, & ipsum Conradum captivavit: & post aliquod tempus, compositione facta cum Patriarcha, promiserunt illi de S. Daniele obedire ei, & facere reædificare quamdam domum, in qua solebat Patriarcha descendere, & habitare in ea: quam domum ruinaverunt illi de Sancto Daniele propter superbiam eorum. Et facta est pax inter D. Patriarcham, & homines de S. Daniele: & dimisit D. Conradum, quem captivum habebat, & induit eum pulcras vestes. Eo anno, quo receptus fuit locus, Vernerius Favarotta proditione cepit Castrum Manzani, & expulit Dominum. Tandem cujus erat Castrum, ibi guerram volebat ducere cum Patriarcha: sed facta pace, ut superius dixi, facta est etiam pax inter Thadæum, & Varnerium Favarotta; & restituit ei Castrum suum. Eo etiam anno Patriarcha multum minabatur Utinensibus, & vix audebant exire de Utino: & multi capti

& conscientiæ. Mammas mulierum sugebat propter infirmitatem, quam habebat. Iste idem Patriarcha fecit se portare trans Lusoncium in quibusdam desertis, ubi erant raptores, vispelliones, latrones, qui sæpius veniebant in Forumjulii prædatum; & homines capiebant, & ipsos ad speluncam eorum ducebant: & imponebant eis impositionem, & postea dimittebant eos; interdum moriebantur ibi. Qui cum illuc venisset cum omnibus taleis, quæ debent Domino servire secundum temporis necessitatem, prout moris Patriæ, ipsos malendrinos, fortilitia & propugnacula eorum existentia in nemoribus, in montibus excelsis, sive in cavernis, totaliter destruxerunt, & flammis ignium tradiderunt. Et de cætero per magnum tempus Forumjulii non visitaverunt. Non multum post idem Patriarcha fit exosus fere omnibus hominibus, eoquod ipse erat nimis avarus, & non expendebat large, sicut Prædecessores sui. Vescebatur lactucis crudis, & olleribus cum aceto & sale, & non dabatur aliquod lucrum mechanicis, sed solummodo accumulabat pecunias. Habens autem plenam bursam, videlicet LX. millia Ducatorum, & ultra, cepit iter suum paulatim, & venit Romam; promittens redire, & non rediit. Et ibi factus Cardinalis Aquilegensis.

Antonius de Portu-gruario Patriarcha Aquilegensis venit Aquilegiam, sive applicuit in M. CCCC. II. die VIII. mensis Aprilis: & celebravit Missam suam novellam eodem anno in die S. Lucæ Evangelistæ; & frater ejus S. Nicolaus Claudus eodem die duxit uxorem de la Frattina. Nam ante idem Antonius erat Episcopus Concordiensis, & erat valde dilectus Papæ Bonifacio VI. (IX.) eoquod ipse fuerat servitor ejus: & ideo post recessum supradicti Antonii Gayetani, elegit eum cum voluntate & consensu fere omnium Castellanorum, Civium, Dominorum, Prælatorum, omniumque hominum in Patria existentium; & misit eum ad partes Forijulii. Ipse fuit lætanter, atque gratanter receptus: & ei obedierunt, usque dum voluerunt. Sed non post multum temporis spatium, aliqui Civitatenses indignati sunt, spernentes eum, atque dicentes: cujus filius est iste? Ubi est nobilitas ejus, ubi milites? Et sic fremebant, & stridebant dentibus, & dicebant: hic non facit justitiam, nec judicium tenet; quare ergo debemus ei obedire, ex quo non potest facere judicium & justitiam? Sed quid plura. Isti omnes adversarii & rebelles ligam & unionem invicem fecerunt, mittentes edicta litterasque Domino Apostolico, querimoniam super eo faciendo, false eum accusando in multis; rogitantes Dominum Apostolicum, ut privaret eum, & alium eis daret Patriarcham. Quibus auditis & intellectis, eumdem Patriarcham citari fecit sub

& sic fungebantur de affictibus propriis, & eorum Patriarcha. Hic nota, quod quando Patriarcha Antonius de Portu-gruario vidit se ita accusatum, antequam Papa Errorius veniret ad partes Forijulii, misit litteras & nuncios, excusando se. Qui Papa nolens audire litteras, nec nuncios intelligere, misit eum iterato privari, eoquod personaliter non comparuisset coram eo. Sed divina potentia favente, illo anno omnes Principes, omnes Barones, & omnes Magnati, similiter & omnes Prælati totius mundi climatis, uniti sunt ut generale fieret colloquium in Civitate Pisarum super facto schismatis dudum regnantis temporibus præteritis, videlicet fere XXXII. annos. Et factum est, ut Papa Gregorius qui putabatur verus Pastor, & Benedictus qui putabatur Antipapa, uterque deponeretur: & eligi deberet unus, qui totius Orbis esse debeat verus Rector & pastor. Appropinquante termino, videlicet in Annunciatione B. Mariæ Virginis, omnes Imbaxiatores omnium Principum, omniumque Prælatorum convenerunt ad prædictam Civitatem Pisarum, quorum numerus fuit usque ad summam XX. millium. Qui cum omnes ibidem convenissent, Gregorius retrocessit, nec voluit comparere Synodo. Sed verso tergo venit ad partes Forijulii ad Civitatem Austriam in die Pentecostes cum quibusdam Cardinalibus, & aliis de gente Regis Apuliæ, & aliis multis Furlanis, & Transtulmentis, omnibus rebellibus D. Patriarchæ Antonio de Portu-gruario. Ibique stetit, & in magna reverentia colebatur ab eisdem: & stetit in Civitate Austria usque ad Nativitatem S. Mariæ Virginis. Et recedente eo cum gente sua, & aliquibus Cardinalibus, non multis, sed tantum duobus; gentes, sive stipendiarii D. Patriarchæ & Utinensium insequuntur eos, eosque capiunt, morti tradunt, omnia bona eorum auferunt: Papa vero evasit solus cum quibusdam. Cæteri capti & deprædati fuerunt omnibus bonis eorum; & volunt dicere aliqui, sive dicunt: quod idem Papa amiserat, omnibus computatis, plusquam LX. millia Ducatorum. Et transfretavit usque ad Apuliam, & ibi permansit cum auxilio Regis Apuliæ. Eo anno, & M. CCCC. IX. circa Festum S. Johannis Baptistæ, Cardinales qui tunc erant Pisis, cum consensu & voluntate & deliberatione omnium, qui ibidem convenerant, elegerunt in Summum Pontificem quemdam Cardinalem, qui prius extiterat Archiepiscopus Mediolanensis, cui impositum est nomen Alexander. Qui Alexander, postquam electus est in Papam, privavit omnes adhærentes Errorio, & ei obedientes. Similiter excommunicavit Errorium, & Benedictum, & omnes tenentes hæresim eorum. Antonium vero Patriarcham confirmavit in pristinum statum, seu in Pa-

obtinuit eumdem locum fere per duos annos, & plus. Similiter Carnea, Tulmentium, Glemona, Spilimbergh, Valvesonum, S. Vitus, Brunera, Purcilium, Maranum, & omnes trans Tulmentum obediebant illi Comiti, tanquam Vicario Imratoris, excepto Utino, Castello Porpeti, Sacilo, & aliis paucis locis, & Villis; qui fere omnes fideles erant D. Patriarchæ propter invidiam Civitatensium. Anno Domini M. CCCC. X. die ultima Augusti incepit guerra inter Civitatenses, & Utinenses. Nam antea non habuerunt guerram adinvicem; sed tantummodo Patriarcha litigavit cum eis, & e converso propter inobedientiam illorum rebellatorum partium adversarum. Nam idem Patriarcha etiam bellatus est cum inimicis suis fere per duos annos & plus, antequam Utinenses deffidarent Civitatenses: & duravit guerra illa per duos menses integros. Hoc tempore die X. Septembris, Glemonenses cremaverunt villam Tercenti; & domos D. Doymi, quas ædificare fecerat de novo, ipsas funditus ruinaverunt. In mense Augusti, antequam Utinenses defidarent partes oppositas, Castrum de Pers captum fuit a gente D. Patriarchæ, & similiter Fontana-bona. Et post paucum temporis spatium quidam Longobardus proditor, existens tunc Capitaneus ejusdem Castri, proditorie foro & pretio mille Ducatorum tradidit eumdem locum Glemonensibus: & postmodum clam recessit ad partes suas. Castrum vero Fontanæ-bonæ remansit in potestate & dominio Nobilis Viri, & valorosi militis D. Tristani de Savorgnano: & ipsum multum fortificavit, & tenuit pro se. Domini vero, & Dominæ ejusdem loci expulsi sunt; nec fuit eis datum quidquam, sed post adventum D. Pipi restitutum est eis Castrum. Anno Domini M. CCCC. XI. die ultima Februarii expirarunt treugæ inter utrasque partes; & decem diebus post, & die XXI. Aprilis incepit iterum guerra. Item die III. Junii Civitatenses cum exercitu suo aggressi sunt villam de Mortegliano, & villam Puccioli. Illo die gentes Utinensium irruerunt in eos, & multi cæsi sunt parte ex utraque, & multi vulnerati: & caput, sive ductor gentium Utinensium captus est a Civitatensibus fere cum viginti aliis, & conducti fuerunt ad Civitatem Austriæ; sed post tres dies dimiserunt eos remeare ad Terram Utini, exceptis burgensibus & aliquibus rusticis, quibus imposuerunt compositionem sive tagliam. Item XXI. Julii factæ sunt treguæ inter Utinenses & Civitatenses & partes adversas per X. dies, causa recolligendi bladum, quod in campis & villis erat: & die XXIII. Julii fuit magna tempestas in Utino, & die præcedente fuit magnus imber, fi- XII. Octobris exercitus Civitatensium iverunt ad villam-Orbam, Zuglianum, Pasceglianum, Sclaunicum; & ibi aliqua animalia spoliati sunt, & abierunt. Item die I. Novembris treugæ factæ sunt inter partes per viginti dies; & die XXI. Novembris expirarunt treugæ: & sic ex utraque parte usque ad octo dies superfleterunt, & non spoliaverunt. Item XXVIII. die Novembris applicuit ad partes Forijulii exercitus Domini Regis Hungariæ cum XI. millibus, quorum ductor sive caput erat quidam Florentinus, nomine Pipo. Considerantes autem Utinenses, non posse obsistere contra tam multitudinem, magnam equitum armatorum; proposuerunt fere omnes velle obedire D. Regi Ungariæ, & deliberatione facta miserunt solemnes Imbasciatores, scilicet D. Michaelem de Rabato, & alios plures ad dictum D. Pipo. Et ipse idem D. Pipo audivit, & exaudivit eos, & recepit eos ad obedientiam: & facta pax inter omnes partes Patriæ Forijulii die VI. Decembris in die S. Nicolai Confessoris, cujus nomen sit benedictum in secula seculorum Amen. Item die VII. Decembris venerunt Ungari fere ducenti, & imposuerunt vexillum Domini Imperatoris super Castrum Utini: & posuerunt similiter in Castro Utini suum Capitaneum, videlicet unum Theotonicum, nomine Paulus; & reliquerunt eum ibi, & abierunt. Idem D. Pipo cum exercitu suo subjugavit sibi, & Ecclesiæ Aquilegensi, usque dum veniret unus verus Patriarcha, omnes Terras, omnia oppida, castra, & fortilitia: & omnes obedientiam fecerunt, & similiter obedire D. Comiti de Ortmburch, tanquam Vicario temporali D. Regis Ungariæ promiserunt.

Tandem homines Patriæ elegerunt cum voluntate Domini Regis Ungariæ unum Patriarcham Theotonicum, qui dicebatur Dux Dech Ludovicus: & spoponderunt velle ei obedire, tanquam Patriarchæ electo, sed non confirmato. Et post confirmationem factam a Papa, & bullis ostensis, omnes vellent obedire tanquam vero Pastori. Et nota, quod iste Dux Dech destinavit magnam pecuniæ quantitatem Romæ post recessum olim Antonii Caetani; qui resignavit Patriam, ut superius mentionem feci: & fecit dare idem Dux eamdem pecuniam Procuratoribus suis, ut procurarent pro eo ut eligeretur in Patriarcham. Sed unus illorum Procuratorum procuravit tantum pro se, ut fuit Antonius Episcopus Concordiensis: & electus fuit idem Antonius, ut superius dixi, in Patriarcham; & idem Dux amisit pecuniam suam. Et quia idem Dux invite ferens injuriam sibi illatam, non cessavit donec misit Comitem de Ortimburth cognatum

nio Venetorum. Præfatum Dominium volebat, D. Triſtanum de Savorgnano reducere in domum ſuam cum ſequacibus ſuis: & D. Patriarcha noluit hæc facere ad contemplationem aliquorum, qui habebant bona D. Triſtani & Fratris, & aliorum ſequacium ſuorum. Indicto tempore Homines S. Danielis furati fuerunt Varmum ſuperius, & ceperunt D. Bartholomæum & Jo. Antonium ejus filium: & mala morte eos occiderunt, & turrim ipſius Caſtri combuſſerunt. Et dicto tempore Dominium Venetorum habuit Sacilum: & D. Patriarcha ivit in Ungariam. Et Civitatenſes jam concordaverant cum præfato Dominio Venetiarum. Et rediens D. Patriarcha cum certis Ungaris fere quatuor millibus, venit in Patriam: & ivit in obſidium contra Civitatem Auſtriæ cum dictis Ungaris, & cum tota Patria. Sed in Civitatem Auſtriæ jam venerunt gentes equeſtres & pedeſtres Dominii Venetiarum, videlicet Thaddæus Marchio: & ibi ſtetit D. Patriarcha cum dictis gentibus & tota Patria diebus XV. Poſtea receſſit propter magnum frigus, & propter nives: ſed devaſtatæ fuerunt vites quaſi circumcirca Civitatem Auſtriæ. Poſtea dictæ gentes reverſæ ſunt in Ungariam, & D. Patriarcha cum eis. Tandem præfatum Dominium poſuit campum ad Pratam, & eam habuit. Et habita Prata, ſubito eam comburi fecerunt, & aquam per ipſam Pratam poſuerunt: & ſic deſtructa eſt Prata, & effecta eſt ſylva. Item D. Triſtanus de Savorgnano habuit tractatum cum aliquibus Civibus Utini, intrandi in Utinum: & una nocte aperta ſibi fuit porta S. Gotardi, & intravit cum gentibus Dominii Venetiarum. Sed ſubito populus ſurrexit, & expulit eos de Utino: & ibi interfecti fuerunt aliqui ſtipendiarii pedeſtres; & ſquartatus fuit Thomas de Ronchonis, qui de dicto tractatu ſciebat; alii autem fugerunt, & duravit guerra annis duobus cum dimidio. Poſtea per Utinenſes facta fuit oblatio Sereniſſimo Dominio Venetiarum; ex eoquod D. Ludovicus non veniebat ad ſuccurrendum eis, nec mittebat eis auxilium. Et ideo oportuit, ipſos concordare cum præfato Dominio Venetiarum. Et hoc fuit in M. CCCC. XX. die VI. Junii. Et facta dicta obedientia, miſſi fuerunt per Communitatem Utini octo Imbaſciatores, ponendo ſe & ſua in manibus & in gratia præfati Sereniſſimi Dominii Venetiarum. Et tunc præfatum Dominium eos ſuſcepit: & voluit, quod ipſa Communitas ſe gubernaret & regeret, prout faciebat in tempore Patriarcharum, in civilibus: in criminalibus autem noluit, quod aliquid faceret propter diſcordias civium. Et voluit præfatum Sereniſſimum Dominium, ut omnia bona præfato D. Triſtano, & Fratri, & ſequacibus ſuis reſtituerentur. Et ita factum eſt. Et ſic facta fuit

IV. Sed Dominium Venetiarum noluit ſibi dare dictam Patriam uſque ad M. CCCC. XLV. Quo tempore præfatum Dominium dedit ipſi Domino Patriarchæ Aquilegiam, S. Vitum, S. Danielem: & D. Joannes de Reathe Protonotarius & Nuncius Domini Papæ, & Dominus Archiepiſcopus Corphienſis venerunt, & acceperunt poſſeſſionem dictorum trium locorum: & reſiduum Patriæ Dominio remanſit.

In margine ejuſdem Chronici.

Alexander ex Ducibus Maſſoviæ Polonus, Epiſcopus Tridenti, & S.R.E. Cardinalis, Patriarcha electus. Qui optime meritus de Sede Apoſtolica fuit, & in publicis privatiſque negotiis bene ſe geſſit: ſed propter turbulentias Eccleſiæ Aquilegienſis non ſe contulit in Patriam.

VII.

Urbes, Caſtra, Oppida, & Arces Forojulienſes ex Codice MS.

Aquileja, Civitas, olim caput Venetiarum, nunc deſolata.
Gradus, Inſula, & Civitas.
Barbana, Inſula, & Monaſterium.
Mons-falco, oppidum & arx.
Arx D. Joannis Charſi, olim Templum Diomedis.
Noritia, ſive Goritia, oppidum, olim Caſtellum Saligani vocatum.
Farra, olim Caſtrum; unde Comites Goritiæ antiquitus traxerunt originem: unde Comites Farrenſes.
Lucinium, olim Caſtrum.
Gradiſca, oppidum municiſſimum.
Motta, olim arx, data quondam Nobili Militi Philippo de Portis a Bertrando Patriarcha.
Cormons, Caſtrum, olim Sedes Patriarchalis.
Braithanum, olim Caſtrum.
Druſum, ſive Thruſſium, Caſtrum.
Gramolianum, Caſtrum.
Ungriſpachum, Caſtrum.
Vipulcinum, Caſtrum.
Sacilettum, Caſtrum deſolatum.
Straſoldum, ſuperius, & inferius, Caſtra.
Roſacium, olim Caſtrum, nunc Abbatia.
Manzanum, Caſtrum dirutum.
Butrium, Caſtrum demolitum.
Utina, Urbs noviſſima Patriæ Forojulienſis.
Cividatum, Urbs Forojulienſis antiquiſſima, & poſt Aquilejam Metropolis Patriæ Forojulienſis.
Zuccula, Caſtrum dirutum.

Gro-

Castrum Paganum.
Fons-bonus, Castrum.
Colloretium, Castrum.
Cassiacum, Castrum.
Montenianum, Castrum.
Carvacum, Castrum dirutum.
Tercentum, Castrum.
Prampergum, Castrum.
Artenea, Castrum.
Montenarium, Castrum, sive Rivistanium.
Glemona, Castrum, & Oppidum frequentissimum.
Nibligine, sive Castellutum, Castrum sive arx parvula.
Ventionum, Oppidum.
Tulmetium, Castrum, & Oppidum populosissimum.
Julium Castrum penitus demolitum.
Mozium, nunc Abbatia, olim arx Chazzila.
Clusia, arx inexpugnabilis, olim Bertranda dicta a Bertrando Patriarcha ejus fundatore.
Mons-cardus, Castrum dirutum.
Invilinum, olim munitissima arx in Montanis.
Legium, Castrum dirutum.
Subclivium, Castrum dirutum.
Luincinium, Castrum dirutum.
Nonta, Castrum dirutum.
Botistarcium, Castrum.
Ampitium, Castrum.
Arx Plebis.
Comelicum, Castrum.
Cifelanum, Castrum.
Venasium, Castrum.
Cavatium, Castrum.
Osopium, Castrum in monte inexpugnabile.
Brauolinum, Castrum dirutum.
Susanium, Castrum dirutum.
Vendejum, Castrum dirutum.
Melsium, Castrum semi-dirutum.
Piræ, Castellum amœnissimum. (Pers.)
Capriacum, Castrum.
Celiacum, Castrum, alias Cislacum.
Ragonea, Castrum, olim populosissimum.
S. Daniel, Castrum, & Oppidum insigne.
Flagonea, Castrum dirutum.
Tricanum, Castrum.
Faganea, Castrum, & Oppidum.
Villalta, Castrum.
Morucium, Castrum.
Braciacum, superius, & inferius, Castra.
Gruanium desolatum, nunc Ecclesia Divæ Margaritæ.
Castellerium, Castrum dirutum.
Spilangallum, Castrum dirutum.
Spilimbergum, Castrum, & Oppidum populosum.
Celina, olim urbs.
Avzanum, Castrum.
Purcilæ, Castrum.
Toppium, Castrum.
Sacilum, Oppidum.
Opitergium, Oppidum, olim urbs Episcopalis.
Oppidum Portus-Buffoletti.
Canipa, Castrum.
Castrum Cenetum.
Oppidum Portus-Gruarii.
Concordia desolata, olim urbs Episcopalis.
Castrum Cordivati.
Valvasonum, Castrum.
Pulcinicum, Castrum.
Prata, olim Oppidum, nunc Castrum dirutum.
Oppidum S. Viti.
Fratina, Castrum dirutum.
Sbrogliavacha, Castrum.
Salvarolum, Castrum.
Turris, Castrum.
Portus-Naonis, Oppidum, & Castrum.
Prodolonium, Castrum.
Arx Sextensis, alias Sumagua.
Sumaga, nunc Abbatia, olim Castrum.
Castrum Avianum.
Mons-Regalis, Castrum.
Laurenzagum, Castrum.
Zoppola, Castrum.
Cusanum, Castrum.

VIII.

Juliani Chronicon Forojuliense ex Codice Antonii Belloni descriptum.

GRegorius Patriarcha Aquilegiensis, qui fuit de Montelongo, venit Aquilegiam die XIII. Januarii sub anno Domini M. CC. LII.

Ecelinus de Roman captus fuit anno Domini M. CC. LIX. die quarto exeunte Septembri, qui comedere nolens septem diebus, in octavo mortuus fuit.

Rex Carolus devicit, & interfecit Manfredum, Principem Apuliæ, in Apulia, & fuit maxima hominum strages anno M. CC. LXVI. die Veneris III. exeunte Februario.

Impositus fuit primus lapis Monasterii Dominarum Cellarum apud Civitatem Austriam per Venerabiles Patres, Albertum Concordiensem, &... Petenensem, Episcopos anno Domini M. CC. LXVII. die decimotertio intrante Aprili.

Captus fuit Vener. Pater Gregorius Patriarcha Aqui-

ctus fuit Civitatem; procurato tamen per Ven. Patrem Wlotislaum Archiepiscopum Salspurgensem eum ipso Domino Patriarcha, dum erat in captivitate, & eum Forojuliensibus ex parte una, & cum dicto Comite ex altera, quod fuit per partes compromissum in ipsum Archiepiscopum, & Dominum Regem Bohemiæ, & postea confirmatum.

De interfectione D. Alberti Episcopi Concordiensis Vicedomini Patriarchæ.

M. CC. LXVIII. die III. intrante Julio mense ante Tertiam apud montem Medeam interfectus fuit Ven. Pater Concordiensis Episcopus, Vicedominus R. Patris Gregorii Patriarchæ; & quidam alii cum eo per insidias ei impositas per fautores D. Alberti Comitis Goritiæ.

De exitu Exercitus, & de destructione pontis...... Goritiam.

Dicto anno die Veneris V. exeunte Julio, exivit Gregorius Patriarcha Utino eum suo exercitu contra dictum Comitem. Et tunc die XII. Augusti destructus, & dirutus fuit pons Isuntii prope Goritiam. Reversus est die penultima Augusti Civitatem; facto iterum Compromisso inter dictas partes.

De Conradino devicto.

M. CC. LXVIII. die XXII. Augusti in octava Assumptionis devicit Rex Carolus Conradinum, qui volebat Regnum Apuliæ.

De obitu Gregorii Patriarchæ.

M. CC. LXIX. die VIII. intrante Septembri, hora sexta, in Civitate Austria Gregorius Patriarcha Aquilegiensis obiit in Domino, qui extitit Patriarcha XVII. annis, X. mensibus, & XVI. diebus.

De electione Domini Ducis Carinthiæ in Capitaneum Forijulii.

Dicto anno die XIV. intrante Septembris, Nobilis Vir Voldricus, Dux Carinthiæ, electus fuit per Forojulienses in Capitaneum Forojulii. Qui eodem anno die V. exeunte Octobri, mortuus est in Civitate Austria.

De electione D. Philippi in Patriarcham Aquilegiensem, & ejus cassatione.

M. CC. LXIX. exeunte Septembri, D. Philippus, frater dicti Ducis Carinthiæ, olim Archiepiscopus Salburgensis, electus fuit in Patriarcham Aquilegiensem. Sed privatus fuit per Summum Pontificem Gregorium X. & Curiam Romanam, eo quod electio Patriarchalis fuerat ante dictam electionem per Romanam Curiam interdicta. Qui

De Captione Civitatis per Federicum de Pinzano.

M. CC. LXXII. in Vigilia S. Matthiæ die Bissexti V. exeunte Februario, Federicus de Pinzano, qui tunc Vicarius erat D. Philippi Capitanei suprascripti in Forojulii, furtive tamen circa horam tertiam, jam dicta Missa in Majori Ecclesia, armata manu intratis Civitatem Austriam, Dominis Johanne & Wodolrico fratribus de Portis ipsum introducentibus fraudulenter & quasi pacifice tanquam amicum Civitatensium, eis dicentibus publice quod non veniebant causa mali; cepit Civitatem cum illis de Prata, & Purcilleis, & Villalta, ubi multorum abstulit bona: quosdam Utinum, quosdam alio ad suum beneplacitum transmittendo, & quosdam captivando: Carlucium Civitatensem, & unum.... decapitando: Sophiam Florettæ comburendo, & volendo in alios decapitare; imposito eis, quod Terram dare vellent Forensibus. In captione Terræ nullus vulneratus fuit, nec percussus.

M. CC. LXXII. die Dominico VIII. intrante Majo, in aurora, captus fuit Burgus-pontis Civitatis per Forojulienses fideles Ecclesiæ Aquilegiensi, & quosdam Theotonicos Domini Regis Bohemiæ, invidentes Federico de Pinzano, sicut dictum fuit, quia nullo defendente, vel læso intraverunt.

Eodem die supervenit Nobilis Vir Volricus Durnolz, Capitaneus Regis Bohemiæ, cum exercitu magno, hora vespertina; & obsederunt Civitatem.

Item eodem die eum Burgus-pontis captus fuit, dictus Federicus de Pinzano fecit comburi Burgum S. Petri, & Burgum S. Silvestri: & in nocte subsequenti dirui pontem lapideum Burgi S. Petri.

Die vero Sabbati sequenti Civitas data fuit dicto Capitaneo, & claves Civitatis ei assignatæ fuerunt in Ecclesia Sancti Stephani per D. Detalmum de Villalta, qui fautor D. Federici erat in Civitate, & per quosdam Civitatenses.

De Fulgure.

M. CC. LXXII. in Vigilia S. Johannis de Junio percussit fulgur in quodam Monte apud Isuncium; ita quod mons ardens pluribus diebus emisit fumum cotidie ad quantitatem domus ardentis.

De adventu Patriarchæ Raymundi.

M. CC. LXXIII. die XI. exeunte Decembri factus per Alexandrum (a) Papam, & Curiam Romanam, Ven. Pater Raymundus Mediolanensis, Episcopus Cumanus, Patriarcha Aquilegiensis. Venit autem in Forumjulii, videlicet Sacilum, anno M. CC. LXXIV. die Jovis II. intrante Augu- f sto;

(a) Gregorium X.

cum paucis exiens Civitatem, recessit: & facti sunt inimici ut prius, non obstante juramento, & quibusdam securitatibus super hoc præstitis.

Mutatio Monetæ.

Anno Domini M. CC. LXXIV. die Lunæ V. exeunte Novembri, incepit currere nova Moneta, mutata per Ven. Patrem D. Raymundum Patriarcham Aquilegiensem.

De compositione Domini Patriarchæ Raymundi cum Comite, & Justinopolitanis.

Item facta fuit compositio sub certis Articulis & pactis inter D. Raymundum Patriarcham Aquilegiensem ex parte una, & Nobilem Virum D. Albertum Comitem Goritiæ, & Justinopolitanos, & eorum fautores ex altera, anno Domini M. CC. LXXV. die IV. exeunte Februario in Civitate Austria in Palatio Patriarchali.

De inundatione aquarum Natissæ.

Anno Domini M. CC. LXXVI. die XI. intrante Septembri fuit Natissa ita magnus, quod fuit extra ripam usque ad murum Cimiterii S. Petri: & etiam ascendit per ipsum murum, & destruxit plures domos ab interiori via versus Natissam existentes; deferendo quidquid invenit. Destruxit omnia Molendina, & portam & murum Pusternulæ factum in defensionem Civitatis. Ad pontem ascendit usque ad supremum gradum; & tamen de summitate majoris saxi pedis pontis Civitatis remansit aliquantulum, quod aqua non transcendit.

De Caristia.

Anno Domini M. CC. LXXVI. in Novembri vendebatur f. f. XXX. denariis, & etiam plus: Milium XXII. De Surcum (a) XIV. & etiam XVI. denariis. Item die Sabbati penultima Januarii vendebatur frumentum XXXVI. denariis: & tantum siligo, & plus Surcum; XXIV. & XXVII. Surcum XXVIII. denariis. Item ascendit f. ad L. denarios, mil. ad XL. Surcum etiam ad XXXVII. & plus. In principio Martii, die Sabbati sexto intrante Martio finaliter positum fuit frumentum pro XL. denariis, & siligo & faba pro XXXVI. milium pro XXVIII. Surcum pro XXIV. denariis, in manu solvendo.

(a) genus frugis.

quod ex tunc daretur tantum pro XIV. Veronensibus, & illa nova, quæ tunc currebat, differens a priori in duabus Crucibus parvulis interius & exterius.

De parte fontis apud Solarium.

Anno Domini M. CC. LXXVII. die septimo intrante Aprili inceptum fuit fodere, & construere fontem apud Domum Communis primo.

De Castro ædificato per Venetos apud Marzillanam in aqua marina.

Anno Domini M. CC. LXXXIV. Indictione XII. die tertio, vel quarto exeunte Junio, venerunt Veneti primo ad ædificandum unum Castrum apud Duinum juxta Marzillanam, & S. Johannem in mari, longe a terra plus jactu machinæ, vel ballistæ.

De morte Rubei Sonesschalchi Domini Patriarchæ.

Die Sabbati VI. intrante Octobri interfectus fuit Soneschalchus Rev. Patris D. Raymundi Patriarchæ Aquilegiensis per Reynardum, Varnerum filios D. Francisci Orzono, & Jacobum, & forte alios Civitatenses. Quare dirutæ fuerunt domus dicti Jacobi, filii Merquanduccii de ultra pontem: & locus, sive Terra Civitatensis per dictum Patriarcham fuit supposita Ecclesiastico Interdicto die Jovis XIX. Octobris usque ad ultimum diem ejusdem Mensis; quod suspendit ab hora tertia usque ad beneplacitum suum. Eo quod Dominus Patriarcha dicebat, eum fuisse Clericum, & Vicarium non plebanum; & propter hoc Terram, ubi interfectus fuit, esse debere suppositam Ecclesiastico Interdicto secundum cujusdam suæ Constitutionis tenorem, editæ Aquilegiæ in sua Synodo Generali.

De ingressu Prædicatorum ad habitandum in Utino.

Anno Domini M. CC. LXXXV. Indictione XIII. die ultimo exeunte Majo, ingressi sunt primo in Utinum Fratres Prædicatores ad habitandum ibidem: & primo celebraverunt publice in eorum loco Missam.

Lapis autem primus Ecclesiæ ædificandæ impositus fuit ultimo die Maji.

De Salesatura viarum Civitatis.

Anno Domini M. CC. LXXXV. die Lunæ XIII. intrante Augusto, incepit Commune Civitatense facere salesari, sive facere aptari vias Civitatis, incipiendo a porta Pontis cum dacio Civitatis.

De

etiam Theotonici quamplures. Quæ Curia duravit octo diebus..... & curiales interfuerunt bene quingenti.

De electione Præbendariorum, Petri de Orsaria, & Niculussii Civitatensis.

Anno Domini M.CC.LXXXVI. Indictione XIV. die Lunæ secundo intrante Septembri, in Capitulo Majoris Ecclesiæ S. Mariæ Civitatis Austriæ per Dominos, Bernardum Decanum, & alios Canonicos Civitatenses, tunc ibidem vocatos & congregatos solito more, primo sunt electi sive creati Petrus de Orsaria nepos D. Martini dicti..... & Niculussius filius quondam Meynarducii de Civitate in Præbendarios secundum ordinationem cujusdam Magistri Pizoli Canonici Civitatensis, ad dicendum singulis diebus horas Beatæ Mariæ in Ecclesia Majori Civitatensi apud aram. Videlicet, quod Vesperas dicere debeant, dum Vesperæ pulsantur ad Vesperas communes Dominorum: & post Matutinas Dominorum, sive communes immediate dicere debeant de Beata Maria Matutinas, Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam. Qui Magister Pizolus in suo Testamento ordinavit & statuit, de bonis suis emi reditus trium Marcharum ad usum Curiæ Præbendariis supradictis. Qui Præbendarii illas Præbendas habere debeant usque ad XX. seu XXVI. sive usque ad XXVII. annos suæ ætatis a nativitate ipsorum, & non ulterius. Quæ tunc aliis conferantur sub dicta conditione, & forma. Et insuper tali conditione, quod si non facerent, & non dicerent, ut deberent, seu vitam ducerent inhonestam; Decanus, & Capitulum ipsos privare valeant Præbendis præfatis, & aliis ad hoc idoneis illas conferre. Item quod Mansi, seu possessiones redituum dictarum Præbendarum esse debeant sub protectione & regimine Capituli, & specialiter in officio Clavigeri Capituli; qui reditus memoratos debitis & congruis temporibus conduci faciat in claustrum Canonicorum: & ibidem illos dictis Præbendariis per illos, qui eosdem reditus solvere debuerunt, assignari faciat, & persolvi.

De mutatione Monetæ.

Anno Domini M.CC.LXXXVII. Indictione XV. die Lunæ decimo intrante Martio in Civitate Austria fuit ex præcepto Rev. Patris D. Raymundi Patriarchæ Aquilegiensis, voce præconis, publice proclamatum: quod Moneta, quæ publice pro nova currebat, deberet dari & accipi pro nova usque ad diem Jovis vicesimum intrante Martio, & ex tunc pro antiqua tantum.

De exercitu in Istria contra Justinopolitanos.

Die Dominico prædicto anno VIII. intrante Junio, ivit Venerabilis Patriarcha Raymundus a Civitate ad Montemfalconem; ubi eodem die convenit multitudine maxima militum, Equitum, & Peditum. Prædictus exercitus roncavit, & destruxit vineas Justinopolitanorum, & eorum labores: & subsequenter obsedit Castrum Mucon; & cum non possent illud habere, illo relicto, reversi sunt. Et pervenit exercitus ad Montemfalconem die Lunæ in Vigilia Beatæ Mariæ Magdalenæ, scilicet undecimo exeunte Julio.

De Domino Brisa Episcopo Tergestino.

Anno Domini M.CC.LXXXVII. die Sabbati XII. exeunte Aprili, fuit D. Brisa de Top, Canonicus Civitatensis, confirmatus in Episcopum Tergestinum per Venerabilem Patrem D. Raymundum Patriarcham Aquilegiensem.

De captione Marani per Venetos.

Anno M.CC.LXXXVII. die Mercurii XIII. exeunte Junio, captum fuit Maranum per Venetos: die autem septimo intrante Julio subsequenter relictum, & spoliatum fuit per Venetos, & occupatum per D. Artuicum de Castello.

De confirmatione Sororum S. Claræ.

Anno Domini M.CC.LXXXVII. Indictione XV. die Dominico XIX. intrante Octubri, auctoritate Cardinalis, qui præest Ordini S. Claræ, per F. Petrum Visitatorum Sororum Ordinis S. Claræ, & præsente F. Ministro Ordinis Fratrum Minorum confirmatæ sunt Sorores S. Claræ apud Austriam Civitatem: & datus est eis habitus, & regula S. Claræ.

De ecclipsi Lunæ.

Anno Domini M.CC.LXXXVII. Indictione XV. die XII. exeunte Octobri in nocte sequenti, luna XII. secundum Aureum numerum, fuit Ecclipsis lunæ circa mediam noctem: & visa tunc fuit sanguinei coloris.

De impositione XX. solidorum impositorum cuilibet Manso, & rotæ Molendinorum in Forojulii.

Anno Domini M.CC.LXXXVII. Indictione XV. in Mense Octubri, impositi fuerunt per D. Raymundum Patriarcham, de voluntate & assensu Cleri & laicorum de Forojulii, XX. solidi cuilibet Manso, & rotæ Molendinorum in Forojulii, pro assoldandis Equitibus & peditibus contra Venetos & Justinopolitanos in subsidium Tergestinorum, & aliorum quorumdam de Istria, fautorum Ecclesiæ Aquilegiensis.

De Abbatissa Monasterii S. Claræ.

Anno M.CC.LXXXVIII. Indictione I. die V. intrante Februario, venit Civitatem ad Monasterium

Anno præscripto die IV. sive V. intrante Novembri, Castrum Muglæ fuit captum per Venetos, sive datum eis pacto. Locus autem Muglæ inferior prius eis datus fuerat per interiores eodem anno.

De Statuto debitorum.

Anno Domini (*a*) M.CC.LXXVII. Indictione V. die Jovis V. exeunte Majo, in Civitate Austria in Palatio Patriarchali in Generali Colloquio D. Raymundi Patriarchæ Aquilegiensis cum Prælatis, Liberis..... & Nunciis contractum, statutum, & ordinatum fuit: quod quodcumque debitum non requireretur infra quindecim annos, ex tunc peti non possit; & debitor.....

De pace inter Dominum Patriarcham Raymundum, & Nobilem Comitem Goritiæ Albertum.

Anno Domini M.CC.LXXVII. Indictione V. die Mercurii IX. intrante Junio, in Civitate Austria in Palatio Patriarchali fuit per Dominos, Walterobertoldum de Spengimbergh, Joannem de Zuccula Patriarchæ; Ugonem de Duino, & Henricum de Pisino, Comitis Alberti arbitros, pronunciata, arbitrando inter eos, firma pax, & concordia perpetua.

Quomodo Raymundus Patriarcha ivit ad Imperatorem.

M.CC.LXXVII. die Sabbati XI. intrante Septembri, arripuit Raymundus Patriarcha Aquilegiensis iter accedendi ad Illustrem Regem Romanorum Rodulphum in Carinthia; exiens de Civitate, & vadens Utinum ad Colloquium, die tunc crastina habendum ibidem. Reversus est in Utinum die IX. intrante Novembri.

Notandum, quod die Lunæ proxime subsequenti, fecit Dominus Patriarcha sententialiter amputari Norando Notario de Faganea manum in Faganea; eoquod, ut ipse Norandus confessus est sine tortura, se ad petitionem D. Rantulfi de Villalta ex parte D. Federici de Cavriaco, D. Rantulfi & Fratrum de Villalta, Matthiussii de Glemona, & Dominorum de Tricano, sub sigillo illorum de Villalta scripsisse quasdam litteras, quæ mittebantur per quemdam Nuncium Lombardum, qui cum litteris captus fuit, & confessus, Domino Archiepiscopo Mediolanensi, qui erat inimicus dicti Domini Patriarchæ, notificando ei, qua die idem Patriarcha arrepturus erat iter eundi ad Imperatorem Rodulphum: & quod Dominus Comes Albertus

(*a*) Sic in Codice MS. & infra, absque ullo chronologiæ vitio.

Anno Domini M.CC.LXXVIII. Indictione VI. die Veneris VI. exeunte Augusto, interfectus fuit Illustris Vir D. Ottacrus Rex Bohemiæ a suis in exercitu seu conflictu, qui fuit inter ipsum ex parte, & Illustrem Regem Romanorum D. Rodulphum ex alia, nondum coronatum a Domino Papa in Imperatorem.

De terræmotu.

Anno Domini M.CC.LXXVIII. die septimo exeunte Aprili, in Festo S. Georgii, sero in crepusculo semel, & iterum circa mediam noctem hora matutinali Fratrum, fuit terræmotus tantum, quod quædam Castra ceciderunt, & mortui sunt, qui intus fuerunt.

De mutatione Monetæ.

Anno Domini M.CC.LXXXI. die octavo intrante Junio, mutata fuit Moneta in Forojulio; ita quod ex tunc nova tantum cucurrit.

De impositione lapidis S. Sylvestri.

Anno Domini M.CC.LXXXII. die VIII. exeunte Majo, impositus est primus lapis Ecclesiæ Sancti Sylvestri ædificandæ in terra: quæ diruta fuerat per D. Johannem & Vodolricum fratres de Portis, & eorum fautores. Et fuit impositus per Fratrem Fulcherum Episcopum Concordiensem, licentia D. Raymundi Patriarchæ.

Quando primo venit aqua fontis in Curiam Patriarchalem, & apud Solarium.

Anno Domini M.CC.LXXXII. die tertio exeunte Augusto, scilicet in nocte præcedenti, venit primo aqua fontis Civitatensis apud Solarium, & in Curia Domini Patriarchæ.

De Verra Istriæ per D. Raymundum Patriarcham, Comitem Goritiæ, & Forojulienses, & alios.

Anno Domini M.CC.LXXXIII. in principio Martii, incepit D. Raymundus Patriarcha Aquilegiensis cum D. Alberto Comite, Tergestinis, & Muglensibus impugnare Justinopolitanos, & Venetos Verra; quia Veneti detinebant Justinopolim, & alias Terras Istriæ. Et ex tunc fuerunt clausi portus Venetis per D. Patriarcham in suo districtu, & per Paduanos & Tarvisinos in suis.

Item eodem anno die XI. intrante Julio, in Civitate Austria, in Palatio Patriarchali in Colloquio Generali per D. Raymundum Patriarcham, Prælatos,

LXXXV. & pronunciatum in Civitate die XI. Martii, seu proclamatum, quod omnes irent secure Veoetias, & quo vellent.

De transmutatione Fratrum Minorum in Civitate.

Anno Domini M.CC.LXXXIV. Indictione XII. die Jovis XIII. intrante Januario, in Octava Epiphaniæ, quidam Fratres Minores circa sex, vel plures convenerunt Civitatem, qui morabantur extra Civitatem apud Ecclesiam S. Francisci. Venerunt circa horam vespertinam, imo post, & ante crepusculum, primo ad habitandum in domo & Curia D. Vodolrici Cadubrini, Præpositi S. Petri de Carnea; quam emerant ab eo Priorissa Sandrina & Sorores S. Petri quondam de Poloneto, habitantes apud S. Panthaleonem. Pro qua domo & Curia, & etiam non pauca pecunia per ipsas Sorores dictis Fratribus persolvenda, eædem Priorissa & Sorores emerunt pro se ad habitandum locum dictorum Fratrum, ubi ipsi morabantur apud S. Franciscum juxta Civitatem, cum Ecclesia, Claustro, ædificiis, viridario, & pertinentiis suis integre in eodem loco. Et hæc facta sunt consensu & auctoritate Vener. Patris D. Raymundi Patriarchæ Aquilegiensis.

De receptione habitus S. Claræ, consecratione, & inclusione dictarum Sororum.

Anno Domini M.CC.LXXXIV. Indictione XII. die quarto intrante Junio, in Octava Pentecostes, præsentibus Venerabilibus Patribus Dominis, F. Fulchero de Zuccula Episcopo Concordiensi, D. Ulvino de Civitate Episcopo Tergestino, & D.... Episcopo Petenensi, & aliis quampluribus; Rev. Pater D. Raymundus Dei gratia Patriarcha Aquilegiensis dedit habitum Regulæ S. Claræ primo Priorissæ Sardinæ, & aliis Sororibus olim de Poloneto: & consecravit easdem, videlicet Priorissam Sandrinam, Floren. Aldam, Saldam, Reginam, Adeleytam, Catherinam, Agnetem, ... Beovenutam, Hilicuzam filiam Glirissuti, Bernardinam; & easdem primo ioclusit ibi.

De pœnitentibus nudis se verberantibus.

Aono Domini (a) M.CC. XC. in Festo Sancti Andreæ, venit primo D. Asquinus Decanus Aquilegiensis cum pœnitentibus nudis se verberantibus Civitatem: & statim Civitatenses inceperunt se etiam verberare; ita quod infra octo dies fuerunt de Civitate se verberantes bene L: & per totum Forojulii in Civitatibus, Castris, & Villis idem factum est, & infra viginti dies. Initium hujus verberationis dicitur fuisse Perosæ (b).

Anno Domini M. CC. XC. Magister Johannes Tergestinus, tempore D. Alberti Sacerdotis, & Conradi quondam Asidolfi Caneparii Ecclesiæ S. Sylvestri, fecit Campanam prædictæ Ecclesiæ, de voluntate & consensu totius Communis Curæ Ecclesiæ antedictæ, quarto die intrante Martio in supradicta Ecclesia ante Tertiam.

De captione D. Vodolrici de Mimilano.

Anno Domini M. CC. XC. Dominus Comes de Goricia cepit D. Vodolricum de Mimilano io quadam Ecclesia, quæ est sub Cormons, duodecimo die intrante Martio.

De Tricesimo.

Anno Domini (b) Millesimo Ducentesimo Octuagesimo nono, Indictione secunda, die quartodecimo intrante Martio, venit Vir Nobilis D. Albertus Comes Goritiæ de Carinthia Tricesimum cum magna multitudine hominum, equitum, & & peditum. In nocte vero tunc subsequenti combussa fuit tota villa Tricesimi, cum Ecclesia & Cortina sibi adjacente, a gente dicti Comitis. Mane autem facto, cum sua geote ivit versus Aquilegiam, & permansit in villa Cervignani usque ad Festum S. Georgii: gens cujus ivit deprædando per Forumjulii semper, donec in Villa supradicta permansit.

De nudis se verberantibus.

Anno Domini M. CC. nonagesimo, die octavo intrante Aprili, quidam Civitatenses decem, vel duodecim inceperunt primo se verberare apud Ecclesiam S. Panthaleonis clam: & paulo post multi io Civitate se verberare cœperunt in nocte. Deinde inceperunt crescere, & processionaliter verberantes prædicti iverunt Glemonam ad quamdam Indulgentiam, & veoerunt per Utinum Civitatem. Deinde cœperunt se verberare per totum Forumjulium. Mulieres vero in nocte se verberabant.

De Heremita S. Stephani.

Anno Domini M. CC. XCII. Alsubetta, neptis Dominæ Lucardis, fecit sibi fieri heremitorium, prius apud S. Stephanum: & fuit clausa per Magistrum Julianum, Thesaurarium Civitatensis Ecclesiæ, in Festo Assumptionis S. Mariæ, anno præscripto.

De captione Terræ Caprularum.

Anno Domini M. CC. XC. (c) Indictione III. die duodecimo intrante Aprili, in Aurora, Cursores

(a) Redit Chronici Scriptor in seriem Chronologicam.

(b) Hujusce piæ institutionis initium ad annum 1260. referunt Monachus Patavinus, Jacobus de Varagine, Ricobalus Ferrarienses, Franciscus Pipinus, aliique Anonymi Chronistæ apud Lodovicum Muratorium in collectione Scriptorum Italiæ. Vide Odoricum Raynaldum ad eundem annum 1260. num. 6. & seqq.

(c) Sic in Codice. Chronologiæ calculi optime cohærent

Anno Domini M. CC. XCI. Saraceni manu potenti ceperunt Terram Acri XVII. die intrante Majo: & ipsam Terram, & alias Terras vicinas, & Castra diruerunt, & ad terram prosternaverunt.

De Verra Istriæ per Dominum Rev. Patriarcham, Comitem Goritiæ, & Forojulienses, & alios.

Anno Domini (a) Millesimo Ducentesimo Octogesimo nono, Indictione II. Venerabilis Vir D. Raymundus, Dei gratia S. Sedis Aquilegiensis Patriarcha, in Festo B. Marci, Aquilegia exivit cum sua gente, & ivit versus Montemfalconem, causa eundi ad exercitum in Istriam. Eo die venit ad eum D. Albertus Comes Goritiæ cum sua gente, quæ erat in villa Cervignani: necnon omnes de toto Forojulii, a decem & octo annis supra, & a septuaginta infra; & Carnea, Cadubrio, Carinthia. In cujus subsidium & juvamen misit etiam Nobilis Vir D. Meynardus Dux Carinthiæ magnam multitudinem hominum. Omnibus vero congregatis apud locum prædictum, egregius Vir D. Albertus, Comes Goritiæ supradictus, de consensu & voluntate Domini Patriarchæ prædicti, fecit Milites D. Henricum de Prampercho, & D. Nicolaum filium Baldachi de Civitate in Campanea, quæ est sub Castro superius nominato. Quibus vero peractis, ordinatæ fuerunt acies Equitum pro se, & Peditum pro se; necnon Rectores cujuslibet aciei. Hoc facto, computatæ fuerunt acies, & Rector sive Capitaneus cujuslibet aciei suos computavit omnes; & reperti fuerunt in summa in toto exercitu quinque mille Milites, & quinquaginta mille Pedites. Et muto inde exercitu iverunt omnes versus Terram, quam Veneti fecerant ante Tergestum: & ibi per multos dies steterunt, & sæpe cum ballistis nocebant sibi inter se, sed numquam in campum ad prælium convenerunt. Et interdum faciebant treugas inter se, si possent concordari. Et nostri intrabant Terram Venetorum, & ipsi Veneti in exercitu nostrorum durantibus treugis conveniebant. Hoc facto, una die D. Albertus Comes Goritiæ supradictus, ignorante Domino Patriarcha, & absque voluntate ipsius, separatus fuit de dicto exercitu, & recessit. Et tunc Dominus Patriarcha, habito consilio sapientum, recessit universaliter cum omnibus de dicto exercitu die sexto intrante Majo; quia dicebatur, quod ipse Dominus Comes vellet prodere exercitum, & ipsum Dominum Patriarcham. Deinde celebratum fuit Colloquium generale Civitate, XIII. die intrante Majo, ut Tergestum in alimoniis subveniretur. Cui Colloquio interfuit Dominus Comes Goritiæ, Domini Episcopi Tergestimore magno, credendo quod exercitus esset major quam fuerat prius, & erat satis minor. Omnes navem intraverunt qui potuerunt, & multi in aquam submersi fuerunt per nimiam festinationem & solicitudinem; quia nec pater filium, nec filius patrem expectabat. Et ita die XVII. intrante Junio fugerunt, dimissis illic multis bonis: quæ omnia quasi Tergestini acceperunt, quia nostri multum distabant, quando illi fugerunt.

(a) Sic in Codice.

De pace inter Venetos, & Forojulienses.

Anno Domini M. CC. XCI. die XI. intrante Novembri, in Festo D. Martini, præconizata fuit pax in Civitate Austria inter Dominum Patriarcham & Forojulienses ex parte una, & Venetos ex parte altera, & per totum Forumjulium sub certis pactis & articulis. Videlicet, quod ipsi Veneti sine aliquo tenore dimitterent Castrum de Mugla, & burgum, & Castrum de Muquon, & omnia loca quæ occupaverant, sive ceperant post inceptionem verræ prædictæ. Alia vero loca, quæ prius ceperunt, debeant servare ipsi Veneti usque ad sententiam, sive difinitionem Domini Papæ. Et omnes incarcerati ex utraque parte dimissi fuerunt, & omnes portus fuerunt aperti.

De obitu Ven. Viri D. Fulcheri.

Anno Domini M. CC. XCIII. Indictione sexta, Venerabilis Vir D. Frater Fulcherus, Concordiensis Episcopus, obiit XIII. die.

De electione & confirmatione D. Jacobi quondam Ottonelli.

Item præscripto anno D. Jacobus quondam Ottonelli, Canonicus Civitatensis, electus fuit in Episcopum Concordiensem communiter per omnes Canonicos, præterquam per unum, qui elegit Dominum B. Decanum Civitatensem, qui postea renunciavit suæ electioni, & in ipsum D. Jacobum consensit, IV. die exeunte Aprili. Qui postea confirmatus per D. Raymundum Patriarcham fuit in Utino.

De Consecratione D. Jacobi.

Anno Domini M. CC. XCIII. Indictione sexta, Venerabilis Vir D. Jacobus quondam Ottonelli consecratus fuit in Episcopum & Pastorem Concordiensis Ecclesiæ per D. Brisam Tergestinum, die duodecimo exeunte Decembri, scilicet in Vigilia S. Thomæ Apostoli in Aquilegiensi Palatio.

Item eodem anno in die S. Thomæ Apostoli post Missam in Capitulo Civitatensis Ecclesiæ data fuit mihi

Novembri, D. Artuycus de Castello cum adjutoribus suis, scilicet D. Federico de Varmo, D. Symone Cucanca, illis de Pulcinicho, D. Francisco de Rivarotta, & forsan aliis, deprædatus fuit D. Johannem de Zuceula occasione bonorum quondam D. Valteri-pertoldi de Spengynberch; quia ipse D. Artuycus volebat medietatem propriorum tam Castellorum, quam etiam familiæ; eoquia uxor ipsius D. Artuyci tantum fuit D. Valteropertoldo, quantum D. Johannes de Zuccula. Versaque viee D. Johannes de Zuccula, facta sua congregatione, videlicet cum omnibus illis de Villalta, de Prata, de Risimberch, de Prampercho, D. Johanne & D. Utulino de Portis, & aliis quampluribus; & ceperunt deprædare ipsum D. Artuycum, & suos adjutores pro posse similiter. In adjutorio vero ipsius D. Johannis miserunt Tergestini bene ducentos pedites, qui venerunt in Civitatem, & iverunt Zucculam, undecimo die intrante Decembri. Et tunc die tertia subsequenti, scilicet in Festo S. Luciæ, ipsi Pedites cum illis de Villalta, de Prata, de Prampercho, de Risinbercho, & de Petra-pelosa, & cum filiis D. Asquini de Varmo, unusquisque cum toto posse suo, intraverunt villam Fagedis; qua D. Odolricus de Cucanea exivit eis obviam cum XI. & munitionibus eis patefactis, & reseratis, intraverunt una cum eo villam prædictam: & ceperunt Dominos Thomasium-Varnerum Canonicum Civitatensem de Cucanea, Artuycum filium D. Francisci de Seraval. Vidotum de Fagedis, & alios. Et duxerunt eos ad Spenginberch, & eos illic in vinculis tenuerunt præter D. Thomasium, qui dimissus fuit precibus Communis Civitatis, necnon bonis securitatibus factis super hoc, quod partim adjuvaret in dicta verra. Deinde inceperunt omnes comburere domos Massariorum, vites roncare, & etiam homines capere, qui erant de parte; & facere omnia mala. Venit autem in subsidium D. Artuyci de Castello D. Gyrardus de Camino cum magna multitudine hominum, equitum, & peditum, necnon & curruum: & obsedit Castrum illorum de Villalta nomine Variani, VIII. die intrante Aprili, cum omnibus illis qui erant de parte. Quod quidem Castrum cum machinis & aliis ædificiis expugnabant. Sed videntes intrinseci, quod se defendere non valebant, eis ipsum Castrum dederunt die tertio subsequente, tali pacto: quod salvi & sani ire deberent cum omnibus bonis, quæ accipere voluerunt de ipso Castro. Quod ita factum fuit. Deinde die crastina D. Dictalmus de Villalta timens, ne ipsum Castrum diruerent, & ne sub Villalta venirent ad runcandum & destruendum, venit ad loquendum D. Gerardo de Camino: & dixit, quia volebat tractare de concordia & pace, si posset; & ita siluerunt partes, & fe-

(*a*) Hic Julianus primus est ac præcipuus hujusce Chronici Auctor. (*b*) Alter Chronici Auctor est Joannes, frater Juliani. (*c*) sic in Codice. (*d*) Desiderantur in Codice, quæ scripserat Chronista.

strum de Varmo illi de Castello: & ille de Castello debebat illos, qui fuerunt capti Fagedis, similiter facere redire ad Spengynberchum, ut prius fuerant, in carcere: & hoc sub pœna LX. Marcharum de bono proprio ad usum Curiæ, devenienda parti quæ prædicta observaret, si concordes esse non possent, ut dictum est. Et de attendendis, & observandis omnibus supradictis factæ fuerunt bonæ securitates per ipsas partes, una alii, & instrumenta. Et factæ fuerunt trevæ inter eos usque ad Festum Purificationis S. Mariæ sub pœna mille Marcarum. Et omnia hæc facta fuerunt super ripam Cormon, præsentibus D. Raymundo Patriarcha, & D. Girardo de Camino, & aliis pluribus Nobilibus.

De cassatione Canonicorum electorum Civitatensium.

Anno Domini M. Ducentesimo Nonagesimo sexto Indictione nona, Ven. Pater & D. Raymundus Patriarcha, die X. intrante Januario, in Palatio Aquilegiensi, cassavit omnes electos, & receptos in Canonicos Civitatensis Ecclesiæ, quia non erant confirmati per Curiam Romanam, vel per ipsum Patriarcham.

De electione, coronatione, & renunciatione olim F. Petri in Papam Celestinum V. electi.

Anno Domini M. CC. XCIV. (*c*) Indictione VII. F. Petrus de Muronc electus fuit in Papam Celestinum V. die XII. intrante Julio, Cardinalibus existentibus apud Perusium, & coronatus apud Aquilam Civitatem Terræ Abrucii, VIII. die intrante Septembri. Qui Papa Celestinus eodem anno die XII. intrante Decembri renunciavit in manibus Cardinalium Papatui Neapoli.

De electione Bonifacii Papæ. (*d*)

De fossatu burgi S. Petri.

Anno Domini M. CC. XCVII. die V. exeunte Januario, fuit inceptus fossatus burgi S. Petri fodere.

Anno prædicto Henricus filius D. Alberti Comitis Goritiæ disfidavit Rev. Patrem D. Raymundum Patriarcham Aquilejensem die XIII. intrante Januario, cum esset Aquilegiæ Patriarcha prædictus: & fecerunt uterque inter se magnum damnum.

De Militia D. Henrici Comitis Goritiæ, & aliorum.

Anno Domini M. CC. XCVII. prima die Decembris Rev. Pater D. Raymundus Aquilegiensis Patriarcha fecit Milites D. Henricum, filium D. Alberti Comitis Goriciæ, cum quibusdam suis Theo-

Anno Domini M. CC. XCIX. die sexta exeunte Februario, in Castro Utini Raymundus Patriarcha Aquilegiensis obiit in Domino, qui vixit in Patriarchatu XXV. annis, uno mense, & XVII. & diebus. Qui quidem deportatus fuit Aquilegiam, & sepultus in Capella per ipsum facta versus occidentem (*b*) in Ecclesia Majori Aquilegiensi.

De electione D. Conradi Ducis Poloniæ in Patriarcham.

Item eodem anno, die V. intraote Martio, electus fuit in Patriarcham Aquilegiensem D. Coorardus Dux Poloniæ unanimiter, communiter, & concorditer per Capitulum Aquilegiense. (*c*)

De D. Henrico Comite Goriciæ electo in Capitaneum, & de verra sua.

Item eodem anno, XIII. die exeunte Martio, in Prato Campi-formii receptus fuit D. Heoricus Comes Goriciæ in Capitaneum Forojulii. Qui Dominus Comes in mense Julii eodem anno congregavit exercitum copiosum; in cujus auxilio veoerunt D. Girardus de Camioo cum magna gente, & Domious Comes de Oyng cum magna geote, & etiam quasi omnes Castellani qui venerunt cum omnibus suis in villa de Basalgella, quæ est prope Utinum, credentes posse habere Utioum. Et cum ibi stetissent per aliquot dies, & aqua fuisset eis accepta, recesserunt inde, & iverunt Ruzolium apud Savorgnanum. Et omnia ista fecerunt ideo, quia Communitates eumdem Dominum Comitem noo finebaot, Civitates intrare.

Finaliter facta fuit compositio & pax in Vigilia Assumptionis per Communitates, & per D. Johannem Philippi, qui erat Vicarius D. Petri Patriarchæ, (Qui Patriarcha noodum venerat;) quod deberent dare eidem Comiti certam pecuniæ quantitatem, & ipse deberet desistere ab inceptis. Qui Dominus Comes, & sui cum omnibus faventibus sibi, inde recesserunt. Sed antequam hæc essent pacificata, damnum fecerunt noo parvum, deprædando, capieodo homioes, & etiam mulieres vetulas, & parvos pueros spoliando; & quod est absonum dicere, omoes Ecclesias rumpentes, quidquid ibi inveniebant inhumaniter deportantes.

Communitas Civitatensis emit tres domos, quæ erant prope forum, & domum Martioi Longi ex altera parte, pro ampliando forum, quia erat parvum oimis & arctum: & ipsas domos diruerunt eodem anno io Meose prædicto Maji.

De fulgure.

Item eodem anno in Festo S. Johannis Baptistæ in aurora diei, fulgur in turri Majoris Ecclesiæ Civitatensis, & projecit ad terram Crucem cum gallo, & cum lapidibus teoentibus ipsam Crucem, qui ruperuot tectum Ecclesiæ S. Johannis vehementer. Et tunc in ictu oculi ipsum fulgur intravit Ecclesiam, & interfecit Jacobum Subdiatonum, filiom Pisii, de ultra pootem, qui erat Monachus, ante Altare S. Paulioi in Choro. Et de stellis, quæ sunt super Altare majus, projecit ad terram ultra XII. & manuteria quæ sunt circa Altare. Et descendit in Sacristia, & rupit aliquantulum de muro Sacristiæ, ubi servatur vinum, & cera: & de scalis, unde illuc descenditur. Et etiam fuit in Capella S. Laurentii, ubi similiter rupit de muro super Altare, & fenestram vitream quæ est post ipsum Altare, & de Cruce Majori, ac etiam de choro versus Curiam Patriarchæ. Et sciendum est, quod plures de Dominis occidisset: sed in Choro non eraot, quia io sero dixerant Matutinas.

De verra inter D. Petrum Patriarcham, & D. Girardum de Camino.

Anno Domini M. CCC. in Mense Junii, D. Nicola, nepos D. Petri Patriarchæ, dedit D. Girardo de Camino locum Sacili, & iocontinenti recessit idem D. Nicola ad Terram suam. Et D. Girardus tenuit ipsum locum; eoquod dicebat, D. Petrum Patriarcham velle dare eumdem locum D. Girardo de Castellis, inimico D. Girardi de Camino mortali. Propter quod orta est verra inter Dominum Patriarcham, favendo eidem Communitatibus & paucis Castellanis ex parte una; & D. Girardum de Camino, & Comitem Goriciæ, quasi cum omnibus Castellanis ex altera. In tantum quod destruxerunt totam Terram Forojulii, & villas combusserunt. Et io Vigilia Assumptionis S. Mariæ, positis insidiis nostræ parti per eumdem D. Girardum ultra fluvium Luenzæ, nostri subcubueruot: & mortui fuerunt ibidem quamplures, & capti;

(*a*) *In margine hæc habentur:* Constantinus Savorgnanus cum Carsmano Fratre reouperavit Patriarchæ Castrum Buja um aqua Lodræ. Fuit creatus Miles super Prato d'Attimis. (*b*) *In margine*, Meridiem. (*c*) Superiora verba lineolis notantur in Codice. (*d*) varda. (*e*) octavum.

intrante Septembri. Qui obledit Villaltam in Festo S. Matthæi Apostoli, & fecit eis magnum damnum.

De morte Venerabilis Patris D. Petri Patriarchæ.

Anno Domini M.CCC. primo, Indictione XIV. die X. exeunte Februario, Vener. Pater D. Petrus Aquilegiensis Patriarcha obiit in Castro Utinensi, & sepultus fuit ibidem in Capella S. Mariæ.

De Indulgentia Romæ concessa per Papam Bonifacium.

Anno Domini M. CCC. Sanctissimus Papa Bonifacius (a) Quartus, qui destruxit illos de Columna totaliter, & Civitatem illorum & Castra dirui fecit, concessit & dedit omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui limina Sanctorum Apostolorum visitabunt a Festo Nativitatis Domini M.CCC. usque ad annum unum, & etiam qui stabunt Romæ continue diebus XV. visitando singulis diebus loca sancta, Indulgentiam omnium peccatorum, excepto peccato usuræ. Ad quam Indulgentiam ivit populus sine numero.

De electione D. Pagani, & D. Ottonis, & verra.

Anno Domini M.CCC. primo, mortuo D. Petro Patriarcha, Capitulum Aquilegiense convenerunt de electione facienda in Festo B. Matthiæ Apostoli: & elegerunt in Patriarcham omnes Canonici D. Paganum de la Turre, nepotem quondam D. Raymundi Patriarchæ, Decanum Aquilegiensem; exceptis D. Jacobo Episcopo Concordiensi, & Gylono de Villalta Archidiacono Aquilegiensi, & Odolrico de Glemona Canonico Aquilegiensi, qui postulaverunt D. Ottonem de Ortumbruch Præpositum . . . . . Qua electione, & postulatione celebrata, tunc unanimiter elegerunt D. Vidonem de Villalta, Canonicum Aquilegiensem, Vicedominum generalem. Qui Dominus Vicedominus cum vellet Castaldias dare, sicut erat consuetudo, Communitates Civitatensis, Utinensis, & quidam alii, nolentes sibi dimittere, quia dicebant se emisse a D. Petro Patriarcha dictas Castaldias, & sibi solvisse pro ipsis; orta est verra inter Communitates ex parte una, Vicedominum cum Castellanis ex altera. Qua de causa combusserunt villas, & deprædati sunt omnia ubicumque poterant recipere. Deinde elevatus fuit Capitaneus D. Henricus Comes Goriciæ per ipsum Capitulum Aquilegiense, & Castellanos, die V. intrante Junio eodem anno.

Item die XIII. intrante Junio, Civitatenses cum gente Comitis de Ortumbruch intraverunt villam de Fagedis, & ipsam combusserunt, omnia inde auferentes: & combusserunt totam villam, & roncaverunt.

Item sexto die sequenti iverunt Utinenses cum

De grandi tempestate.

Item eodem anno in Vigilia S. Vodolrici, fuit in Civitate, & circa Civitatem tempestas tam magna, quia quasi destruxit omnia circa Civitatem: & fuit grossa, sicut ova.

De adventu D. Ottoboni Patriarchæ.

Anno Domini M. CCC. II. penultima die mensis Martii, Sanctissimus Papa Bonifacius (b) Quartus contulit Patriarchatum Aquilegiensem D. Ottobono, tunc Episcopo Paduano; & Episcopatum Paduanum D. Paganino Decano Aquilegiensi, electo in Patriarcham, existenti in Curia Romana super quæstione ipsius Patriarchatus. Qui D. Ottobonus venit in Forumjulii, videlicet Utinum, X. die exeunte Augusto: in Civitatem vero die VI. exeunte Augusto.

De turri & scalis lapideis per Patriarcham Ottobonum in Civitate.

Anno Domini M. CCC. III. Ven. Pater & D. Ottobonus, Dei gratia Aquilegiensis Patriarcha, fecit ædificari & construi in Austria Civitate Turrim cum scalis lapideis versus Ecclesiam: & incepit in Majo, & perfecit ipsum opus in Augusto, prædicto anno.

De igne in Civitate.

Anno Domini M. CCC. III. die XII. intrante Junio circa mediam noctem, exivit ignis de domo Boni prope portam pontis Austriæ Civitatis de intus versus Orientem, in qua morabatur quidam Tuscus, nomine Augustinus. Et combussit omnes domos D. Bernardi Decani, & domos D. Henrici de Pramperchio cum turri, quæ fuerunt D. Girardini Militis, & illorum de Orzono; & omnes domos ab utraque parte viæ, usque ad viam qua itur Pusternulam sive ad molendinum; & eundo versus Fratres Minores, omnes domos ab utraque parte duarum viarum combussit; & domos Domini Abbatis Rosacensis, & domos Fratrum Minorum cum omnibus domibus Curiæ sitæ . . . . domos Fratrum, quæ dicebatur Curia D. Abbadotti.

De morte Musatti.

Anno Domini M.CCC.IV. Musattus de Civitate, Capitaneus sive Castaldio Montisfalconis nomine & vice D. Patriarchæ Ottoboni, fuit interfectus per D. Rodulphum de Duino apud Montemfalconem, ipso Musatto venante cum accipitre, die IV. Septembris: & die V. ejusdem mensis portatus fuit Civitatem, & sepultus apud Fratres Prædica-

(a) Octavus.

(b) Octavus.

Anno Domini M.CCC. IV. Nobilis Vir D. Albrettus Comes Goritiæ obiit Lonyz, & sepultus fuit Rosacis in Vigilia Nativitatis S. Mariæ: & factæ fuerunt ibi magnæ oblationes in die suæ sepulturæ. Dati fuerunt XL. denarii Aquilegienses unicuique Sacerdoti.

De creatione duarum Præbendarum per Ven. D. Bernardum Decanum Civitatensem.

Anno Domini M. CCC. IV. Ven. D. Bernardus, Decanus Ecclesiæ Civitatensis, fecit & de novo creavit Presbyteros, Aynzium die ... & Andream filium Dominæ Benvenutæ die octavo intrante Octobri, suos Præbendarios in Majori Ecclesia Civitatensi; quibus dedit certos reditus, & proventus. Et eodem anno facta fuit sibi gratia in Capitulo Civitatensi per Capitulum, quod eisdem Presbyteris & suis Successoribus non ponerent aliquas collectas: tali quidem conditione & pacto, quod prædicti Præbendarii singulis diebus dicere teneantur, unus ad Majus Altare summo mane, & alter dicta Missa Majori in S. Johanne Baptista certas & determinatas Missas, ut in ipsius Ordinatione plenius continetur: & quod ipsi teneantur continue interesse Officiis canonicis.

De nive grandi.

Anno præscripto, in Festo B. Blasii, incepit ningere in Civitate: & fuit illa nix tam magna, quod non fuit homo qui dixisset, se unquam vidisse in Forojulii ita magnam. Et fecit damnum valde grande de arboribus, & specialiter pomiferis. Et diruit plures domos: & specialiter in Tulmino destruxit villas, & domos quamplures; ubi mortui sunt homines, & bestiæ satis multæ. Quæ nix duravit in Civitate bene XV. diebus in Aprili.

De captione Speyngenberch.

Anno Domini M. CCC. V. die ultimo Junii, Nobilis Vir D. Rizardus, filius D. Girardi de Camino, obsedit cum magna multitudine equitum & peditum Castrum & locum Speynberch; in cujus subsidium & juvamen Dominus Marchio Ferrariensis misit gentem suam: & insuper Illustris Vir D. Henricus Comes Goriciæ, cognatus dicti D. Rizardi, personaliter venit cum magna gente bene parata: & Nobilis Vir D. Meynardus Comes de Ortumbruch venit etiam personaliter ad dictam obsidionem, qui erat similiter cognatus ipsius D. & Aquilegiensem Ecclesiam pro posse suo. Qui Dominus Patriarcha ivit ad S. Vitum: & Civitatenses, & Utinenses, & pauci Castellani venerunt ibi. Et prædicto die, scilicet VI. exeunte Septembri, Religiosi Viri Frater Albertus Vicarius Domini .... & Fratres Augustinus, & Enoch ejus socius, & Nobilis Vir D. Zanatus Miles & familiaris Domini cum filio, venerunt Sacilum, volentes D. Rizardum de Camino ex parte Domini rogare, quod Sacilum, & Canipam, & alia loca Ecclesiæ Aquilegiensis reddere deberet. Quæ reddere recusavit: & prædictos Fratres, & D. Zanatum cum filio, Ambasatores Domini super prædictis, cepit & eos incarceravit. Dominus vero Patriarcha stabat ad S. Vitum: & gens sua, & Ducis aliquando ante Valvesonum, aliquando ante Speingberch, & contra inimicos diebus singulis equitabant, tam amicis quam inimicis nocendo. Et in Meduna Dominus Patriarcha faciebat fieri pontem, unde posset ultra flumen Luenzæ transfretare. Ex alia parte fluminis erat gens D. Rizardi cum ædificiis suis bene munita, & non permisit dictum pontem complere, nec in aqua ponere. Deinde factæ fuerunt treuæ inter Dominum Patriarcham, & D. Rizardum usque ad Festum S. Georii: & in Vigilia Omnium Sanctorum Dominus Patriarcha rediit Utinum cum gente sua.

De verra inter Civitatenses, & D. Johannem de Teyzano.

Anno Domini M. CCC. V. die Lunæ XI. intrante Octobri, veniens D. Paulus, Capitaneus Tulmini, de Tulmino, combussit Massariorum domos D. Johannis de Teyzano, qui erat contra Dominum Patriarcham: & etiam combussit domum Camocii, qui est prope pontem Alzidæ super ripam Natissæ. Ob hoc D. Johannes motus, cepit Leonardum filium Everardi de Civitate, & quemdam Calcificem de porta Brassana, & duos alios ... & accepit boves, & armenta, & castros bene in magna quantitate Macelatorum de Civitate, quæ erant in Syniruuelt in pascuis ipso die. Civitatentes statim miserunt nuncios ipsi D. Johanni, qui relaxaret homines, & animalia redderet. Qui cum reddere nollet, eodem die & etiam die sequenti Civitatenses combusserunt, & roncaverunt ipsum D. Johannem usque ad muros Castri.

De captione D. Odolrici de Castello.

Anno Domini M. CCC. (a) die IV. intrante De-

(a) Sic in Codice.

ti sunt villas circumjacentes, & sic muniverunt eumdem locum. Die VIII. tunc sequenti, gens Domini Patriarchæ cum Utinensibus, & Civitatensibus combusserunt villam de Budrio: & roncaverunt eos usque ad muros Castri; & his factis, eodem die inde recesserunt.

De villa de Trivignano.

Item die VIII. exeunte Februario, præscripto anno, D. Nicolaus antedictus cum gente Domini Comitis, & ibidem præsentibus Dominis, Rodulpho de Duino, & Johanne de Villalta, & aliis multis, non casu, sed studiose & voluntarie combusserunt Ecclesiam S. Theodori de Trivignano, ignem cum lanceis per fenestras ponendo. In qua Ecclesia combusserunt ultra L. inter mulieres, & pueros: & reperti fuerunt pueri parvi quamplures super Altare combusti. Cætera vero, videlicet Corpus Domini, Chrisma, & Oleum Sanctum, & alia ornamenta Ecclesiæ, quæ ibi fuerunt combusta, quis referat, nisi cum dolore & gemitu? Et in Festo B. Matthiæ tunc proximo sequenti, videlicet exeunte Februario, D. Henricus Comes Goriciæ, & alii quamplures ex Castellanis iverunt personaliter Trivignanum, & combusserunt Turrim Ecclesiæ: & unus puer, qui erat in turri, non valens descendere, projecit se per fenestras, sive per cancellos turris; & ita prædictis Dominis videntibus, dissolutis membris & separatis obiit. Et duo alii homines inde similiter se projecerunt. Postea combusserunt totam villam.

De Orsaria, & Premariaco.

Item prædicto anno, combusserunt villam Orsariæ, villam Præmariaci: & duxerunt secum multos captos ex rusticis Budrium, die VI. exeunte Februario.

Item XIII. die intrante Martio, venit gens Domini Comitis apud Utinum, quasi juxta portas: D. Paulus Bojani, qui erat Utini, currens post ipsos usque Predemanum, & D. Casmannus de Utino cum Utinensibus, & cum multis pedibus; & positis insidiis apud dictam villam Predemani, ceperunt unum ex Equitibus D. Pauli, & ex peditibus circa LXXXIV. & mortui fuerunt circa quatuor vel sex. Et sic ipsis præliantibus ibi, vix D. Paulus evasit. Et etiam fuerunt quamplures vulnerati, & in terga verterunt.

De combustione villæ Galani.

Item XV. die intrante Martio, in Vigilia S. Helari, Comes Henricus cum suis sequacibus intravit villam Galani circa Tertiam: & venerunt in campum, qui est in capite campi, ubi asti lu- die Sabbati tunc sequenti, summo mane expugnaverunt ipsum Castrum, & ante Tertiam ipsum ceperunt; nullo, Deo gratias, ex nostris ibi mortuo. Et ceperunt D. Nicolaum, & Fratres, & multos ex gente Domini Comitis. Et fuerunt capti bene C. & XXX. & plures; & ducti fuerunt Utinum. Deinde Dominus Patriarcha dedit illi de Ouistayn ex Theotonicis quosdam: fecit duci in Carinthiam illos de Budrio cum quibusdam Theotonicis; & Lupo pessimo nepote D. Asquini, fecit recludi in Turri Glemonæ. Alii quamplures Utini remanserunt. Et præscripto die Sabbati, statim capto Castro, ipsum combusserunt: & misso pro Magistris, die Dominico funditus diruerunt. Et Dominus Patriarcha rediit Utinum.

De Castello.

Item anno prædicto, Rev. D. Ottobonus Patriarcha cum exercitu suo exivit Utinum, X. die exeunte Aprili, scilicet die Jovis: & obsedit Castrum Porpeti. Et quia ille de Castello, scilicet D. Odolricus, erat captus per illum de Zuccula, ut antea dictum est; D. Artuycus nepos D. Odolrici prædicti, cum uxore D. Odolrici, & aliis Dominabus, videntes quia se tueri non poterant, ad mercedem & gratiam Domini venerunt: & Dominus posuit ibi banderam suam, & dimisit ibi aliquos de familia sua. D. Artuycus prædictus renunciavit juri seu compositioni, imo potius conspirationi factæ cum Domino Comite, & D. Rizardo, & aliis Castellanis contra Dominum Patriarcham; & promisit nomine Sacramenti, in perpetuum non venire, nec facere contra Dominum Patriarcham & Aquilegiensem Ecclesiam: super hoc præstitis bonis securitatibus. Et ita Dominus Patriarcha rediit eodem die Sabbati Utinum: & prædictus D. Artuycus venit eodem die cum gente sua servire Domino Patriarchæ.

De obsidione Castri de Urusperg.

Item anno præscripto, D. Ottobonus Patriarcha die IX. exeunte Aprili, misit Ven. Fratrem Albertum, Vicarium suum generalem, Civitatem: & octavo die exeunte dicto mense, Civitatenses obsederunt Castrum prædictum de Urusperch: & de Antro de Tulmino venerunt multi ad obsidionem prædictam. Rustici de Villis, qui erant in Civitate, propter verram roncaverunt ibi omnia; secum ferentes in curribus ligna Civitatis, aliquando bis, aliquando ter in die ibi revertentes. Et hoc duravit usque ad diem V. Maii. Et recesserunt ab obsidione dicti Castri die V. Maii propter trevas factas, ut inferius continetur.

De

Anno M. CCC. VI. die XI. intrante Decembri, Rev. Pater D. Ottobonus, Dei gratia Sedis Aquilegiensis Patriarcha, consecravit Majus Altare prædicti Monasterii ædificati, & facti per Ucillutum de Utino, & dotati amore Dei & pro suorum remissione peccatorum. Et eodem die primo inclusit ibi quatuor Sorores, scilicet duas quæ receptæ fuerant de Monasterio S. Claræ de Civitate, & duas de Monasterio Glemonæ.

Qualiter illi de Zuccula intraverunt, & exierunt de Civitate.

Anno Domini M.CCC.VIII. die XIV. intrante Majo, post prandium, hora dormitionis, Nobiles Viri DD. Henricus de Prampergo, & Odolricus de Cucanea venerunt in subsidium DD. Valteripertoldi & Bernardi Fratrum, filiorum quondam D. Johannis de Zuccula: & cum apparatu satis magno intraverunt Civitatem hoc modo. Jacobus, filius quondam D. Odolrici de Budrio, & Pertoldus de Fagedis, cum quibusdam aliis eis faventibus, ceperunt hora prædicta portam S. Silvestri, percussis Custodibus, qui videntes quod futurum erat, volebant serrare. Et statim ascenderunt domum de Portis: & factis signis cum gladiis primo super portam S. Silvestri, intraverunt quidam, qui erant in burgo S. Silvestri, de familia D. Pauli Boyani, qui erat in inimicitiis illorum de Terra, & stabat Zucculæ. Deinde desuper turrim de Portis: & videntibus illis de Zuccula, sicut antea tractatum erat, cum magno impetu descenderunt, & intraverunt Terram. Cum vero fuerunt in Terra, D. Valterus-pertoldus cum Paulo Boyano, & cum VIII. vel decem hominibus iverunt per infra muros apud Solarium: & ibi ballistatus fuit D. Candidus de Canussio. Et cum nullus traheret se prope eos, ut forsan credebant, per eamdem viam redierunt ad suos. Apud domum D. Odolrici Longi factum erat quoddam obstaculum: & ibi nostri cum eis se ballistabant. Et de domibus & turri Philippi, & Luvisini fiebat magna defensio cum lapidibus: nec ulterius fuerunt permissi transire, excepto D. Odolrico de Cucanea, qui cum Thomasuto ejus familiari de Cucanea, qui banderam portabat; & forsan sex vel octo aliis. Cum impetu venerunt ad forum: & ibidem Thomasutus prædictus fuit occisus, dimissa bandera. Et D. Odolricus rediit cum aliis ad suos per Præposituram. Fratres Prædicatores composuerunt inter partes, facientes trevas, ad hoc ut recederent: & illi scientes per Nuncium, qui venit de Zuccula, qui eis denunciavit super quia Simon, filius Henrici D. Warrettæ, fuit cum eis, acceptum fuit illud quod Mater habebat in domo, absente Henrico a Civitate. Et etiam quia Philippus, filius D. Conradi quondam D. Philippi, fuit cum eis, habitus fuit suspectus ipse D. Conradus: & per familiares Domini de Sclefo, Castaldionem, & Consilium fuit citatus, qui statim comparuit, & dixit quia ille filius suus non erat in gratia sua, nec stabat cum eo. Accepta vero ejus excusa, tamen habere voluerunt domum ejus, quæ est eundo Zucculam: & ibidem suam custodiam Civitatenses posuerunt. Dominus vero Patriarcha misit pro ipso Conraducio Utinum, qui statim fuit, & apud ipsum Dominum stetit per aliquot dies. Videns ergo Dominus ipsum inculpabilem, remisit Civitatem; mandans Communi, quod sibi domum suam redderent, accepta ab eo bona securitate, quod illam inimicis non daret, nec eis favorem vel auxilium impenderet: quod & factum est.

De Gronumberch.

Anno prædicto, die penultima Maii, illi de Zuccula furtive acceperunt Gronumberch ante diem: & ibidem ipsis existentibus, multa mala fecerunt. Qualiter restitutum fuit illis de Portis, inferius dicetur.

Qualiter D. Ottobonus Patriarcha destruxit muros de Venzono.

Anno Domini M. CCC. IV. die IX. Februarii Rev. Pater D. Ottobonus Patriarcha fuit Glemonæ: & eodem die Nobilis Vir D. Conradus de Stumberch venit sibi in auxilium. Et XI. die dicti Mensis, suadentibus illis de Glemona, & eorum inductu, voluit Dominus Patriarcha obsidere Venzonum. Sed videntibus, quod sibi non poterant resistere, dederunt sibi C. libras grossorum: & murum ipsius Venzoni diruerunt; & juraverunt deinceps suis parere mandatis.

De obsidione Gramolani, & Zucculæ.

Anno prædicto dictus Dominus Patriarcha cum exercitu suo equitavit die XIV. dicti Mensis ante Grammolanum, & ibidem illo sero pernoctavit: & combussit, & destruxit omnia usque ad Castrum. Die sequenti, & eodem die post prandium, ipso die Sabbati, venit Civitatem: & statim ipso die obsedit Zucculam cum gente sua, & Civitatem propter discordiam superius expressam: & roncaverunt omnia bona illius de Zuccula in ipso monte Zucculæ.

Et

& Vuorli quondam Martini Zannulæ, & aliorum plurium. Et versa vice Civitatenses roncaverunt braydam D. Pauli Boyani, Meynardi Meulæ, Jacobi de Budrio, & Jaconoti filii Bunini de Venzono, qui stabant Zucculæ.

De destructione Curtinæ Sedelani.

Anno Domini M. CCC. IX. die XII. Martii, Nobiles Viri DD. Henricus Comes Goritiæ, & Rizardus de Camino cum quibusdam Castellanis, scilicet de Speynbergo, Prampergo, Cucanea, & Zuccula, obsederunt Curtinam de Sedelano: & cum pluribus machinis intus projiciebatur. Tandem ipsum habuerunt certis pactis. Et ipsam deprædantes, quia multæ villæ ibi fugerant, turrim Ecclesiæ projecerunt ad terram, & Ecclesiam: & postea Cortinam combusserunt totam.

De destructione Castri Saciletti.

Anno prædicto, in Festo B. Marci præscripti anni, obsederunt Sacilettum: quo expugnato & capto die III. combusserunt; & turres & alias munitiones omnes projecerunt ad terram, Domino Patriarcha Utini existente.

De captione Castri S. Viti.

Item eodem anno, prædicti Domini obsederunt S. Vitum die III. exeunte Aprili, & cum multis machinis intus projiciebatur: & cum se manutenere non possent, die XI. Maii eumdem locum D. Rizardo dederunt.

De morte D. Henrici de Prampergo.

Anno Domini M. CCC. IX. die prima Aprilis, stantibus DD. Henrico de Prampergo, & Valteropertoldo de Spengimbergo cum magno apparatu in destructione, & depopulatione ante Maniacum, & non existentibus illis armatis, subito fecerunt impetum in eos quidam Theotonici Soldonerii Domini Patriarchæ, scilicet illi de Parisio, & illi de Pinzano: & ex eis multos occiderunt. Et D. Valteruspertoldus, & Artuycus filius D. Henrici de Prampergo fugerunt in Castro Montrial. Et insuper capti fuerunt quamplures, inter quos captus fuit D. Henricus de Prampergo, & ductus Utinum ad Dominum Patriarcham. Qui cum confessus fuisset, multa mala fuisse tractata contra Dominum Patriarcham, amputatum fuit sibi caput in foro Utinensi die II. Aprilis: & sepultus apud Minores sine officio, & extra cæmeterium.

De recessu D. Ottoboni Patriarchæ, & ejus reditu.

Item prædicto anno, die XI. Maii, scilicet die Dominico, Rev. Pater D. Ottobonus, Dei gratia Patriarcha Aquilegiensis, recessit de Utino... tantrinsecos, & extrinsecos dicta die. De discordia habetur superius. Et prædicto die XV. Maii, venit Cognatus D. Henrici Comitis, & intravit villam Morteglani cum magna gente nomine Babanich, ubi fecerunt multa mala. Cum autem Dominus Patriarcha cuncta prædicta intellexisset, qui erat Aquilegiæ, statim eodem die inde recessit: & fuit Placentiæ obviam Domino Legato venienti: & fuis Bononiæ, & Ferrariæ cum dicto Domino Legato pluribus diebus. Postea accepta ab eo licentia, venit Tervisium: & facta conventione cum D. Rizardo, venit Utinum die II. Octobris cum paucis de suis. Sed D. Odolricus de Cucanea associavit eum.

Locustæ fuerunt in partibus Histriæ, & Tulmini cum magno damno, M. CCC. IX. de mense Junii.

Qualiter D. Rizardus succubuit in Utino.

Anno Domini M. CCC. IX. D. Rizardus de Camino venit Utinum II. die post Festum B. Martini cum magna multitudine equitum: & hospitabatur in Grazano. Et erant cum eo illi de Prata, de Porcillis, de Spengimbergo, de Cucanea, & alii Forojulienses quamplures, omnes Nobiles de Tervisio, & ejus districtu. Fuit autem in tractatu cum Domino Patriarcha pluribus diebus super pace reformanda de discordia, quæ fuerat inter eos: & volebat, quod Dominus Patriarcha faceret eum Capitaneum Generalem in Forojulii. Et ipsis existentibus in tractatu, & non concordantibus, præfatus D. Rizardus die Dominico XV. exeunte Novembri, tractatu & inductu Magistri Nicolai filii Albinuti de Utino, qui habebat magnam partem in Utino ratione cujusdam juræ & conspirationis factæ adinvicem, non dubitans quin haberet Terram; post prandium armata manu intravit Utinum per portam Grezani: sed gratia & auxilio Dei factum est, ut clausis omnibus portis, excepta illa Grezani, quam dictus Magister Nicolaus projecerat in gurgite, timens quod acciderat, omnes converterentur in fugam. Et ibidem remanserunt mortui XIII. inter quos fuit interfectus D. Valteruspertoldus Miles de Spengimbergo: & alii fuerunt nobiles Milites D. Rizardi. Capti fuerunt ultra C. & quemcumque capiebat, quia suus erat. Et de ipsis captis habuit Dominus Patriarcha in magna quantitate; & redimebant se pecunia. Et fuit talis, qui redemit se mille Marchis: alii CC. Marchis, alii secundum suam possibilitatem; itaquod aliqui ex Utinensibus ob hoc mirabiliter sunt ditati. Equi boni & magni remanserunt, inter læsos, & illæsos, ultra C. & L. Et quicumque aliquem capiebat, suus erat: & gratia Dei procurante, nullus ex Utinensibus fuit læsus: sed quasi solummodo mulieres per cancellos, & rustici de villis fecerunt illam victoriam.

natum per Papam Clementem apud Viennam: cui pecuniam, scilicet partem sibi contingentem, solvit Capitulum Civitatense de mense Februarii die......

De Montefalcone.

Anno prædicto, in mense Februario, ivit cum exercitu suo Dominus Comes ante Montemfalconem, & Castrum obsedit: & duravit ibi in obsidione circa XV. dies. Quem locum detinebant illi de Cucanea, ut prædictum est de aliis. Quem quidem locum detinentes, ut irent securi, dederunt Domino Comiti, quia non habebant alimenta, die ultimo Februarii.

De Villalta.

Anno prædicto, cum esset Dominus Comes cum exercitu suo apud S. Danielem, D. Odolricus de Villalta, qui erat de parte D. Rizardi, cum promisissent sibi vicissim ipse & alii de Villalta, non intromittere, nec dare locum suum alicui, nec sibi nocere in locis suis & in Villalta sub certis pœnis, sed apud locum Juvaniz quemlibet quem vellet; intromisit bene centum pedites, quos sibi misit D. Rizardus. Quem locum Dominus Comes statim obsedit cum suo exercitu, & Communitatibus, & Castellanis: & fuerunt mortui in ipsa obsidione quamplures, & maxime de Soldoneriis missis ibidem per D. Rizardum. Tandem videns D. Odolricus, quod se manutenere non posset, ut iret securus quo vellet cum suis, locum suum die III. exeunte Martio tradidit Domino Comiti. In quo loco inventum fuit tantum bladum, quod est incredibile, & alia victualia: & inde omnibus asportatis, ubi placuit Domino Comiti, scilicet Utinum, fecit dirui ipsum locum: & D. Odolrico prædicto dedit D. Rizardus Castrum novum, quod habebat in pignore a Domino Comite supradicto.

De Cavoriaco.

Anno prædicto, statim diruto Castro supradicto, ut prædictum est, Dominus Comes obsedit Cavoriacum; & ipsum locum habuit, ut Villaltam, die IX. Aprilis: & fecit ipsum dirui, & fossata destru,.

De Cucanea.

Cum esset adhuc Dominus Comes in destructione Cavoriaci, D. Odoricus de Cucanea venit XV. mitis Goriciæ cum magna multitudine Babanicorum, circa VI. centos, ut dicebatur, die XIII. exeunte Majo, in Forumjulii sub Utino in villa Cusinachi in auxilium Domini Comitis contra D. Rizardum de Camino, & suos fautores.

Item die XII. exeunte Majo, Rev. D. Ottobonus Dei gratia Patriarcha, una cum D. Henrico Comite, & Babanich, & Forojuliensibus, exierunt Utinum cum magno exercitu; & transierunt Tulmentum in destructione inimicorum suorum: & exhibuerunt prælium D. Rizardo, qui erat in Sacilo cum suo exercitu, sed noluit acceptare. Unde cum non possent transire Luenzam, fuerunt ante Valvasonum, & fecerunt ibi satis magnum damnum. Sed cum nihil possent proficere, inde recesserunt. Et iterum venerunt ante Cucaneam in Festo D. Quirini die IV. Junii: & projiciebant cum Machina in Neboyse continue; & factis multis & actis ædificiis, propterquod qui erant ibi intus, videntes quod se manutenere non possent, in Vigilia SS. Joannis & Pauli de nocte, imposito igne in dicto loco, recesserunt, antequam accenderetur ignis, & iverunt in Cucaneam: & ita combustus fuit Neboyse, & postea paucis diebus elapsis habuit Cucaneam.

De verra & discordia orta inter D. Ottobonum Patriarcham, & D. Henricum Comitem.

Anno Domini M.CCC.XIII. cum, sicut dicebatur, Dominus Patriarcha, existente Comite Capitaneo, fecisset cum Duce Austriæ, & cum Paduanis, & Tarvisinis quamdam juram contra Comitem prædictum; ideo quia loca Ecclesiæ Aquilegiensis, videlicet Loss, Ansperch, Montemfalconem, Tricesimum, Artheniam, Sclusam, Tumecium, Faganeam, S. Vitum, Sacilum, & Canipam occupaverat, volens loca prædicta de manibus ejus eripere: & Dux Austriæ in Tulmino debebat mittere Episcopum de Gurgh cum apparatu suo. Quod intelligens Dominus Comes, statim cum gente sua adiit Tulminum; & comburi fecit totam villam, existente in Curia Tulmini Ottobono nepote Domini Patriarchæ: & ipsam Curiam obsedit die XIII. Septembris. Sed cum locum non posset habere, nec intrinseci habere aliunde auxilium, finaliter concordaverunt taliter, quod irent securi cum personis, quo vellent. Et sic Dominus Comes habuit locum ipsum, & Castrum die VI. Octobris: & dimisso ibi D. Paulo de Civitate pro Capitaneo, rediit Civitatem die VII. prædicti Mensis.

De

ad villas circumadjacentes, & totaliter destruentes,

De Castro de Piris.

Eodem anno, quia D. Federicus de Pyris & de Susanis adjuvabat Dominum Patriarcham, & in Utino factus fuerat Capitaneus; Dominus Comes incontinenti ivit ante Castrum de Pyris, & ipsum die II. Novembris cepit, & funditus diruit. Postea ante Susanis equitavit. Et quia D. Federicus fuerat vulneratus, & jacebat ad mortem, tradidit sibi locum, quod commissum fuit D. Wicardo de Petra-pilosa: sed postea fuit sibi restitutum cum magna securitate, quod non faceret contra Comitem.

De concordia inter Dominum Patriarcham, & Comitem.

Paucis diebus elapsis, facta fuit concordia inter eos; ita quod Dominus Comes factus fuit Capitaneus per V. annos, & omnes reditus Patriarchatus & garritum debere habebat: ita quod Patriarcha nihil habebat agere, nisi accipere a Domino Comite III. millia Marcarum in determinatis taxis. Et sic omnes juraverunt sub Comite, tanquam sub Capitaneo: & ne possent Castellani retro gracidare, omnium filios accepit obsides, & eos duxit Goriciam.

Anno M.CCC.XIV. orta iterum discordia inter Dominum Patriarcham, & Comitem; eo quia Dominus Comes detinebat omnia loca, seu Fortalitia Ecclesiæ Aquilegiensis: quod nolebat Dominus Patriarcha, nec esse in pactis habitis inter eos dicebat. Finaliter post multa tractata, & consilia super hoc habita; convenerunt ipsi Dominus Patriarcha, & Comes die XII. exeunte Septembri, in Pratis inter Ramanzachum, & Grillonum apud Turrim, in hoc pactum, & concordiam. Videlicet quod a proximo futuro Festo Purificationis B. Mariæ in antea, Dominus Comes debebat restituere Castra, quæ detinebat; & Dominus Patriarcha debebat habere Garritum, & omnes reditus & proventus in se, sicut unquam habuit aliquis Patriarcha. Et tunc ibidem fecit eum Capitaneum ad vitam suam, dando sibi pro salario centum Marcas in Mense. Et sic facta bona concordia inter eos, Dominus Comes eodem die arripuit iter cum magno apparatu equitum in auxilium Ducis Austriæ, qui volebat obtinere Imperium contra Regem Bohemiæ; & dicebatur, quod quicumque prævaleret in bello inter eos faciendo, debebat esse Imperator: quod bellum tamen non fecerunt. Et erat ibi tanta sterilitas, quod exercitus Domini Comitis septem diebus nihil comedit, nisi rapas: rediit enim Dominus Comes.....

De morte Domini Ottoboni Patriarchæ.

Anno Domini M. CCC. XIV. Rev. D. Ottobonus Patriarcha die X. exeunte Septembri, arripuit tatensis, die IV. Martii; a quo Capitulum habebat ad Fermam Præposituram & Præbendam Civitatis pro CCC. Florenis solvendis eidem annuatim in Nativitate Domini Venetiis, vel Paduæ boni auri. Eo vero mortuo, citatis & vocatis, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commode. Interea die X. intrante Julio Decanus, & Capitulum convenerunt ad electionem de Præposito, celebrandam per formam scrutinii: & fuerunt electi Domini, Presbyter Varnerus de Gallano, & Girardinus nepos Domini Patriarchæ, non in sacris Ordinibus constitutus: habens voces, tot unus, quot alter, Canonici Civitatenses. Demum mortuo Domino Patriarcha, ut dictum est, D. Girardino existente cum eo, D. Guarnerius adiit Dominum Decanum & Capitulum Aquilegiense, supplicans quod confirmare dignaretur electionem de eo factam. Qui volentes per formam juris procedere, ipsum D. Girardinum per litteras & eorum Nuncium juratum citaverunt, necnon per edictum tam in Ecclesia Aquilegiensi, quam Civitatensi. Qui D. Girardinus ultra terminum diutius expectatus, & cum ipse nec aliquis Procurator pro eo compareret, ad objiciendum contra D. Varnerum, vel electionem prædicti Domini; Decanus, & Capitulum Aquilegiense, ad quos vacante Sede confirmatio pertinebat, invenientes electionem factam de D. Varnero canonice celebratam, & ex parte Dominorum Bernardi Decani & totius Capituli, tam illorum qui elegerunt D. Girardinum, quam D. Varnerum, precibus inclinati: D. Varnerum in Præpositum Civitatensis Ecclesiæ gratiose & benevole confirmaverunt die secundo Aprilis anno Domini M.CCC.XV. Qui quidem D. Varnerus adiit Civitatem, & bene receptus a Clero & populo, die V. Aprilis fuit installatus per D. Odolricum de Strasoldo, qui fuerat datus ad hoc Nuncius per Capitulum Aquilegiense.

De electione D. Gilonis in Patriarcham.

Anno Domini M.CCC.XV. die Dominico, videlicet *Reminiscere*, XVI. intrante Februario, mortuo D. Ottobono Patriarcha, convenit Capitulum Aquilegiense ad electionem de Patriarcha futuro per formam Compromissi celebrandam: & compromiserunt in D. Guillelmum Decanum Aquilegiensem, & DD. Ludovicum & Philipponum Canonicos Aquilegienses. Qui unanimiter, & concorditer elegerunt D. Gilonem, eorum Archidiaconum, & Canonicum, in Patriarcham, Dominum, & Pastorem: qui arripuit iter ad Curiam pro confirmatione obtinenda die XIV. intrante Aprili anno prædicto.

De

to, de Mels, & multi alii Castellani. Et eodem die D. Artuicus cepit Arteniam, & Buyam: quæ loca tenebantur per Dominum Comitem. Habitatores de S. Daniele, & de Faganea dicta loca acceperunt in se: & ita multiplicata sunt mala in Terra. Qui Dominus Comes, congregato non modico exercitu, fuit ante Glemonam: & runcavit eis segetes, vites, & arbores, & eis intulit magnum damnum.

De Castro de Susans.

In Festo SS. Gervasii & Prothasii, cum dicto suo exercitu ivit ante Castrum de Susans, & intulit intrinsecus statim bellum: & ipsum Castrum habuit ipso die circa Completorium Fratrum. Et captis tribus filiis D. Federici cum aliis pluribus, D. Federico non existente tunc in loco prædicto, quia erat Glemonæ; acceptis Mobilibus, & exportatis quæ intus reperta fuerant, die sequenti ipsum Castrum funditus fecit dirui.

De Castro Colloreto.

Diruto Castro prædicto, statim obsedit ipse Dominus Comes Castrum de Colloreto; & cogitantes Domini se non posse tenere de dicto Castro, se subtraxerunt dimisso loco bene munito farina, vino, & aliis necessariis, necnon bonis ballistis, & viris non paucis. Demum ipse Dominus Comes ipsum locum habuit, affidatis tantummodo personis, quæ intus erant, die VI. exeunte Junio: & ipsum funditus fecit dirui, acceptis prius bonis intus repertis.

De Castro de Mels.

Die X. exeunte Junio, idem Dominus Comes cum toto exercitu suo obsedit Castrum de Mels: & duravit obsidio usque ad XIV. diem exeunte Julio; tali pacto & conditione, quod Castrum de Buya, quod fuerat acceptum, Domino Comiti eidem restituerunt: & steterunt illi De Mels dare illis de Colloreto pro damnis, C. & L. Marchas; quia dicebant illi de Colloreto, quod causa illorum de Mels habuissent damnum quod habuerunt, & se Domino Comiti opposuissent.

De Murutio.

In Festo B. Margaritæ cum toto exercitu Dominus Comes obsedit Morusium: & die IV. sequenti venerunt ad concordiam in hunc modum. Videlicet, quod illi de Murusio juraverunt parere Domino Comiti: sicut Capitaneo, usque ad adventum Domini Patriarchæ: & Castrum debere

te Julio, post cœnam in hora Completorii Fratrum, Henricus, filius quondam D. Johannis de Portis, cum quibusdam suis complicibus ex parte una, & filiis Virgilii, Guillelmi de Grusipach cum suis fautoribus ex alia, convenerunt ad brigam apud Domum Communis. Qui Henricus ibi statim fuit interfectus. Supervenit autem Federicus frater ejus: & ipso ignorante de facto totaliter, exclamando pacem, fuit vulneratus, & mortuus fuit ante campanam ignis; & quamplures vulnerati fuerunt. Ex alia parte fuit vulneratus Guillelmus de Grisimpach cum filio, & nepote, & aliis pluribus. Guillelmus vero Gallongani cum parte sua ascenderunt supra Turrim D. Asquini de Varmo; ita quod per totam Terram erat prælium maximum. Tunc D. Federicus de Erbestayn, Mariscalcus Domini Comitis, cum Dominis de Portis amicis versus dictam Turrim adeuntes, volebant eos capere: sed illi eum ballistis, & lapidibus se defendebant. Ad ultimum se dicto Mariscalco tradiderunt. Qui eos, scilicet Johannem, & Guillelmum Galengan fratres cum uno filio, Virgilium cum tribus filiis, Raynerottum cum duobus filiis captivavit in domo De Portis: & bona eorum fuerunt per Theotonicos accepta. Unus filius Guillelmi prædicti, qui latuerat in Civitate, die Martis sequenti, projecit se per muros Terræ, volens fugere: & apud pontem portæ Brossanæ fuit interfectus, ac per totam Terram strascinatus. Dominus vero Comes Goriciæ venit in Civitatem die Dominico tunc sequenti: & die Lunæ in Vigilia S. Mariæ Magdalenæ fecit amputari caput Guillelmo Galengani apud domum Communis. Tunc Dominus Comes fecit duci Raynerottum, Virgilium cum filiis, & filium Guillelmi prædicti Goriciam: unde multa mala ereata fuerunt. At illi de Portis cum amicis suis obtinuerunt.

Anno Domini M.CCC.XVII. Sanctissimus Papa Johannes ad preces Regis Roberti dedit Patriarchatum D. Castono de la Turre in Festo S. Sylvestri. Anno M.CCC.XVIII. die XII. exeunte Augusto D. Castonus Patriarcha veniendo Florentiam in Forumjulii obiit, & ibi sepultus est.

Anno Domini M.CCC.XIX. Sanctissimus Papa Johannes providit de Patriarchatu Aquilegiensi D. Pagano Episcopo Paduano.

Anno Domini M. CCC. XX. die XII. Novembris, fuit prælium magnum in Utino apud domum Communis inter Dominos, Hectorem, & Federicum, fratres de Savorgnano, & eorum amicos ex parte una; & D. Sperantium, & Vintilinum fratres, eum amicis suis ex alia. Qui venientes ad injurias, cœperunt dictæ partes inter se

ex improviso mortuus est in Tervisio: & ibi honorifice sepultus.

Anno Domini M.CCC.XXIV. venerunt in Forumjulii Magnifici Domini Duces Austriæ, & Carinthiæ cum maxima hominum comitiva, facientes maximum damnum in Forojulii.

Anno Domini M.CCC.XVII. Indictione X. in Festo Nativitatis Virginis Mariæ, in nocte circa mediam noctem, fuit subito tanta aquarum inundantia, quod Natissa in tantum crevit, quod ivit per totum burghum portæ Bressanæ usque ad portam Civitatis, & plures domos destruxit: & intravit aqua per cancellos Ecclesiæ S. Petri in dicto burgo, & sic....

Anno Domini M.CCC.XXXI. Indictione XIV. die XV. intrante Septembri, Domini Progna de Zuecula, & Petrus ejus frater, una cum D. Johanne de Villalta, & alia non parva comitiva, furtim circa horam matutinam Dominorum Majoris Ecclesiæ Civitatis per portam leprosorum apposuerunt scalas ad murum burgi Pontis: & ii, qui primo intraverunt burgum, fregerunt portas, & residui intraverunt.

In Libretto D. Johannis Jacobi de Venustis. (*a*)

M.CCC.XLV. Plures de Utino contra Sarasinos de mandato Domini Papæ absoluti a peccatis.

M.CCC.XLIII. (*b*) Combustio Canipæ Capituli Civitatis, & multarum domorum.

M.CCC.XLIV. Dominus Patriarcha misit gentem suam sub Pinzanum. De Colaeio, & Refectorio Capituli in Civitate. Eodem anno deditio Pinzani.

M.CCC.XLIV. de Tractamento ad accipiendam Civitatem.

M.CCC.XLV. Dominus Patriarcha ivit Manzanum ad loquendum Comiti.

M.CCC.XLVIII. die XXV. Januarii, circa horam vespertinam, fuit terræmotus magnus, qualis non fertur in aliquibus Scriptis. Eodem quoque anno jam incepta pestilentia.

Anno Domini M.CCC.LXIV. Indictione II. die XXII. Septembris, D. Franciscus de Uraufpergo, ac de Villalta, amissa Villaltæ parte circa annum Domini M.CCC.LIII. tempore Patriarchæ Nicolai, sese subdidisset Domino Ducis Austriæ; paucorum annorum facto intervallo, universæ carnis debitum solvit. Cujus filii Johannes, Thulbertus, & Matthiusius, patrizantes, cum hominibus Civitatis guerram habentes, accipientes de montibus equos....

M.CCC.LXIV. Indictione II. Egregius Princeps D. Ludovicus de la Turre fecit ruinari funditus Castrum Zucculæ Dominorum de Spelimbergo.

CC. LIX.

Anno Domini M.CC.LX. (*d*) in Festo S. Andreæ, venit primo D. Asquinus Decanus Aquilegiensis cum pœnitentibus nudis se verberantibus Civitatem: & statim se Civitatenses cœperunt etiam verberare; ita quod infra octo dies fuerunt de Civitatensibus se verberantes circa LX. & per totum Forumjulii in Civitatibus, Castris, & villis idem factum est. Et ipso anno omnes discordiæ sedatæ fuerunt.

Anno Domini M.CC.LXVI. die tertio exeunte Februario, Rex Carolus devicit & interfecit Manfredum, Principem Apuliæ, in Apulia; ubi fuit maxima hominum strages.

Anno Domini M.CC.LVII. (*e*) impositus fuit primus lapis Cellarum apud Civitatem Austriam per Venerabiles Patres, Albertum Concordiensem, & .... Penetensem Episcopos die tertio Aprilis.

Anno Domini M.CC.LXVII. die XII. exeunte Julio, captus fuit Ven. Pater Gregorius, Patriarcha Aquilegiensis, per D. Albertum Comitem Goriciæ apud Villam-novam sub Rosacio in Aurora diei, dum erat in lecto: & nudipes ductus fuit Goriciam in uno Roncino; nullo alio capto præter Johannem Lucensem, & paucis aliis vulneratis.

Tunc subsequenti die IV. intrante Augusto, instituti fuerunt Capitanei in Forojulii D. Albertus Vicedominus Episcopus Concordiensis, & D. Asquinus de Varmo.

Eodem anno, die V. exeunte Augusto, Gregorius Patriarcha Aquilegiensis exivit captivitatem D. Alberti Comitis Goriciæ: & conductus fuit Civitatem per Ven. Patrem D. Wotislaudum Archiepiscopum Salsburgensem.

Anno Domini M.CC.LXVIII. die tertio intrante Julio, apud Montem Medeam interfectus fuit Ven. Pater D. Albertus Episcopus Concordiensis, & quidam alii cum eo, per insidias ei interpositas per fautores Comitis Goriciæ.

Eodem anno, die V. exeunte Julio, exivit D. Gregorius Patriarcha Utino cum suo exercitu contra dictum Comitem: & tunc die XII. Augusti diruptus & destructus fuit pons Soncii apud Goriciam.

Item ipso anno die XXII. Augusti devicit Rex Karolus Coradinum, qui volebat Regnum Apuliæ.

Anno Domini M.CC.LXIX. die octavo intrante Septembri, in Civitate Austria, Gregorius Patriarcha Aquilegiensis obiit in Domino: qui extitit Patriarcha annis XVII. Menses X. & diebus XVI. *Et juxta corpus S. Paulini sepultus est.* (*f*)

Item ipso anno die XIV. Septembris, Magnificus vir D. Woldoricus Dux Karinthiæ electus fuit

(*a*) Sic in Codice.
(*b*) Sic in Codice.

(*c*) Chronicon conscripsit Julianus Canonicus Civitatensis: manumque suam admovit Joannes frater.
(*d*) Hæc in superiore chronico ad ann. M.CC.XC. referuntur.
(*e*) Sic in Codice. Sed annus 1267. notatur in eodem superiore chronico.
(*f*) Postrema hæc verba recentiore manu scripta sunt.

rat D. Philippi Capitanei suprascripti in Forojulio, furtive circa horam tertiam armata manu intravit Civitatem Austriam, quibusdam hominibus de Civitate ipsum introducentibus, & quasi pacifice tanquam amicum Civitatensium; eis dicentibus publice, quod non veniebant causa mali. Ubi multorum abstulit bona; quosdam Utinum, quosdam alio ad suum beneplacitum transmittendo: quosdam captivando, Carlucium de Civitate & unum de Prata decapitando, Sophyam filiam Florettæ comburendo, & volendo etiam alios decapitare.

Eodem anno, die VIII. intrante Majo, in Aurora captus fuit burgus pontis per Forojulienses fideles Ecclesiæ Aquilegiensi; & quosdam Theotonicos Regis Bohemiæ, invidentes Federico de Pinzano.

Item eo die sicut burgus pontis captus fuit, dictus Federicus fecit comburi burgos S. Petri, & S. Sylvestri: & in nocte subsequenti fecit pontem lapideum burgi S. Petri ....

Eodem autem die supervenit Nobilis Vir Wolricus de Durnolz, Capitaneus Regis Bohemiæ, cum exercitu magno, hora vespertina: & obsiderunt Civitatem.

Item die Sabbati sequenti, Civitas data fuit dicto Capitaneo, & claves Civitatis ei assignatæ fuerunt in Ecclesia Sancti Stefani per D. Dyethalmum de Villalta, qui erat fautor dicti Federici in Civitate.

Eodem anno, in Vigilia S. Johannis, percussit fulgur in quodam Monte apud Soncium, ita quod mons ardens pluribus diebus fumum emittebat quotidie ad quantitatem domus ardentis.

Anno Domini M.CC.LXXIII. die XI. exeunte Decembri, factus fuit per Alexandrum Papam Ven. Pater Raymundus Mediolanensis Episcopus Cumensis Patriarcha Aquilegiensis.

Anno Domini M.CC.LXXIV. die Veneris XVII. Augusti, venit in Forojulii Ven. Pater Raymundus Patriarcha: & tunc die crastina in Civitate compromisit cum D. Alberto Comite Goriciæ, Patriarcha in Nepotem suum Potestatem Paduanorum, & Comes in Dominum de Turis, & communiter in Dominum Gerardum de Camino, de omnibus quæstionibus, quæ erant inter eos. Et sic Patriarcha, & Comes per se, & amicis eorum facti sunt amici. Et interim Comes exposuit se, & juravit stare præceptis Domini Patriarchæ: & tractantibus Dominis arbitris & aliis de compositione, concordia, & pace inter Dominum Patriarcham & Comitem; dicto Patriarcha petente Cormons Comiti, qui erat in Camera Patriarchali in Civitate super his, ac præcipiente quod sibi daret Cormons, quasi triarchæ, cum Prælatis...... & Nunciis contractum, statutum, & ordinatum fuit; quod quodcumque debitum non requireretur infra XV. annos, ex tunc peti non posset; & debitor absolutus existat.

Anno Domini (a) M.CC.LXXXIV. die quarto exeunte Junio, venerunt Veneti primo ad ædificandum unum Castrum apud Duynum juxta Marzilanam, & S. Johannem, in mari, longe a terra plus jactu machinæ vel ballistæ.

Anno Domini (b) M. CC. LXXVII. die Sabbati XI. intrante Septembri, arripuit D. Raymundus Patriarcha iter accedendi ad Rodolphum Illustrem Regem Romanorum, exiens Civitate, & vadens Utinum ad Colloquium. Reversus est ab Imperatore in Utinum die nono intrante Novembri: & die Lunæ sequenti, fecit idem Patriarcha amputari... Morando de Faganea manum in Faganea; quia ipse Morandus confessus est sine tortura, se ad petitionem D. Rantolphi,... D. Matthiusii de Glemona, & Dominorum de Tricano scripsisse quasdam litteras in contrarium Domini Patriarchæ.

Anno Domini M. CC. LXXVIII. die Veneris sexto exeunte Augusto, interfectus fuit Ottacarus Rex Bohemiæ a suis in exercitu, seu conflictu, qui fuit inter ipsum ex parte una, & Illustrem Regem Romanorum D. Rodolphum ex alia.

Anno Domini M.CC.LXXIX. die VII. exeunte Aprili, in Festo S. Georgii, sero in crepusculo semel, & etiam circa mediam noctem hora matutinali Fratrum, fuit terræmotus tantus; quod quædam Castra diruerunt; & qui in ipsis Castris inventi sunt, interfecit.

Anno Domini M. CC. LXXXII. die VIII. exeunte Majo, impositus est primus lapis Ecclesiæ S. Sylvestri ædificandæ in terra, quæ dirupta fuerat per Dominos Johannem & Odoricum de Portis, & eorum fautores: & fuit impositus per D. Fulcherum Episcopum Concordiensem de licentia D. Raymundi Patriarchæ.

Anno Domini M. CC. LXXXII. die tertio exeunte Augusto, venit primo aqua fontis Civitatensis apud domum Communis, & in Curia Domini Patriarchæ.

Anno Domini M. CC. LXXXIII. in principio Maii, incepit D. Raymundus Patriarcha, una cum D. Alberto Comite Goriciæ, Tergestinis, & Muglensibus guerram contra Venetos; & expugnare Civitatem Justinopolim, & Venetos qui retinebant Justinopolim, & alias Terras Istriæ. Et tunc fue-

(a) Sic in Codice.
(b) Sic in Codice.

... concordata fuit, & proclamata fuit pax in Civitate: & quod omnes irent secure Venetias, & quo vellent, anno Domini M. CC. LXXXV.

Anno Domini M. CC. LXXXIV. die Jovis exeunte Januario, quidam Fratres Minores, circa sex, vel plures, convenerunt Civitatem, qui extra Civitatem morabantur apud Ecclesiam S. Francisci. Venerunt in Civitatem ad habitandum in domo & curia D. Wodolrici Cadubrini Præpositi Carnæ, quam emerunt ab eo Priorissa Sandrina, & Sorores S. Petri de Poloneto, habitantes apud S. Pantaleonem. Pro qua domo & curia, & etiam non pauca pecunia per ipsas Sorores dictis Fratribus persolvenda, eædem Sorores emerunt pro se ad habendum Ecclesiam dictorum Fratrum, ubi tunc morabantur apud S. Franciscum, de consensu D. Raimundi Patriarchæ.

Anno Domini M. CC. LXXXIV. die IV. Junii, præsentibus Venerabilibus Dominis, Fulchero de Zuccula Concordiensi, Wlvino Tergestino, & .... Petenensi Episcopis, & aliis quampluribus; Rev. Pater & D. D. Raymundus, Dei gratia Aquilegiensis Patriarcha, dedit habitum regulæ S. Claræ Dominæ Priorissæ Sandrinæ, & aliis Consororibus, alias de dicto Poloneto, & eas .... & ipsas primo inclusit ibidem.

Anno Domini M. CC. LXXXV. de mense Augusti, incepit Commune Civitatis facere falizare Terram Civitatis cum datio Civitatis.

Anno Domini M. CC. LXXXV. in Festo omnium Sanctorum, Domini Johannes de Zuccula, & Franciscus de Orzono facti sunt Milites per D. Albertum Comitem Goriciæ apud Civitatem in prato juxta Sinirolam. Cui militiæ interfuerunt Domini, Frixinensis, Feltrensis, & Concordiensis Episcopi, Gerardus de Camino, de Prata, de Porcilleis, Castello, Villalta, Glemona, Utino, Prampergo, Cucanea, & quampluribus aliis: duravitque ipsa curia per dies octo.

Anno Domini M. CC. LXXXVII. die VIII. intrante Junio, ivit Ven. Pater Raymundus Patriarcha de Civitate Montemfalconum; ubi eodem die convenit ad eum maxima multitudo militum, equorum, & peditum de toto Forojulii, de Carnea, & Cadubrio: itaquod a 18. annis supra usque ad 70. annum omnes præscripti fuerint, præter servos & homines ministerii. De villis vero X. miserunt ad dictum unum peditem. Convenit autem in dicto exercitu Dominus Comes Goriciæ cum sua gente: & Dux Carinthiæ, & Comes Tyroli misit in auxilium Domini Comitis Goriciæ fratris sui, & Ecclesiæ Aquilegiensis Ven. Patrem Dominum ..... cum maxima multitudine peditum & equitum.

Anno Domini M. CC. LXXXVIII. die XIX. Februarii, D. Raymundus Patriarcha investivit Magnificum Virum D. Maynardum Ducem Carinthiæ congregatis, ibidem Dominus Albertus Comes Goriciæ, de consensu & voluntate Domini Patriarchæ, fecit Milites Dominos Henricum de Prambergo, & Nicolaum filium Baldachi de Civitate in campanea. Omnibus vero peractis, ordinatæ fuerunt acies equitum per se, & peditum per se: necnon Rectores cujuslibet aciei. Et reperti fuerunt in summa in toto exercitu quinque mille Milites, & L. mille pedites. Et moto inde exercitu, iverunt omnes versus Terram, quam Veneti fecerant: & ibi per multos dies steterunt, & sæpe cum ballista nocebant sibi inter se; & interdum faciebant treguas inter se, si possent concordari; & nostri intrabant Terram Venetorum, & ipsi Veneti in exercitu nostrorum. Hoc facto, una die Dominus Comes Goriciæ, ignorante Domino Patriarcha, & absque voluntate ipsius, recessit de dicto exercitu: & tunc Dominus Patriarcha, habito consilio Sapientum, recessit universaliter cum omnibus de dicto exercitu; quia dicebatur, ut ipse Dominus Comes vellet prodere exercitum, & ipsum Dominum Patriarcham. Deinde celebratum fuit Colloquium Generale in Civitate, ut Tergestini in alimoniis subvenirentur. Cui colloquio interfuerunt Domini Episcopi Tergestinus, & Concordiensis, & Comes Goriciæ, & omnes Nobiles de toto Forojulii: in quo Colloquio statutum & ordinatum fuit, quod omnes de Civitatibus, Castris, Burgis, & Villis a 18. annis supra, & 70. infra, ire deberent ad exercitum prælibatum. Qui Dominus Patriarcha ivit versus Montemfalconum: & ipso die venit ad eum Henricus, filius Comitis Goriciæ, cum sua gente, & magna multitudine de toto Forojulii: & moverunt, causa eundi Tergestum, cum curribus & asinis multis deferentibus victualia. Et ita ipsis euntibus, per stratam faciebant strepitum & rumorem ultra modum, & in nocte ignes copiosos per montes, quia frigus erat. Veneti, qui erant in Civitate illa ante Tergestum, cui imposuerant nomen *Romagna*, audierunt rumorem magnum & strepitum a longe, quem exercitus faciebat, timuerunt timore magno; credendo, quod exercitus esset major, quam fuerat prius, & erat satis minor. Qui omnes naves intraverunt, qui potuerunt: & multi in aqua submersi fuerunt præ nimia festinatione; quod nec pater filium, nec filius patrem expectabat. Et ita fugerunt, dimissis illic multis bonis; quæ omnia quasi Tergestini acceperunt, quia nostri multum distabant, quando illi fugerunt.

Anno Domini M. CC. XCI. in Festo S. Martini proclamata fuit pax in Civitate Austria inter Dominum Patriarcham & Forojulienses ex parte una, & Venetos ex altera, sub certis pactis & articulis.

Anno

(a) Sic in Codice.

Februario in Castro Utinensi Raymundus Patriarcha Aquilegiensis obiit in Domino; qui sedit in Patriarchatu XXV. annis, mensem unum, & diebus XVII. Eodem anno electus fuit D. Conradus Dux Poloniæ in Patriarcham Aquilegiensem. Eodem anno venit Venerab. Pater D. Petrus Patriarcha in Forojulii circa Festum S. Michaelis, confirmatus per Papam Bonifacium.

Eodem anno in mense Maii Communitas Civitatis emit tres domos, quæ erant prope forum, & domum Martini Longi pro ampliando ... & ipsas domos diruerunt eodem anno.

Anno Domini M. CC. XCIX. in Festo S. Joannis Baptistæ in aurora diei fulgur percussit in majori Turri Ecclesiæ Civitatensis, & pervenit ad tertiam Crucem; & interfecit Jacobum Subdiaconum, qui erat Monachus ante Altare S. Paulini in choro. Et sciendum est, quod plures de Dominis occidisset: sed in choro non erant, quia in sero dixerunt Matutinas.

Anno Domini M. CCC. SS. Papa Bonifacius IV. (a) qui destruxit totaliter illos de Columna, concessit & dedit omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui limina Apostolorum Petri & Pauli visitabunt, a Festo Nativitatis Domini usque ad unum annum, & qui stabunt Romæ continuis XV. diebus, visitando loca Sancta, Indulgentiam omnium peccatorum suorum. Ad quam Indulgentiam ivit populus sine numero.

Anno Domini M. CCC. I. die X. exeunte Februario, Ven. Pater D. Petrus Aquilegensis Patriarcha obiit in Castro Utinensi: & sepultus fuit ibidem in Capella S. Mariæ.

Eodem anno in Vigilia S. Odorici fuit in Civitate & circa tam magna tempestas, quæ destruxit quasi omnia, quæ erant circa Civitatem: & fuit grossa sicut ova.

Anno Domini M. CCC. II. penultimo die mensis Martii, SS Papa Bonifacius contulit Patriarchatum Aquilegiensem Ottobono, tunc Episcopo Paduano. Qui D. Ottobonus venit in Forumjulii, videlicet Utinum, die X. exeunte Augusto.

Anno Domini M. CCC. III. factæ fuerunt per Clerum, seu Capitulum Civitatense repræsentationes infrascriptæ. In primis de creatione primorum parentum, deinde de Annunciatione B. Virginis, de Nativitate Domini, & aliis multis de passione Christi, resurrectione, & ascensione, de adventu Spiritus Sancti, & Antichristo, ac aliis, & demum de adventu Christi ad judicium. Et prædicta facta fuerunt solemniter in Curia Domini Patriarchæ in Festo Pentecostes cum aliis duobus diebus sequentibus, præsente Reverendo D. Ottobono Patriarcha Aquilegensi, & D. Jacobo Episcopo Concordiensi, & aliis multis Nobilibus de Forojulii.

(a) VIII.

disse in Forojulii. Quæ fecit damnum grande, specialiter pro miseris: & destruxit in Tulmino villas & domos quamplures, ubi mortui sunt homines, & bestiæ multæ. Et factum fuit de nive ipsa in claustro Majoris Ecclesiæ Civitatensis unum magnum Castrum cum uno leone desuper: & ignis novus factus fuit in Sabbato Sancto super dicta nive. Quæ nix duravit bene XV. diebus in Aprili.

Eodem anno die ultimo Junii, Nobilis Vir D. Rizzardus de Camino, cum magna multitudine equitum & peditum, obsedit Castrum de Spegimberch; in cujus subsidium & juvamen miserunt, & fuerunt personaliter, Domini Marchio Ferrariensis gentem suam; Henricus Goriciæ, & Maynardus de Ortumbruch Comites, cognati dicti D. Rizzardi; Dux Karinthiæ misit gentem suam. Forojulienses quasi omnes venerunt in subsidium D. Rizzardi. Et omnibus ibidem congregatis, inceperunt machinis, ballistis, & aliis ædificiis expugnare dictum locum. Circa quem locum D. Rizzardus cum gente prædicta stetit XV. septimanis, & ipsum habere non potuit. Et quia in ipso loco erant quamplures Nobiles, & boni Magistri, inter quos Magistros erat Magister Gerardinus, qui erat optimus Magister, qui sua sagacitate combussit turrim lignorum, quam extrinsece fecerunt: fueruntque in dicto exercitu, ut dicebatur, XV. millia hominum bene armati. Quem locum tamen sub certis pactis D. Rizzardo prædicto sponte dederunt.

Anno Domini M. CCC. VI. die XI. Aprilis, Nobilis Vir D. Conradus de Ouystain venit Utinum in auxilium D. Ottoboni Patriarchæ cum magna gente equitum. Qui D. Conradus erat Capitaneus Ducis Karinthiæ, & de ipsius voluntate & consensu venit in Forumjulii; & XIV. die Aprilis Vener. Pater D. Ottobonus Patriarcha una cum illo de Ouystain, & Communitatibus, & paucis de Castellanis obsederunt Castrum Budrü: & tertia die sequenti summo mane expugnaverunt ipsum Castrum, & ante auroram ipsum ceperunt, nullo Dei gratia de nostris ibi mortuo. Ceperunt autem D. Nicolaum, & fratres .... & Milites ex gente Domini Comitis fuerunt capti bene C. XXX. & plures, & ducti fuerunt Utinum. Deinde Dominus Patriarcha dedit illi de Ouystain ex Theotonicis quosdam; & fecit duci in Karinthiam illos de Budrio cum quibusdam Theotonicis; & Lupo nepote D. Asquini de Varmo fecit recludi in Turri de Glemona: & statim capto Castro illud combusserunt, & in crastino die Dominico cum aliis Magistris ipsum funditus diruerunt.

Eodem anno dictus D. Ottobonus Patriarcha cum exercitu suo obsedit Castrum Porpeti ....

D. Ar-

cum D. Johannis de Zuccula, cum apparatu magno furtim intraverunt Civitatem hoc modo. Jacobus de Budrio, & Pertoldus de Fagedis cum quibusdam aliis eis faventibus ceperunt portam S. Sylvestri, percussis custodibus: & statim ascenderunt domum de Portis; & factis signis cum gladiis, intraverunt quidam, qui erant in burgo S. Sylvestri. Videntes illi de Zuccula cum magna gente descenderunt, & intraverunt Terram. Cum vero fuerunt in Terra, D. Valterpertoldus cum VIII. vel X. hominibus venerunt per infra muros apud domum Communis: & ibi ballistatus fuit D. Candidus de Canussio. Et cum nullus veniret apud eos, ut credebant, per eamdem viam redierunt ad suos. Apud domum D. Odorici Longi factum erat quoddam obstaculum, & ibi nostri cum suis se ballistabant: & de domibus, & Turri Patriarchali, & Luisini fiebat magna defensio; nec ulterius permissi, nec ausi fuerunt transire, excepto D. Odorico de Cucanea, & Thomasuto ejus familiari, qui banderam portabat, cum sex vel octo aliis, cum impetu venerunt ad Forum. Et ibidem D. Thomasinus interfectus fuit, dimissa bandera; & D. Odoricus cum aliis rediit ad suos per Præpositturam. Fratres vero Prædicatores composuerunt inter partes, facientes treguas ad hoc ut recederent: & illi scientes per Nuncium, qui veniebat de Zuccula, eis indicantem, quod nobis veniebat subsidium, recesserunt cum magno damno; & quamplures vulnerati fuerunt ex eis, unde obierunt. Sequenti vero die statim Dominus Patriarcha misit gentem suam Civitatem, & percuti fecit ad terram domos prædictorum Dominorum de Zuccula, & quamplures alias.

Eodem anno illi de Zuccula furtive acceperunt Castrum de Gronumberch ultimo Maii.

Anno Domini M. CCC. IX. die IX. Februarii, Reverendus Pater D. Ottobonus Patriarcha ivit Glemonam: & eodem die D. Conradus de Stumberch venit sibi in auxilium. Et XI. die dicti Mensis, suadentibus illis de Glemona, & eorum inductu, voluit Dominus Patriarcha obsidere Venzonum: & videntibus illis de Venzono, quod non poterant Domino Patriarchæ resistere, dederunt sibi C. libras gross. & muros ex pacto diruerunt, & juraverunt deinceps, Domini Patriarchæ semper parere mandatis.

Anno prædicto Dominus Patriarcha cum exercitu suo equitavit ante Gramolanum: & ibidem illo sero pernoctavit; & combussit, & destruxit omnia usque ad Castrum. Et die sequenti post prandium venit Civitatem, & obsedit Zucculam cum gente sua, & D. Conradi de Stumberch, & Civitatenses propter discordiam superius expressam: & roncaverunt omnia bona illorum de Zuccula, & continue percutiebatur interius cum tribus machinis. Dominus vero Patriarcha, cum suis

Prampergh cum multis aliis Castellanis in destructione ante Maniacum, subito fecerunt impetum in eos quidam Stipendiarii Domini Patriarchæ, scilicet illi de Sacillo, & illi de Pinzano: & ex eis multos occiderunt, & quamplures capti fuerunt, inter quos captus fuit D. Henricus prædictus, & & ductus Utinum; cui Dominus Patriarcha fecit in Utino caput amputari.

Anno Domini M. CCC. IX. de mense Junii, venit tanta multitudo locustarum in partibus Istriæ, quod nullus hominum credere posset; quia ubi declinabant, segetes totaliter devorabant, & canneta usque ad terram. Postea iverunt Tulminum, & venerunt usque ad Antrum, ubi & fecerunt magnum & incredibile damnum. Factæ fuerunt processiones, & Deo dante, versus mare iverunt.

Anno præscripto, die II. post Festum S. Martini D. Rizardus de Camino venit Utinum cum magna multitudine equitum, & hospitabatur in Grazano: & erant cum eo de Prata, Porcileis, Spemgberch, Cucanea, & alii plures Forojulienses, omnes Nobiles de Tarvisio, & ejus districtu. Fuit autem super pace reformanda inter eos cum Domino Patriarcha pluribus diebus. Ipsis existentibus in tractatu, & non concordantibus, præfatus D. Rizardus die Dominico V. exeunte Decembri, tractatu & inductu Magistri Nicolai, filii Albinuti de Utino, qui habebat magnam partem in exercitu, armata manu post prandium intraverunt Utinum per portam Grezani; sed gratia & auxilio Dei factum est, ut clausis omnibus portis, excepta illa S.... quia dictus D. Nicolaus perexerat in gurgite, timens advenire omnes .... fugam .... XIII. mortui, inter quos fuit interfectus D. Valterus-pertoldus de Spengembergh; & alii multi Nobiles Milites capti fuerunt ultra C. inter quos fuit talis qui redemit se pro mille Marchis: alii pro CC. alii secundum posse suum. Itaquod plures de Utinensibus ob hoc plurimum fuerint ditati. Equi boni & magni remanserunt intra læsos, & illæsos, bene C. L. & gratia Dei procurante, nullus ex nostris fuit læsus. Tunc Dominus Patriarcha fecit D. Henricum Comitem Goriciæ Capitaneum generalem, qui congregato exercitu ivit ad recuperandum infrascripta loca, quæ detinebat D. Guarnerus de Cucanea pro expensis factis, quando fuit Vicedominus; scilicet Tricesimum, Artineam, Tulmetium, & Sclusam: quæ loca habuit, & recuperavit infra X. dies, & Montemfalconem similiter.

Anno Domini M. CCC. XIV. Rev. Pater D. Ottobonus Patriarcha die X. exeunte Septembri, arripuit iter ad Dominum Lucam Cardinalem, vacante Sede Papali per D. Clementem Papam; & ipso inde revertente, gravi infirmitate detentus obiit in Comitatu Placentiæ in Castro de Arquata & ibi sepultus anno Domini M.CCC.XV. XIII. Januarii.

aliis pluribus. Guillelmus vero Galengani cum parte sua ascenderunt super Turrim D. Asquini de Varmo; ita quod per totam Terram erat prælium maximum. Tunc D. Federicus de Erbestayn, Marescalcus Domini Comitis, cum Dominorum de Portis amicis, versus dictam Turrim adeuntes, volebant eos capere: sed illi cum ballistis, & lapidibus se defendebant. Ad ultimum se dicto Marescalco tradiderunt, qui eos, videlicet Johannem, & Guillelmum Galengan fratres cum uno filio, Virgilium cum tribus filiis, Raynerottum cum duobus filiis captivavit in domo de Portis; & bona eorum fuerunt per Theotonicos accepta. Unus filius Guillelmi prædicti, qui latuerat in Civitate, die Martis sequenti, projecit se per muros Terræ, volens fugere: & apud pontem portæ Bressanæ fuit interfectus, & per totam Terram strascinatus. Dominus vero Comes Goriciæ venit in Civitate die Dominico tunc sequenti, & die Lunæ in Vigilia S. Mariæ Magdalenæ fecit amputari caput Guillelmo apud domum Communis. Tunc Dominus Comes fecit duci Raynerottum, Virgilium cum filiis, & filium Guillelmi prædicti Goriciam; unde multa mala creata fuerunt, dum illi de Portis cum amicis suis obtinuerunt.

Anno Domini M.CCC.XVII. Sanctissimus Papa Johannes ad preces Regis Roberti dedit Patriarchatum D. Castono de la Turre in Festo S. Sylvestri.

Anno M.CCC.XVIII. die XII. exeunte Augusto D. Castonus Patriarcha veniens de Florentia in Forojulii obiit, & ibi sepultus fuit.

Anno Domini M.CCC.XIX. Sanctissimus Papa Johannes providit de Patriarchatu Aquilegiensi D. Pagano Episcopo Paduano.

Anno Domini M. CCC. XX. die XII. Novembris, fuit prælium magnum in Utino apud domum Communis inter Dominos Hectorem, & Federicum, fratres de Savorgnano, & eorum amicos ex parte una; & D. Sperantium, & Vineilinum fratres, cum amicis suis ex altera; qui venientes ad injurias, cœperunt dictæ partes inter se acriter præliare; in quo dictus D. Hector per D. Sperancium fuit vulneratus, & Hermolaus & Daynetius interfecti. Dominus . . . . Patriarcha existens Civitate, statim cum sibi prædicta notificata sunt, cum festinatione equitavit Utinum cum Civitatensibus: qui Civitatenses una cum Utinensibus adierunt ad domos prædictorum D. Sperancii, & Vincilini; & eas ceperunt, & ipsos fratres, & filium D. Thomasini, & alios quamplures circa XXVI. interfecerunt, & eorum bona abstulerunt.

Anno Domini M. CCC. XXXI. Indictione XIV. die XV. intrante Septembri, Domini Progna de Zuccula, & Bartholomæus ejus frater, una cum D. Johanne de Villalta, & alia non pauca comitiva, furtive circa horam matutinam Dominorum Majoris Ecclesiæ Civitatensis, per Portam leprosorum appoluerunt sca'as ad murum burgi Pontis: & ii qui primo intraverunt burgum, fregerunt portas, & residui intraverunt; qui statim ceperunt meliores & ditiores de dicto burgo, & eos in Turri quondam Salomonis carceraverunt, ipsos prius affidantes. Postmodum venerunt ad pontem, & inciderunt dictum pontem, ponentes vasa versus Civitatem: & ultra pontem fecerunt fortilicium magnum a capite pontis. Et hora matutina homines Civitatenses sciverunt hæc: & facta die homines Civitatenses, & Adversarii eorum se hinc & inde fortiter ballistabant: & extrinsece ballistabant cum sclopo versus Terram, & nihil nocuit. Porta aperta existente demum, plures de Civitate ibant super pontem, præcipitantes eaias, quæ positæ erant super pontem, in Natissa; & contra adversarios audacter pugnantes, & non potuerunt transire ad eos propter pontis fractionem. Circa vero horam Primæ, prædicti qui erant in burgo, voluerunt comburere pontem, portantes oleum, stuppam, & stramen, ut comburerent dictum pontem: quod homines Civitatenses scientes, & videntes, potuerunt se periculo; & violenter transeuntes pontem pauci de Civitate, eos in fugam verterunt: extrinseci vero videntes vexillum Virginis gloriosæ statim verterunt, quorum tres interfecti fuerunt, cæteri vero vix abierunt.

X.

Fragmenta Historica, ex eodem vetustissimo Necrologio deprompta.

I.

ANno Domini M. CCC. XLVIII. die XXV. Mensis Januarii, circa horam vespertinam fuit terræmotus magnus, qualis non fertur in aliquibus Scripturis fuisse ab initio sæculi usque ad horam illam. Hic autem terræmotus fuit non solum illa die, sed post multis vicibus in die, atque nocte usque ad quadragesimum diem. Hujusmodi quidem Terræmotus, quamvis Venetiarum, Marchiæ Tarvisinæ, Lombardiæ, Forojulii, atque Dalmatiæ partes valide conquassavit; Karinthiam tamen supra modum percussit, itaut hæc scriptu-

ra

domibus erat. Quandam etiam regionem viginti septem vel circa rurium & Castrorum, io lateribus cujusdam mootis situatam, ipso monte cadente ita operuit, ut de ipsis nihil penitus appareat. Ecclesiæ etiam Aquileg. maximum ædificium funditus evertit: & per diversa loca idem signum supervenieotis gladii irati judicis terra ... demonstravit. Qualis autem gladius, & qualis ferientis manus fuerit, tibi sequens pagina, si inteote inspexeris, declarabit.

Eodem quoque anno jam incepta pestilentia io Cathago: quæ per Tartarorum, Turcorum, Saraceoorum, atque Græcorum partes feriendo transiens...... nonnullas famosas Civitates, imo Provincias destruens, Italiam invasit. Quæ noo solum Deo permittente, sed & jubente, totum terrarum orbem ita crudeli ulcere vulneravit, ut miriadas persooarum interiret: & si bene numerassem, invenissem utique, quod de tribus duo decesserint. Penitus hæc mirabilis fuit, ut nonnunquam de eadem domo simul, & eadem die pater, & mater, atque filius ad tumulum deferreotur. Mirabilior tamen hujus pestileotiæ qualitas, ut cum pater filium, vel filius patrem hoc morbo laborantem intueretur, ab eo fugeret, quasi cerasta sibi maoum porrigeret. Nec mirum, solo enim aspectu hic morbus imprimi videbatur. Si enim æger basiliscus fuisset, non citius virus emisisset, quam morbum suum astantibus immittebat. Nonnulli quidem ex anhelitu contagionem ortum habere existimarunt: alii vero ex oculorum aspectu, alii autem ab aere; quidam tamen, licet pauci, cum ipsis morbidis conversantes evaserunt, nec eos aliquatenus morbi hujus pestileotia tetigit, sed vix inter centum unus. Quosdam vero tetigit, & multum læsit, sed non ad mortem. Quosdam tetigit, & parum læsit. Cum autem defunctus deferebatur, vitabaotur panni ejus: & qui eis ioduebantur, sæpius utplurimum eamdem mortem subibant. Itaut non solum in lectis decedentium accubantes, sed qui unum vestimentum deferebant, quo jam defunctus usus fuerat, ita contaminabatur, ac si in hujusmodi..... juxta ægrotum affuisset. Domus etiam ubi decesserant, multoties evacuare supellectilibus, atque ignibus calefacere in angulis, & suffumigationibus non valebat ita purificari, ut habitantes oon inficerent. Uode aliquando deserebantur tali timore, ut etiam patentibus januis intrare quis minime præsumpsisset timore aeris corrupti, quasi spiculator gladium tenens, & mortem intrantibus minans intus latuisset. Hanc utique pestilentiam nonoulli Epidemiam vocaverunt, idest distemperantiam aeris & ægritudinem a causa naturali procedentem; qui non parum a veritate deviaverunt. Si enim Physici causas ægritudinum perscrutaotes, non magis fateantur se de eis intelligere, quam id quod de.... sona de loco ad locum pergens, gladioque feriens. Astrologi etiam arcana Dei præsumeotes investigare, asseruerunt Jovem cum Saturno conjunctum esse: quam conjonctionem pestilentiæ hujus causam esse prædicabant: quos mentitos fuisse existimaodum est. Constat eoim, a principio orbis citra prædictos Plaoetas conjunctos alias fuisse, non tameo talem plagam io creaturas Dei exercuisse. Pestilentia enim, da qua loquimur, in triplici forma visa fuit. Videlicet io glantia, carbunculo, & sputo sanguinis. De carbunculo & glantia quamplures evaserunt, de sputo sanguinis nullus. Cum enim quis per viam incedens, se spuere sanguinem cernebat, ouncium mortis se recipere non ignorabat. Adveniente secundo anno manus Domini visa est cessare io Forojulii provincia in mense Februarii, & placatus est Deus, & misericordia ejus apparuit multa; quoniam ooa delevit omnem hominem. Ipsi honor, gloria in fæcula sæculorum Amen.

2.

Jesu Christi secundum Nativitatem assumptæ carois annus Millenus Trecenteous sexagenus quartus, Indictio bina, Mensis quidem Septembris vigesima secunda dies. Doceant superstites recordari præteritorum, præsentia licet momentanea & caduca cœlo prævio gubernare, ac futura præambulo Deo præcavere & sapienter prævidere, dicente Esopo: ratio præsentia scire futura facit. Hinc enim est, quod cum Nobilis Castellanus Fraocifcus de Uranspergo, ac de Villalta, amissa Villaltæ parte circa aonum Domini Millesimum Trecentesimum quinquagesimum tertium, tempore Patriarchæ Nicolai, fratris Karoli quarti Boemi Romanorum Imperatoris, sese subdidisset dominio Ducis Austriæ, paucorum annorum facto intervallo universæ carnis debitum solvit. Cujus filii, Joannes, Fulbertus, & Mattheussius patrizaotes, & cum homioibus Civitatis hujus guerram habentes, accipientes de montibus equos, passi a Civitatensibus licet invite, tamen debite castrametationes & damna grandia, Monetam falsam cudi facientes, tandem resignato Castro in manu Ducum Austriæ obierunt. Et cuidam Capitaoeo sub nomioe Comitis Ciliæ Castrum commissum est. Sed oh Deus, quid diutius immoramur? Dum populus Utinensis auxilio Patavioo circa Spegnimbergum, & Zucculam grave damnum intulisset: & existeotibus Nobili Guillelmo Bojano & Ottobono Stacionario quondam Cavelerii Civitatensibus Provisoribus, & Joanouto dicto Spu Camerario, Commuoe Civitatis sciret, Urauspergum, latrooum speluocam, male fulcitum victu & gente, ad ipsum quantocius accesserunt cum solis suis Veteranis & machinis: & habitis cum

Capi-

Amen. Ad honorem SS. Virginis Matris Domini nostri Jesu Christi, anno Nativitatis ejusdem Domini Millesimo, Trecentesimo Sexagesimo quinto, Indictione tertia, die Sabbati XXI. Junii, inchoatum fuit celebrari in Choro hujus Civitatensis Ecclesiæ per Clerum ejusdem, immediate ante Officium divinum, officium Beatissimæ atque SS. Matris Mariæ: quod quidem Officium annuatim perpetuo debet celebrari. Ob quam causam prudens Vir D. Paulus de Civitate, Cancellarius Venerab. Patris & D. Nostri B. Patriarchæ Aquilegensis, donavit Capitulo Civitatensi multa bona stabilia & mobilia, prout patet publico instrumento inde scripto manu Nicolai Notarii Capituli Civitatensis sub anno prædicto die vigesimo mensis Junii.

XI.

Historia belli Forojuliensis Joannis Aylini de Maniaco ex Codice Camilli Manini.

In nomine Patris & filii & Spiritus Sancti Amen. Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi M. CCC. LXXXI. Indictione IV. die Jovis III. (*a*) Mensis Januarii hora IV. noctis expiravit Reverendissimus in Christo Pater & Dominus pius D. Marquardus, S. Aquilegensis Ecclesiæ dignissimus Patriarcha, bonus Rector Patriæ Forijulii: & die Lunæ sequenti VIII. (*b*) Januarii ductus fuit, & sepultus in Aquileja: qui omnibus Nobilibus, pauperibus, viduis, orphanis, & pupillis semper fuit benignus, pius, misericors; & fuit natione Theutonicus, Bavarus de Auspurg, Episcopus Sanctæ ac Beatissimæ Virginis Mariæ de Auspurg. Postmodum vocatus ad Patriarchatum Aquilegensem, ad quem Nobilis & circumspectus D. Nichil de Maniaco missus fuit per totam Patriam, ut instaret ei quod Patriarchatum deberet acceptare; quia recusabat, eum velle acceptare propter magnas guerras, & scandala quæ erant in Patria cum Dominis Ducibus Austriæ. Quæ guerræ ortæ erant sub Domino Patriarcha Lodoico della Turre: & in ipsis guerris multi Nobiles de Patria Aquilegensis Ecclesiæ submissi erant dictis Ducibus Austriæ, etiam contra ipsam Aquilegensem Ecclesiam ejusque fideles resistentes, & guerram facientes. In qua quidem guerra rebelles erant Domini de Spegnimbergo cum omnibus eorum locis, & cum Turri sita Deo, & ejus Beatissimæ Virgini Mariæ, sub cujus alis ipsa Sanctissima Aquilegensis Ecclesia defensatur, ut infideles ipsius Aquilegensis Ecclesiæ corrigerentur. Idem D. Dux Rodulphus in Mediolano mortis transitum consummavit, & sic ejus tractatus nocere non potuit huic Beatissimæ Patriæ. Tamen D. Francifcus de Carraria misit suas gentes in Forumjulii dictæ Patriæ Aquilegensi, & obsedit Spegnimbergum, ibique stetit per plures dies ante Terram. Et hæc fuerunt in (*e*) M. CCC. LXVI. in Vigiliis S. Michaelis, insultatio guerræ ipsius. Et non post longum tempus post inde D. Lodoicus Patriarcha mortis transitum consummavit. (*f*)

Et Nobilis & Egregius Franciscus de Savorgnano miles factus fuit Vicedominus Aquilegensis Ecclesiæ, & processit bellicose ad guerram: & per gentes Aquilegensis Ecclesiæ, & Domini Paduæ multæ afflictiones, & damna data fuerunt gentibus ipsorum Dominorum Ducum Austriæ. Et illo anno receperunt Civitatenses Dominis de Spelimbergo Zuccolam, & D. Joanni de Villalta Wrusperġum: quæ castra illico diruperunt. Et dum septemcentum Lanceæ intrarent Patriam cum potenti Milite D. Walterpertoldo de Spegoimbergo ad destructionem hujus Patriæ, per dictas gentes Aquilegensis Ecclesiæ conflictæ fuerunt omnes sub Faganea; & vix quod ipse D. de Spegnimbergo cum aliquibus fugam cepit in Spegnimbergo, & alias gravissimas afflictiones habuerunt. Tamen gratia Jesu-Christi & ejus Virginis Mariæ, ipsi de Spegnimbergo perdiderunt Castrum Truffi, & Castrum Zucculæ, quod ad terram dejectum fuit per Civitatenses: & ipsi tunc se reddiderunt Aquilegensi Ecclesiæ. D. Joannes de Villalta perdidit Castrum Wrusspergi: & per Civitatenses fuit sibi destructum, & diruptum. Illi de Strasoldo, & (*g*) D. Facina se dederunt Aquilegensi Ecclesiæ. Illi de Avenzono subjugati fuerunt, & ad ultima deducti facti sunt servitores Aquilegensi Ecclesiæ. Domini de Ragonea deducti ad ultima, nihil habentes vescere, propterquod se dictæ Aquilegensi Ecclesiæ dederunt. Et Terra Portusnaonis ad ultima fuerat reducta: & nisi fuisset adventus dicti D. Marquardi Patriarchæ, qui venit (*h*) in M. CCC. LXVI. in Vigiliis

(*a*) Diem 3. Mensis Januarii, simulque diem Jovis, seu feriam quintam indicat littera Dominicalis F. qua insignitus erat annus Christi 1381.
(*b*) Lege *diem VII.* quam eadem littera Dominicalis F. patefacit. Diem eundem habet Codex Maniacensis.

(*c*) *Dominus Plebanus*, in Cod. Maniac.
(*d*) Cod. Maniac. *erantque fideles*.
(*e*) Cod. Maniac. *in M. CCC. LXIV.* Recte.
(*f*) Cod. Maniac. *consummavit III. Kal. Augusti M. CCC. LXV.*
(*g*) Idem, qui superius *de Portiſlagno* nominatur.
(*h*) Annus 1365. adhuc erat in cursu juxta formam Julianam. Annum vero a Nativitate Domini auspicatur Historicus.

erant Domini de Spegnimbergo, de Sacilo, de Canipa, de Aviano, de Pulcinico, de Miduna, (a) de Tulmetio, & cum parte Carneæ, sed non omnes unanimes; & illi de Cadubrin, quia D. Philipponus della Turre erat Capitaneus ibi; illi de Glemona, de Valvasono, D. Ambrosius Episcopus Concordiensis, de Cucanea, de S. Daniele, & multi alii. Terra vero Utini ipsum D. Philippum Cardinalem in Commenda acceptare recusavit; proptereaquod prædictus Cardinalis litteras ejus misit per totam Patriam; & fecerunt eorum Colloquium in Civitate Austriæ, ubi prædicti omnes, videlicet Civitas Austriæ cum suis adhærentibus ipsum habere decreverunt in eorum Dominum, & Pastorem.

Utinenses vero cum eorum etiam sequacibus in Commendam habere recusantes, cum quibus nos de Maniaco. Videlicet ad principium missus fuit per ejus Fratres & Consortes prædictus D. Nichil de Maniaco Utinum, qui ibi (b) intravit & promisit, cum Utinensibus eum nolle habere in Rectorem ac Dominum, nisi esset creatus verus Dominus, & Patriarcha, vel quod pileum Cardinalatus non abjiceret, & per consequens per futura tempora tanquam Patriarcha verus in Patria posset habitare: & sic libertas Patriæ totaliter foret (c) perdita dicentes: melius est, quod Patria destruatur, quam libertas amittatur. Et isto modo in quacumque Civitate, Castro, & Villa partes magnæ ortæ sunt de fratre ad fratrem, de consorte ad consortem, de patre cum filio; & non solum inter homines, verumetiam inter mulieres, tam civiles quam rurales, tam parvas quam majores: nec erat Civitas, Castrum, Villa aliqua, in qua non esset pars & dissidium inter ipsos. Et super his per Utinenses & eorum partem missi fuerunt Ambasciatores sæpius ad summum Pontificem, ut verum Dominum Patriarcham deberet mittere in Patria more antiquitus observato: vel quod iste Dominus Cardinalis ejiceret Capellum Cardinalatus. Et Dominus Papa scripsit in contra, ut cum deberent acceptare: & quod intitulatus erat in suo Sigillo isto modo: *Philippus de Alenconio Episcopus Sabinensis S. R. E. Cardinalis Patriarcha Aquilejensis:* De hoc dicti Utinenses & eorum pars non fuerunt contenti, & sæpius miserunt ad D. Ludoicum Regem Ungarorum, recipientes (d) pro eorum Capitaneis quamplures de fidelibus dicti Domini Regis: & sic finaliter orta fuit lis & discordia inter ipsos Civitatenses, & Utinenses, & eorum complices.

(a) Cod. Maniac. *de Tulmetio cum parte Carneæ, nam omnes non erant unanimes.*
(b) Cod. Maniac. *juravit.*
(c) Cod. Maniac. *foret secuta.*
(d) Cod. Maniac. *requirentes.*

tiarum incepit scribere gentes, & mittere unum de Venetiis probatissimum Deputatum ad regimen Terræ Utini, & eorum partis, & guerræ. Et Dominus Veronæ unum misit, qui pro eo gentes faciebat, & scribebat. Civitatenses vero ligam & unionem fecerunt cum D. Francisco de Carraria Domino Paduæ, Tarvisii &c. Et ipse Dominus Paduæ ligam fecit cum Domino Comite Virtutum Domino Mediolani contra ipsum Dominum Veronæ, & ad ejus destructionem. (e) Et in Contrata Forijulii Utinenses cum eorum gentibus iverunt ante Glemonam cum exercitu, & Terram depugnantes, domos comburentes, vites detruncantes, & finaliter destruentes: se parti Utinensium dederunt. Et sic processum fuit contra Tulmetinos, & se parti dederunt; quia in Terra multi erant amantes partem Utinensium: & sic tota Carnea lætanter se cum parte Utinensium posuerunt. D. autem Philipponus della Turre uno die dum Castrum Plebis exivisset, volens ire ad alium locum, captus fuit, & præsentatus Utinensibus; propter quod loca dare eum oportuit Utinensibus. Et isto modo guerra insultavit gravissima inter ipsos Civitatenses & eorum partem ex una, & inter Utinenses & eorum complices ex altera. Ita quod Utinenses multotiens ibant cum eorum campo & gentibus Civitatem Austriæ, eos fortissime destruentes: & sic magna scandala, & interemptiones hominum, incendia domorum, captiones hominum orta fuerunt & subsecuta, & alia gravissima, quæ omnia posse narrare longum quidem esset. Et vere Utinenses sæpissime Civitatenses cum eorum potentia superassent: sed dure procedebant pro posse eorum, ad eorum & aliorum de Contrata destructionem, ut bene poterant, & potuerunt sæpius. Civitatenses semper cum blandimentis, & variis voluntatibus, & verbis blandis, cum videbant se superari, mittebant ad Utinenses eorum Ambasciatores, dicendo unum & aliud; cum videbant sibi tempus, faciendo & de illatis propose vindicando.

Et dum D. Rizzardus de Valvasono positus esset Capitaneus in Terra Portusgruarii, abjecto Nobili D. Albertino de Spegnimbergo, qui ibi fuerat Capitaneus per dictum D. Philippum de Alenconio; D. Franciscus de Carraria ostendens, se huic liti velle interponere, tractatum fuit inter Utinenses, & ipsum Cardinalem & Civitatenses, quod partes se in eum compromiserunt: & sententiavit, quod sub pœna decem millium Ducatorum quilibet obedientiam faceret ipsi Domino Cardinali inter spatium dierum sex; & darent omnia loca, & Fortalitia ipsi Domino Cardinali. Et occulte ipse Cardinalis promisit, se daturum ipsi Domino Paduæ, Sacilum, Portumgruarium, Montemfalconem,

(e) Cod. Maniac. *Et D. Cardinalis fugam de nocte ceperat, & iverat Paduam.*

rent de D. Rizzardo, quod (ut fecit) non staret constans parti; in uno die Provisor Venetiarum equitavit cum Doymo de Castello, & aliis Nobilibus ad Terram Portusgruarii: & vocari fecerunt ipsum D. Rizzardum, ut ad eos veniret. Qui cum venisset, ei requisiverunt Castrum Portusgruarii. Tunc dixit: Vos Domini bene veneritis: non displiceat vobis, de mane vobis responsum dabo. Et reversus in Castrum, subito nequam ille equitavit in la Motta, quæ erat tunc Domini Paduæ: & (b) jam Joannes a Barbiano, Capitaneus magnæ gentis peditum & equitum, tum venit in Portugruario tam tacite, quod quasi isti expectantes responsum vix fugam capere potuerunt, nec cives Terræ nihil senserunt: & Terram ipsam sic proditorie receperunt. Cum quibus gentibus idem Dominus Cardinalis erat. Veneruntque dictæ gentes cum magno furore contra Patriam cum magnis bombardis, & pluribus diversis artificialibus. Qui inde redeuntes, venerunt S. Vitum. Ibi Castrum insultantes, una die ipsum devicerunt: & se parti dederunt inique, non obstantibus gentibus, videlicet Lanceis L. quæ ibi per Utinenses, & in eorum (c) occursum missæ fuerunt; & quas illico abinde expulerunt; & venerunt Utinum. Exinde recedentes dictæ gentes, positis ibi eorum Capitaneo (d) & Officialibus aliis, venientes ante Terram Spegnimbergi cum eorum infinitis gentibus peditum & equitum, curribus, bombardis, lapidibus, victualibus, & aliis necessariis. Qui de Spegnimbergo illico se parti dederunt sine mora, ob timorem inducti, & exterriti; non tolerantes ictum solum lapidis, nec tractum unius balestræ: sed priusquam ad Terram applicuissent, concordium cum ipsis habuerunt satis verecundum. In qua Terra erant ultra septuaginta Lanceæ partis Utinensis, & pedites in sufficienti numero pro eorum defensione. Et his non obstantibus, le ut dictum est, statim reddiderunt adversæ parti Utinensium. Ad quod concordium fuit Nobilis D. Nicolaus de Fana, pro quo miserant. Qui ostendens, nolle se impedire de prædicta guerra, fortificando Roccam Mizzæ, & foveas cum bertonessis fieri faciendo, & totam Villam Fanæ fortificando; licet finaliter tota fuerit destructa. Et exclusis ipsis gentibus de parte Utinensi, ac in Terram Spilimbergi pro eorum defensione missis, Nobilis D. Nicolorum, qui in multitudine magna in eo intraverant, se parti dederunt. Propterquod durante guerra, multi (e) in eo stantes, Terram Utini damnificaverunt cum aliis locis circumstantibus. Et venerunt ipsæ gentes ante Terram Utini, & videntes eis nihil posse facere; exinde recedentes ipsæ gentes, venerunt ante Castrum S. Danielis: ibi quindecim diebus steterunt cum magnis bombardis, die noctuque intus trahentes. Et ad eorum defensionem dicti Utinenses pedites & equites miserunt. Qui de S. Daniele potenter se defendentes; una nocte ignem in dicto loco jactaverunt, per quem multæ domus combustæ sunt illa nocte: & pro certo nisi a Deo, ejusque Gloriosa Virgine Maria, a quibus omnia bona procedunt, & S. Aquilegensis Ecclesia defensatur, auxilium ipsis de S. Daniele misisset, locus ipse perditus foret. Quia cum dictæ gentes ante ipsum locum venerunt de Mense Octobris, pluviæ magnæ a Deo missæ tam copiosæ & infinitæ, quod omnes aquæ tam mirabiliter creverunt, sicut a memoria antiquorum unquam fecissent: & per omnes dicebatur, quod Tulmentum, & omnes lecti aquarum nunquam in tanta altitudine fuissent. Propterquod exercitus ipse non poterat alicubi misisse pro victualibus aliquibus: & in campo tantam famem patiebantur, quod pro pane solo dedissent Ducatum; & nisi fuisset quia super campis rapas in magna quantitate reperiebant, quas comedebant, penitus ex ipsis multi ex fame mortui fuissent.

Domini de Colloreto potenter se habuerunt contra ipsas gentes cum parte Utinensi, inimicos sæpius lædentes. D. Candidus, Zuttus, & Leonardus de Ragonea ob timorem inducti, invito D. Joannino, se parti isti dederunt: eique ministrabant victualia pro posse. Qui D. Joanninus domum superiorem tenebat, olim S. Rossi; & multum partem Utinensium amabat. Lacrimabiliter plorando oportuit finaliter fecisse, sicut fecerunt sui Consortes, quia inter ipsos Consortes non erat versus amor. Et sentientes ipsæ gentes ipsum male contentum, nisi fuisset D. Morandus de Brugnera, & Michael de Rabath, qui inter ipsas gentes Domini Paduæ magni erant, (quia D. Morandus erat Marascalus;) ipse D. Joanninus missus foret Paduam tanquam carceratus: & statim recedens de ipso exercitu cum tacito & secreto consilio prædictorum, venit Ragoneam domum suam: & cessavit interim pluvia, & aquæ quoque diminutæ factæ sunt. Et prædictæ gentes Tulmentum trans-

(a) Cod. Maniac. *De Rabat*.
(b) Cod. Maniac. *& cum D. Comite Joanne a Barbiano, Capitaneo magnæ gentis peditum & equitum venit*.
(c) Cod. Maniac. *succursum*.
(d) Cod. Maniac. *Officialibus, & aliis*.

(e) Cod. Maniac. *multi de parte contraria in eo stantes*.

ſuper roja Colvaræ viriliter perſequentes: & ibi duo boni equi eis mortui fuerunt. Et finaliter noſtros verecundoſe relinquentes; ad pontem vero, ſive ad plateam forte quatuor ſocii invadentes: qui prædictos, qui intus de Fortilitio intrare ſatagebant, & ab equis jam deſcenderant, qui ſubito vix in equis aſcendentes, fugam in plateam recipientes. Tunc major comitiva de noſtris velociter in juvamine noſtrorum venientes, præfatos inimicos de platea cum ſagittis, baliſtris, & eorum armatis viliſſime depulerunt. Et per ſimilem modum tertia ſocietas de noſtris proſequens prædictos adverſarios ad plateam Maniaci famuli, turpiter ipſos extra ipſam Villam expulerunt.

Et ipſo die certi ex ipſis inimicis euntes Maniaco livri, commoti ex nimia triſtitia, quia contra noſtros triumphum non obtinuerant, ſed damnum & verecundiam receperant; ipſam Villam Maniaci (a) livri combuſſerunt: & ſic reverſi ad campum verecundanter, modum dederunt. Et de mane reverſi ſunt ad nos in crepuſculo diei, quia totus exercitus peditum & equitum furtive nocte euntes per lectum Colvaræ in Vorada, & exinde venientes per Colles & Montes pars ipſorum: quos tamen de nocte ſenſimus, & per quaſdam mulieres de Baſalgella habitantes in domibus mei (b). Joannis Notarii quondam Aylini, quæ ad Villam ipſam iverant pro factis earum; quæ dum eſſent in ipſa Villa, auditis tubis & ſonitibus ipſarum gentium, ipſiſque gentibus viſis, illico venientes Maniacum, nobis dixerunt hora mediæ noctis, videlicet Nobili & Circumſpecto Juveni D. Luchino quondam Nobilis & egregii Viri D. Nichili de Maniaco; quia D. Odoricus ejus frater nimia vexabatur infirmitate, taliter quod a thoro ſe volvere non valebat; D. Baldaſſar moram (c) trahens Utini cum filiis ſuis tunc temporis, Jacobum Laidam de Aviano cum Laurenzutto quondam Joannis Mottæ in domo ſua habens; S. Bartholomæus quondam D. Odorici erat ſuper Comitatum Tyrolis. Qui vero D. Luchinus, illico habito novo a dictis feminabus de adventu ipſarum gentium, convocatis vicinis, & a ſomno excitatis, ut quilibet eſſet proviſus ad obviandum inſulto adverſariorum; quia Villam totam reliquimus, & relictam habebamus, & omnia noſtra reduxeramus in Caſtro, dum ipſæ gentes ſteterant ultra Tulmentum: & recolligentes minuta, & blada, ac vinum, ipſum Caſtrum nobiliſſime divitiis implevimus; & in tanta copia, quod per annos quinque & ultra Caſtrum bene erat fulcitum omnibus neceſſariis. gliono, & Zevraia.

Nos autem de Maniaco non exterriti pro conſummatione domorum combuſtarum, animum robuſte ſumentes, & ad nocumentum inimicorum procedentes contra homines Meduni, qui ad noſtram læſionem cum ipſis inimicis venire præſumpſerunt; cum felici Pinello domus Maniaci ſæpiſſime ante portas Meduni euntes, locum exterminando, & villicos capiendo, bona ipſorum derobando. Ad tantum devenerunt ipſi de Meduno, quod ſe uno die parti noſtræ dare volentes; ſed nullus fuit, qui ſignum concordii, & pactum recipere voluiſſet. Dum uno die ipſi de Meduno ex timore nimio Caputium unum circumcirca ducerent, pacta requirentes; noſtri vero animum voluntarium habentes, non attendentes ad eorum requiſitionem, putabant eos illa die ſuperaſſe: & extra muros villam totam cremaverunt & campaneas, & graviſſimum damnum illis intulerunt, & de eorum animalibus & vicinis Maniacum captivantes concluſerunt. Et ſic quaſi omni die noſtri ipſos inſultabant, & damnum graviſſimum eis inferebant. Et uno die dum S. Bartholomæus quondam D. Odorici veniſſet de Comitatu Tyrolis, ipſos de Miduno inſultaverunt: & ex ipſis quatuordecim ceperunt de Menſe Martii in M. CCC. LXXXVI. (e) qui dati & præſentati fuerunt prædictis Dominis Luchino, & Odorico fratribus, & quibus impoſita fuit talea Ducatorum ducentorum, & duos alios habebat dicti Domini in carceribus. Qui omnes dicti de Meduno ſolverunt mille libras ſoldorum, quas ego Joannes Notarius quondam D. Aylini de Maniaco recepi in Caſtro Mizzæ, præſente D. Nicolao de Fana, & duxi in Maniaco. Nobilis D. Baldaſſar ante principium ipſius guerræ moram trahens Utini, duci fecit filios ſuos Utinum. Guerra ipſa incepit in M. CCC. LXXXV. in Feſto S. Crucis, ſive in vigiliis ipſius Feſti.

Gentes Domini Paduæ ſtantes in Turri, nos de Maniaco invaſerunt, nullam ab eis cuſtodiam habentes. De mane cum vicini exirent ad opus & ad vindemiam, & ipſo die captus fuit Olvardinus de Utino pictor prope domum (f) Zanniti de la Centa: ſed per Brandiliſium ejus filium & alios vicinos illico fuit de manibus ipſorum redemptus. Et erant equites & pedites numero ſexaginta cum uno Tamburlino; tamen animalia aliqua ſecum duxerunt, & quemdam Indrigutium pauperem noſtrum vicinum, qui tamen de eorum manibus fugam cepit, & venit Maniacum. Bartholo-

(a) Loci pars altera dicitur ab Auctore *Maniacum famulus*, altera *Maniacum livrum*, ſeu liberum.

(b) Opuſculi auctorem ſe prodit Joannes Notarius filius Aylini.

(c) Cod. Maniac. *moram trahebat*.

(d) Cod. Maniac. *ipſæque gentes venientes*.

(e) Quæ hactenus narravit Auctor, contigerunt poſt Septembrem anni 1385. quo bellum hocce Forojulienſe incepit, ut infra idem Auctor adnotat.

(f) Cod. Maniac. *Zannetti*.

cius & consanguineus de Mense Julii cum eorum villicis: ipsos Joannem grandem, & parvum expulerunt: & Castrum in se servarunt ad honorem ligæ Utinensium. Et miserunt in Maniaco per succursum sociorum, quibus nos de Maniaco ad sufficientiam misimus socios, qui cum eis habitabant: habentes continue Castrum nostri socii in custodia. Et in prædicta guerra nostri de Maniaco finaliter destructionem dederunt villæ Arbæ; arcas, arcilia, vasa, brentas, & alia supellectilia Maniacum ducentes; & quod ducere non poterant, cremabant, nihil penitus dimittentes.

Et nota, quod regnante guerra inter nos de Maniaco, & ipsos de Meduno; homines Fanæ satis aperte, sicut nos de Maniaco, sentiebant ire contra ipsos sive per villam Fanæ, sive a parte inferiori, vel per montes; sicut nos, ire sentiebant, per signa fumi vel nuncios eis nota faciebant. Et in hoc magna inimicitia regnabat inter nos de Maniaco cum ipsis de Fana, ac ipsos de Meduno. Certi de Fana, specialiter Articus Bosdrani, & Conradus Palmæ; qui tamen per nostros adversarios fuit interfectus, & ductus cum uno altero in Fana (nomine Vignudissius) per gentes Domini Paduæ versus Turrim: & super via, vel extra mortuus fuit, & absconsus; quod de eo penitus sui nihil sentire potuerunt; & sicut meruit, sic mercedem suscepit. Prædicti vero Articus, & Conradus, & alii circa Bastiam ipsos de Meduno retinebant absconsos, ut hora aliqua dicti nostros euntes Fanam possent capere, & deprædare. Et consentiebant, & consenserunt, quod quidam Wricus Boemus, familiaris Dominorum Luchini & fratrum, fuit in Villa captus, vadens locutum D. Nicolao: & sic per ipsos de Fana nos de Maniaco male tractabamur. Et multoties nostri capientes captivos prope villam Arbæ, & super dominio ipsius villæ, vel multotiens animalia grossa & minuta. D. Nicolaus habitans Mizzæ, Maniacum suos nuncios mittebat, rogando ut relaxarent cum blandis verbis: cui sæpius complacuimus, non propter parvum ipsius tamen, sed quia gentes Domini Paduæ stantes in Turri, in Valvasono, & aliis locis non requireret ad nostram læsionem, sicut bene doctus in malitiis facere sciebat.

Et penes se habebat quemdam Fratrem Christophorum Abbatem Fanæ, genere Romagnolum, nequiter contra nos de Maniaco laborans consiliis penes ipsum D. Nicolaum, ad omnia nostra nocumenta invigilans cum certis aliis rusticis de Fana; dicens: habeo in carceribus meis Thiam, vere meis manibus ipsum suspendam. Et ipso die recessit, & ivit Fanam, & eum illæsum abire permisit. Et videntes nostri de Maniaco, sic fecisse beffas de nobis; & quod iste procedebat plus ad damna nostra, quam primo; uno sero dum iste Thias venisset ad domum patris, certi nostri socii ipsum stantem in (b) trabeato patris super fenum, invaserunt & percusserunt fortissime, & fratrem ejus qui ad rumorem venire voluit: & plus fratrem, quam ipsum percusserunt, & putabant ipsum interfectum dimisisse. Tamen liberatus ipse, & frater, sed exterritus, ad alienas partes transmeavit: nosque quiete postmodum permisit. Ita quod tacite, & aperte nos prædicti de Maniaco multum lædebamur. Et vere nostri juvenes pastores ibant prope locum Meduni. Receperunt capita grossa bovorum, & vaccarum vigintinovem de pulchrioribus, quæ ipsi haberent. Itaquod ipsi de Meduno, se videntes contra nos de Maniaco nihil posse facere, tunc acceperunt tractatum habere antedictum inter seipsos dicti Domini de Meduno; propterquod, ut inferius describetur habuisse guerram, a nobis destructi sunt dicti Domini de Meduno.

Et in M. CCC. LXXXVII. in fine Octobris, Verona fuit recepta D. Antonio della Scala per Dominum Comitem Virtutum Dominum Mediolani, colligatum Domini Paduæ. Et in ipso Millesimo die (c) Jovis V. Septembris, gentes D. Francisci de Carraria Domini Paduæ, Tarvisii, &c. venerunt ante Terram Sacili in obsessione ipsius: & subito fieri fecerunt pontes super aquam, taliter quod circumcirca ipsam Terram unus ad alium ibat per ipsos pontes; jactantes cum bombardis in ipsis turribus, & domibus; & subito in tanto timore inducti fuerunt Terrigenæ, quod se die Mercurii ibi post sequenti undecimo dicti Mensis Septembris ipsi de Sacilo ipsi Domino Paduæ dederunt. In qua Terra, ut præsumendum est, & dicebatur satis aperte, voluntarie se dederunt, & non constricti; quia in numero gentium existentium in obsessione ipsius Terræ non erant numero ultra duo mille personæ inter homines armatos, pedites, & equites, & bubulcos: & in Terra erat major pars hominum animum habens cum Domino Paduæ. Minor pars non potuit obtinere. D. Joannes de Colloreto erat tunc Capitaneus ipsius

(a) Anno 1386. ut supra.

(b) Cod. Maniac. *Toblato*.
(c) Feriæ quintæ conjunctio cum die quinta Septembris patet ex littera Dominicali F. anni 1387.

fratribus quondam Ingeroffii, instantes populo, ut se parti darent. Et sic invitis Gaspardo a Porta, Melchiore quondam D. Pidruffii, Franculino de Cantono, & Simone quondam Musini, non audentibus contrarium dicere, se parti adversæ dederunt. In quibus locis, modum & ordinem dantes, pervenerunt dictæ gentes. Die vero Mercurii XVIII. dicti Mensis Septembris dictæ gentes cum majori numero, & cum gentibus ipsorum locorum supradictorum, de Brugnaria, & de totis locis & villis Tervisini districtus, putantes cætera loca vincere posse, & fortunam prosperam eis non deficere; cum infinitis curribus oneratis bombardis, lapidibus jactandis, balistris, malleis ferri, victualibus, & aliis ingeniis artificialibus nocivis, de consilio ut sensimus ipsius S. Corseti, & suorum de Aviano, & aliorum de Contrata, qui volebant nos de Maniaco suos fore similes in verecundia ipsis, putantes nos pavidos & tremulos esse; cum potenti manu dictæ gentes venerunt ante nobilissimum Castrum prædicti Montis, Tardinei antiquitus nominati, hodie vero Maniacum.

Inter quas gentes D. Jacobus naturalis dicti Domini Paduæ, qui dicebatur Comes Carrariæ, erat caput seu Capitaneus: & cum eo multi boni homines periti in armis, & de Forojulio nequissimus & infestissimus D. Rizzardus de Valvasono. Et posito eorum infelici campo, quidam Trombeta tubam sonavit, petens affidam: cui data fuit per nos de Maniaco. Et eo modo dictus D. Rizzardus, & cum eo quidam Antonius de Verona, qui fuit & erat Capitaneus S. Viti, affidam petentes: dataque fuit, & venerunt usque ad restellum sub porta Castri a latere versus occidentem. Tunc requisivit, ut aliquis de domo Maniaci eum & socium audirent. Tunc ex deliberatione facta inter Dominos Bartholomæum, Galvanum D. Baldassaris filium, Luchini & Odorici fratrum, Olvradinum quondam Bartholomæi, & aliorum fidelium vicinorum de Maniaco; ipse D. Luchinus intimidus, & amabilis toto populo, ipsum Castrum cum honorabili comitatu suorum fidelium associatus exiens, ad ipsius D. Rizzardi præsentiam veniens & aliorum, qui cum eo ibi venerunt: pro parte dicti infelicissimi Domini Comitis naturalis, ipsum Castrum requirentes ex parte dicti Domini Comitis filii dicti Domini Paduæ, dari in ejus manibus, non tentata ipsius vi & potentia: quod Castrum nomine D. Philippi de Alenconio Cardinalis in se custodiendum, & salvandum nomine dicti D. Philippi. Quod si eidem darent, multa promittebant se operari velle pro ipso D. Luchino, Fratre, & Consortibus suis penes ipsum Dominum Paduæ: & quod eos benigne haberet recommissos. Quibus

(*a*) Scilicet Septembris anni 1387.

rantes malitiam ipsorum, & eos fallaciter venire: imo putantes, concordium sequi inter partes. Finaliter ipse D. Luchinus, tanquam Juvenis sagax & providus, multa providentia refulgens, constantique & robusto animo loquens ipsi D. infelicissimo Rizzardo, & ejus sociis, his verbis allocutus est, & responsum eis fecit: Domini vos nuncii per vestrum Comitem & Capitaneum missi, una cum ipso vestro Capitaneo & aliis suis sequacibus, latere non credimus, nos de Maniaco fore confœderatos cum Ducali Dominio Venetiarum, & Utinensibus; & cum eis præstitisse nostrum Sacramentum, nostro posse partes eorum obtinere debere, & velle. Nostræ intentionis est, præstitum Sacramentum nostrum & promissionem nostram potenter velle obtinere, nec verbis nos permittere terreri. Ite ad Utinenses, vel mittite nuncios vestros: hæc eis nota facite. Quidquid & ipsi per vos coacti facere facient, vel disponent nos facere debere; sic vobis promittimus indifferenter, & statim velle facere; & faciemus. Si secus vos cum potentia vestra contra nos fideles partis nostræ facere tentabitis, potenter nos tueri velle & paratos reperietis, fidem nostram datam prædictæ nostræ parti animo constante servare: robustos nos invenietis, & non trepidos. Et pro nunc a vobis non credatis nos pavidos esse, nec aliud responsum posse de nobis habere, qnam quod istud felicissimum nostrum Castrum pro nobis intendimus servare: ipsumque contra vestram potentiam tueri, ac defendere velle. Quod si a manibus nostris ipsum subripere volueritis, non verbis, sed factis ipsum vos in caro pretio habere expedit. Et vos scire volumus, quod omnes in nostro Castro inclusi sumus unanimes, non claudicantes, & dispositi potenter ipsum Castrum obtinere velle ad honorem & statum S. Aquilegensis Ecclesiæ, & partis nostræ prædictæ, & nostrorum. Et his verbis, quamvis affida esset data inter partes; tamen ipsi de exercitu, tamquam homines infidi, non cessabant foveas facere pro eorum bombardis aptandis ad muros, ut ante scriptum est, venire.

(*b*) Sed quidam vir honestus, & valens, in armis peritus, nomine Joannes, natione Utinensis, Contestabilis sociorum XXV. qui missus fuerat in succursum Terræ infidelium Sacilensium per Utinenses, & Rectorem Venetorum qui in Utino moram trahebat pro Ducali Dominio Venetiarum; vadens per sub montes, cum applicuit ipse Joannes cum ejus comitiva Avianum, reperit Sacilum fore datum parti adversæ; & ipsi de Aviano jam claves ipsius loci Aviani miserant pro eorum nunciis Sacilum ipsi Domino infelicissimo Comiti; illico

(*b*) Cod. Maniac. *Forte eo tempore acciderat, ut quidam vir.*

nobis lætanter recesserunt.

Sed redeuntes ad factum, iste honestus Joannes Contestabilis, loquente D. Luchino cum D. Rizzardo & ejus sociis, tanquam provisus & talibus peritus, subito hortatus est in Castro tam homines, quam mulieres repedare; & ut quilibet ponat aquam super ignem cum cinere intus, lapides ad muros; pro nostra defensione animum sumant fortissimum, & se in pavore non inducant pro jactamine bombardarum, quia audito rumore duorum vel trium nullus ulterius curaret. Estote fortes animi, quia Virgo Maria Mater Domini nostri Jesu-Christi nobiscum est: pro qua nobis nituntur istæ malæ gentes nos offendere. Ipsa Domina nostra nobis juvamen porriget & suffragium tale, quod nullus nostrum læsionem patietur, nec ipsi nos vincere poterunt. Per dictum cujus visum est unicuique, nihil de ipsis gentibus curare.

Et redeundo ad verba ipsius D. Luchini cum ipso D. Rizzardo, obtenta licentia inter ipsos, tunc quilibet revertens ad suam partem recessit; & se reduxit ad suam partem, dicentes qui missi erant: cito vobis mittemus in Castro unum de nostris Naraneis. Quibus fuit responsum: & nos mittemus vobis de nostris pomellis, quia sufficienter habemus in dando vobis, si quid de nostro volueritis; & contingat nos ad vos venire, nos paratos vos velle recipere videbitis, nos non pavidos, sed voluntarios. Et in recessu dicti D. Luchini, vix cum sua felici & fideli comitiva suorum vicinorum portas intrare potuit illæsus, ipsum & suos subito balistrantes. Et qui sub muros venerant, & in stalla prædicta habentes palos ferreos, maglios, sapones, murum domus prædictæ olim D. Luvisini incipientes fodere, cum infinitis bombardis & balistris copiosis tela trahentes, lanceas longas ultra altitudinem tectorum transeuntes, ipsum Castrum satagentes, & putantes illico habuisse; quia super domo illa nulla defensio facta erat contra ipsos, nisi ad fenestras, ad quas nullus poterat ibi stare propter multitudinem telorum, pilotorum, & lancearum. Et nostri non propterea exterriti, animum ut eis expediebat capientes fervidum in defensione ipsorum, subito murum & tectum fregerunt: & isti adversarii jam fenestram unam ferream ipsius domus, quæ erat quasi ad terram, de una cruce ferri evulserant. Tunc nostri fracto muro & tecto aquam caldissimam cum magnis saxis a muris jactantes, de ipsis talem fecerunt ultionem, quod ad fugam se per tantus in exercitu mugitus equorum, & hominum; quod tonitrua magna tonantia in aere possunt audiri. Et in ipso Castro tot & tanta jacula, seu piloti balistrarum & arcorum, quod de cœlo videbantur cadere, non minus quam facit pluvia. In quo conflictu mortui fuerunt numero XVIII. & portati in curribus in Portunaone, & alibi; de quibus dicebatur, mortuos fuisse ultra octuaginta. Qui vero se ad eorum tentoria reducentes, nunquam ipsorum aliquis ad ipsum Castrum venire ausus fuit. Nos vero de Castro sæpissime ipsos vocantes, ut ad nos vellent venire; quia si non bene eos honoravimus in principio, ipsos intendebamus & melius honorare. Ipsi vero graviter indignabantur; sed non quod vellent reverti ad pugnam loci, cum bombardis jactabant lapides. Uno die jactaverunt lapides LXXIV. ex quibus, nec ex telis ipsorum nullus nostrum unquam læsus fuit, subveniente nobis Virgine Maria. Tunc iverunt per montem Grisollum, & alios montes, circumcirca ipsum Castrum, omnes magistrati in armis; si possent ponere bombardas in nostra majori læsione. Et descenderunt per Woveda, & nihil videntes contra nos posse operari, de mane die Sabbati (a) XXI. dicti Mensis Septembris cum omni eorum potentia iverunt ante Terram Spegnimbergi: & ut dicebant ipsi Domini de Spegnimbergo, parti se illico dare parati erant; sed unus habuit dicere, non potuerunt Maniacum recipere, quia potenter se defenderunt; nos semper erimus verecundati, nos tam cito reddere. Et isto verbo se abstinuerunt, & ante Terram ipsam Spegnimbergi steterunt diebus undecim, trahentes cum bombardis: qui multotiens se parti dare voluerunt. Sed D. Venzeslaus Miles, qui dubitabat venire ad manus Domini Paduæ, quia eum non amabat, multum operatus est ut se sui Consortes & vicini non redderent. Et nisi forent socii forenses, missi per Utinenses & Rectorem Venetorum, se sine dubio reddidissent parti adversæ.

Interim vero apparuit gratia Domini nostri Jesu-Christi, & ejus gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ, sub cujus alis ista Sancta Aquilegensis Ecclesia defensatur. Quidam nomine Anderlinus Trottus, qui ad modum societatis steterat ad damna ipsius Sanctæ Aquilegensis Ecclesiæ, missus per ipsum Dominum Paduæ, per Villas stratæ altæ sub Utino eundo, ne ipsi Utinenses eum suis gentibus se movere auderent in succursum suæ partis contra alias gentes,

(a) Anno scilicet 1387.

mitate mortuus est. Apparuit, quod quidam Italicus, qui similiter Crucem unam in Ecclesia prædicta argenteam receperat, ipsam vendidit, & emit equos, & se ipsum induit cum argento: qui habens septem equos, vermis eos omnes equos, qui erant septem, intrans; mortui sunt: & ipse post pusillum tempus mala morte clausus est. Et publica vox & fama erat, quod Paduæ, Tarvisii, & in alienis Civitatibus multi, qui fuerunt ad derobationem ipsius Ecclesiæ, aut morte subitanea moriebantur, aut rabie, aut in divitiis pœnam patiebantur: & sic vox erat aperta, quod ex peccato in ipsa Ecclesia commisso ista divinitus eis occurrebant; & pro ipso peccato Dominus Paduæ expulsus fuit, ut inferius describetur, de omni sua potentia.

Prædictus Anderlinus venit de supra Utinum, non dubitans, gentes Utinenses...... Et super aqua, nominata la Tor, positæ erant ipsæ gentes in Villis, prope quas illi de Utino habentes eorum exploratores foris, senserunt ipsos nullam custodiam habere de potentia Utinensium. Et quia tempus erat multum pluviale, & aquæ magnæ; & erant prope Castrum Savorgnani, quod ipsi de Padua habebant in eorum potentia, & custodia: in quo erant multi pedites, & bellicosi homines, multum offendentes Utinenses, & alios circumstantes; ideoque gentes istius Anderlini Tror in majori securitate stabant in ipsis Villis. Tunc Utinenses in capitaneum ipsarum gentium habebant quemdam Nobilem Comitem Theotonicum, nomine D. Conradum de..... hominem antiquum in armis multum, & expertem rationibus ordinem imponere Magistratuum; intellectoque de inordinatis nobis retentis per ipsas gentes inimicorum, modum dedit & ordinem dandi eis conflictum. Quia invitis Utinensibus, & Rectore Venetiarum, omnes gentes Utinensium, tam forenses quam Terrigenæ, in equis & equabus portas Utini fecit exire: ipsorumque inimicos reperiens in domibus, eos invasit; & finaliter die primo Octobris in præscripto Millesimo (a) eos debellavit. Et vix quod ipse Anderlinus cum Civitatensibus, transiens aquam nominatam la Tor, & cum aliquibus suis gentibus, Savorgnanum fugam rapuerunt. Et sic ipsæ gentes iniquæ per partem Utinensium fuerunt conflictæ ex peccato, ut dictum est, commisso contra ipsam Aquilegensem Ecclesiam. In quo conflictu mortui sunt & capti ultra quingentæ personæ. Et Utinenses, qui multum in minori numero erant, redeuntes ad Civitatem Utini cum ingenti gaudio, & copiosis divitiis, equis, armis, arnesiis, carceratis victoriam & triumphum lætabundum porrexerunt. Et ex ipsis gentibus in

(a) Eodem scilicet anno 1387. Cod. Maniac. notat *diem II. Octobris*.

que quod remanserat, combussit. Exinde venit ante Castrum Maniaci; in Villa tamen, & ad plateam relictis equis descendentes, cum pluribus balistreriis & arceriis Engleriis venerunt, currentes usque ad bivium olim Antonii a Porta. Contra quos glomerosa & laudabilis comitiva Nobilium Maniaci; videlicet D. Bartholomæus, Galvanus D. Baldassaris, & Odoricus quondam D. Nichili, consanguinei & fratres, relicto D. Luchino prudenti & sagaci ad custodiam portæ Castri prædicti cum aliquibus ei deputatis, ad invasionem prædictorum inimicorum hostiliter, sagaciter, & potenter se extendentes, cum honorabili comitiva suorum fidelium vicinorum; ipsos inimicos, qui jam venisse præsenserunt ad portam muri tegetum filiorum prædicti olim D. Nichili super rivum, taliter cum gravi clamore suorum & bellicoso insultu invadentes, quod ipsi inimici, qui ad portas ipsius Castri venisse putabant, relictis eorum falsis cogitaminibus, coacti, & non voluntarie, terga dare nostris, usque ad bivium prædictum se reducentes. Ibique fuit conflictio inter partes ipsas gravis: modo una pars extendens se contra aliam, & altera prævalens aliam. Finaliter nostri ferventi animo cum balistreriis nostris, arcubus, mazzafrustis, frandegulis, lapidibus ipsos taliter infestantes; quod abinde recedere sunt coacti, eosque ducere potenter usque ad medium burgum, & ultra. Qui vero videntes nostrorum potentiam prævalere, cum eorum Sagittariis equos suos ascendentes, viliter recesserunt a nobis.

Post hoc vero gentes Domini Paduæ positæ in locis suis, videlicet in Sacilo, Canipa, Aviano, Turri, Meduno, & Bastia Montis-regalis, pedites & equites, nos de Maniaco sæpissime insultabant; ac in Valvasono, in Portugruario, in S. Vito, contra locum Cordevati, in quo Rodulphus quondam D. Vidoli de Faganea erat Capitaneus: qui Rodulphus potenter & bellicose multa fecit contra inimicos nostræ partis cum sua comitiva; ante quem locum ultra quinque vicibus inimici eos cum bombardis, & omnibus nocivis instrumentis eos insultarunt, intrantes in foveas, & spaltos........

Hactenus Codex Camilli Manini. Quæ sequuntur, idem Auctor, Joannes Aylini filius, litteris consignavit. Prodeunt vero ex Codice mutilo, quem propria Antonius Bellonus manu exaravit.

non solum ipse, verumetiam ex sua comitiva quamplures carcerati, vulnerati, & mortui remansissent: sed sui in juvamine ipsius eorum Domini ad terram prostrati ipsum elevaverunt. Et sic ipsis existentibus in quadam domo Agnetis sutricis, quidam juvenis Lom-

dum secum carceratum ducens permerdatum in Castro, taliter quod omnibus magnus fœtor erat talis, qualis unquam fuerat de tali putredine: quem penes per tres dies ob ejus verecundiam in Maniaco servavit, ut eo modo cognitus foret & truffatus cum naso toto lacerato. Et præteritis ipsis tribus diebus, tunc receptis sibi armis, non libenter, quia taleam ab eo nolens; sed per multos rogatus eum abire permisit, quia pro talea passus fuit dedecus & damnum.

De cujus captivitate ipsis de Fana suisque gentibus satis fuit dolor & tristitia in illa hora, in qua ignem imposuerunt in burgo prædicto; videntibus nostris XL. sociis, qui stabant in custodia curruum, ignem positum in dicto burgo fore accensum: tristitia maxima commoti, eoque non aderant, considerantes solummodo insultum fore datum, illico venientes versus Castrum ipsum. Cum fuerunt in Magredo Colveræ sub Centa Ecclesiæ B. Mauri Patroni Maniaci, senserunt gentes ipsas euntes Fanam: & venientes superius prope stratam Campi, obviaverunt certis portantibus unum puerum ætatis annorum V. Dixerunt, qui estis? Et illi quoque, qui estis vos, quis vivat? Dominus Paduæ? Et nostri dixerunt: vivat felix liga Utinensium, & moriatur cuirus. Et sic nostri invaserunt eos: & illi pauci erant. Tamen puerum filium Andreæ Merlettæ qui præseas istis erat, & conductorem pueri cum tribus aliis ceperunt: eosque quatuor captivos habuerunt. Et in his verbis nostri audientes rumorem in Villa, dubitaverunt ulterius procedere contra istos; putantes, nos erimus conflicti, si majorem discessionem incipimus contra istos, quia major pars gentium est in Villa. Et nisi hoc fuisset, multos ex ipsis de Fana læsisset: & sic ipsi de Fana viliter, & cum tristitia recesserunt a nobis.

Nostri vero venientes in Villa, invenerunt Petrum Pilonum, Contestabilem sociorum XXV. in Bastita positum contra nos de Maniaco ad nostram læsionem; hominem fortem, intimidum, & audacem, qui cum suis gentibus villicis stantibus in ipsa Bastita, & aliis contra nos ab alio latere versus Occidentem, insultum dederunt. Et nostri cum ipsis mixti erant; & supervenientibus nostris, quia foras exiverunt, potenter contra istos de Bastita bellum acerrimum inceptum est. Tamen ipsi de Bastita dare terga nostris coacti sunt... ex vulnere gravi facto uni Contestabili ex suis; & ex aliis pluribus de suis læsi sunt, aliqui cum telis, aliqui cum lapidibus. Qui sicut fecerant illæ gentes de Fana, verecundanter a nobis recesserunt. Ex nostris vero nullus, gratia Domini, læsus est. Ipsi vero cum fuerunt in eorum Bastita, post pusillum ipse probus eorum socius mortis transitum consummavit: & ex ipsis multi re- sed & omnes rustici ejus pavidi facti sunt. Et videntibus nostris fore in guerra eum ipsis de Fana, qui nos de Maniaco pro nihilo habebant, & nos reputabant pavidos contra ipsos fore; putantes, nos statim facere declinare parti ipsorum. Quilibet de nostris animum ferventem assumens, & lætabundum contra ipsos de Fana & gentes ipsorum, & ad eorum destructionem invigilantes, potenter intraverunt ipsam Villam Fanæ ad visitationem iniqui Consultoris D. Christophori Abbatis, assidue invigilantis, penes ipsum Nicolaum & gentes ipsius: & qui, ut nobis ostensum fuit, ignem in Castagneto majori de nocte imposuerat pro læsione nostra; quia non aliter poterat nos plus offendere. Ejus, & cæterorum domos de Fana circa ipsam Abbatiam, & ultra totaliter cremaverunt sine ullo obstaculo alicujus personæ de suis; ipsamque Abbatiam taliter fumigantes, & liquore thuris non imposito, nec myrrhæ: tamen fumus non solum ad cœlum coram Deo ascendens, verum se & per terram extendens, ex ipsius odore multi lætanter sumpserunt.

Altera autem die nostri prædicti modum imponentes inter seipsos ad offensionem prædictorum inimicorum nostrorum, ut decet in talibus bonos homines, vel ad rastellum Mizzæ euntes, ibi plura animalia derobaverunt, & unam pulchram mulam Presbyteri Blasii, & certos de Fana captivaverunt, quos secum duxerunt cum ipsis animalibus. Et a rastello ipso inferius Villam integraliter cremaverunt. Contra quos pavidi facti ipsi de Fana, nullus se contra nostros se extendere ausus fuit: & sic secum nostri de Maniaco oneraverunt de masseritia ipsorum per canipas, quia sufficienter reperiebant in eis, & domum lætanter venerunt.

Uno altero die nostri intrarunt montes, sentientes ipsos de Fana cum eorum gentibus prope Aunedu.... pro fœno ivisse: qui, dum se nostri in nemore...... contra prædictos posuissent; & illi de Fana, sed non omnes fœno equos..... onerassent, nostri ex nimia ardoris voluntate impetum contra prædictos facientes, & insultum nimis subitum, & ante subitam horam, quod ex ipsis ceperunt XIII. cum equis. Reliqui vero ex ipsis insultum facientes, ac clamorem suorum audientes, relictis somis, & fœno, & fascibus fœni; ac aliqui relictis equis ibidem, velociter in equis descendentes fugam per nemora & colles capientes, tali timore inducti, quod non audentes ad subsidium suorum concurrere, imo nec retrospicere ausi sunt, qui eos persequebantur. Et sicut fugam arripere timore nimio inducti sunt inimici nostri versus Fanam, dicentes: omnes colles esse munitos gentibus infinitis. Et copiosa inimicorum

rum

cientes, ipsi terga dare coacti sunt: & tanta erat eorum multitudo, quod D. Nicolaus, qui primus erat ad insultum, non valens acies suorum pertransire, sicut libenter conabatur facere; tunc nostri ad tergum ipsius quatuor erant ipsum pungentes, & ab equo eum virum ejicere satagentes cum eorum lanceis longis: & jam caput ipsius equi collum tangebat. Interim unus ex suis sub lanceis prædictis...... cum equo ad terram cecidit; propterquod ipsi quatuor, relicto ipso D. Nicolao, cum lanceis quisque ipsorum, equum ipsum cupiens capere, & ceperunt. Itaque percussus fuit honestus & fortis vir Guidottus de Fontanellis cum telo uno, & mortuus fuit: & ex aliis multi devastati & percussi, & equi interfecti, & percussi multi fuerunt: ita quod tota via erat madida sanguine multo, & vere nullus de nostris damnum aliquod passus est. Ipso die de ipsis in Valvasono, & alibi multi vulnerati sunt. Et illo die Canduslius quondam Federici... sua lancea de manu foris jactavit ipsi D. Nicolao, & qui eum non punxit; quia si tetigisset, procul dubio morti subiisset. Et illo die bene vidit & cognovit D. Nicolaus, suam & suorum potentiam contra nos de Maniaco nihil prævalere. Ipsoque tumultu sic facto dictæ gentes inimicorum se..... congregaverunt ad buciam calcinæ prope fabricam, & steterunt per spatium magnum: & nostri in burgo eos putantes redire præstolabantur, & lætabantur de reditu ipsorum, cognoscentes eos factos fore timidos; putantes ex ipsis, & equis, equorum partem habuisse bonam: & sic dictæ gentes facto eorum consilio, recesserunt verecundose & sine lucro.

Altero autem die, dum ipsi de Fana cum scorta, seu in custodia, ipsorum multi pedites Fanæ starent circa Abbatiam & rivum, qui est ibi ultra, ex nostris cucurrerunt forte in equis X. contra ipsos, qui in numero ultra quam LX. erant inter Stipendiarios, & operarios vites potantes: nostri vero pedites sequebantur nostros equites. Ipsi vero de Fana, audito nostrorum equitum cursorum adventu, & nimio timore inducti, qui in arboribus erant, se ex ipsis eruere permittentes, saltantes paladas, foveas, & clusas; non dubitantes in spinis cadere, nec se pungere. Stipendiarii nostros non offendentes, nec arma sua ceperunt in manibus: tam cito fuerunt nostri contra eos, & dicebant nostris: sumus stipendiarii, currite contra illos rusticos, a quibus taleam habebitis; eosque eis ostendendo cum digitis. Et sic pedites nostri supervenientes, ex ipsis de Fana quamplures ceperunt; & euntes per canipas sine obstaculo alicujus, se onerantes rebus, & massericiis, & secum vasa, arcas, & brentas ducentes Maniacum cum captivis lætanter venerunt.

Et de iis, quæ eis per nos de Maniaco fiebant, homines Meduni fortissime lætabantur, quia cum contra ipsos de Meduno procedebamus, dicti de Fana de ipsis multum truffabant dicentes: si isti de Maniaco nobiscum guerram facerent, aliter contra ipsos procederent. Itaque ipsi de Meduno multum læti erant de nostro triumpho contra prædictos de Fana. Uno autem die ipse D. Nicolaus suos pedites num. centum misit Maniacum versus Colveram: & nostri num. XX. & minus, qui fuerant ad molendinum Nicolussii...... in custodia suorum vicinorum, qui macinabant, auditis custodibus Turris & portæ Castri, & campanæ sonantis, audaci animo contra istos venientes; & fuerunt audacter ad manus unus contra alium in strata post domum Pauli quondam Rainardi. Ibi nostri viriliter irruentes contra illos, eosque acerrime ducentes, Maroldum ceperunt quondam Fornarii de Fana. Ipsos de Fana terga ipsis dare mirabiliter coegerunt, & eos retrocedere fecerunt; & putantibus nostris victoriam ipsos posse contra ipsos de Fana obtinere, tunc ipse D. Nicolaus superveniens cum LX. equis in spatulis nostrorum: isti nostri se reducentes in Centa (a) mei Joannis Notarii Aylini post domum filiorum olim Petri Agathæ. Ibi quidam, nomine Jangilus de Bavaria, familiaris Dominorum Luchini & Fratrum, honestus juvenis XXIV. annorum, staturæ parvæ, bellicus juvenis, & qui multa fecerat contra adversarios nostros, partem suam mirabiliter exercendo, fuit per quemdam Ungarum captus; quem cum vidit D. Nicolaus, ipsum violenter ei recepit de manibus suis, eumque fecit exuere diploidem, panseriam, & qualibet alia arma: ipsumque dedit in manibus suorum servitorum, Joannis q. Galaci, Petri filii Fornerii, & Magni q. Hendriguccii de Fana: ipsumque, camisia exuta, sic nequiter a suis jussit ibidem interfici; & sic per ipsos factum fuit. Et hoc factum est eis sine honore, quia & istum bar. noluerunt recipere, cum se ipsis reddidit. Et putans sibi & suis famam debere de verecundiis habitis per nos de Maniaco, ideo interfecti fuerunt: sed ex suis per nostros mortuus fuit Mazola. Et si nostri voluissent de suis tam viliter interfecisse, sæpius facere poterant. Nostri ascenderunt uno die in eorum colle de Regula: ibi boves plures conduxerunt Maniacum...... Nostri intraverunt in eurum montibus & villis, & ex ipsis carceratos duxerunt.

Adveniente vero tempore messis (b) Domini de Spegnembergo omnes eorum segetes recollegerunt, & nos a parte nostra. Itaque nequitia eorum

o rum

(a) *Auctorem se prodit Joannes, Aylini filius.*
(b) Anno, ut puto, 1387.

sic dicti villici se dederunt in manibus dicti D. Lusini: quod si non fecissent, eumque in eorum auxilium non elegissent, ordo datus erat recipere ipsis omnia eorum blada. Et cum gentes partis nostræ venissent super campis cum animo recipiendi eis blada eorum, illo die præcedenti dicti villici se dicto D. Lusino reddiderunt: & in eorum Dominum & Capitaneum elegerunt. Propterquod ipse exivit de Bastita prædicta, & ivit ad Capitaneum gentium partis nostræ, rogans ut ipsos non deberent damnificare, quia Fortilicium in se habebat: & ei sacramentum fecerunt omnes fideles partis nostræ; & ipsi eidem & iis dictis dictæ gentes nostræ partis inde recedentes nullum damnum eis fecerunt.

Item in anno (*a*) M. CCC. LXXXVI. Castrum Maniaci die.... Mens..... combustum est per uxorem Morassi de Roya, quia totus populus Maniaci, & Maniaci livuri erant in eo inclusi propter guerram. Ita quod ipsa die prædicta faciens tortas & calsonos suis compatribus, ut iniquus modus est in contrata; non obstante quod ibi fuit inhibitum & mandatum, ne ignem ibi facere deberet super suo solare sub tecto: habensque falcem fœni unum, ignis intrans in forno domus, non posuit se ad extinguendum focum accensum, sed subito ad fugam. Et sic in momento totum Castrum accensum est, & in parva hora combustum. Et mulier ipsa cum viro fugam receperunt in Fana: ibique stant, nec postmodum ausi fuerunt venire in Maniaco ex gravi perditione nostra, & bonorum hominum & personarum. Combustæ sunt IX. Canipæ cum somasis: & super somasis homines non habentes Canipas in Castro posuerunt eorum arcas, blada in eis, pannos, massericias: & certi prope murum Castri fecerunt Canipas, in quibus habitabant, eorum bona in eis retinentes; quæ omnia combusta sunt. Et nisi fuisset ignis, de guerra, quæ duravit annis quatuor, nos de Maniaco penitus nihil curabamus: eramus bene fulciti victualibus annis V. pro defensione loci; propterea potenter servavimus nostram promissionem & fidem datam parti nostræ usque in finem, quod citra Tulmentum nullus fuit, nec tanta discrimina toleravit, præterquam locus Cordovati.

Et post combustionem loci supervenit pestis inter animalia, quæ moriebantur; taliter quod si unus decem habuisset, vix unum ei remanebat. Et his duabus de causis fuimus passi destructionem. Sed inimici tamen nobis de animalibus pauca receperunt, ac de vicinis similiter per inimicos multum fuissemus insultati, & sæpe; paucas tamen taleas a nostris habuerunt. Sed nos destru-

(*a*) Mendum cubare in anno puto. Insequens 1387. reponendus est, vel 1388. Nec enim Auctor rerum, quæ narrat, Chronologicum ordinem accurate servat.

Galvanus, filius D. Baldanatis, juvenis longæ staturæ, ætatis decem & octo annorum, voluntarie se ostendens contra inimicos, tamen non permissus foras per suos prædictos consanguineos exire, hortando juvenes ad pugnam contra inimicos. Olvradinus q. S. Bartholomæi usque ad bivium exiens, vel sæpissime ad portam stans. Habuit filium, Brandilisium nomine, qui libenter contra inimicos cum ballista sua se viriliter extendebat. Multum fuit ipse Olvradinus ad partem butinorum provisus. Girardus, frater Olvradini, portans arcum unum continue cum una cogera, multum vexabat.... usque ad plateam vel ultra, parum inimicorum vestigia consequens fidus homo. Victor quondam D. Osvaldi, ferens balestram bonam, eamque bene sciens exercere, ferocissime & sæpissime inimicos lædens, pulcher juvenis, ætatis annorum XXIV. amatus per populum. Zuttus quondam s. Nicolai, habens provisionem a Domino Paduæ, nunquam præsumpsit arma inducere contra inimicos dictos, quia gentes Domini Paduæ stantes in Zevvraia venerunt combustum villam Maniaci. Ipse, nec Galvanus ejus frater, cum eorum vicinis contra inimicos nullam fecerunt defensionem, & odio erant toti populo, quia animum eorum declinabant ad Dominum Paduæ.

Ivere, congregatis omnibus vicinis bonis una nocte in unum, coram D. Luchino, quia s. Bartholomæus erat tunc temporis super Comitatum Tyrolis, & D. Galvanus cum patre in Utino. Habuerunt dicti vicini dicere: Nos sensimus de veritate, & nobis relatum est, quod istæ gentes Domini Paduæ stantes in Zewraia, tractatum habent cum Zutto, quia eis promisit dare istud castrum; unde nos debemus taliter de eo providere, quod habeamus pacem ab eo, & non stemus in tali custodia: quia inter nos omnes alios sumus unanimes. Et hæc verba erant de nocte super Palatio D. Lucini & fratrum. Et nos decem socios habebamus extra portas Castri omni nocte pro tutiori custodia: & quod irent circa Castrum. Et loquentibus contra Zuttum in iis verbis, unus de decem custodibus deforis supervenit festinanter, dicens: Domini, & vicini, vidimus de præsenti in campo Domini Paduæ signa facta elevando, & declinando: & vidimus in domo Zutti, eis ostendendo ad ejus fenestram versus rivum fontis. Ita quod dubitamus, quæ signa sint ista, & vobis monstramus. Tunc vicini una voce dixerunt, eamus ad domum ipsorum, & ipsos tanquam proditores incidamus: & nos stemus in his verbis. Et ipsis euntibus, ego Joannes Aylini (*b*) ob honorem filiorum olim Domini mei prædicti D. Nichili, habui dicere: O vicini, consulo quod tali modo non procedatur, ne discordia inter nos oriri videatur,

quia

(*b*) *Iterum Auctoris nomen, ac etiam infra.*

... & de suspicatio-
nibus ipsorum fratrum multa possent scribi de veritate: quæ taceo in Scriptura mea, quia sufficit quod prædixi, quia nunquam contra inimicos se cum eorum vicinis exposuerunt ad defensionem nostram, nisi semel ipse Zuttus ad equum ascendit die, qua Nicolaus Caval, & quidam alter fuerunt per nos capti, & per nostros; & nisi fuisset Candussius q. Federici, ipse Zuttus fuisset ipso die per inimicos captus. Ascendit equum illa die, in qua Bartholomæus q. Leonardi fuit captus: & hoc quia clare in ejus vultu sæpius dicebatur, quod parte Domini Paduæ contra suos vicinos maligne tenebat; & multa mala verba ei sæpius objiciebantur, quibus contrarium dicere non est ausus. Et inter vicinos de vicinis ad villam stantibus magna & perfecta constantia dilectionis & fidelitatis regnavit; ita quod de nullo dici potuit oppositum. Ego enim Joannes Aylini nolo dicta, gesta, & operata per me in guerra scribere, quia facerem contra mandatum sapientissimi Catonis, dicentis: nec te collaudes, nec te culpaveris ipse. Tamen aliqua, & minima tangam. Quia per Nobiles & vicinos fui deputatus provisor cum meis affinibus num. CL. Feci fieri super portam inferiorem defensionem bonam, quia nulla ibi erat, super olivariis: aliam prope domum Olvradini, unam inter Ecclesiam S. Jacobi & domum quæ est ibi prope pro balistamento, unum mantellum, ubi de colle Grisolo nostri in Castro balestrarent. Portas inferiores Castri novas fieri feci. In Sacilo serram magnam fieri feci, sub olivariis duas offensibiles postas inimicis super porta muri, super rivo & alibi spinatas: & die noctuque vigilando pro sustentatione nostra litteras infinitas scribendo .... cum arcu vel ballista in villa tamen cum vicinis meis eundo; arma mea, scuta, panesios concedendo non habentibus; vicinos contra inimicos ad eorum nocumentum inducendo. Et Antonius nepos meus . . . . juvenis ætatis XIV. annorum in principio guerræ voluntarie se exercendo ultra suum debitum, & contra meum velle propter ipsius juventutem, voluntarie contra inimicos se cum vicinis miscendo.

In M.CCC.LXXXVIII. (a) die XXVII. Novembr. Reverendissimus in Christo Pater, & D.D. Joannes Marchio Moraviæ electus fuit & provocatus in Patriarcham S. Aquilegensis Ecclesiæ: de cujus provocatione pars Utini libentissime audivit. Et ex lætitia magna facti sunt per eos, & parte ipsorum magni pagnaroli in Civitate die noctuque inter omnes cives cum igne, cum hastiludio magnum gaudium; putantes fore exemptos de tanto

(a) Joannem elegit Patriarcham Urbanus VI. eadem die 27. Novembris anno Pontificatus decimo, idest anno Christi 1387.

ultra quatuor menses, ipsius adventum expectando. Et sic finaliter ipse Dominus noster Dominus Patriarcha per totam illam æstatem (c) non venit.

Interim vero, succurrente gloriosissima Virgine Maria Domina & advocata omnium in ea sperantium, sub cujus alis ista S. Aquilegensis Ecclesia defensatur; Magnificus & Excell. D. D. Comes Virtutum, qui confœderatus extiterat cum D. Francisco de Carraria, sentiens ipse Dominus Comes ipsius Domini Paduæ iniquos tractatus, & pravam ejus voluntatem, contra eum tractari per eumdem; eidem D. Francisco suas litteras diffidationis misit, & scripsit in hac forma; quarum tenor talis est: " Fallimini, Magnifice Vir, si quæ „ in depressionem nostri status non in Italia solum, sed in Germania, & Gallia pluribus jam „ mensibus, non uno tantum, sed pluribus diversis, callidis, & exquisitis modis accuratissime „ procurastis; nec minus si quæ in læsionem nostri honoris protulistis imprudenter convicia, ad „ nostram non creditis notitiam pervenisse. Sensimus quidem, & si non omnia de pluribus, tamen horrenda & execranda nimis; quæ nisi manu palpassemus, necdum per vos fieri vel proferri debere, verum nec excogitari debuisse minime putassemus: cum talia sint, qualia hostis „ in hostem, nonnisi insupportabilibus lacessitus „ injuriis, moliri seu meditari deberet. Nos autem quales injurias, vel offensas vobis intulerimus, ignoramus; nisi quod labentem corruentemque in præcipitium statum vestrum tempore „ illo, quo cum D. Antonio de la Schala concurrebatis acerrimo bello, dum prorsus omni spe „ alia destitutus, ruinam vestram apertis oculis cernebatis, servasse, protexisse, & multiplici „ favore guerræ dicimus sublevasse, vestras offensas & injurias vindicando. Satis Magnifice Vir, „ nec nos ignoramus quæ, quot, & qualia inter „ vos, & nos agitata fuerint istis temporibus retroactis, quæ sub tam breviloquio constringi „ non possent, cum prolixa Scriptura quod non „ res agitat reddere, in hoc reservatis reliquis „ suo loco & tempore concludendis, in brevitate duximus: quod tutius arbitramur, apertum „ & publicum, quam simulatum & insidiosum sub „ amici nomine hostem habere; & guerram patentem præferre paci fictæ & simulatæ, non „ aliud quam dolos, fraudes, vim & insidias „ parituræ. Proinde bellum vobis lapsa die XXX. „ hujus mensis Junii per præsentes indicimus; sperantes in Deo, & concurrente ad hoc Illustri „ Ducali Dominio Venetiarum, cum quibus nuper confœderati sumus, contra insperatam & „ in-

(b) Anno Christi 1388.
(c) Anno 1388.

Dominus Comes Virtutum suas gentes misit contra ipsius Domini Paduæ potentiam. Tunc dimisso D. Francisco Novello ejus filio in Civitate Paduæ, idem D. Franciscus Senior ivit in Tervisio: ibique moram ducens, & subveniente Virgine Maria Domino Comiti prædicto, qui bonum animum habebat Ecclesiæ Aquilegensi & habuit, quæ per potentiam Domini Paduæ fuerat destructa, derobata, & despoliata, & monumenta DD. Patriarcharum præteritorum Pastorum ipsius benedictæ Ecclesiæ, suffragio ipsius Dominæ nostræ gratiosissimæ, quæ non relinquit sperantes in ea, miraculum ob peccatum ipsius Domini Paduæ in brevi sermone concludens: Paduam cum suis Terris, Castris, Oppidis, Fortiliciis, Villis, & Jurisdictionibus perdidit; ac etiam Tervisium similiter cum suis Castris, & Fortiliciis perdidit de mense Octobris die . . . Et nota, quod ipse D. Franciscus, recepta ei Civitate Tervisii per Cives Terræ, stipendiarii se cum ipso Domino introduxerunt in Castro, quod est in Civitate Tervisii, & Cives fecerunt nomine Ducalis Dominii. Ipse vero dedit ipsum Castrum cum omnibus aliis Castris & Fortiliciis Domino Comiti, & posuit se gratiæ Domini Comitis. Quos duci fecit in sua Civitate, quæ nominatur Comum; pulchra Civitas desuper Mediolanum. Quos in eadem Civitate captivatos retinuit. Et de suis carceribus exivit ipse D. Franciscus Novellus, qui postmodum Paduam recepit in M.CCC.XC. in fine Junii.

Sed redeundo ad Dominum nostrum Reverendissimum D. Joannem Patriarcham prædictum, misit in Patria Forojulii de Maii (a) quemdam suum Militem, Magnificum virum, magnæ hominem staturæ, in ætate bene annorum LX. in suum Mareschalcum: & applicuit in Glemonam, & noluit intrare Utinum, nec aliam Terram patriæ; ibique moram trahens habitavit usque ad Domini Patriarchæ adventum. Cui Domino Mareschalco, nomine D. Nicolaus de Buch Bohemus, nomine ipsius Domini Patriarchæ ipse Dominus Paduæ dari fecit omnia Fortilicia, quæ recuperaverat in Forojulii, & in se habebat: in quibus suos posuit, Capitaneum, & Officiales. Et in Savorgnanum intravit Franciscus Nascinguerræ de Civitate Austria, dicens illum locum suum esse, & fuisse suorum Antecessorum.

Dominus Patriarcha male informatus contra Utinenses, & specialiter contra D. Fredericum Militem de Savorgnano, partem Civitatensium cepit. Finaliter venit in Utino, & ostendit se velle Consilium Utini transmutare: & sic fecit, & deputavit quosdam ribaldos artifices num. XII. ad regimen Terræ Utini. Partes erant inter cives Terræ D. Fredericus videns, Dominum Patriarcham indignatum contra eum, contentus erat ut ipsa quæstio determinaretur per modum judicii & in terminis coram suo Vicario, & in judicio vel in Bononia aut Parisio in puncto juris: si in aliquo eidem teneretur secundum determinationem judicii sui, vel Sapientum, sic facere non recusabat. Contra quem Dominus Patriarcha prædictus sæpe in Terra Utini arrengum fieri fecit.

Finaliter uno die fecit capi quemdam civem, nomine Dethalmus de Andreottis de Utino, hominem antiquum, ætatis annorum fere LXX. qui semper amator & defensator extiterat domus Savorgnanorum: nunc autem contrarius ipsius D. Frederici, qui quemdam, nomine . . . . suum inimicum interfecerat de Soldoneriis super Dominio Dominorum Ducum Austriæ, prope villam Curiæ Naonis. Erant circumcirca XXX. anni, de cujus obitu litteras absolutionis habebat a Dominis Ducibus Austriæ, a Dominis præteritis Patriarchis, & pacem cum ejus inimicis. His omnibus non obstantibus, poni eum jussit in manibus novorum Rectorum iniquorum; inter quos erant Platusius Speronarius, & Christophorus Missulinus Notarius, inimici Dethalmi, ipsumque acerrime tormentantes. Ipsumque Dethalmum duci fecerunt subito ad judicium in platea Utini. Et crida facta fuit, ut in pœna Ducatorum ducentorum nullus sua verba facere ausus esset. Et Domino stante ad fenestras Castri, gentes suæ in platea armatæ; Martinus Thomasini sententiam protulit contra eum, debere decapitari. Sed Nicolas q. f. Gabrielis sententiam protulit, quod nec eum condemnabat, nec eum absolvebat. Ipse vero Dethalmus propter torturam sibi datam non poterat pede stare, sed portabatur super una cathedra: ibique stans, nullus ausus fuit suum verbum fecisse, sed ipse solus vix loqui potens ex nimia tortura petebat, & requirebat sua jura absolutionis audiri debere. Nihilum ei valebat, jura ejus nec valuerunt; quia deportatus super cathedra, illico fuit decapitatus. Qui si stetisset in dilectione ipsius D. Federici, non sic factum foret de eo: imo factus erat de familia dicti Domini Patriarchæ, duobus diebus ante habens ejus litteram familiaritatis. Et detruncato ei capite, ultra horam stetit in capsa; quare Dominus Patriarcha habere voluit ab eodem pro incertis libras mille solidorum, quas habuit.

Post hæc dum Dominus Patriarcha esset in cœnis, misit in Civitate Utini pro quodam divite, nomine Nicolaus Manini; qui totus erat intimus amicus, & dilectus D. Federici, qui subito ascendens Castrum, ivit ad præsentiam ipsius Domini: & sic jussit retineri, usquequo cœnasset. Exivit unus,

(a) Anno 1388.

salvo quia aliqui tenentes partem Domini erant in Terra, & omnia ut apparuerunt describere longum esset. Sed adveniente Carnisprivio, in domo D. Federici erat magnum solatium, corizantes: & juvenes Utini ordinaverunt hastiludium in Terra Utini. Et in ipsa Terra venerunt Seneh, Domini Patriarchæ Bohemus Miles, consanguineus Dominæ Elisabethæ, Franciscus & Andreas fratres filii Nascinguerræ de Civitate, Hendricus Bleon q. f. Petri de Faganea tunc Mareschalcus Domini Patriarchæ, ob hoc dicebatur factus, & quidam Marcus de Faganea cum eorum famulis; ostendentes, se causa festi & hastiludii venisse. Intraverunt ad choream in domo ipsius D. Federici: quos surgens a scamno lætanter suscepit; & in eorum recessu eos secum in cœnis voluit stetisse, & eis honorem intulit, rogans ut in crastino cum eo sint in prandio. Ipsi obtenta licentia recesserunt.

De mane vero die Lunæ XV. Februarii (*a*) ipse D. Federicus intravit suam Capellam, & Missam audivit: & cum eo erant solum de ejus familia tres; & obtinebat familiam bonorum sociorum in aspectu, qui multum fuerunt tristes, & nondum a lecto surrexerunt. Et dicta die prædicti Seneh Miles Bohemus, Franciscus & Andreas fratres, cum uno altero, per suum nuncium sentientes ipsum fore quasi solum in Ecclesia; ac cum Hendrico, & Marco, & aliis familiaribus num.XIV. & non pluribus, ipsis ad ejus Capellam venientibus, unus custos portæ ipsius D. Federici, nomine Paulus, illico videns istos sic venire, festinanter ivit ad Dominum suum, & clausit ostium Capellæ dicens: Domine, velociter veniunt versus vos familiares Domini Patriarchæ: dubito, quod non veniant in nocumento vestræ personæ. Cui D. Federicus respondens dixit: aperi ostium; non dubito familiam Domini mei; & confestim aperuit ostium. Aperto ostio, isti applicuerunt coram ostio: & D. Federicus erigens se, dicto Evangelio S. Joannis, ad aquam sanctam, quæ est in medio Ecclesiæ, se signavit. Istis intrantibus, videlicet Francisco & Andrea fratribus, ... & duobus aliis, Miles non descendit, nec illi de Faganea. Ipsi ante Ecclesiam cum ballistis extensis, & gladiis evaginatis stantes. Et cum D. Federicus eos vidit, non dubitans eos ipsum lædere velle; imo obviam eis fuit, elevans capucium, eos humiliter suscepit. Ipsi autem evaginatis gladiis, ipsum inter Templum & Altare crudeliter interfecerunt, & proditorie eum ibi mortuum permiserunt.

Quidam nomine Desertus de Glemona fugam, post altare se abscondens, rapuit. Quidam nomine Milun, audito clamore, Ecclesiam cum solo ense velociter intrans contra istos, & istos contra eum; ejus ensis fractus ad merlas, illico se & ipsam D. Elisabetham. Ipsam, & ipsos in furore populi, & super ipsa platea Utini in instanti crudeliter sunt jugulati ob mortem ipsius D. Federici. Post hæc vero quidam Notarius, nomine Hieronymus, de nece ipsius D. Federici conscius & culpatus in alto suspensus est per Rectores Utini. Et tunc Rectores ipsius Domini Patriarchæ expulsi, & exclusi ab omni eorum regimine. Consiliarios, & Rectores inter se fecerunt. Post hæc f. Nicolaus Magistri Gregorii, qui cognominatus erat f. Nicolaus a Dominabus, advocatus, homo iniquus, qui ex nihilo factus erat ditissimus cum Dominis de Savorgnano, & in diem hodiernum bene amatus fuit & tractatus per ipsum D. Federicum; tenens partem Domini Patriarchæ prædicti, lætusque de nece D. Federici, per quemdam Dominicum Gialinum pelliparium prope S. Lazarum Utini interfectus est. Post hæc Martinus Thomasini, partem ipsius Domini tenens, & lætus de morte ipsius D. Federici, uno die de mane in Terra Utini per Joannem de Andreottis, fratrem dicti olim Dethalmi decapitati, & per Petrum de Triesto, & per Pititum de Meduno familiarem dicti olim D. Federici Militis interfectus est.

Hucusque Joannes Notarius quondam Aylini de Maniaco. Descript. per me Antonium Bellonum Notarium.

X I I.

Fragmenta Historica ex Necrologio MS. citato num. IX. & X.

MCCCC. Tale tempus nostris temporibus advenit, quale forsan nunquam ante nos fuit. Ecce Dei Ecclesia divisa cum Petri navicula fluctuante. Similiter & Imperium laceratum. Amœnum quoque Apuliæ Regnum multis guerris hucusque quassatum, sub duorum sceptro regali titubat: Sæviuntque in Christianitate undique frementia bella. Propter quæ omnia infideles audacem animum capientes, nos invadunt, crudeliter devastando, & captivas innumerabiles animas ad eorum regiones ducendo. Qui ergo finem viderit hujus rei, ulterius scribat amore Dei.

Anno Domini M. CCCC. III. Indictione XI. die VI. Septembris fuit tam magnus terræmotus in Diœcesi Aquilegensi, quod multæ domus ruerent per Forumjulium.

Mille quadringentis triginta & quatuor annis,
Exussit vites quasi cunctas sæva pruina.
Vicena & sexta tunc lux transibat Aprilis,
Montibus ex altis nix clare nulla patebat.

Joannes de Nimis Notarius.

(*a*) Anno 1389. ut patet ex littera Dominicali C.

M. CCCC. LXIII. die X. Mensis Augusti, obiit Papa Pius Anchonæ: quo venerat causa eundi personaliter contra Turcos, una & cum Principe Venetiarum, qui & ipse erat Anchonæ personaliter cum Galeis XVIII. Hujus tempore Januenses se sponte dederunt Francisco Sfortiæ, Illustrissimo Duci Mediolani.

M. CCCC. LXV. die .... mensis Junii, mortuus est Magnificus & potens Comes Jacobus Picininus Neapoli; & ut aliqui dixerunt, ex fractura tibiæ, volens ascendere ad quamdam fenestram, dum esset in carcere positus per Regem Neapoli; & ut aliqui dixerunt, ex amputatione capitis.

In anno Domini nostri Jesu Christi, ab ipsius Nativitate Millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, Indictione XVI. die vero Veneris vigesima sexta Augusti, a prima hora usque ad dimidium diei ipsius, Maximo Pontifice Apostolico Paulo II. præsidente, Pontificatus sui anno quarto; & Imperante Cæsare Augusto Serenissimo Romanorum Imperatore Friderico .... anno Imperii sui XVIII. Quadam superveniente aeris inopinata intemperie, cum pluviarum continua ubertate, adeo Natison fluvius a superioribus excrevit, proprium exeundo alveum, nimio admodum veloci & præpeti sui discursu, cum vertigine undarum mirabili perstrepente: qui non modo villam de Brischis in suis territoriis nemoribusque labefactavit ex integro, prata circumjacentia ac campos corrosione quadam ac arborum quarumlibet evulsione devastando, quorum usus seu utilitas nemini unquam poterit a multis seculis aliquando prodesse. Verumetiam singula molendina secus Natisam constituta ex ipsius voragine, & undarum immensitate cooperuit, atque subvertit cum ipsorum destructione atque jactura gravissima.... A superiori parte hujus Civitatis Austriæ continuata desolatione ipsorum usque ad villam Premariaci; in cujus confinibus campis pratisve plurima ipsorum Molendinorum instrumenta, ex vertiginibus undarum dissoluta, evecta fuere: præsertim undarum collisione confracta cernebantur, adeo ut nihil inde utilitatis & commodi haberi sperabatur. Pontem Premariaci, ipsum Natisæ flumen transeundi causa fabricatum, cum omnibus suis lignaminibus absorbuit, atque ex integro delevit, ac si nullus aliquando ibi fuisset pons fabricatus. Insuper die sabbati immediate sequenti vigesima septima, ejusdem hora vespertina, idem Natisa fluvius altius se extulit undis, vertiginibus quammaximis intermixtis, gravissimo & admodum perstrepenti fervore adinstar aquæ ferventis in caldario, nimio supposito ac succenso igne. Et quidem se extulit excrescendo, quod Parochialem Ecclesiam S. Pena a Canipa emittendo, & insuper plurima in rebus suis damna inferendo sibi. Quo quidem infortunio insuper huic Civitati invalescente, per Patriam hanc pluribus in locis de aquarum inundantia nocumenta præbuit, campos pratave corrosione quadam, ac inde arborum vitiumque evulsione gravissima destruendo. Et in Terra Utini insuper adeo excrevit aqua ubique, quod Ecclesiæ & claustra Fratrum SS. Petri Martyris & Francisci, usque fere ad dimidium Crucis, aqua replebantur: ac incolarum inibi habitantium domus aqua hujusmodi occupabantur; itaquod vasa vino plena a propriis locis caniparum removebantur. Villæ quoque plures in Aquilejæ Civitatis districtu constitutæ non minimum passæ sunt ruinarum: jumenta, boves, & cætera animalia quadrupedia, hominum usui deputata Villarum hujusmodi, consumpta fuere........ Ad quam quidem aquæ immensitatem deponendam, quorumdam Clericorum & Religiosorum virorum hujus Civitatis Austriæ obnixæ orationes profuere quammaxime; præsertim quidem per eos exhibito Sanctissimi Domini nostri Jesu Christi Corpore una cum pretiosissimis Reliquiis, quæ tantæ virtutis palam ibidem fuere, quod illico omnis aquæ vehementia diminuta fuit simul & feritas, nubibus fugatis, aereque miro modo subsequente sereno, divina intermedia benignitate: qua omnes timore perculsi, fugato terrore ipso, læti mirum in modum rediere, quanquam multum damni & jacturæ perpessi fuerint.

Præterea aliud quoddam horrendum tacere minime arbitror, quod accidit post prædicta, subsequenter evolutis aliquibus diebus, in Civitate sacra Aquilejæ, die Sabbati, hora qua in Campanili Cathedralis Ecclesiæ pro Vesperis pulsabantur Campanæ, XXIV. Septembris; e cœlo fulmen vehementissimo impetu descendit, maximis & horribilibus primo inde coruscationibus præmissis: & pomum supremum pineæ Campanilis Aquilejensis Ecclesiæ, quæ mille & ultra Ducatorum pretio solemni pompa ædificata fuerat, Maximo Pontifice Paulo II. sui Pontificatus anno tertio, ac procurante Reverendissimo D. Antonio Præsule Concordiensi, & in Provincia & diœcesi Aquilejensi Maximi præfati Pontificis Pauli auctoritate Vicario & Locumtenente procurante; quaternis ictibus successive ipsam feriendo scidit, atque fregit, dilapsis impetu vehementissimo lapidibus & columnellis lapideis, in supremo Campanilis ipsius circumcirca compositis ad ipsius Campanilis ornatum, super Ecclesiæ tectum maxima cum ipsius Ecclesiæ fractura ac cujusdam domus secus Campanile ipsum; maximo quoque vitæ periculo cujusdam

riæ Civitatensis Ecclesiæ Canonicus, manu propria scripsi & annotavi, rogando quemcumque legentem hanc ipsam descriptionem, ut me Omnipotentis Dei suis orationibus devotis gratiam consequi impetret: cui est honor, & gloria per infinita secula seculorum Amen.

M. CCCC. LXIX. die undecimo Mensis Julii, Thurci venerunt usque.... & destruxerunt circumquaque totum Territorium: & ita fecerunt circa...... & ut fertur deprædaverunt animas 1500. Ferro autem & igne multi mortui sunt. Rumor autem immediate circum sonuit in Patria: & omnes Civitates & Fortilicia munierunt se eum maximo timore. Et nota, quod fuerunt prope Lubiglanam per Milliaria tria.

M. CCCC. XCIX. die Sabbati, in Vigilia S. Michaelis Mensis Septembris, Scander Bassa, Dux, & Princeps Imperatoris Turcarum, cum magno exercitu invasit hanc Patriam Forojuliensem: & usque ad Plavim fluvium discurrens, igne & ferro omnia devastando; interfectis partim, & partim in captivitatem adductis 11000. utriusque sexus hominibus. Octavo die per viam, qua venerat, illæsus reversus est in regionem suam.

M. D. Romæ fuit Jubilæum, Alexandro VI. existente summo Pontifice: quo anno in Oriente inter Regem Turcarum, & Serenissimum Ducale Dominium Venetorum fuit maximum bellum maritimum: & dictus Rex Turcarum obsedit multa Christianorum loca, inter quæ fuerunt Lepanto, Modon, & Coron.

M. D. II. die Sabbati XXIX. Januarii ante lucem, Templum hoc Civitatense præ vetustate consumptum, quadraginta annis & amplius, magnis expariter omnes mortales terrore affecerit, omniaque legumina ad victum spectantia devastaverit. Hora meridiei adventante cœpit, nec usque ad noctem destitit. Et nisi omnes ad eas occidendas ac terrendas, instrumenta ferrea ac ænea pulsantes, cucurrissent, de bladis minutis ac fœnis in hoc anno conclamatum erat: omnique invito remedio, damnum immensum ac lacrymabile ab hac peste illatum fuit. Hujusque fuit generis portentum, quod dignum putamus ut posteris memoria luceat.

M. D. XCVIII. initio Mensis Septembris, pestis cœpit grassari, & fere per annum hanc Civitatem Forijulii afflixit.

M. DC. II. die Dominica ultima Junii, Rev. D. Cornelius Thomasinus Canonicus, maximo populi concursu, solemniter fecit primum sacrum in Ecclesia Redemptoris. Quæ Ecclesia supradicta fuit postea de anno M. DC. XV. concessa Reverendis Patribus Cappucinis, qui eodem anno cœperunt ibi ædificare Monasterium.

Anno Domini M. DC. XXXIV. die Jovis XVI. Mensis Martii, processionaliter invocato subsidio Beatæ Virginis Mariæ Tutel. Ecclesiæ nostræ Collegiatæ Civitatensis, appositæ fuerunt primæ petræ fundamentales pro construenda Turri magna nova apud Ecclesiam magnam prædictam, ubi erat jam Ecclesiola S. Antonii, quæ unita cum Ecclesia antiquissima S. Joannis Baptistæ, commemorata in Scripturis antiquis, (& ex ambabus jam formatum erat Sacrarium) diruta, imo dirutum superiori anno M. DC. XXXI. fuit, sive fuerunt, una cum Turri vetusta, imo vetustissima, cum suipsius minaretur excidium.

F I N I S.



Quirinus
Marcellus
Alexander } de eadem ferie expuncti 44. C

An. 314. VI. *Theodorus* Epifcopus Arelatenfi Concilio fubfcribit 45. D

VII. *Benedictus* Epifcopus 55. C

347. VIII. *Fortunatianus* Epifcopus Synodo Sardicenfi fubfcribit 57. A. 58. B. 60. A

369. IX. *Valerianus* Archiepifcopus 63. D. 65. B. 83. D

389. X. *Chromatius* Archiepifcopus 89. C

407. XI. *Auguftinus* Archiepifcopus 113. B

XII. *Adelfus* Archiepifcopus 131. B. 133. B

XIII. *Maximus* Archiepifcopus ibid.

444. XIV. *Januarius* Archiepifcopus epiftolas a Leone M. adverfum Pelagianos recipit 133. B. 135. D

451. XV. *Secundus* Archiepifcopus 141. A. Ecclefiam regebat cladis Attilanæ tempore ib. 143. B

454. XVI. *Nicetas* Archiepifcopus 143. C. 145. D

XVII. *Marcellianus* Archiepifcopus 157. D. Theodorici irruptionem declinans, in Infulam Gradum fugit 159. B

Bonifacius Aquilejenfis delendus: dici debet Aquavivenfis Epifcopus 162. B

503. XVIII. *Marcellinus* Archiepifcopus Palmari Synodo adeft fub Symmacho Papa 162. B

XIX. *Stephanus* Archiepifcopus 163. A

Laurentius perperam invectus 164. B

539. XX. *Macedonius* Archiepifcopus 189. B. Schifma inchoat 198. A

557. XXI. *Paulinus*, five Paulus Patriarcha fchifmaticus 202. D. 203. B

569. XXII. *Probinus* Patriarcha fchifmaticus 226. D

571. XXIII. *Elias* Patriarcha fchifmaticus 227. B

586. XXIV. *Severus* Patriarcha fchifmaticus 255. C

607. XXV. *Joannes* Patriarcha fchifmaticus Aquilejæ electus 289. D	607. XXV. *Candidianus* Patriarcha Orthodoxus in Infula Grado electus 289. D
	612. XXVI. *Epiphanius* Patriarcha Orthodoxus 295. D
XXVI. *Marcianus* Patriarcha fchifmaticus 300. D	613. XXVII. *Cyprianus* Patriarcha Orthodoxus 296. B. Fortunatus fchifmaticus Gradenfem invadit Ecclefiam ib. C
628. XXVII. *Fortunatus* Patriarcha fchifmaticus 301. A. Idem, qui Gradenfem invafit Ecclefiam ib. B	628. XXVIII. *Primogenius* Patriarcha Orthodoxus 297. A. 298. D
Agreftious rejicitur 302 D	648. XXIX. Maximus Patriarcha Orthodoxus 303. B.
XXVIII. *Felix* Patriarcha fchifmaticus 308. C	668. XXX. *Stephanus* Patriarcha Orthodoxus 305. C
XXIX. *Joannes II.* Patriarcha fchifmaticus ibid.	673. XXXI. *Agatho* Patriarcha Orthodoxus 305. D
XXX. *Joannes III.* Patriarcha fchifmaticus ib. D	685. XXXII. *Chriftophorus* Patriarcha Orthodoxus 309. B

XXXIX. *Venantius* Patriarcha ib. 437. A

850. XL. *Teutimarus* Patriarcha Synodo Ticinenfi præfidet 437. A

XLI. *Lupo* Patriarcha 435. B. 443. A

875. XLII. *Valpertus* Patriarcha 443. B

901. XLIII. *Fridericus* Patriarcha hoc circiter tempore Sedem Aquilejenfem confcendit 454. A

XLIV. *Leo* Patriarcha interficitur 463. B

928. XLV. *Urfus II.* Patriarcha beneficiis ornatur ab Hugone Rege Italiæ 463. C

931. XLVI. *Lupo II.* Patriarcha 466. B

XLVII. *Hengelfredus* Patriarcha ib. D.

963. XLVIII. *Rodoaldus* Patriarcha 467. B

Syrus, Patriarcharum ferie expunctus 481. D

984. XLIX. *Joannes IV.* Patriarcha 483. C

1019. L. *Popo* Patriarcha, qui & Wolffgangus 497. B

1042. LI. *Eberardus* Patriarcha, antea Canonicus Auguftanus 527. C

1049. LII. *Goteboldus* Patriarcha 529. A

LIII. *Ravengerus* Patriarcha mortem obit 530. D

1068. LIV. *Sigeardus* Patriarcha 530. D

1077. LV. *Henricus* Patriarcha, Romanæ adeft Syondo 539. A. B

1084. LVI. *Fridericus II.* Patriarcha 540. A. 542. A

1085. LVII. *Vodalricus* Patriarcha 541. D. Antea Abbas S. Galli in Helvetia 543. B

1122. LVIII. *Gerardus* Patriarcha 557. C

Engelbertus, Decanus Bambergenfis, electus ac repudiatus 563. B. Vacat Ecclefia Aquilejenfis ib. B

1132. LIX. *Peregrinus* Patriarcha 564. B.

1160. LX. *Vodalricus II.* Patriarcha 586. B

1182. LXI. *Gotefredus* Patriarcha, antea Abbas Sextenfis 627. C

1195. LXII. *Peregrinus II.* Patriarcha 639. B

1204. LXIII. *Volcherus* Patriarcha 654. B

1218. LXIV. *Pertoldus* Patriarcha, qui & Bertoldus 677. B

1251. LXV. *Gregorius* de Montelongo Patriarcha 739. A

Philippus e Ducibus Cariothiæ electus, rejectusque 757. B. 760. D. Vacat Ecclefia Aquilejenfis.

1273. LXVI. *Raimundus* a Turre Patriarcha 763. D

Conradus Dux Poloniæ an electus Patriarcha 801. A

1299. LXVII. *Petrus II.* Gerra Patriarcha 804. B

Paganus a Turre
Otto de Ortumbruch } electi, rejectique 808. C. 811. C

1302. LXVIII. *Ottobonus* Patriarcha 811. C

Ifnardus Ordinis Prædicatorum perperam invectus 834. D

Gilo Archidiaconus, electus, rejectusque 835. B

1316. LXIX. *Caftonus* a Turre, qui & Caffonus, Patriarcha 839. C

1318. LXX. *Paganus* a Turre Patriarcha 845. A

1334. LXXI. *S. Bertrandus* Patriarcha 867. B

Humbertus Delphinus Ord. Præd. de ferie Patriarcharum expunctus 911. B

1350. LXXII. *Nicolaus* Patriarcha 912. A

Jacobus Caracciolus
Jacobus Columna } Patriarcharum albo expuncti 930. D. 931. B

1359. LXXIII. *Ludovicus* a Turre Patriarcha 931. D

1365. LXXIV. *Marquardus* Patriarcha 941. A

1061. D

1493. LXXXIII. *Nicolaus II.* Donatus Patriarcha 1062. C

1498. LXXXIV. *Dominicus* Grimanus S. R. E. Card. Patriarcha 1073. A. Marinus Grimanus electus Patriarcha per cessionem Dominici cum regressu 1074. A. B

1523. LXXXV. *Marinus* Grimanus Patriarcha S. R. E. Card. 1075. C. D. Marcus Grimanus electus 1081. finus, Loriensium Episcopus 1125. D

1699. XCIV. *Dionysius* Delfinus Patriarcha 1126. A. Coadjutor primus Marcus Gradonicus, Tilopoliensis Episcopus 1126. B. quo ad Sedem Veronensem translato, renunciatus Coadjutor est Daniel Delfinus, Aureliopolitanus Antistes 1126. C

1734. XCV. *Daniel II.* Delfinus Patriarcha 1126. C. Bartholomæus Gradonicus Thyatiræ Episcopatu insignitus 1126. D.

INDEX CHRONOLOGICUS II.

REGUM ITALIÆ

usque ad finem Regni Langobardorum.

An. 400. **A***Laricus*, Gothorum Rex, Italiam invadit, ac primum Aquilejensem regionem depopulatur, Col. 95. A. Iterum Italiam ingreditur 96. A. Nova ejusdem irruptio 114. D. Romam obsidet & capit 115. A

452. *Attila*, Hunnorum Rex, Aquilejam Civitatem evertit 143. B. Diruit Altinum, Concordiam, Opitergium ib. D. Forumjulium ab eodem excisum 147. B. An collem Utini fieri fecerit 148. C

476. *Odoacer*, Rex Herulorum 146. C

489. *Theodoricus*, Ostrogothorum Rex, profligat Odoacrem ad Sontium flumen in agro Aquilejensi 159. B. C. Dominatur Istriæ 163. B

526. *Athalaricus*, Nepos Theodorici 164. A

534. *Theodotus*, in regnum adscitus ab Amalasunta, Matre Athalarici 164. B

536. *Vitiges* 189. B

539. *Heldebadus* 195. A

541. *Erarieus* ib. Quo occiso *Totilas* ibid. Franci Venetiam continentem vastant 195. B

552. *Teja* peremptus ib. B

568. *Alboinus*, Langobardorum Rex, Ducatum Forijulii instituit 221. B. Regionem Forojuliensem ac Venetiam vocat Austriam 224. D. Rosemundæ conjugis insidiis apud Veronam morte sublatus 228. A

573. *Clepho* 228. A

575. Aristocratia sub Ducibus, 228. A. Eorum crudelitas 247. B

585. *Autharis*, filius Clephonis, Rex Langobardorum 255. C

590. *Agilulfus*, matrimonio copulatus Theodelindæ post obitum Autharis 256. C. Adaloaldus in Regni consortium adscitus 287. C

Ann. 615. *Adaloaldus* cum Theodelinda Matre 299. A. An Honorius Romanus Pontifex ad hunc Regem scripserit contra Fortunatum schismaticum ib.

624. vel 628. *Arioaldus* ib.

636. *Rotharis* 304. B

652. *Rodoaldus* ib.

654. *Aripertus* ib.

661. *Pertaritus*, & *Gundebertus* fratres ib. Eodem hic anno confossus interiit: ille Regno pellitur. Sufficitur *Grimoaldus* 304. A. Deficit a Rege Lupus Dux Forijulii ib. D

672. *Garibaldus*, quo mox exturbato *Pertaritus* iterum cum filio Cuniperto 305. C

688. *Cunipertus* solus 312. D.

692. *Alachis* invadit Regnum. Obit anno 700. Cunipertus.

704. *Luitpertus*.

705. *Aripertus II.*

712. *Ansprandus*, quo vita functo succedit *Luitprandus* 312. D. Sereno Patriarchæ Aquilejensi obtinet Pallium a Romano Pontifice ib. C. Hildebrandum nepotem declarat Regni consortem ib. D

743. *Hildebrandus* solus ibid. Quo dejecto sufficitur

744. *Rachis*, filius Pemmonis, & Dux Forijulii 321. B. Eo detonso succedit

749. *Aistulfus*, frater Rachisii 324. D. Aistulfo denato, Monachum exuere, & Regnum adire tentat Rachis 327. A

757. *Desiderius* 327. A. B

759. idem cum *Adelchis* filio ib.

774. Regni Langobardorum finis, quo potitur Carolus Francorum Rex 331. A

IN.

DUCES ET MARCHIONES
sub Carolo Magno & Successoribus.

COMITES CIVITATIS FORIJULII.

INDEX CHRONOLOGICUS IV.
DUCUM CARINTHIÆ,
qui Marcham, primum Forojuliensem, postea Veronensem dictam administrarunt.

1161.

INDEX CHRONOLOGICUS VI.

IMPERATORUM AC REGUM,

qui Diplomata Aquilejensibus Patriarchis largiti sunt.

An. 962.

INDEX CHRONOLOGICUS VII.

EPISCOPOS PROVINCIÆ AQUILEJENSIS

in hoc Opere memoratos continens.

ACILENSES.

ALTINENSES.

AVORICIENSES.

BELLUNENSES.

CELEJANI.

CENETENSES.

CESSENSES.

COMENSES.

CONCORDIENSES.

1039. Joannes 509. C. 510. B. 511. A
Nicolaus 545. D.
Alexander 552. B. 553. A
Andreas ib. 546. A. 547. B. 554. B
1180. Joannes 620. D. 631. A. 632. B
1249. Bonacursius 670. B. 748. D
1282. Egidius 792. B
1339. Natalis 900. D
1401. Gibertus 988. B.
1596. Antonius 1105. B

Feltrenses.

579. Fontejus 240. D. 258. C. 277. C
827. Auratus 415. A
967. Albertus, Rupertus 470. D. 472. B
1015. Richiro 495. A. Regico 500. D. Regizo 518. C
1184. Drudus 631. A
1267. Algerius 751. D. Adalgerus 792. B
1339. Garzias 900. D
1596. Jacobus 1105. A

Julienses.

579. Maxentius 240. C. 256. A. 277. B
Fidentius 320. A
Amator ib.

Justinopolitani.

1181. Bernardus 622. D. 623. C. D
1185. Aldigerus 631. B
1260. Conradus 748. D
1282. Bonus 792. B
1339. Marcus 900. D
1596. Ingegnerius 1105. B

Mantuani.

813. Georgius 405. C. Gregorius 406. B
827. Lajulfus 415. A
1045. Marcianus 527. C. D

Opitergini.

579. Marcianus 240. A
679. Benenatus 306. A

Parentini.

579. Joannes 240. C
679. Aurelianus 306. A
965. Adamus 467. D
1010. Andreas 487. D
1110. Fulcerius 666. A
1243. Paganus 554. C
1249. Joannes 670. B. 671. C
1282. Bonifacius 792. B
1339. Joannes 900. D
1596. Cæsar 1106. B

1186. Poppo 632. B. 633. C
1282. Wernardus 792. B
1310. Odoricus 828. B
1596. Georgius 1106. B

Polenses.

Antonius 163. C
Isacius 192. D
579. Adrianus 240. B
679. Cyriacus 306. A
725. Petrus 316. A
932. Joannes 461. C
965. Gaspaldus, Gerboldus 468. C. 470. D
1015. Bertoldus 495. A
1031. Joannes 518. C
1149. Anfredus 570. C
1166. Philippus 591. D
1282. Joannes 792. C
1339. Sergius 901. A
1596. Claudius 1105. A

Sabionenses.

S. Cassianus 64. B
579. Ingenuinus 240. C. 256. B. 258. C. 277. B

Scarabantienses.

579. Vigilius 240. D. 256. B

Tarvisini.

587. Rusticus 258. C
591. Felix 277. C
813. Lupus 405. C
827. Adeodatus 415. A
967. Martinus 470. D. 472. B
995. Rozzo 484. D
1015. Almericus 495. A
1027. Rocerius 500. C. Rotharius 513. C. 518. C
1269. Albertus 760. C
1282. Præsavius 792. C
1339. Petrus 900. D
1596. Aloysius 1105. B

Tergestini.

Trugiferus 192. D
579. Severus 240. C
602. Firminus 284. C
679. Gaudentius 306. A
965. Joannes 468. C. 470. D
1015. Richolfus 495. A
1031. Adalgerus 518. C
1149. Wernardus 570. C. 572. C
1181. Bernardus 622. D
1188. Liutoldus 633. C.
1217. Conradus 675. D. 676. C. 696. B
1244. Volricus 716. B
1282. Ulvinus 792. B

An. 1310.



B

D

E

Ele-

Lita-

Ritus

S

V

Z

Præter

Tomi Primi.

Præfatio, & Index Capitum. a b c d.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz. Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vvv Xxx Yyy Zzz. Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqqq Rrrr Ssss Tttt Vvvv Xxxx Yyyy Zzzz. Aaaaa Bbbbb Ccccc Ddddd Eeeee Fffff Ggggg.

Tomi Secundi.

Hhhhh Iiiii Kkkkk Lllll Mmmmm Nnnnn Ooooo Ppppp Qqqqq Rrrrr Sssss Ttttt Vvvvv Xxxxx Yyyyy Zzzzz. Aaaaaa Bbbbbb Cccccc Dddddd Eeeeee Ffffff Gggggg Hhhhhh Iiiiii Kkkkkk Llllll Mmmmmm Nnnnnn Oooooo Pppppp Qqqqqq Rrrrrr Ssssss Tttttt Vvvvvv Xxxxxx Yyyyyy Zzzzzz. Aaaaaaa Bbbbbbb Ccccccc.

Appendix. a b c d e f g h i k l m n o p.

Indices Chronologici. q r.

Omnes sunt singuli, præter r, qui est duernio.

